¶ Cassiodori clarissimi Senatoris Romani doctissima et religiosissima Psalterii dauidici expositio: q̃ plurima enucleans/ que vel idioma aliquod diuino eloquio propriũ/ vel dogma singulare/ vel diffinitionẽ/ vel schema/ vel etymologiam/ vel interpretationẽ/ vel rhetoricum/ logicũ/ Arithmeticũ/ Geometricũ/ Musicũ/ aut astronomicum aliquid contineant. Parisius solerti cura nouiter impressa.



Venũdat̃ ab Joãne paruo librario parisiẽsi.

De cella Prious.

¶ Amadeus Scotus lectoribus. S.

Doctam, elegantēqꝫ diuini Cassiodori in psalmos expositionem vobis nūc dedo, lectores optimi: quam certe et ingenio, ac vestre in primis pietati plurimum vtilitatis allaturam confido: cum omni ex parte exactissima meo quidē iudicio sit. Quippe que sanctitudinem nō minus redoleat, ꝙ eruditionem: vtrunqꝫ vero conserte adeo vt alterum sine altero legenti reddere omnino nesciat. Id quod mouit me magis: protraxitqꝫ vt omnibus aliis postpositis negociis (que certe plurima sunt michi) hoc laboris subirē: ratus videlicet nichil e re vestra: institutoqꝫ meo potius fore. Et cum in omnibus pro mea virili adnitar: vt emendatos in manus vestras codices emittam: tum id nusꝙ maiori diligentia sum adnisus, ꝙ in hoc opere. Proinde et vos vicissim vestro fauore satagite: vt nostri conatus: pii quidem omnibusqꝫ vtiles: michi tandem non sint infelices. Valete.

¶ Instructio lectoris.

¶ Quia in huius operis marginibus signa quedā sub litteris magnis impressa sunt: Horum que sit representatio: pro directione lectorum modo sequenti annotatur.

	IDI.		Idioma, id est ꝓpriā legis diuine locutionē.
	DOG.		Dogma valde necessarium.
	DEF.		Definitionem aliquam.
	SCHE.		Schema quoddam.
	ETY.		Etymologiam verbi alicuius.
	INTER.		Interpretationē alicuius nominis.
Syllabe iste	RHE.	Insinuant	Aliquid artis rhetorices.
	TOP.	hec ꝯtinere	Topicum aliquod argumentum.
	SYL.		Syllogismum aliquem.
	ARITH.		Aliquid de Arithmetica.
	GEO.		Aliquid de Geometria.
	MU.		Aliquid de Musica.
	ASTRO.		Aliquid de Astronomia.

¶ Juxta alphabeticū ordinē collecta annotatio notabiliū dictoꝝ atq̃ expositoꝝ in explanatione psalterij per disertissimum Cassiodorū exactissime digestoꝝ: cū locoꝝ assignatione/ videlicet p̄s. ℣. folij ꝛ colūne. Et nota q̄ post numeꝝ folij. a. signat primā columnā. b. scdam. c. tertiā. d. quartā: quibus hec conscripta faciliter reperiantur.

Notabilium dictorum.

τελος.

In totius huius operis conclusione, psalmorum liber a disertissimo expositore Cassiodoro ingentibus laudum preconiis extollitur: et usqueadeo, ut super desiderabilem paradisum: quem quattuor fluminum lapsus emanare noscuntur: animam beatiorem esse predicet: que .CL. psalmorũ fontibus fuerit irrigata.

Ipse enim expositor: In

- Expositione ultimi versus psalmi finalis: commemorat se monstrasse psalterii seriem esse refertam: De
  - Grammatica.
  - Etymologiis.
  - Schematib⁹.
  - Arte retorica.
  - Topicis.
  - Arte dialetica
  - Definitionib⁹.
  - Musica.
  - Geometria.
  - Astronomia.
  - Propriis locutioib⁹ leg; dine
- Cõclusione ultimi psalmi
  - Asserit
    - Psalmorũ ordinẽ esse infinitũ et illi soli cognitũ: qui dinumerabili quãtitate cõplectitur.
      - Harenam maris
      - Pluuiarum guttas
      - Creaturarũ oĩm naturas
    - In psalterio oĩa esse comprehensa: quecunq; sancte scripture ambitu continentur.
    - Psalteriũ: nouum & vetus testamentum tanta proprietate complecti: ut reuera spiritualis bibliotheca in eo intelligatur constructa.
    - In hoc libro veluti celesti scripturarum armario omnia inueniri: quecũq; querunt: In
      - Genesi.
      - Prophetis.
      - Euangelio.
      - Apostolo.
    - Hic competẽter est positum: si cautissime legatur: quicq̃d agitur: In
      - Celo.
      - Terra.
      - Mari.
      - Inferno.
  - Monet nos recordari debere: que supra in decursu operis latius sunt effusa. Meminisse eñ nos cõuenit.
    - Quod de titulorum diuersa varietate narratum est.
    - Personas in textu psalmorũ aptissime commutatas.
    - Cõclusiones psalmorũ ɔtra hereticos maxie fuisse formatas.
    - Quare alphabeton hebreum ponatur in psalmis.
    - Cur de partibus psalmorũ unus confectus esse videatur.
    - Quare intercalares psalmi sint positi.
    - Quare repetitio versuum ponatur in psalmis.
    - De interpretatione nominum hebreorum.
    - De iis psalmis qui unifines appellantur.
    - De quindecim psalmis gradalibus.
    - Quare penitentium septem psalmi esse doceantur.
    - Quare lamẽtãtiũ p ciuitate hierl'm: cũ lachrymis v̄ba fundãt
    - Quare ordo psalmorum in laudibus dñi fuerit terminatus.
  - Petit a magistris: qui celestiũ litterarũ copiosa lectione pinguescunt: Ut
    - Parcant rudi.
    - Dimittãt cõfitẽti
    - Sint beniuoli.
- Fine operis: ad dñm se p deuotã & accuratã orõnẽ cõuertit. In qua
  - Dñm
    - Laudat per mirabiliũ virtutũ cõmemorationẽ.
    - Orat ut
      - Donet q̃ eo p̄stãte bene querunt: & maxie q̃ hũana ĩfirmitate nesciuntur.
      - Suscipiat qđ ex dono eius dictum est
      - Parcat quod ex se ignoranter prolatum est.
      - Perducat ad illã contemplationẽ ubi non potest errari.
      - Prestet
        - Facere: que eo inspirante loqui presumpserit.
        - Complere: que alios obseruare monuerit.
      - Liberet ab illo periculo: ne dũ aliis p̄dicauerit: ipse reprob⁹ inueniatur.
  - Propriam confitetur infirmitatem.
  - Dñi maiestatẽ cõmendando petit: Ut
    - Nõ permittamur insatiabilibus faucibus rugientis leonis absorberi.
    - Faciat illum tristem de humana leticia: qui de offensione nostra semp exultat.

Finis ad laudem dei.

¶ Incipit prologus Cassiodori clarissimi Senatoris Romani in expositionem Psalterij.

REpulsis aliquādo in Rauēnati vrbe
sollicitudinibꝰ dignitatū: ⁊ curis se=
culariū noxio sapore cōditis: cū psal
terij celestis aīarū mella gustassem:
id qđ solēt desiderātes efficere: aui=
dus me ꝑscrutator immersi: vt dicta
salutaria suauiter ībiberē post ama=
rissimas actiones. Sed familiaris inchoantibꝰ occur
rit obscuritas: q̄ varijs est intexta ꝑsonis ⁊ velata pa
rabolis. Hec in dictis vitalibꝰ noxia dissimulatione
p̄terit: dū sepe illđ reperiri solet ambiguū: qđ magni
sacramēti gestat archanū. Tūc ad Augustini facun=
dissimi patris ꝯfugi opinatissimā lectionē: in qua tan
ta erat copia cōgesta dictoꝝ: vt retineri vix possit re=
lectū: qđ abūde videt̃ expositū. Credo: cū nimis aui=
dos populos ecclīasticis dapibꝰ explere cupit: neces=
sario fluēta tā magne p̄dicatiōis emanauit. Quocir=
ca memor īfirmitatis mee: mare ipsius quorūdā psal
morū fontibꝰ ꝑfusum: diuina misericordia largiente:
in riuulos vadosos / compendiosa breuitate deduxi:
vno codice tā diffusa cōplectens: que ille in decadas
quindecim mirabiliter explicauit. Sed vt quidam de
Homero ait: Tale est de eius sensu aliquid surripere
quale Herculi clauā de manu tollere. Est enim lr̃arū
omniū magister egregius: et qđ in vbertate rarū est/
cautissimꝰ disputator. Decurrit q̊ppe tanq̄ fons pu=
rissimus: nulla fece pollutus: sed in integritate fidei
ꝑseuerans: nescit hereticus dare vnde se possint aliq̄
colluctatiōe defendere: Totꝰ catholicus: totꝰ ortho=
doxus inuenit̃: Et in ecclesia dn̄i suauissimo nitore re=
splendēs: sup̄ni luminis claritate radiat̃. Quedā ꝟo
nouiter inuenta: post tam mirabilē magistrū sola dn̄i
presumptione subieci: qui paruulis ꝯfidētiā: cecis vi=
sum: mutis sermonē: surdis p̄stat auditū. Quē tamē
codicē: etiā ꝑ quiquagenos psalmos cū prefationibꝰ
suis: trina sum diuisione partitus: vt ⁊ claritas lr̃e sa=
nioribus oculis se pulchrius aperiret: ⁊ desiderio le=
gētiū fratrū numerosi codicis corpora p̄starent̃. Ita
⁊ ad bibliothece cautelā vnus derelictus est: ⁊ ꝓpter
cōgregationis studiū cōmodissime forsitan noscitur
esse diuisus. Quapropter mādato dn̄i ꝯfidētes: cele=
stis mysterij claustra pulsemus: vt aperiat sensibꝰ no
stris florigeras sedes: quatenꝰ in illo celesti paradiso
salutariter introducti: spiritalia poma sine aliq̄ primi
hoīs transgressione carpamus. Vere coruscus liber:
sermo lāpabilis: cura sauciati cordis: fauus īterioris
hoīs: pinax sp̄ūaliū ꝑsonarū: occultarū lingua ꝟtutū
que īclinat supꝑbos humiliatis: reges pauperibꝰ sub=
dit: affabilitate paruulos nutrit. Quāta enim illic est
pulchritudo sensuū: ⁊ stillantiū medicina verboꝝ: vt
merito scilꝫ hic illud salomonis aptet̃: qđ dixit in can
Can.4. tico cāticoꝝ: Hortus ꝯclusus: ⁊ fons signatꝰ: paradi=
sus plenus oīm pomoꝝ. Modo eñ q̊dā psalmoꝝ sa=
lutari īstitutione formati: turbidos ⁊ tēpestuosos ani
mos declināt in limpidā ⁊ trāquillissimā vitā: Modo
ꝓmittētes deū ꝓpter salutē credentiū visualiter hu=
manādū: ⁊ ad iudicādū orbē esse vēturū: Modo com
monent lachrymis pctā diluere: elemosynis delicta
curare: Modo sacris orationibus reuerēter attoniti:
Modo hebrei alphabeti ꝟtute ꝑfūdi: Modo de pas=
sione ⁊ resurrectiōe dn̄i salutaria p̄dicātes: Modo la
mentantiū deploratione pijssimi: Modo versuū repe
titione q̄dā nobis sacramenta pandētes: Modo can
ticorū graduū ascensione mirabiles. Postremo sup̄=
nis laudibꝰ feliciter inherētes: beata copia: inexplica
bile desideriū: stupenda ꝓfunditas. Nō potest animꝰ
fidelis expleri: q̊ ceperit inde satiari. Psalmi sunt de=
niq̄: q̊ nobis gratas faciūt esse vigilias: qn̄ silēti no=
cte psallētibꝰ choris: humana vox ꝓrūpit in musicā:
verbisq̄ arte modulatis: ad illū redire facit: a quo ꝑ
salute humani generis diuinū venit eloquiū. Cantus
qui aures oblectat: ⁊ aīas instruit: fit vox vna psallen
tiū: ⁊ cū angelis dei quos audire nō possumus: laudū
ꝟba miscemus: per illū. s. qui venit ex semine Dauid:
dn̄m christū. Sicut ipse in Apocalypsi dicit: Ego suꝫ Apoca.22.
radix: ⁊ origo Dauid. A q̊ et religionē salutarē susce=
pimꝰ: ⁊ sancte trinitatis mysteria reuelata cognosci=
mus. Unde merito eis: patris ⁊ filij ⁊ sp̄ūs sancti vna
gloria sociat̃: vt ꝑfecta eorū p̄conia cōprobent̃. Ipsi
enim diē vēturū matutina exultatione cōciliāt: Ipsi
nobis primā horā diei dedicāt: Ipsi nobis tertiā ho=
rā cōsecrant: Ipsi sextā in panis ꝯfractione letificāt:
Ipsi nobis nona ieiunia resoluūt: Ipsi diei postrema
ꝯcludūt: Ipsi noctis aduētu: ne mēs nr̃a tenebret̃ ef= Ps̄.138.
ficiūt: sicut ipsi dicūt: Nox illuminatio ī delitijs meis:
qm̄ tenebre non tenebrabunt̃ abs te dn̄e: Ut merito se
a vera vita credat alienū: quisq̄s huius muneris iocū
ditate nō fruitur. Quoꝝ virtutes (vt breuiter diuinus
sermo cōcluderet) in septuagesimo psalmo dicturus
est: Ego autē cōfitebor tibi in vasis psalmoꝝ veritatē Ps̄.70.
tuā. Reuera vasa veritatis: q̄ tot virtutes capiūt: tot
diuinis odoribꝰ farciunt̃: tot thesauris celestibꝰ cumu
lant̃: Hydrie q̄ vinū celeste recipientes: puritatē eius
in nouitate semꝑ custodiūt. Dulcedo mirabilis: q̄ se=
culi corruptionibꝰ non accessit: sed in sua ꝑmanēs di=
gnitate: gr̃a semꝑ purissime suauitatis augetur. Apo
theca valde copiosa: de qua cū bibāt tā magni terra=
rū populi: vbertas eiꝰ nescit expendi. Quā mirabilis
aūt ex ipsis profluit suauitas ad canendū: Dulcisonū
organū: humanis vocibꝰ emulant̃: Tubarū sonitus
grādiloquis clamoribus reddūt: vocalē cytharā: vi=
uentiū chordarū ꝑmixtione cōponūt. Et quicq̊d ante
instrumētis musicis videbat̃ agi: nūc ꝓbat̃ ꝑ rationa
les substātias explicari. Verū tamē nequaq̄ nobis vt
psitacis merulisq̄ vernandū est: qui dū verba nostra
conant̃ imitari: q̊d tamē canāt / noscunt̃ modis oībus
ignorare. Melos siquidē blādū animos oblectat: sed
nō cōpellit ad lachrymas fructuosas. Permulcet au
res: sed nō ad sup̄na erigit audientes. Corde aūt cō=
pungimur: si qđ ore dicimꝰ: animaduertere valeamꝰ.
Sicut in psalterio legit̃: Beatus populus qui intelli= Ps̄.88.
git iubilationē. Et iterū: Qm̄ rex oīs terre deus: psal= Ps̄.46.
lite sapienter. Philippus quoq̄ apostolus cū regine Act.8.
Candacis eunuchū Esaiā legere cognouisset: scriptu
ras ei sanctas cōpetenter exposuit. Qui postq̄ qđ le
gebat aduertit: statim gratiā baptismatis exquisiuit:
et mox ꝑfecte munera salutis accepit. In euangelio
etiā dn̄s ait: Oīs qui audit ꝟbū regni ⁊ nō intelligit: Matth.13.
venit malus ⁊ rapit quod seminatū est in corde eius.
Unde cōgrue dat̃ intelligi: hec illis ꝓuenire nō posse:
qui scripturas sctās puro corde merentur aduertere.
De qua pulchre pater Hieronymus ait: Margaritū
quoddā est scriptura diuina: ⁊ ex multis partibus fo=
rari potest. Quocirca pater apl̄ice: qui celestes lr̃as
sanctis moribꝰ reddidisti: p̄stante deo tua imitatione
ꝓuocatus: abyssos diuinas ingrediar. Quod clemēs

errata coꝛrigis: nec seuerus imputas quod emēdas. Sed anteq̄ꝫ apothecas spūales attingā/ q̄dā diuisis capitibꝰ (que sunt numero decē ⁊ septē) estimo pregustanda: vt cū earū rerū locus se ītulerit: magni nectaris potus suauissimis delectationibꝰ hauriatur.

¶ Oꝛdo dicendoꝝ in hoc pꝛologo.

Nūc ad premissum oꝛdinē dn̄o prestante veniamus.

¶ De pꝛophetia. Cap̄. i.

DEF. PRophetia: est aspiratio diuina: q̄ euentus rerū aut per facta: aut per dicta quoꝛūdā īmobili ꝟitate ꝓnūciat. De qua bn̄ quidā dixit: Pꝛophetia est suauis dictio: celestis doctrīe fauos: ⁊ dulcia diuini eloquij mella cōponēs. Unde ⁊ ipse Dauid in centesimo octauo-
Ps̄. 118. decimo psalmo dicturꝰ est: Quā dulcia faucibꝰ meis eloquia tua: suꝑ mel ⁊ fauū oꝛi meo. Multis aūt modis: gr̄e istius munera p̄stabanꝫ. Sed vt de plurimis pauca cō̄plectar: acta est per oꝑationes hoīm: vt fuit archa Noe: ⁊ sacrificiū Abꝛae: et trāsitꝰ maris rubꝛi. Per natiuitates q̊qꝫ geminoꝝ Esau ⁊ Jacob: q̇ futuraꝝ rerū sacr̄a gestabāt. Per āgelos sicut locuti sunt Abꝛae vel Loth: Zacharie ⁊ Marie. Per visiones: sicut Esaie ⁊ Ezechieli: ⁊ ceteris sanctis. Per somnia sicut Salomoni ⁊ Danieli. Per nubē et vocē de celo: sicut Moysi. Unde ꝯstat ſm Dauid: non ꝑ oꝑationes hoīm: nō ꝑ natiuitates geminoꝝ: nō ꝑ angelos: non ꝑ visiones: nō ꝑ somniū: nō ꝑ nubē ⁊ vocē de celo: nec ꝑ alios quoscūqꝫ modos: sed celesti aspiratione fuisse completū: sicut de ipso legiꝫ in pꝛimo regū volumine:
1. Reg. 16. Et directꝰ est spūs dn̄i in Dauid: a die illa ⁊ deinceps
Matth. 22. Ipse quoqꝫ dn̄s in euāgelio dicit. Si dauid in spū vocat eū dn̄m: quomodo dicitꝫ ꝙ filiꝰ eiꝰ est? Quo dicto recognoscimꝰ euidēter ꝑ spm̄ sctm̄ psalmos fuisse ꝓphetatos. Sciēdū est sane: ꝙ oīs ꝓphetia: aut de p̄terito: aut de p̄senti: aut de futuro tꝑe loquaꝫ: aut agat aliq̇d. Animaduertendū est quoqꝫ spm̄ sctm̄ sic fuisse ꝓphetis sanctissimis attributū: vt tn̄ ad tēpus ꝓ infirmitate carnis ⁊ ꝯtrarietate pcti ab ipsis offensus abscederet. Et iteꝝ placatꝰ: sub opoꝛtunitate tꝑis adueniret. Unde ⁊ sanctꝰ Hieronymꝰ exponēs euāgelistā
Marcū: ī loco vbi ait de Joāne: Uidit aptos celos: et spm̄ tanq̄ꝫ colūbā descēdentē: ⁊ manentē in ipso. Mar. 1.
Ita euidēti rōne tractauit: vt nemo ꝯtra sentētiā ipsiꝰ venire p̄sumat. In psalmo quoqꝫ quinq̄gesimo: ꝓpheta
post peccatū rogat. Spm̄ sctm̄ tuū ne auferas a me. Ps̄. 50.
Nā si semꝑ (vt ait btūs Hieronymꝰ) in ꝓphetis esset sermo diuinꝰ: ⁊ iuge in pectoꝛe eoꝝ haberet hospitiū:
nunq̄ꝫ crebꝛo Ezechiel poneret: Et factꝰ est sermo dn̄i Eze. 6. 7. 7.
ad me dicēs. In libꝛo quinetiā regū: Heliseus ꝓpheta
dicit de muliere cuiꝰ filius extremū clauserat diē: Di- 4. Reg. 4.
mitte eā qꝛ in amaritudine est: ⁊ dn̄s celauit me: ⁊ non
indicauit michi. Apl̄s q̊qꝫ dicit: De virginibꝰ p̄ceptū 1. Coꝛin. 7.
dn̄i nō habeo: ꝯsiliū aūt do. Itē ip̄e cōmemoꝛat. Hoc
ego p̄cipio/ nō dn̄s. Et alio loco sic meminit: Que lo- Ibidem
quoꝛ/ nō loquoꝛ ſm deū. Un̄ siꝉiter etiā ceteris ꝓphetis: aliqua q̇dē dn̄s locutꝰ est: ⁊ nō ꝓphete. Et aliqua ꝓphete: ⁊ nō dn̄s. Nec illud specialiter de dn̄o Jesu
chꝛisto diceret Joānes baptista: Qui misit me bapti- Joan. 1.
zare: ipse dixit michi: Suꝑ quē videris spm̄ sanctū in specie colūbe descēdentē: ⁊ manētē in eo: Hic est qui baptizat spū sctō. Nunq̄ꝫ em̄ ꝓpꝛiū esset in dn̄o chꝛisto q̇d addiꝫ: Et manētē in eo: nisi ab alijs nōnūq̄ꝫ recedere ꝓbareꝫ. In chꝛisto em̄ ꝑmāsit: qꝛ pctm̄ nō habuit. Ab alijs iure discessit: qꝛ pollutiōis maculā ꝑceperūt. Spiritui em̄ sctō nō potest eē cōmunio cū delictis. Nā sic scriptū est in libꝛo sapiētie Salomonis:
Spūs em̄ sctūs discipline effugiet fictū: ⁊ aufert se a Sap̄. 1.
cogitationibꝰ que sunt sine ītellectu. Est aūt ꝓphetie magnificū nimis ⁊ veriloquū dicendi genus: non humana volūtate cōpositū: sed diuina inspiratione ꝓfu-
sum. Sicut ait Petrus apl̄s. Nō em̄ volūtate huma- 2. Pe. 1.
na allata est aliq̄n ꝓphetia: sed spū sctō inspirati: locuti sunt sancti dei hoīes. Nam ⁊ Paulus apl̄s dicit:
Qui ꝓphetat hoībus loquiꝫ ad edificationē ⁊ exhoꝛ- 1. Coꝛi. 14.
tationē ⁊ ꝯsolationē. Et paulopost: Qui ꝓphetat: ec- Ibidem
clesiaꝫ edificat. Edificat plane: q̄n res incognitas nimisqꝫ necessarias: p̄locutiōis bn̄ficio facit esse notissimas. Nā ⁊ quibꝰ data est facultas bn̄ intelligēdi: vel interp̄tādi scripturas diuinas: a munere ꝓphetie nō videnꝫ excepti. Sicut apl̄s ait in ep̄la ad Coꝛinth. j.
Spūs ꝓphetarū ꝓphetis subiectus est. Sed q̄m de Ubi. s̄.
ꝓphetie muneribꝰ competēter foꝛsitan que leguntur agnouimus: nūc que restāt sollicite ꝑscrutemur.

¶ Cur in psalmoꝛum titulis quasi auctoꝛum nomina diuersa reperiantur. Cap̄. ij.

IN pꝛimo libꝛo paralipomenon legitur: cū 1. Paralipo. 23.
ꝓpheta Dauid deuota dn̄o etate senuisset quattuoꝛ milia hoīm ex israelitico populo delegisse: qui psalmos quos ipse dn̄i aspiratiōe ꝓtulerat/ oꝛganis/ cytharis/ nablis tympanis/ cymbalis/ tubis/ ꝓpꝛiaqꝫ voce ī magna iocūditate suꝑne gr̄e ꝑsonarent. Que suauis adunatio tribꝰ partibꝰ diuisa ꝯstabat. Rōnalis ꝑtinebat ad humanā vocē. Irrōnalis in instr̄a musica. Cōis autē de vtrisqꝫ partibꝰ aptabaꝫ: Ut ⁊ vox hoīs certis modulationibꝰ edereꝫ: ⁊ instr̄oꝝ melos cōsona se vicinitate ꝯiungeret. Sic suauis illa ⁊ iocunda musica: ecclesiā catholicā tali actu p̄dicebat: que ex diuersis linguis varioqꝫ ꝯcētu: in vnā fidei cōcoꝛdiā erat dn̄o p̄stante creditura. Ex quo numero: indita noīa frequēter in titulis īuenimꝰ: vt idithun: asaph: filij choꝛe: ⁊ his siꝉia. Nō qꝛ ipsi (vt q̇dā volūt) auctoꝛes fuere psalmoꝝ: sed

qm̄ p̄positi artificib⁹: administratores earū rerū pba biles extiterūt: vt honorē de tali cōmemoratione sumerēt: q̄ officio sctō deuotis mētib⁹ seruiebāt. Maxime: quia ꝛ noīa eoꝝ intellect⁹ rerū cōgruos iudicare noscunt̄. Nō enim supradicti viri ad psalmos faciendos electi sunt: sed eos cōgregatos tm̄ legim⁹ ad canendū. Psalmigraphos aūt fuisse: hystoria nulla testat̄. Et p̄sumptuosū est dicere: qđ nulla possit auctoritate firmari. Psalmos autē ad solū pphetā Dauid ptinere certis declarat̄ idicijs. Deniq; i Apocalypsi volēs opus istud intelligi: soli⁹ meminit Dauid: dicēs
Apoca.3. Hec dicit sctūs ꝛ ver⁹: q̄ habet clauē Dauid: q̄ aperit et nemo claudit: claudit ꝛ nemo aperit. In euangelio
Matth.22. quoq; phariseis ipse dn̄s dicit: Quomodo ḡ Dauid i spū vocat eū dn̄m: dicēs Dixit dn̄s dn̄o meo ꝛc̄. Unde pbat̄ vniuersos psalmos nō multoꝝ existere: sed tm̄ ipsius quē a dn̄o ɔstat esse noīatū. Usus quoq; eccl'ie catholice: spūs scti inspiratione gn̄aliter ꝛ imobiliter tenet: vt quicūq; eoꝝ cantādus fuerit: q̄ diuerso noīe p̄notant̄: lector aliud p̄dicare nō audeat: nisi psalmos Dauid. Q̄ si essent proprij: id est aut idithun: aut filioꝝ chore: aut Asaph: aut Moysi: eoꝝ noīa vtiq; predica rent̄: Sicut ꝛ in euangelijs fit: qn̄ aut Marci: aut Luce: aut Matthei: aut Ioānis vocabulo p̄nūciant̄. Quod etiam secutus pater Augustinus: cōgruenter oēs psalmos dicit esse dauiticos.

Quid significet in finem: quod frequēter inuenitur in titulis. Cap.iij.

Finē duob⁹ dicimus modis: primus est iste cōis atq; moralis: qn̄ res aliqua ad extremū deducta p̄uenerit: nec vlterius potest prodire: qui motus sui terminū pbat̄ accipere. Sic em̄ dicimus finitū cibū: qui sedula comestione ɔsumptus est. Finitā pecuniā: que docet̄ expēsa: ꝛ cetera q̄ hoc modo pbant̄ edici. Secundus dicit̄ finis pfectus atq; ppetuus: quē mō q̄rimus q̄ tūc nobis p̄tēdi ac dilatari magis incipit: qn̄ ad eū mēs deuota p̄uenerit. Finis ergo legis ac plenitudo
Rom.10. dn̄s noster est christ⁹: sicut apl's dicit: Finis em̄ legis christus: ad iusticiā oī credēti. Ad quē dū p̄uenerim⁹ nichil vltra p̄quiremus: sed in ipso btitudinis fine cōtēti: plenissima iocūditate pfruemur. Cuius tm̄ amor pficit quātū intellect⁹ noster dn̄o p̄stante clarescit. Et ideo quotiens in titulis psalmorū finē reperis: ad dn̄m saluatorē aciem mentis intēde: qui est finis sine fine: ꝛ bonoꝝ omniū completiua perfectio.

Quid sit psalterium: vel psalmi quare dicantur. Cap.iiij.

DEF. Psalterium est (vt Hieronymus ait) in modū Δ. delte l'rē formati: ligni sonora ɔcauitas: obesum vētrē in superiorib⁹ habēs: vbi chordarū fila religata: disciplinabiliter plectro percussa: suauissimā dicūtur reddere cantilenā. Huic cythare positio videt̄ esse ɔtraria: dum qđ ista in imo ɔtinet: illud cōuersa vice gestat in capite. Hoc aūt genus organi canoꝝ atq; singulare: aptatur corpori dn̄i saluatoris: qm̄ sicut istud de altiorib⁹ sonat: sic ꝛ illud gl'iose institutionis supne ɔcelebrat. Sicut ipse etiam in euāgelio dicit: Qui est de terra: de terra
Ioan.3. est: ꝛ de terra loquit̄. Qui aūt de celo venit: q̄ vidit ꝛ audiuit testat̄. Un̄ q̄dā ꝛ hoc opus dauiticū/psalmos esse dictos p̄finiūt: quia de supno culmine retonare noscunt̄. Cognosce ṽo q̄ isti tm̄ pro excellētia sui dicant̄ psalmi: q̄ hoc volumine ɔtinent̄. Nā ꝛ psalteriū gen⁹ esse musicoꝝ Daniel ppheta testat̄: Inquiēs vo cē tube/fistule/sambuce/cythare/psalterij/ꝛ simphonie: oisq; generis musicoꝝ. Nā ꝛ paralipomenon ex- Daniel.3.
ponit cū dicit: de lignis thinis: que vulgo euelina vocant̄: gradus factos i domo dn̄i: ꝛ in domo regia. Cytharas quoq; ꝛ psalteria cātorib⁹. Hoc apđ hebreos dicit̄ nablū: qđ tn̄ in suprascripto libro frequenti repetitione vulgatū est. Ipm̄ ṽo psalmū: grecū ɔstat esse vocabulū. Quē dictū quidā volūt απο του ψαυω: hoc est a tangēdo. Nā ꝛ psaltrias cytharedas vocamus: docto pollice modulatiōes musicas exp̄mētes. 2.Paral'.2.

Quid sit psalmus. Cap.v.

Psalmus est/cum ex ipso solo instrumento musico: id est psalterio modulatio quedam dulcis ꝛ canora profunditur.

Quid sit canticum. Cap.vi.

Canticū est qđ ad honorē dei canit̄: qn̄ q̄s libertate p̄prie vocis vtit̄: nec loquaci instr'o cuiq; musico cōsona modulatione sociat̄. Hoc est quod etiā nunc in diuinitatis laudibus agitur.

Quid sit psalmocanticum. Cap.vij.

Psalmocanticum erat: cū instrumento musico precinente: canens chorus sociatis vocibus acclamabat: diuinis dumtaxat sermonibus obsecutus.

Quid sit canticumpsalmum. Cap.viij.

Canticū psalmū erat: cū choro ante canēte ars instrumēti musici in vnā cōuenientiam comiter aptabatur: verbaq; hymni diuini suauis copula personabat.

De quinquifaria diuisione. Cap.ix.

Hanc aūt quā dixim⁹ quinq̄fariā diuisionē: put vnaqueq; eaꝝ psalmoꝝ titulis potuerit iuenire: locis aptissimis admonebo: vbi significantiā quandā subsequentib⁹ rebus mystica interp̄tatione ɔtradūt. Sed quia sunt ꝛ alie multifarie sup̄scriptiones: q̄s p̄tereundas non arbitror: Breuiter in vnā ɔclusionē estimo colligendas: vt nec fastidiū lector incurrat: nec in damno intelligentie necessaria forte pretereat.

De vnica inscriptione titulorum. Cap.x.

Quasdā sup̄scriptiones psalmoꝝ p allusionē ɔsimilē ɔtinet spūaliter intuendas: q2 si l'ram ɔsideras: extraneū est cū nō ea inueniās in psalmis: q̄ ɔtinent̄ in titulis. Si ṽo trahant̄ ad tropicū intellectū: nimis vident̄ accōmode. Ut est illud vbi res geste significant̄: id est cū fugit a facie Absalon. Ubi locus: vt est cū esset in deserto idumee. Ubi dies: vt est in prima sabbati. Ubi hebrea noīa: sicut est idithun. Ubi facta est cōpatio gestoꝝ. i. cū mutauit vultū suū corā abimelech. Uel specieꝝ cō similiū. i. p torcularib⁹. Quapropter i sup̄scriptiōib⁹ tituloꝝ: siue psalmū: siue canticū: siue psalmocāticū: siue cāticūpsalmū: siue in finē: siue aliq̄d de sexta quā dixim⁹ cōplexione repire potueris: Aut singillatim: aut vnū/duo/vel tria: siue q̄ttuor ex eis inserta cognoueris: ad illas ṽtutes trahe q̄s vnicuiq; iesse dicem⁹: q2 rerū istaꝝ cōmemoratio: ad sil'itudinē occulte itelligētie posita subtiliter inuenit̄. Ista enim ante fores psalmoꝝ: tanq̄ sacrata vela pendēt: p q̄ si aciē mētis intēdas: rarescētib⁹ q̄busdā filis: facile eoꝝ penetrabilia ɔtueris. Quis enim tot causas: tot diuersitates

nominũ putat ociosas: cum nefas sit credere scriptu-
ras diuinas aliquid supuacuũ cõtinere? Legiꝶ enim:
Matth.5. Amen amen dico vobis ꝙ iota vnum: aut vnus apex
non preteribit a lege donec omnia compleantur.

¶ Quid sit diapsalma. Cap. xi.

Inter expositores psalmorũ de ħ noie q̃daz
noscit ꝓuenisse diuersitas. Hieronymꝰ he-
braice lĩgue doctissimꝰ inq̃sitor: spũs scti ꝯti
nuationẽ esse ꝯfirmat: ob hoc q2 diapsalma
significet semp. Btũs aũt Augustinꝰ rerũ obscurarũ
subtilissimus indagator: inter ardua sine offensione
discurrẽs: hãc potius partẽ elegisse cognosciꝶ: vt ma-
gis diuisio esse videaꝶ: nois ipsius discutiens q̃litatẽ.
DEF. Sympsalma q̇ppe dr greco vocabulo: vocũ adunata
copulatio. Diapsalma ꝟo ẜmonũ rupta ꝯtinuatio: do
cẽs vbicũq3 reptũ fuerit: aut ꝑsonaꝝ: aut rerũ fieri ꝑ-
mutationẽ. Merito g̊ tale nomẽ illic ĩterponiꝶ: vbi vel
sensus vel ꝑsone diuidi cõprobanꝶ. Unde ⁊ nos diui-
siones ꝯgrue faciemus: vbicũq3 ĩ psalmis diapsalma
potuerit inueniri. Reliq̃s aũt ꝓut datũ fuerit indaga
bimꝰ: vbi tñ auctoritas huiꝰ nois nõ potuerit ĩueniri.

¶ Utrũ in quĩq3 voluminibꝰ psalmoꝝ sit se-canda ꝯtextio: an vnꝰ liber dicaꝶ. Cap. xij.

Eatꝰ hieronymꝰ ꝓphetiã psalmoꝝ in q̇nq3
libros putauit esse diuidẽdã: quia in textu
operis huiꝰ quarto legiꝶ: fiat fiat. Dũ hoc
ꝟbo intercidẽte: nõnulla se videaꝶ aperire
Ps.88. diuisio. Huic fauet assensa posteritas. Cre
do dum sibi ꝯsultũ iudicauit: qđ in multas partes co-
artabaꝶ tediosa longinq̃tas. Hylariꝰ aũt pictauiẽsis
eṕs diuinarũ rerũ acutissimꝰ ⁊ ꝓfundissimꝰ exq̊sitor:
cõgruentius librũ estimat dici debere psalmoꝝ: q2 in
hebreo vnũ volumẽ est: ⁊ maxime cũ in actibꝰ apl'oꝝ
legatur dictũ in libro psalmorũ. Quapropter merito
vnus liber diciꝶ qui tãta auctoritate firmatur.

¶ Quẽadmodũ in psalmis sit de christo do-mino sentiendum. Cap. xiij.

Ribꝰ modis psalmi loquũtur de ꝑsona dñi
iesu christi ꝓ instructione fideliũ. Primũ ꝑ
id qđ ad humanitatẽ eiꝰ nosciꝶ ꝑtinere: vt
Ps.2. est illud scdi psalmi: Astiterũt reges terre
et pricipes ꝯuenerũt in vnũ: aduersus dñm
Ps.20. et aduersus christũ eiꝰ. Et in vigesimo psalmo: Desi-
deriũ aĩe eiꝰ tribuisti ei: ⁊ volũtate labioꝝ eiꝰ nõ frau-
dasti eũ. Scdo ꝙ equalis ⁊ coeternꝰ ostẽdiꝶ prĩ: vt est
Ps.2. illud eiusdẽ scdi psalmi: Dñs dixit ad me filiꝰ meꝰ es
tu: ego hodie genui te. Et ĩ cẽtesimonono: Tecũ prin
Ps.109. cipiũ in die virtutis tue: in splendoribꝰ sctoꝝ: ex vtero
ante luciferũ genui te. Tertio a mẽbris eccl'ie: cuius
Ps.21. ipse dux ⁊ caput est christꝰ: vt est illud. 21. psalmi: Lon
Ps.68. ge a salute mea ꝟba delictoꝝ meoꝝ. Et in. 68. Deꝰ tu
scis insipiẽtiã meã: ⁊ delicta mea a te nõ sunt abscõdi
ta. Qđ dictũ ꝓ vnoq̊q3 fideliũ debemꝰ accipe. Ceteꝝ
delicta a christo ꝓbanꝶ fũditꝰ aliena. Uñ Tichoniꝰ in
libris regulaꝝ: latiꝰ diligẽterq3 disseruit hoc: si aio re-
cõdimꝰ: nulla ꝯfusione turbamur. Q2 error maximus
nasciꝶ inde: qñ ĩcõueniẽter reddiꝶ alibi qđ dictũ ꝯstat
ad aliud. Nã si vno modo fuisset locutꝰ: q̇s eiꝰ geminã
substãtiã potuisset agnoscere: cũ etiã nũc tñ tã euidẽ-
tissima distinctiõe: naturã diuinitatis ⁊ humanitatis
dñi christi aliqui nitanꝶ sacrilega volũtate ꝯfundere?
Multa q̊q3 ẜm lr̃am cõmonet: multa spũaliter iubet:
ꝑsonas subito decẽter imutat: At nũc christꝰ deꝰ: ꝟbũ
incarnatũ ⁊ hõ factꝰ: caput eccl'ie: nũc ipsa eccl'ia: nũc
homo iustꝰ: nunc penitẽs loq̇ videaꝶ: vt oia necessaria
tãgat atq3 ꝯcludat. Ubiq3 plenissimũ celestiũ reꝝ: scm̃
vibrat eloquiũ: et multiplici diuersitate ꝟtutũ ꝓpter
humani gñis largiẽdã salutẽ: regni sui adorãda my-
steria piꝰ redẽptor ĩsinuat. Hec ideo p̃fati sumꝰ: vt cũ
vẽtũ fuerit ad loca talia: ĩtrepidꝰ lector audire possit:
qđ se iã salubriter didicisse cognouerit. Illud tñ au-
ctoritate patrũ ⁊ veritatis ipsiꝰ attestatione firmissi-
ma credulitate tenendũ est: vnũ de trinitate: siue vnã
ex trinitate ꝑsonã: deũ ꝟbũ miseratione mortaliũ: ex
maria ꝟgine hoiem factũ: spontanea ꝟtute: nõ mini-
stratoria necessitate: q2 nec nature sue vllã mutabili-
tatẽ sustinuit: nec assumptione carnis augmẽtũ trini-
tatis effecit. Sed sicut q̇dã ait: Maculas nr̃as lauit
in sanguine: rugas etiã tetẽdit ĩ cruce. Hoc cũ sit spei
nr̃e singulare p̃sidiũ: beatitudo credẽtiũ: felicitas ma
gna iustoꝝ: nõ desinũt heretici impia volũtate corro-
dere: q̇ humano gñi salutis cãm cognosciꝶ p̃stitisse.

¶ Quemadmodum sit expositio di-gesta psalmorum. Cap. xiiij.

Rimo: nobis de tituloꝝ ĩscriptiõe dño iu-
uãte dicẽdũ est: vñ velut vberibꝰ exp̃ssis:
lacteꝰ sensus diuine p̃dicationis emanet.
Scdo: vnusq̇sq3 psalmꝰ ꝓ sua q̃litate di-
uidẽdus est: ne nobis intellectũ ꝑmisceat
aut occulta mutatio rerũ: aut varietas introducta lo
quẽtiũ. Tertio: archanũ psalmi: parti ẜm spũalẽ ĩtel-
ligẽtiã: parti ẜm hystoricã lectionẽ: parti ẜm mysticũ
sensum rerũ subtilitates discutiẽs: ꝓprietatesq3 ver-
boꝝ ꝓut ꝯcessum fuerit conabor apire. Quarto: ꝓut
locus exegerit: ꝟtutẽ eiꝰ breuiter demõstrare cõtẽdã:
quatenꝰ intẽtio digesti carminis: diuino munere ocu-
lis interioribꝰ elucescat. Uirtutẽ psalmi dico inspira-
tionẽ diuinã: qua nobis intentio supna reseraꝶ: ⁊ ser-
mone dauitico: a vitijs nos remouet: ⁊ recte nobis vi-
uere ꝑsuadet. Quinto: de ordine numeri psalmoꝝ: cũ
res exegerit memorabimꝰ: q̇ reuerẽtissimaꝝ rerũ ho-
nore sacratꝰ est. Hoc em̃ ꝑ singulos quosq3 psalmos
facere nobis difficile fuisse ꝓfitemur: qđ indetermina
tũ atq3 suspẽsuz: patrũ etiã reliq̇t auctoritas. Reliq̊s
aũt sibi calculos diligẽs ꝑscrutator exq̇rat: qm̃ mul-
ta accessu tp̃is in scripturis diuinis fiunt clara: q̇ nũc
videnꝶ abscõdita. In ꝯclusionibꝰ ꝟo: aut summã to-
tius psalmi sub breuitate cõplectemur: aut ꝯ hereses
aliquid dicemus destruẽdas. Ipsa est enim dñi vera
dilectio: aduersarios eius odio habere perfecto.

¶ De eloquẽtia totiꝰ legis diuine. Cap. xv.

Loquẽtia legis diuine humanis nõ est for-
mata sermonibꝰ: neq3 ꝯfusis incerta fertur
ambagibꝰ: vt aut a rebꝰ p̃teritis obliuione
discedat: aut p̃sentiũ cõfusione turbeꝶ: aut
futurorũ dubijs casibꝰ eludaꝶ: sed cordi nõ
corporalibꝰ auribꝰ loquẽs: magna ꝟitate: magna pre
scientia firmitate cũcta dijudicãs: auctoris sui ꝟitate
ꝯsistit. Sic em̃ in euãgelio de dñi christi predicatione
dictũ est: Loq̇baꝶ aũt sicut ptãtẽ hñs: nõ sicut scribe Matth.7.
eoꝝ ⁊ pharisei. Ille indubitata loquiꝶ: cui oia p̃sentia
sunt: ⁊ reꝝ exitꝰ ꝓbaꝶ esse subiectꝰ. Hec eloquẽtia siq̇
dẽ est ad vnãquãq3 rẽ cõpetẽs ⁊ decora locutio. Hec DEF.
igiꝶ casta/fixa/verax ⁊ eterna p̃dicatio: nimis purissi-
mo nitet eloquio: cuiꝰ vtilitas lucet: magnificẽtia ꝟtu
tis apparet: opatio salutis arridet: Sicut ⁊ in cẽtesi-
mo octauodecimo psalmo dicturꝰ est. Q2 eloq̃uz tuũ Ps.118.
viuificabit me. Et iterũ: Lucerna pedibꝰ meis verbũ Ibidem

tuū dn̄e:et lumē semitis meis. Reuera lumē:qꝛ semꝑ
vitalia iubet:noxia ꝓhibet:terrena remouet: celestia
1.Corin.4. ꝑsuadet. Hic et doctor gētiū in ep̄la ad Cori. scribit:
2.Timo.3. Nō em̄ i sermone est regnū dei:ſ; in ꝟtute. Itē ad Ti
motheū i scd̄a meminit dicēs: Oīs scriptura diuinitꝰ
inspirata vtilis est ad docēdū:ad arguēdū: ad erudiē
dū:ad corrigendū in disciplina q̄ est iusticie:vt ꝑfectꝰ
sit hō dei ad oē opꝰ bonū īstructꝰ. Hec sicut p̄ris Hie
ronymi testat̄ auctoritas apđ hebreos:aut rhythmo:
aut metrica ꝯstat lege cōposita : q̄ vt ipsi dicūt:fastu-
DEF. tijs ꝯtinet̄. Fastutiū em̄ ē ꝑ comata ꝓcedēs ad depro
mēdū sensū gnauiter explicata ꝯceptio. Cuiꝰ si ꝟtutē
lector diligēs ꝑscrutaris:audi ap̄lm ad hebreos dicē
Hebr.4. tē:Viuus est em̄ dei sermo ⁊ efficax:⁊ acrior oī gladio
ancipiti:⁊ ꝑtingēs vsqꝫ ad diuisionē aīe ac sp̄ūs:cōpa
gū q̊qꝫ ac medullaꝝ: ⁊ discretor cogitationū ⁊ intētio
nū cordis. Scripture aūt diuine scā ꝓfunditas adeo
cōes s̄mones h; : vt eā vniuersi incūctāter admittāt.
Sēsus aūt recōdit ꝟitatis archano: vt ī ipsis studio-
sissime vitalis sn̄ia debeat īdagari. Nā eā reuera esse
diuinā hic maxime dat̄ ītelligi:ꝙ indocti subtilissima:
tꝑales eterna nō nisi diuio repleti sp̄ū potuisse trade-
re sentiūt. Postremo q̊t miracula iugiter fc̄tā sunt:do
nec scriptura ip̄a mūdi ābitū diuulgata ꝯpleret: sicut
Ps̄.18. scriptū est:In oēȝ terrā exiuit sonꝰ eoꝝ:⁊ ī fines orbis
terre ꝟba eoꝝ. Vn̄ ad ꝓbationē ꝑtinet maximā:qꝛ lex
diuina ꝑ cūctas mūdi ꝑtes cognoscit̄ fuisse suscepta.
Hec multis modis gn̄a sue locutiōis exercet : diffini-
tionibꝰ succincta:schematibꝰ decora:ꝟboꝝ ꝓprietate
signata:syllogismoꝝ cōpl̄onibꝰ expedita: disciplinis
irrutilās:nō tn̄ ab eis accipiēs extrancū decorē: ſ; po
tius illis ꝓpriā ꝯferēs dignitatē. Hec ei qn̄ in diuinis
scripturꝫ splēdēt:certa atqꝫ purissima sunt. Cū ꝟo ad
opiniones hoīm:⁊ q̄ōnes inanissimas veniūt:ābiguis
altercationū fluctibꝰ agitant̄ : vt qđ hic est firmissime
sꝑ veꝝ:freq̄nter alibi reddat̄ incertū. Sic ⁊ ligua nr̄a
dū psalmodiā canit:nobilitate ꝟitatis ornat̄. Cū ad
fabulas ineptas ⁊ blasphema se ꝟba ꝯuerterit:ab ho
Iaco.3. nore ꝓbitatis excludit̄. Sicut ap̄ls Iacobꝰ dicit : Ex
ipso ore bn̄dicimꝰ deū ⁊ p̄reȝ:⁊ ex ip̄o ore maledicimꝰ
hoīem q̄ ad imaginē ⁊ sil̄itudinē dei factꝰ ē. Hec mū-
danaꝝ artiū ꝑiti:q̊s tn̄ multo posteriꝰ ab exordio diui
noꝝ libroꝝ extitisse manifestū est:ad collectiōes argu
mētoꝝ(q̄ greci topica dicūt)⁊ ad artē dialecticā ⁊ rhe
toricā trāstulerūt:vt cūctis euidenter ap̄peat priꝰ ad
exꝑmēdā ꝟitatē iustis mētibꝰ datū:qđ postea gētiles
hūane sapie aptādū esse putauerūt: Hec ī lectionibꝰ
sacris tanq̄ clarissima sidera relucēt : ⁊ significātias
rerū vtilissimis cōpēdijs decēter illumināt. Que nos
breuiter locis aptissimis admonebimꝰ: qm̄ res ip̄e cō
modissime deducent̄ in mediū: ꝑ q̄s ꝯcepti sensus cla
rius elucebūt. Nā ⁊ p̄r Augustinꝰ ī libro tertio de do-
ctrina christiana ita ꝓfessus ē: Sciāt aūt lr̄ati modis
oīm locutionū q̊s grāmatici greco noīe tropos vocāt
auctores nr̄os vsos fuisse. Et paulo post seq̄t̄ : Quos
tn̄ tropos.i.modos locutionū: q̄ nouerūt agnoscūt in
lr̄is sc̄tis eorūqꝫ scīa ad eas ītelligēdas aliq̄tulū ad-
iuuāt. Cuiꝰ rei ⁊ in alijs codicibꝰ suis fecit euidētissi-
mā mētionē. In libris q̊ppe q̊s appellauit de modis
locutionū : diuersa schemata sclariū lr̄aꝝ iueniri ꝓba
uit in lr̄is sacris. Alios aūt ꝓprios modos in diuinis
eloquijs eē declarauit: quos grāmatici siue rhetores
nullatenꝰ attigerūt. Dixerūt h̄ apud nos ⁊ alij doctis-
simi p̄res.i. Hieronymꝰ Ambrosiꝰ Hylariꝰ:vt neq̄qꝫ
nos p̄sumptores huiꝰ rei:ſ; pedissequi esse videamur.

Sed dicit aliq̄s: Nec ꝑtes ipse syllogismoꝝ: nec noīa
schematū:nec vocabula disciplinaꝝ:nec alia huiusce
modi vllatenꝰ inueniunt̄ in psalmis. Inueniunt̄ plane
in ꝟtute sensuū:nō in effatione ꝟboꝝ. Sic em̄ vina in
vitibꝰ:messem in semine:frondes in radicibꝰ: fructꝰ in
ramis: arbores ip̄as sensu ꝯtēplamur ī nucleis. Nā ⁊
de ꝓfundissima abysso delitiosius piscis attingit̄:q̊ tn̄
āte captionē suā hūanis oclis nō videt̄. Merito ergo
esse dicimꝰ: q̄ in eē nichilominꝰ virtute sentimꝰ. Nā ⁊
ap̄ls vetat nos seduci ꝑ vanā sapiētiā mūdi: Ista ꝟo 1.Corin.3.
nō abnegat ī lr̄is eē diuinis. Certe accedamꝰ ad psal-
mos ⁊ īterrogemꝰ: q̄ oī disputatiōe maior est rerū fi-
des. Istud ergo pricipale ꝟtutū:⁊ salutare locutiōis
genꝰ plerūqꝫ res aliq̄s refert: ⁊ sepe longe alia q̄ au-
diunt̄ exponit. Simplicitas duplex:⁊ sine dolo bilin-
guitas. Sicut fecit Ioseph qui dū fr̄es suos aspectu Gen̄.42.
ip̄o ⁊ sermone patrio cognouisset:ita eis videbat̄ loq̊:
vt nullatenꝰ posset agnosci. Qđ nō est ad deceptiōis
studiū sumptū: sed ad cōmodū magne vtilitatis effe-
ctū. Hebreos s̄mones adhibet : causas ꝓfūdissimas
innuētes. Vnā rē in malo et in bono plerūqꝫ ponit:vt
qđ noīe vr̄ esse cōe:ꝓbet̄ qualitatibꝰ discrepare. Ce-
lestia terrenis cōꝑat:vt qđ incōprehensibilis magni-
tudo vetat ītelligi:ꝑ notissimas sil̄itudines possit ad-
uerti. In ꝟbis autē serēdis mira potētia est:vt subito
oꝑta nobis atqꝫ īcōprehēsibilia:duobꝰ tribusqꝫ s̄mo-
nibꝰ explicent̄. Quid breuiꝰ dicā: frequenter etiā vna
syllaba ineffabilē dn̄i naturā demonstrat:vt est illud:
Qui ē/misit me. Cuiꝰ oē ꝟbū subtilit̄ inq̄sitū:copiosis Exo.3.
sensibꝰ scaturit. Nā sicut fecūdissimꝰ ager odoriferas
herbas saluti nr̄e ꝓducit accōmodas: sic lectio diuia
cū ꝑ singula ꝟba req̄rit̄: sēꝑ illic cura mētis saucie re-
perit̄. De cuiꝰ eloquētie modis:multi p̄res latiꝰ ꝓlixi-
usqꝫ dixerūt: quoꝝ noīa in libris ītroductorijs cōme-
morāda ꝑspeximꝰ. Sed fons ille celestis quātū assi-
due ꝯstat hauriri:tm̄ nescit expēdi. Ac ne diutiꝰ in ge
neralibꝰ remoremur : specialia psalterij dn̄o iuuante
tāgamus:qm̄ ipsa res euidēter agnoscit̄: q̄ cōmunibꝰ
rebꝰ p̄missis:postea sub aliqua ꝓprietate describit̄.

De ꝓpria eloquētia psalterij. Cap̄.xvi.

PRimū est: ꝙ ipsi tm̄ psalmi singulari nume
ro vocitant̄:quos nos adhibitis huiꝰ ligue
peritissimis: cū eoꝝ volumine ꝯferētes ser
uato vsu psallētiū:suis versibꝰ estimauimꝰ
esse reddēdos : ne se in p̄sumptū ordinē au
ctoritas ꝑmixta ꝯfunderet. Deide ꝙ nullū aliud opꝰ
auctoritatis diuine:cētū q̄nq̄ginta sectionibꝰ cōtinet̄.
Vbi em̄ tot tituli diuersa legunt̄ varietate ꝯscp̄ti. Hic
illud votiuū nomē alleluia in suꝑscriptiōibꝰ īchoauit
Hic cōmemoratio hystorie de regū tracta volumine
in ip̄o limine posita: ꝟtutes noscit̄ indicare psalmoꝝ.
Hic etiā diapsalmata tm̄ īteriecta mōstrāt̄. Hic psal
mi s̄m ꝟtutes suas numeroꝝ ordines tenēt. Liber in-
choās a btītudine chr̄i:noui ⁊ veteris testamēti sacra
ꝑcurrēs:laudibꝰ sacris ⁊ sc̄tā iubilatione cōcludit̄:vt
merito se tali munere ꝯsolet̄ eccl̄ia: q̄ hic multaꝝ cala
mitatū cognoscit̄ afflictionibꝰ sauciari. Nouit em̄ bn̄-
ficio dn̄i triūphare de suis cladibꝰ īgrauata ꝑsecutio
nibꝰ:siq̄dē ꝓfecit afflictionibꝰ: semꝑ auget̄: Sāguine
martyꝝ rigat̄:tristicia magis erigit̄:angustia dilatat̄:
fletibꝰ pascit̄:ieiunijs reficit̄: ⁊ inde potius crescit:vn̄
mūdus deficit. Quid em̄ in illo libro nō īuenies:vn̄ se
humanū genꝰ debeat ꝯsolari: Thesaurus in pectore
mūdo semꝑ excrescēs : ꝯsolatio magna lugētiū:spes
btā iustoꝝ:ꝑiclitātiū vtile suffugiū:vn̄ semꝑ qđ expe-

dit tollit: eiusqꝫ fons indefecta pennitate fluat. Btūs
quoqꝫ Athanasi⁹ Alexādrine ciuitatis ep̄s: in libro quē
marcellino suo charissimo destinauit: de proprietate
psalterij (vt ṽbis ipsi⁹ vtar) ita dicit: Quicūqꝫ psalte-
rij ṽba recitat: q̄si ꝓpria ṽba decātat: ⁊ tāq̄ꝫ a semet-
ipso descripta vn⁹ psallit: ⁊ nō tāq̄ꝫ alio dicēte: aut de
alio significata sumit ⁊ legit: sꝫ tāqꝫ ipse de semetipso
loquēs: sic hmōi ṽba ꝓfert: ⁊ q̄lia sunt q̄ dicunt: talia
velut ipse agēs ex semetipso loq̄ns: deo videt offerre
sermones. Psalterij quoqꝫ ꝓpriū est: qꝛ ꝑ eū legis diuine
sctitas introit. Nō em̄ tyrones inchoāt a Genesi: non
ab aplo: nō inter ipsa initia: aut auctoritas euāgelica
sctā pulsat. Sed licet psalteriū quart⁹ codex sit diui-
ne auctoritatis: primū tn̄ tyrones inchoātes scriptu-
ras sctās: inde legendi faciūt decenter initiū.

Laus ecclesie. Cap. xvij.

O Vere sctā: o imaculata: o ꝑfecta mater ec-
clesia: que diuina grā largiente sola viuifi-
cas: sola sanctificas: ⁊ ꝑditū ꝓprijs culpis
institutiōe tua hūanū gen⁹ instauras. Cui⁹
pie ꝯfessioni nichil addi: nichil minui potest
Per oēs q̄ppe psalmos: ꝑ oīa cantica p̄conia sctē tri-
nitatis iterseris: vt cui⁹ sunt sacrata ṽba q̄ loq̄mur: ei
laus semꝑ ⁊ dulcissima glīa redderet: q̄ salū scli hui⁹:
et hereticoꝝ seuissimas ꝓcellas in arce illi⁹ Noe simi-
tudine: q̄ tuā euidēter portauit imaginē: sola inoffen-
so fidei cursu sine periculo diluuij ꝯstanter enauigas:
nec vllis erroribus acq̄escis: q̄uis adhuc iter prauita-
tes hui⁹ seculi grauissima necessitate ṽseris. Quicq̄d
em̄ reperit p̄ter vitale gremiū tuū: mortiferꝝ ꝯstat esse
naufragiū. Nā cū Sabelli⁹ detestabilis erret in p̄re:
demēs Arri⁹ deliquat in filio: Manes sacrilegus ne-
get spm̄ sctm̄: Alij scelerati veteri testamēto derogēt:
Nōnulli noui grām nō sequant: Tu tm̄ deuotione fi-
deli (prestāte dn̄o) inoffense cūcta cōplecteris. Patrē
quippe docēs igenitū: filiū genitū: spm̄ sctm̄ de p̄re et
filio procedentē: vnū deū: sanctā predicans trinitatē:
coeternā sibi ⁊ equaliter oīpotētē: dn̄mqꝫ christū ma-
nentē ī diuinitate sua: ⁊ carne humanitatis assumpte:
salua vniuscuiusqꝫ ꝓprietate nature vnā ꝯfiteris esse
ꝑsonā. Veteri testamento de nouo fidē faciens: nouū
a veteri exortū esse cognoscens. Et vt breuiter cūcta
ꝯplectar: nescis loqui nisi q̄d expedit credi. Nā q̄uis
diuersis hic afficiaris angustijs: ⁊ dolosi hostis ꝯtrie-
tate q̄tiaris: tn̄ toti⁹ mūdi circulo ꝯgregata resplēdēs
in modū pulcherrime pyramidis ad et̄na regna ꝑdu-
ceris. Que huic schemati non imerito cōpararis: q̄m̄
de vniuersis gētib⁹ extollēs verticē preciosuꝫ: iustoꝝ
aīas quasi lumē eximiū ad superna regna trāsmittis:
meta frumētis plena celestib⁹ de diuersis gētib⁹ san-
ctoꝝ beata collatio serenaꝝ mentiū: lāpabilis cetus:
insolubilis ꝯstructio de viuis lapidib⁹ fabricata: bea-
toꝝ oīm eterna felicitas: sole lucidior: niue candidior:
sine macula: sine ruga. De qua scriptū est in cantico
Can. 6. canticoꝝ: Que est ista que ꝓgredit quasi aurora ꝯsur
gēs: pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castro
Ibidem. 4. rū acies ordinata. Et paulopost: Oculi tui colūbarū:
absqꝫ eo q̄d intrinsecus latet. Cui⁹ dētes sicut greges
tonsarū q̄ ascēderūt de lauacro: oēs gemellis fetib⁹:
et sterilis nō est inter eas. Sicut vitta coccinea labia
tua: mater ⁊ ṽgo: feta ⁊ integra: genitrix ⁊ īcorrupta:
cui⁹ os virtutū oīm fragrat odorib⁹. De qua sponsus
Ibidem. 7. dicit: Odor oris tui sicut malorū. Et post paululum:
Ibidem. 4. Odor vnguētoꝝ tuoꝝ suꝑ oīa aromata. Fauus distil
lās labia tua spōsa: mel ⁊ lac sub līgua tua. Que me-
reris deniqꝫ osculari christum: ⁊ decus illud penniter
custodire virgineū. Tibi em̄ dicit: Osculet me osculo Ibidem. 1.
oris sui: qꝛ meliora sunt vbera tua vino: fragrātia vn-
guētis optimis. Et cetera q̄ liber ille diuinus mystica
predicatiōe cōplectit. Quapropter factis auditorib⁹
ꝑ quandā isagogen (que est sequētis oꝑis ītroductio: DEF.
index celestiū mysterioꝝ ⁊ sacre prenuncia dictionis)
vt opinor sufficiēter attonitis: ⁊ desiderio suꝑno diui-
na largitate flāmatis: nūc ad soluēda q̄ ꝓmissa sunt:
christo iuuāte veniamus. Presta dn̄e: cuius est omne
quod expedit: vt intelligēter: vt libēter: vt ꝓficue me-
reamur audiri. Tuis enim adiutorijs oīmodis indige
mus: vt valeamus cōcesso sermone aliquatenus ver-
ba tue maiestatis exponere: Amen.

Ordo dicendorum.

PRologomena. i. precedentia anteq̄ꝫ celestis
psalterij mella degustē: ⁊ cāpos illos glo-
riosissime passionis dn̄o ꝑstāte cōtingā: quedā
michi vident diuisis capitib⁹ de textu ip̄ius
carminis intimare: vt ⁊ legētes distincti⁹ debeam⁹ edo
cere: ⁊ nos ordies ipsos sine aliq̄ offensione curram⁹.

In prima itaqꝫ parte: dn̄i carnalis vita describit.

In scd̄a: natura diuinitatis ipsi⁹ subtiliter indicat.

Tertia: multiplicatos dicit populos qui eum nite-
bantur extinguere.

Quarta: propheta in eisdē monitis perseuerat: vt
desinant iudei mala cogitare vel facere: quoniam se
nouerint diuinis virtutibus destruendos.

In q̄nta: dn̄s christ⁹ clamat ad patrē: vt ei⁹ audiat
oratio: ⁊ in resurrectiōe ipsi⁹ mūdo ꝓfutura ꝯcedat.

Sexta: per totum psalmuꝫ verba sunt penitentis:
cui iunguntur eiusdē modi alij sex: qui tamen in con-
clusione quinquagesimi psalmi descripti sunt.

In septīa ꝑte christ⁹ hūiliter q̄dē petit vt ei subue-
niat a p̄re: sꝫ hꝫ fiduciā recte ꝯuersatiōis: q̄d magꝭ ad
ei⁹ ꝑtinet deitatē. Sꝫ more hūanitatꝭ assūpte sibi po-
stulat subueniri: ne diabol⁹ aīam ei⁹ iniq̄ presumptiōe
diripiat: ⁊ gloria ipsi⁹ in puluerē deducta dispereat.

In octaua: parabolis ⁊ tropicis allusionib⁹ cōgre
gatis: subsequens drama decurrit: ⁊ per allegoricas
similitudines oīa referuntur ad dn̄m christū. Que sche-
mata nos locis aptissimis euidentissime cōmonebi-
mus: vt lectori studioso ambiguitas cūcta tollatur.

Nona: post multiplicia p̄conia: q̄ modo a diuinitate
modo ab humanitate ipsi⁹ accipiunt: mutatis ꝑsonis
et titulis: ponit alleluia: q̄d significat laudate dn̄m.

Decima: sequunt gradales: q̄ animū nostrū ad dn̄ꝫ
saluatorē pura ⁊ humili satisfactione perducūt.

Vndecia: variatꝭ ṽbis iterū laudes dn̄i hymnidica
exultatione cōcelebrat: mō p̄ris: mō filij: mō spūs scti
predicās maiestatē: vt nulli sit dubiū sanctā trinitatē
singulariter oīpotentē: q̄ vult facere ī celo ⁊ in terra.

Duodecima: septē psalmi relinquuntur in fine: qui
exultationibus hymnidicis totā gloriā sctē trinitatis
generaliter deuota mente cōcelebrāt. Sic textus to-
tius psalterij duodecim partib⁹ diuisus: in apostoloꝝ
numero mirabili laude concluditur: quatenus et iste
illud agat quod christi discipulos fecisse cognouim⁹.
Est etiam eiusdē rei aliud euidentius sacramentū: q̄d
centū quinquaginta diebus diluuio suꝑducto crimi-
nibus suis terra diluta est. Sic ⁊ hi psalmi tali nume-
ro ꝑducti: genus humanū peccatis suis pollutū cōue
nienter reddūt absolutū. Nunc minutatim ad expo-
nenda psalterij verba veniamus.

Explicit Prologus.

¶ Incipit expositio digesta Psalmorum Cassiodori.

b Eatus vir qui nō abijt in ꝯsilio impioꝝ / ⁊ in via peccatorū nō stetit: ⁊ in cathedra pestilentie non sedit. Sed ĩ lege dn̄i voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte Et erit tãq̄ lignū qđ plantatū est secus decursus aquarum: qđ fructū suū dabit in tp̄e suo. Et foliū eius non defluet: ⁊ oĩa quecūq̄ faciet ꝓsperabuntur. Nō sic ipĳ nō sic: sed tanq̄ puluis quē ꝓĳcit vētus a facie terre. Ideo nō resurgūt ipĳ in iudicio: neq̄ pctōres in cōsilio iustorū. Qm̄ nouit dn̄s viā iustoꝝ: ⁊ iter impioꝝ peribit.

¶ Quare primus Psalmus non habet titulum.

P Salmus hic ideo nō habet titulū: q2 capiti nr̄o dn̄o saluatori: de quo absolute dicturus est nichil debuit preponi: dū ipsuȝ rerū oĩm cōstat esse principiū. Sicut ipse in euãgelio
Joan.8. dicit: Ego sum principiū ꝓpter qđ ⁊ loquor vobis. Nã licet ⁊ alij psalmi de ip̄o multa dicãt: nemo tm̄ de eius que fuit in terris ꝯuersatione sic loquit̃. Et qm̄ ad hūc que dicēda sunt respiciūt cūcta: merito caput sancti op̄is ponit̃: qui prīceps rerū oĩm esse monstrat̃. Quicq̄d em̄ aut de p̄teritis instruit: aut de p̄sentibꝰ monet: aut de futuris efficit cautiores: oĩa ad institutionē beati viri ꝑtinēt: q̄ liber iste dicturꝰ est. Nã quidã tituli: quidã prefatiōis locū eū tenere dixerūt. Sed licet a q̄busdã om̄i iusto videat̃ aptatus: nulli tm̄ preter dn̄m christū potest veracissime cōuenire. Nã si dixerimꝰ oĩ beato posse ꝯgruere: iã nō cōstat illud qđ
Ps.115. dicit̃ in psalmo: Oĩs homo mēdax. Uel illud qđ Job
Job.15. meminit: Nullus mūdus ante te: nec infans cuius est
Esa.64. vniꝰ diei vita sup terrã. Et alibi: In veritate nemo de genitis est q̄ nō impie gessit: ⁊ de ꝯfidētibꝰ qui nō deliquit. Uel illud: Justicia iusti sic est apud te: sicut pannus mēstruate. Quapropter nō oĩ btō potest hec sen
1.Pe.2. tētia cōuenire: nisi illi tm̄ de quo scriptura dicit. Qui pctm̄ nō fecit: nec inuentꝰ est dolꝰ in ore eiꝰ. Et ipse de
Joan.14. se in euãgelio dicit: Ecce veniet prīceps mūdi huiꝰ: ⁊ in me nō ĩueniet quicq̄. Merito ergo ad christū dn̄m refert̃: qui nō abijt in ꝯsilio impiorū: ⁊ in via pctōꝝ nō stetit: aut ĩ cathedra pestilētie nō sedit ⁊c̄. Mirabilis ordo: celestis reuera dispositio: vt ab ipso nobis psalmoꝝ ꝑueniret initiū: quē salutarē ianuã ꝯstat esse celoꝝ. Quapropter ĩtrare cū summo gaudio festinemꝰ: vbi patentē ianuã: ip̄m aduocatū nr̄m esse cognosci-
Hebr.4. mus: sicut ait ap̄ls: Nō em̄ habemꝰ pontificē: qui non
Ibidem. possit cōpati infirmitatibꝰ nr̄is. Et paulo post: Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratie eius: vt misericordiã consequamur: ⁊ gratiã inueniamus in auxilio oportuno. Nūc claues psalmoꝝ reserabiles apponamus: vt p̄stante dn̄o regis nostri palatia introire mereamur: ⁊ ideo sicut p̄fati sumus: diuisio facienda est: que si recte adhibeatur: ita illustrē ⁊ perspicuã nobis efficit dictionē: vt priusq̄ legat̃ orationis textus: ante nobis eius relucere possit intentio.

Diuisio.

V Niuersus textus psalmi huiꝰ: ꝓpheta referēte narrat̃. In prima parte vitã sancte incarnationis exponit: qm̄ si ad maiestatē christi solã velis referre que de eo dicūtur: nequeūt cōuenire. Scđa ꝓ pctōꝝ nequitias in futuro iudicio debitas recipere cōmemorat vltiones: vt premissa gratius possemus accipere: cuius videbant̃ subsequētia formidari. Respice quoq̄ intētionē eiꝰ quã cōstat maxime ꝑquirendã: Ideo in principijs beatitudo dn̄i saluatoris edicit̃: vt humano generi vitalia exempla prestent̃: quatenꝰ sicut nobis homo terrenus cōtulit mortē: ita celestis veniens daret salutē. In principijs enim fuit durissima conditio decepto: sed post aduenit homini gl̄iosa redēptio. Primo illata est ignominiosa captiuitas: deide secuta est votiua libertas. Expulsus homo de paradiso: sed receptus est in celū: ꝑdidit in terra beatitudinē: sed angelos merebitur habere ꝯsortes. Luctus ex diabolo: gaudiū prouenit ex christo. Unde ⁊ ap̄ls dicit: Sicut Rom.5.
enim ꝑ inobedientiã vnius hoīs pctōres ꝯstituti sunt multi: ita et per vnius obedientiã iusti constituentur multi. In ipso itaq̄ capite psalmi huius: diffinitio btī viri / tanq̄ pulcherrimū nobis gl̄iosi regis diadema resplendet. Oratio breuis ⁊ lucida: que rem ꝓpositã diuersis modis quid sit ostendit. Sed hoc principiū duas species diffinitionū euidenter amplectitur. In prioribꝰ q̄ppe versibꝰ duobꝰ qui dicūt: Non abijt: non stetit: nō sedit: octaua species diffinitionis est: q̄ grece κατα αφαιρεσιν του εναντιου: latine ꝑ priuãtiã ꝯtrarij. Ait enim q̄d nō faciat: sicut ⁊ in quīto psalmo
dicturꝰ est: Qm̄ nō volēs deꝰ iniq̄tatē tu es. In tertio Ps.5.
aūt versu qui dicit: Sed in lege dn̄i fuit volūtas eiꝰ: ⁊ in lege eiꝰ meditabit̃ die ac nocte: scđa est species diffinitiōis: q̄ grece εννοιωματικη dicit̃: latine notio nūcupat̃. Hec nō dicit q̄d sit: sed per hoc qđ agit: res illa quã q̄rimꝰ nobis specialiter indicat̃: sicut ⁊ in.71.
psalmo dicturus est: Bn̄dictꝰ dn̄s deꝰ israel: qui facit Ps.71.
mirabilia magna solus. Memēto aūt q̄ oĩs diffinitio aut ex materia nascit̃ qđ est corpꝰ: aut ex specie qđ est qualitas: aut certe de vtroq̄: sicut est homo: mirabili ordine ꝓlata disponēs. Nã si prius posuisset q̄d erat: necessariū nō fuerat dixisse q̄d nō erat. Hoc imitatus
ꝯuerso ordine: geometricus fecit Euclides: dicēs Li- DEF.
moria eorũ cũ sonitu]. Inimici/genitiuus casus est.i.
DEF. diaboli: cuius frameas defecisse testat. Framea ei he
braic⁹ sermo est: significãs gladiũ quo hostis ille bac
chat. Qꝛ aũt dixit In finẽ/cõsummatio seculi dat in=
telligi: qñ virt⁹ diaboli oĩpotẽti illo gladio ꝓbat iteri=
mi: de quo dixit in.7.psalmo Nisi ꝯuertamini: gladiũ
suũ vibrabit ꝛc̃. Ciuitates aũt dicit destructas/popu
los infideles vltima dñi christi manifestatione conui=
ctos: quoꝝ pectora diabol⁹ in hoc seculo tanq̃ sue ci=
uitatis menia possidebat. Perijt aũt memoria eoꝝ cũ
sonitu. Cũ sonitu vero/cuꝫ clamore maximo dicit: qð
fieri solet/qñ res ꝓspere grauissimo fine claudunt: vt
nec potestas eorũ videat remanere/nec nomen. In=
tuere queãdmodũ in pulcherrima cõparatiõe ꝑman
sit: vt ciuitates quas destructas dixerat/eas cũ soni=
tu testet euersas. [Et dñs in eternũ permanet. Para=
Al. Thronũ suum. uit in iudicio † sedẽ suã]. Decora nimis/aptaq̃ diuer
sitas. Quia dixerat impios perire: dicit nũc in eternũ
dñm permanere. Qð audire nolũt/q̃ creatori suo pra
uis ausibus restiterũt. Sed cõfugiãt ad dñm miseri=
cordẽ: ne patiãtur districtũ iudicem. Parauit: hoc est
deus homo: vt q̃ hic in humilitate iudicatus est/ibi in
maiestate sua iudicaturus adueniat. Hec sunt que ti=
tulus dixit Occulta filij: qꝛ ineffabile donũ est: vt hu=
miliatã hoĩs naturã atq̃ demersam/dextera sue potẽ
tie ad celestia regna leuauerit. [Et ipe iudicabit orbẽ
terre in equitate: iudicabit populos in iustitia]. Ipse
vtiq̃ dñs christus: q̃ hic patiẽdo iniustitiã/ibi impijs
veraciter dicit demõstrare iustitiam. Orbẽ terre/san=
ctos viros debemus accipere: q̃ de vniuersali ecclesia
quasi de corone circulo cõgregant. Isti in equitate iu
dicãdi sunt: quib⁹ ꝓpter fidei ꝛ humilitatis sue bonũ
Mat.25. misericordia copiosa ꝓstabit/qui audituri sunt Veni=
Mat.19. te bñdicti patris mei ꝛc̃. Vñ sedebũt sup sedes duode
cim iudicãtes duodeciꝫ tribus israel. Populi aũt de=
bẽt accipi pctõres: q̃ operibus diabolicis non vidẽtur
exuti. Isti cũ iustitia iudicandi sunt: q̃ ꝑ factorũ suorũ
Mat.25. scelere damnabunt. Quibus dicẽdũ est Ite in ignem
eternũ. Sic duobus nõibus equitatis ꝛ iustitie: quali=
tatẽ illam iudicij mirabili breuitate descripsit. [Et fa=
ctus est dñs refugiũ pauperi: adiutor in opportunita
tib⁹ in tribulatiõe]. Copiosa spes pauperũ/ ꝛ magna
cogitatio gaudioꝝ: ipm refugiũ habere quẽ iudicem.
Audiuimus pauperẽ: sed nõ omnẽ putemus inopem.
DEF. Paup ille dei est/q̃ terrena cupiditate vacuatus: cele
sti desiderat largitate ditescere. Et ne imbecillitate
sua pauescerẽt corda fideliũ: sequit magni auxilij fir=
ma ꝓmissio Adiutor in opportunitatibus: qꝛ illud est
adiutoriũ dulcissimũ/qð in necessitate ꝓstat. Ipamq̃
iterum opportunitatẽ euidẽter expressit: dicẽs In tri
bulatiõe: qñ animus afflictoꝝ ad compũctiõis studiũ
auidus incitat: sicut in alio psalmo dicturus est Inuo
ca me in die tribulatiõis tue: ꝛ eripiã te/ ꝛ glorificabis
me. [Et sperent in te oẽs q̃ nouerũt nomẽ tuũ: qm̃ nõ
derelinquis querẽtes te dñe]. Sperẽt in te: nõ seculi
blandimẽta respiciant/sed in tua ꝓmissione cõfidant.

Qui nouerũt nomen tuũ.i.qui maiestatẽ tuã sanctissi
ma deuotiõe venerant. Audierũt em̃ nomen dñi ꝛ il=
li q̃ minime credũt: sed tm̃ illi nouerũt/qui mandatis
eius suppliciter obsequũtur. Sequit causa cur in dño
debeat sperari: qꝛ nõ patitur eos deserere/quos ad se
ꝑspexerit cõfugisse. Certũ est em̃ presentẽ semꝑ habe
re dñm: q̃ tali preditus docet arbitrio. [Psallite dño
q̃ habitat in syon: annũciate inter gentes † mirabilia Al. Studia.
eius]. Venit ad secũdam sectionẽ: vbi bñficia ꝓsentis
tẽporis ꝛ futuri beatus ꝓpheta respiciẽs/ad psalmo=
diã ꝓuocat populos deuotos: ne cũ tãta eis cõferunt
ꝓmia/aliquo torpore lentescant: primũ dixit Psallite
dño. Et ne in suis supstitiõib⁹ psallẽdum putaret esse
gẽtilitas: addidit Qui habitat in syon: vt designaret
dñm saluatorẽ: q̃ in illis partibus corporaliter appa=
rẽs/religiõe sui nõis totius mũdi ambitũ cõprehẽdit.
Hoc ei de sancta incarnatiõe dicit. Nã ille vbi nõ ha
bitat q̃ vbiq̃ tot⁹ est? Verũ vt nõis huius mysterium INT.
etiã spũaliter ꝑscrutemur: syon speculatio dicit: qꝛ re
uera de⁹ in cõtemplatiõe pijssima reperit. Et iuste ibi
nobis habitare dicit: vbi eũ illuminati celesti gr̃a con
tuemur. Exponit etiã qð supius dixit Psallite: qꝛ hoc
est reuera illi psallere/vniuersis gẽtibus ei⁹ mirabilia
nũciare. Vñ intelligere possum⁹ in oĩ actu psalmodiã
cõpetẽter dici/q̃cq̃d põt dñi laudibus applicari. In=
tuendũ est etiam: qꝛ hoc per diffinitionẽ decẽter expli
citũ est. Dicit ei cui dño psalletur.i.q̃ habitat in syon.
[Qm̃ requirẽs sanguinẽ eoꝝ † memoratus est: nõ est Al. Redatus.
oblitus † orationẽ pauperũ]. Quia superius dixerat
Gẽtib⁹ ꝑdicate: ꝛ multos eorũ cõstat occisos: ne quis Al. Clamorem.
putaret inultũ esse qð gestũ est/ sequit sanguinẽ mar=
tyrũ ab impijs ꝑsecutoribus esse requirẽdũ: vt in eter
nũ recipiãt/ quod tẽporaliter effecerũt. Memoratus
est/mirabiliter ad vtrunq̃ positũ est: vt et ꝑsecutores
vindicta terreret/ ꝛ martyres ꝓmissio benigna refice
ret. Nõ est oblitus/ad ꝯquerentiũ infirmitatẽ dicit ro
borandã: q̃ ꝓpter longinquitatẽ futuri iudicij retribu=
tiões dñi estimãt aliquaten⁹ obliuisci. Orationẽ pau=
perũ/petitionẽ dicit iustorũ: quaꝫ ex sua ꝑsona subter
adiungit: vt de vnoquoq̃ fideli hoc intelligas/qð sibi
ꝓpheta postulat largiendũ. [Miserere mei dñe/vide
humilitatẽ meã de inimicis meis. Qui exaltas me de
portis mortis]. Ista est oratio cunctorũ pauperũ ad
singularẽ numerũ cõpetẽter adducta: qꝛ semꝑ in vni=
tatẽ sanctorũ hec turba ꝑducitur. Sic ei sibi postulat
subueniri/vt a clemẽtissimo rege videatur: qꝛ reuera
cõspectus ei⁹ auxiliũ est: ꝛ tenebrosa ꝓtin⁹ dispereũt/
cũ se tãti luminis serena ꝯcedũt. Humilitatẽ igit suã
de inimicoꝝ supbia supplicat estimari: qꝛ tantũ carna
liter humiliãt martyres christi: q̃tũ ꝑsecutores eorũ
tẽporaliter vidẽtur extolli. Porta ꝟo mortis est dia=
bolus/vel oĩs illecebra secularis: qm̃ ꝑ hec ad eternũ
exitiũ infeliciter introit. Exaltas me dicit: id est longe
facis a talibus. Nã cũ porta mortis sit cõuersatio sce
lerata multorũ/iure se ab ea dicit exaltatũ: qꝛ ꝓceptis
vitalibus adherebat. [Vt annũciem omnes † laudes Al. Laudationes.
tuas: i portis filie syon. Exultabo i salutari tuo]. Gra
tissima est portarũ ista repetitio: vbi vnũ quidẽ nomẽ
sed res oĩno diuerse sunt. In illis mortis est aditus: in
istis vitalis reperit introitus. Liberatus ergo ex illis
portis mortalib⁹/in istis portis ecclesie que beatitudi
nem tribuunt sempiternã/ꝓnunciaturũ se laudes dñi
pollicet: per quas nomen eius eximiũ toto orbe cele=
brat. Syon em̃ reliquas mũdi generauit ecclesias: qꝛ
ibi natũ est/vnde fidei nostre venisse cõstat exordium

qđ manauit latius in toto orbe terrarū. Salutare patris christus est dn̄s: virtus ⁊ sapiētia ei⁹: q̄ nobis eternā requiē tribuit ⁊ salutē. Merito ergo ꝓpheta in ipso se exultare dicit: vbi gaudij nullus est finis. [Infixe sunt gētes in interitu: quē fecerūt. In laqueo isto quē
Al. Abscō derunt. occultauerūt † cōprehensus est pes eorū]. In hoc et alio versu q̄ sequit̄/ retributio peccatoꝝ potēter exponit̄: q: ꝓꝓa vnusquisq̧ iniquitate torquet̄. Infixas em̄ dicit gētes que timore dn̄i nō tenent̄: sed quibusdā clauis pctōꝝ ꝓbant̄ esse cōfixe: vt se nō valeant excutere quas dura videtur ligamina cohibere. Qđ ad iudeos nō improbe dicimus ꝑtinere: vt ita sint malis suis affixi/ queadmodū in cruce clauis dn̄m infigere decreuerūt. Laqueū vero occultauerūt: q̄tū ad eoꝝ dicit̄ votū. Nā christo celatū esse nil potuit/ q̄ passionē suā innumera denūciatiōe ꝑdixit. Cōprehēsus est pes eoꝝ.
SCHE. Perseuerauit in metaphora laquei: quē supius dixit. Comprehēsos em̄ illos dicimus/ quos capitio nodosa cōstringit. Pes aūt significat gressus animi/ ⁊ desideriū prauū: qđ eos ambulare fecit ad iudicium: sicut
Prouer. 1. Salomon in ꝓuerbijs dicit: Pedes eorū in maliciam currūt: ⁊ veloces sunt ad effundendū sanguinē. [Cognoscet̄ dn̄s iudicia faciens: in operibus manuū suarū comprehēsus est peccator]. Vera nimis et absoluta sentētia. Qm̄ tūc manifeste cognoscet̄ dn̄s iudicia facere: q̄n pctōrib⁹ dabit̄ eterna cruciatione torqueri. Hic em̄ q: sunt eis libera scelera/ relinqui credunt̄ forsitan impunita: sed vbi dies ille manifestatiōis aduenerit/ ⁊ throno maiestatis sue dn̄s insederit: tūc generaliter agnoscet̄ operari iudicia sua: q̄n humanum genus siue a sinistris/ siue a dextris ei⁹ fuerit arbitrio segregatū. Hoc est ei iudicia vera facere: vniuscuiusq̧ merita sine aliqua cōfusione discernere. Sequit̄ sentētie huius aperta declaratio. Dicit em̄ vnde cognoscit̄ dn̄m vera iudicia facere: sc; q̄n nexuosis operib⁹ suis peccator astringit̄/ ⁊ ꝫm actuū qualitatē dignam recipit vltionē. Nā sensus ille omnino vitādus est: qui putat peccatorē sola delictoꝝ suoꝝ recordatiōe crucian
Mat. 25. dū. Nā si hoc tm̄ sufficeret: quare diceret̄ Ite in ignē eternū: q̄ paratus est diabolo/ et angelis eius. Et illud
Isa. 66. Vermis eorū nō morietur: ⁊ ignis eoꝝ nō extinguet̄. Nō em̄ hec loca tormentoꝝ negat peccatoribus dari: sed ꝑ qualitates operum suorū eos dicit esse torquēdos. Sentiamus ergo locū pctōꝝ supplicijs esse ꝑparatū: intelligamus intrinsec⁹ penale malū: qđ sceleratis legim⁹ imminere. Nā vt reuera cognoscamus beatitudinē a damnatiōib⁹ quibusdā terminis esse diuisā: re
Luc. 16. cordemur diuitē oculos subleuasse/ pauperēq̧ Lazarū in sinu abrae fuisse cōspectū: se aūt flāmis vltricib⁹ deputatū. Vn̄ ordo iste veritatis nullaten⁹ diceret̄: si pctōres malorū recordatio sola torqueret. Hec sunt occulta filij q̄ titulus ꝑdixit. Cāticū diapsalmatis.

Quū diapsalma: cui superpositū ꝓbatur ⁊ canticū. Vn̄ nōnullos hec res fecit aduertere: diapsalma silētium nō putare. Aiunt em̄ fieri nō posse vt canticū silentij esse videat̄. Sed res ista determinationē que in prefatiōe posita est omnino nil impedit. Hic em̄ canticū non interruptionē verboꝝ tollit: sed futurā videt̄ indicare letitiā. [Conuertant̄ pctōres in infernū: oēs gētes que obliuiscunt̄ dn̄m]. Venit ad tertiā sectionē: in qua pctōrib⁹ finē sub alacritate animi ꝓnūciat esse venturū. Conuertant̄ dicit/ ab hui⁹ mūdi delectatiōe tollā tur: ne diutius possint in sua voluptate gaudere. Sequit̄ In infernū: ne se crederēt alibi esse mittēdos

Infernū aūt dictum est ab eo qđ illic aīe iugiter inferant̄: siue (vt quidā volūt) a parte inferiore. Sz hec infernū vult intelligi ꝑpetuā mortē: ad quā sine dubio ꝑuētūri sunt/ q̄ dn̄i ꝑcepta cōtemnunt. Obliuisci autē dn̄m/ est erroribus supstitionū: et ceno voluptatis inuolui. Nā ecōtrario illi⁹ memores sunt/ q̄ talia nō requirūt. [Qm̄ nō in finē obliuio erit pauperis: patiētia pauperū nō peribit in finē]. Vidēs ꝓpheta in hoc mūdo diuitib⁹ despectui esse pauperes/ ⁊ obliuiōi crudelissime deputari: in finē seculi q̄n dn̄s ad iudicādū venerit mūdū/ pauperes nō dicit esse cōdemnādos: sed tūc magis in memoriā dn̄i illos venire/ q̄n diuites huius seculi a regni eius munerib⁹ excludūtur. Et quare illi paupes a dn̄o cōmemorent̄ exponit. Dicit em̄ patiētia pauperū: q̄ fidelissimos coronat. Nā si quibusli bet erūnis desit patiētia: aīa nō pōt esse pfecta. Quapropter patiētia/ est inter anxias tribulationes seculi vsq̧ ad finē mortis in timore dn̄i gratiarū actio iugiter obseruata: sicut dn̄s in euāgelio dicit In patiētia vestra possidebitis aīas vestras. Cui⁹ rei tāta virtus est: vt etiā ipse dn̄s q̄ nichil patit̄ patiēs dicat̄. [Exurge dn̄e nō preualeat homo: iudicet̄ gētes in cōspectu tuo]. Cū de fine seculi ꝓpheta tractaret/ aduētū antichristi cordis illuminatiōe ꝓspexit: ⁊ periculi magnitudine ꝑterritus/ magna voce ꝓclamauit: exurge dn̄e nō ꝑualeat homo. Ipse est ei homo pessimus, quē humana nō pōt sustinere ꝯditio: in quo tāta erit versutia vel potestas/ vt sola dn̄i virt⁹ ei⁹ possit supare nequiciā. Gētes etiā petit celerrimo aduentu iudicari: q̄ cū ipso seuissimo scelera magna facture sunt. Nā dū occulta potestate hec oīa dn̄s administret: ibi tn̄ palam iudicare petit/ vbi supbi nocere vlteri⁹ nō sinet̄. [Cōstitue dn̄e legislatorē sup eos: vt sciāt gētes q̄m hoīes sunt]. Euidēti⁹ iā de ipso dicit antichristo/ vt talis ꝑnceps det̄ pctōribus: non q̄ eos regat/ sed cū ipsis vna depereat. Deniq̧ seq̄t̄ vt sciāt gentes q̄m hoīes sunt. Hoc aūt dictū minātis est: vt ad cōuersionē poti⁹ inclinet̄/ q̄ de sceleris sui libertate ꝑsumūt. Legis ei verissimus lator sol⁹ est de⁹. Et q: ille contra ꝑcepta dn̄i multa iussurus est/ in maledicto ponit̄: vt eis praue legis cōditor tribuat̄. Qđ non ad salutē sceleratis ꝓficiat: sed ad ruinā. [Ut quid dn̄e recessisti longe: despicis i opportunitatib⁹ in tribulatiōe]. Interiecto Diapsalmate/ venit ad quartū mēbrū: vbi tēporis illi⁹ mala ꝑtractās/ afflictoꝝ ꝯsideratiōe dn̄o dicit more infirmitatis humane: Cur recessisti lōge: non q̄ ille locum derelinquat/ ⁊ ad aliud spaciū transferat̄: q̄ vbiq̧ tot⁹ est: sed q: recessisse credit̄/ cum subuenire tardauerit. Sz dū supi⁹ dixerit Qm̄ nō derelinq̄s q̄rētes te dn̄e: hoc seq̄t̄ Despicis in opportunitatib⁹. Sz illud cōstat dictū veraciter ⁊ definitiue: istud aūt ꝑ gementiū anxietate ꝓlatū est: Despici ei nos credimus: si vel minimo tpe differamur. Sz ille tūc magis vberi⁹ ꝑstat/ cū magne patiētie nobis solatia subministrat. [Dū supbit impius tūc incēdit̄ paup: cōprehēdunt̄ in † cogitatiōibus suis q̄s cogitāt]. Studiosi⁹ est hec sn̄ia ꝑscrutāda: ne putet̄ exinde iust⁹ viri: q: pctōr i isto seculo videt̄ extolli. Sz sic poti⁹ intelligēdū est. Supbit impi⁹ cū se effectu maligne volūtatis expleuerit. Tūc magis paup ad studiū virtutis accēdit̄: q: dū viderit peccatorē nimis exaltatū/ facile nouit esse casurū: et auidius ad humilia tendit/ vn̄ se exaltādū poti⁹ eē ꝯfidit. Sz istis impijs ac supbis ꝓuenit illa dānatio: vt debitis penis q̄si q̄busdā vncis apphēdant̄: ne illos i lucē ꝓdire liceat/ q̄ tenebrosis actib⁹ cōtradut̄. De⁹ bone

ETY. DEF. DEF. Luc. 21. Al. In consilijs quibus.

quātus horror est timere quem nō valemus effugere:
sed dona hec illa odisse/ que tuo p̄cepto iubemur eui-
tare. [Q̄m laudatur peccator in desiderijs anime sue: ⁊
Al. Iniquꝰ † qui iniqua gerit benedicitur. Exacerbauit dn̄m pecca
benedicitur. tor]. Reddita est causa que peccatores cogitationi-
bus suis faciat illigari. Malus enim dum predicatur ex-
tollitur: nec de correctiōe cogitat/ cui laudator blādiēs
inuenitur. Sequitur exaggeratio iniquitatis: vt ille bene-
dicatur/ qui male potius actitare cognoscitur. Verū iste q̄
adulantiū falsitate deceptus/ in magnam se sup̄biam
dn̄ationis euexerit: qđ p̄prie de antichristo datur intelli
gi: qui fallentiū cateruis eousqꝫ perducitur: vt se nō solū
regem terrenū/ sed etiā rerū omniū predicet deum: si-
2. Thess. 2. cut apl's dicit: Ita vt in tēplo dei sedeat: et extollat se
sup̄ omne qđ colitur/ ⁊ qđ dicitur deus. Sed ista illi profi-
ciūt ad ruinā: Irritat em̄ verū dn̄m: vt falsus deꝰ fal-
sis vltricibus addicatur. [Scd'm multitudinē ire sue nō
Al. Queret † inquiret. Nō est deus in cōspectu eius]. In exponē
da volūtate antichristi perseuerat: q2 s'm peccata sua
dn̄m nō requiret. Dicēdo em̄ s'm multitudinē ire sue/
ostēdit oīa illum turbulēta/ crudeliaqꝫ facturū. Verū
istius nequicie reddita est causa cōueniēs: q2 in cōspe
ctu suo nō h3 deū. O q̄ꝫ p̄funda cecitas est/ deum an-
te oculos non habere. Nā si vltimū malū creditur solis
lumina nō videre: nōne apud superos inferna patiuntur
qui auctorē sacri luminis p̄ sua minime cecitate respi
ciunt? De ipso quoqꝫ nequissimo Daniel p̄pheta testa
Daniel. 11. tur dicēs: Et extollet rex se aduersus omnē deū: ⁊ ma
gnificabitur sup̄ omnē deū: ⁊ ad deū deorū loquetur su-
Al. Iniqui- perba. [† Polluuntur vie eius in omni tēpore. Auferētur
nate sunt. iudicia tua a facie eius: omniū inimicoꝝ suoꝝ dn̄abitur]
Ps. 118. Sicut de iustis dicturus est Beati immaculati in via:
qui ambulāt in lege dn̄i: ita nūc de antichristo dicitur
omnes semitas habere pollutas: id est cogitatiōes/ fa
ctaqꝫ sordētia. Necesse est em̄ vt sint cōtaminata atqꝫ
polluta: que ducatu pestiferi diaboli sordidātur. Additur
etiā nefariū scelus: vt cū vindictā in se respicit esse di-
latam/ deū nō putet exercere iustitiā. Sic em̄ auferūtur
iudicia dei a facie impij: q̄n videt tardiꝰ venire/ qđ ce-
leriter meruerat sustinere. Et qđ illi auget interitum
(cū vitijs seruiat) omniū inimicoꝝ suoꝝ obtinere dicitur
p̄ncipatū. Qua felicitate subuectus ad scelera p̄nior
erit: cū nullū sibi obuiā ire posse cognouerit. Qui tan
ta inferius p̄prietate describitur: vt iam nō futurus/ sed
SCHE. quasi presens esse videatur. Que figura dicitur Characte
rismos: quando aliquis aut per formā describitur/ aut p̄
actus p̄prios indicatur. [Dixit em̄ in corde suo: nō mo-
Al. a. uebor † de generatione in generationem sine malo].
His verbis p̄prie cogitationem antichristi designat/
vel eorū qui eius famulātur arbitrio: q̄m scriptum est
Sapien. 2. Imitātur ergo illū/ qui sunt ex parte ipsius. Qui sibi
ipse malicia faciente dicturus est/ nullā gentē intactā
relinquā. Sed de ista natiōe me vlciscēs/ ad aliā gen
tem iterū trāsferar vindicādus: vt omnes studio pra-
uo possit affligere / qui eius visi sunt nisibus obuiare.
Actus vero suos vno verbo definiuit: q̄n se sine malo
nichil dicit esse factuꝝ. [Cuiꝰ os maledictiōe/ ⁊ ama-
ritudine plenū est: sub lingua eius labor ⁊ dolor]. Ne-
quicia eius duplici p̄uersitate describitur. In ore quip-
pe habebit blasphemā maledictionē: cū se dei filium
mentietur. Amaritudinē/ quādo resultatoribus suis pe
nā mortis indicet: ⁊ ad supplicia iubebit p̄uenire/ qui
eum tanq̄ꝫ numen cōtempserint adorare. Hec habe-
bit in ore/ que locutꝰ est publice. Sub lingua vero qđ
ait/ designat eum cogitationes habere seuissimas: vt
cū ipse sit perditus/ p̄dere cuncta festinet. Quarū re-
rū definitio labor et dolor est. Labor/ cū diuersis cla-
dibus affligit innoxios. Dolor/ cū martyres facit: q̄m
sine labore ⁊ dolore corporis cōsummari nō potest co
rona martyrij. Sic vniuersa q̄ loquitur vel cogitat: pari
fece polluta sunt. [Sedet in insidijs cum diuitibus in
occultis: vt interficiat innocentē. Oculi eius in paupe
rem respiciūt]. Cū dicit Sedet in insidijs/ actus anti-
christi latronum cōsuetudini cōparauit: qui occultas
vias insidēt vt interficiant innocētes. Que figura di-
citur Phantasia: quotiēs in cōcipiēdis futuris visio- SCHE.
nibus animus perducitur audientis. Tale em̄ antichri
sti regnum dicit futurū: qđ ad martyrū coronam/ ⁊ in-
fideliū ruinam cōstet esse permissum. Sequitur Cū diui
tibus: hic significat multitudinē malorū. Sepe em̄ in
scripturis diuinis diuites in malo accipiūtur: sicut pau-
peres in bono. Interficere vero innocentē/ est de reli
gioso facere sacrilegum: eiusqꝫ aīam perpetua morte
damnare. Nam cū dicit oculos eius in pauperē respi
cere/ non respicit vt p̄spiciat: sed ad hoc intēdit vt pe
rimat. [Insidiatur in † occulto: sicut leo in † cubili suo] Al. Abscō
Leonē in cubili suo antefatū dicit antichristū: q̄ atro- dito quasi.
citer ⁊ dolose laceraturus est populum christi. Inter Al. Spelū
initia em̄ persecutio ecclesie violēta tāta fuit: vt a pa- ca sua.
ganis/ p̄scriptionibus/ tormentis/ cedibus/ christiani
ad idolorum sacrificia cogebantur. Altera fraudulēta:
que nunc p̄ hereticos ⁊ falsos agitur christianos. No
uissima superest que per antichristū predicitur esse ven-
tura. Qua nichil periculosius: q̄m erit violēta nimis/
ex potestate regni singularis / et deceptuosa miracu-
lis: vt (sicut dn̄s in euangelio dicit) seducat si fieri po- Mar. 13.
test etiam electos. Proinde ad vim pertinet qđ positū
est leo: ad dolos qđ ait in cubili suo. Sic vtreqꝫ iniqui-
tates eius singulis sermonibus intimātur. [Insidia-
tur vt rapiat pauperē: rapere pauperem dū attrahit
eū. In laqueo suo humiliabit eum]. Iteratio insidia-
rum/ nimietatē callidi persecutoris ostendit. Rapere
vero pauperē/ significat subitū periculum anime: ad
quod ille nefandissimus trahere nititur innocētes. De-
inde ad expositionē priorū sequitur decora repetitio.
Nam vt non putares pauperē raptū aut fisci debito:
aut īterpellatiōe cause ciuilis: geminauit rapere pau
perem. Et mox causam p̄secutionis annectit/ dum at-
trahit eū: id est dum illum a veritate culture ad nomi
nis sui venerationem molitur adducere. Et ne adhuc
istud attrahit eum/ dubium habere potuisses: addidit
In laqueo suo humiliabit eū. Laqueꝰ significat quo
simpliciū corda capiuntur: ⁊ velut nodo p̄uersitatis la-
mentabiliter alligantur. Humiliabit autē/ bene dictum
est: q̄m de vera religione sine dubio cadunt/ qui ad in-
sana dogmata p̄ducuntur. [Inclinabit se/ ⁊ cadet cū
dominatus fuerit pauperū]. Hic iam de ipso tyrāno
dicitur: qui in dei seruos p̄missa potestate grassabitur.
Inclinabit se: id est cū animū suū nimia perditoꝝ ac-
quisitiōe remiserit: ⁊ quasi malorū copia crapulatus/
in aliquod ociū post sanctorū penas/ afflictiōesqꝫ p̄ue
nerit. Tūc ergo de sua p̄sumptiōe nequissimus cadet:
quādo illi cū suis sequacibus superuenerit repētinus
interitus. Finem quippe seculi nescit: q̄m eum dn̄s in
sua potestate cōstituit. [Dixit em̄ in corde suo oblitus
est deus: auertit faciem suā ne videat vsqꝫ in fidem].
Nimis stulta cogitatio. Crediturus est deum dissimu
lare/ cui honorem sacrilegus conatur eripere: putās
eum fideles suos nolle respicere: cum p̄pter ipsum do
ceantur omnia penalia sustinere. Ignarus veritatis

contraria ſuſpitione mouebitur: nec intelliget qđ ſe=
quitur: Ne obliuiſcaris pauperũ in finē. Non enim di
cit: nichil eos eſſe paſſuros: ſed nullatenꝰ vſqꝫ in finē
deſerēdos eſſe. [Exurge dñe deus meꝰ ⁊ exalteť ma=
Al. non hʒ nus tua: ne obliuiſcaris pauperũ † in finē]. Decurſis
quattuoꝛ partibꝰ nũc exaltatiue ꝓpheta ſe ꝯuertit ad
quintā: ſupplicās fieri qđ tñ̄ ſciebat eſſe vēturũ. Exur
ETY. ge diciť: citius ſurge: hoc eſt velociter veni. Exaltetur
manus tua. Manus ꝑationē ſignificat. Sed iſta dei
ꝑatio iudiciũ eſt: qđ expectamus eſſe vēturũ. Illud
em̄ deſiderabat venire: vbi iſte ſuꝑbus poſſet occũbe
re. Ne obliuiſcaris pauperũ in finē. Cōtra q̊s impius
dicebat: Auertit faciē ſuā: ne videat vſqꝫ in finē. Nũc
rogat ne ſm̄ votũ antichꝛiſti obliuiſcať pauperũ in fi=
nē ſeculi: vbi futura eſt retributio meritoꝝ. [Propter
quid irritauit impius deũ? dixit enim in coꝛde ſuo nō
requiret]. In hoc verſu mirabili bꝛeuitate: ⁊ ſciſcita=
tio premittiť: ⁊ reſpōſio apta ꝯſequiť. Interrogatiue
em̄ ꝓnũciandũ eſt: ꝓpter q̇d irritauit īpius deũ? De=
inde reſpondendũ eſt: dixit em̄ in coꝛde ſuo nō req̇ret.
Conſtat q̇ppe ideo dñm irritatũ: qm̄ eũ impius facta
ſua nō putabat poſſe req̇rere. Sed inueniet memoꝛē
quē ſperabat oblitũ: ⁊ vſqꝫ ad imēſum ſentit recipi: q̄
pꝛe multitudine delictoꝝ credebat in memoꝛia nō te=
neri. [Uides qm̄ tu laboꝛē ⁊ doloꝛē cōſideras: vt tra=
das eos in manus tuas]. Iſtud iam ꝓbatoꝛi dño cũ
gratulatione dicēdũ eſt: vides qm̄ tibi nullus illudet.
Superius enim dixerat: Sub lingua eius laboꝛ ⁊ do
loꝛ: hec nũc ṽba repetit: Uides qꝛ laboꝛē ⁊ doloꝛē ꝯſi
deras: q̄ et ille ꝑfidus dũ ſub lingua ſua haberet. i. in
cogitatione reuolueret: cognoſci penitꝰ nō credebat.
Cōſideras ꝑfecto: qñ in tuis manibꝰ. i. iudicio tradi=
tus non euadit: ſed digna factis recipit: qui vacandũ
ab ſceleribꝰ nō putauit. Sic oīs poteſtas penes deũ
eſſe declaratur: qui pctōꝛes ipſe ſibi ⁊ tradit ⁊ punit.
Nā qđ ꝑ miniſtros eiꝰ geriť: ipſius virtute ſine dubi=
tatione cōpleť. Quo fugiat: quē tanta virtꝰ inſequiť?
Cōmittat licet ſcelera: ⁊ diuerſoꝛũ hoīm ſubuerſione
paſcatur: quicquid fecerit nō erit impunitũ: cũ eterna
damnatione toꝛquebiť. [Tibi em̄ derelictꝰ eſt pauꝑ:
Al. oꝛpha=no †pupillo tu eris adiutoꝛ]. In mediũ deductis impijs
atqꝫ cōuictis: redit ad iuſtos: vt ſicut illi digna factis
recipiũt: ita iſti ꝓmiſſa pꝛemia ꝯſequanť. Nā cũ dicit:
Tibi derelictus eſt pauper: oſtendit qm̄ qui illi dere=
linquiť: nulla vtilitate fraudať: qm̄ hoc eſt pio pꝛinci=
ETY. pi dimitti: qđ bonis oībus tradi. Pauꝑ em̄ dictus eſt
a paruo lare. Relictũ ergo dicit pauperē deo: vt oēs
videant q̄ bona poſſint de eius repoꝛtare iudicio. Pu
pillũ vero dicit: non cuius genitoꝛ carnalis occubuit:
ſed cui pater ſepultꝰ eſt mũdus. Nā multos pupillos
inuenies oꝛbatos pr̄e viſibili: vt ſunt blaſphemi abli=
guritoꝛes: ⁊ qđ in illa etate creberrimũ eſt luxurioſi: ⁊
hi ꝓbanť a dño alieni. Sed ab illis pupillis diuidi nō
poteſt adiutoꝛiũ dei: quoꝝ pr̄ diabolus in actione fa=
cinoꝛis ꝓbať extinctꝰ. Et intēde qđ dicit: tu eris adiu=
toꝛ: vt cum carnaliter affligi videas eos: nō dubites
eſſe liberādos. [Contere bꝛachiũ pctōꝛis ⁊ maligni:
Al. quereť pctm̄ illiꝰ et non †requireť delictũ eius nec inueniet]. Ante oculos ꝓ=
phete antichꝛiſti neq̇tia redit: ⁊ rogat ne illi bacchari
diutius liceat in ſanguine beatoꝝ. Cōtere. i. ad nichi=
lum redige. Bꝛachiũ eius / dicit potentiā: qua pecca=
toꝛes male vtebantur: qꝛ inſegniter impia faciebat: ⁊
hoc nomē ab eo ſingulariter meruit: qm̄ in ſceleribus
ſimilē nō habebit. Malignus / quia iniquus diſſuaſoꝛ
erit: vt quos terroꝛe nō poteſt ꝯuertere: ſaltē conetur

per noxia ꝑmia declinare. Delictũ autē eius: dicit cō=
miſſa ꝑperā: qđ lʒ ſingulariter ꝓnũciatũ ſit: innume=
rabilia tñ̄ eius extabũt ſine dubitatione pctā. Oīa ſi=
quidē facta ipſius ac dicta pctā ſunt: cuius vniuerſa
vita delictũ vocatur. Addiť: Nec inueniet: qꝛ dubiũ
non eſt perire ſceleſtā poteſtatē: cuius damnādũ con
ſtat auctoꝛē. [Regnabit dñs in eternũ ⁊ in ſeculũ ſe=
culi: peribitis gentes de terra illius]. Extincta clade
generali: ad futurarũ rerũ oꝛdinē venit: quoniā inter=
fecto antichꝛiſto: dñi regnũ eternũ: pium / munificũqꝫ
venturũ eſt. Permittitur enim nimis pꝛecurrere ſce=
leſtũ malũ: vt gratius regnũ dñi ſuſcipiať optatũ: vbi
iā beatoꝝ adepta ſecuritas conquieſcat: nec vlterius
foꝛmidenť inſidie quas magis ſanctꝰ vir in hoc mun=
do cogitur ſuſtinere. Gētes aũt / poſuit peccatoꝛes ⁊
impios: qui feraliter viuũt: nec dñi legibꝰ obſequunť.
De terra illius / regnum ſignificat dñi ſaluatoꝛis: quo
ſoli beatiſſimi ꝑfruuntur. [Deſideriũ pauperũ exau=
diuit dñs † concupiſcentiā coꝛdis eoꝛũ exaudiuit au= Al. pꝛepa=
ris tua]. Bene vota iuſtoꝝ ṽbis cōgruis exprimunť. rationē.
Dicit em̄ / deſideriũ pauperũ: qđ fit ſemꝑ amoꝛe pꝛe=
miſſo: vt illic eũ euidenter videre cupiāt: vbi nũc etiā
mentis lumine trāſferũtur. Sequitur: Cōcupiſcentiā
coꝛdis eoꝝ. Hoc verbũ cōſtat eſſe violentius. Concu
piſcentia enim ibi diciť: vbi ꝯiuratis quodāmodo aīe
viribꝰ aliq̇d ardoꝛe mentis appetiť. Sequiť: Exaudi=
uit auris tua. Qđ regulariter debemus aduertere ni=
chil in deo coꝛpoꝛaliũ eſſe mēbꝛoꝛũ: ſed virtutis eius
effectꝰ qua audit auris vocať: qua videt oculus: qua
ꝑficit manus. Uerũ hec dicta cōdanť memoꝛie: ne qꝛ
crebꝛo repetenda ſunt: nos ipſa repetēdo faſtidiũ fa=
cere videamur. [Iudicare pupillo ⁊ humili: vt nō ap
ponat vltra magnificare ſe homo ſuper terrā]. Ecce
auctoꝛitate ꝓphetica cōmonemur: non ſolũ quēlibet
pupillũ: ſed pupillũ ⁊ humilē deo eſſe gratiſſimũ. Nā
cũ dicit: iudicare pupillo ⁊ humili: ſignificat pꝛo ipſo
poſſe ferri ſentētiā. Sed cũ humilis diciť: iuſtiſſimus
appꝛobať. Sequiť quoqꝫ diſſinitiua ꝓmiſſio: ideo illa
que dicta ſunt fieri: vt vlterius a nullo hoīm ꝑmittať
excedi. Tunc ſiq̇dē oīa mala finienda ſunt: qñ auctoꝛ
oīm pctōꝝ cũ ſua plebe damnabiť. Hec ſunt occulta
filij: q̄ pſalmi huiꝰ titulus canit. Nā licet per q̄dā indi
cia frequēter videanť edicta: qñ tñ̄ veniāt hoībus in=
cognita habenť. De ipſo em̄ die dñs in euāgelio dicit Mar.13.
De die autē illa ⁊ hoꝛa nemo ſcit: neqꝫ angeli celoꝛũ:
neqꝫ filius niſi pater ſolus. De quo loco beatiſſimi pa
tres: Hylarius ⁊ Auguſtinꝰ: eccľie ſctā lumina pluri=
ma ⁊ luculēta dixerũt: iudicātes eſſe nefariũ ſi illa oī=
potēs ṽbi humanatio aliqđ de futuris ignoꝛaſſe pu=
tareť: qđ patrē ſcire ꝑdicauit. Nā cũ Petrus in euan=
gelio dicat: Dñe tu oīa noſti: tu ſcis qꝛ amo te. Itē ip̄e Joan.21.
dñs dicat: Oīa q̄ habet pater mea ſunt: vtiqꝫ pr̄is oīa Joan.16.
nō haberet: ſi qđ pater noſſet ille neſciret. Sed ita ſa
lutariter ac veraciter credendũ eſſe docuerũt: vt ꝑ fi=
guram Metonymiam: id eſt trāſnominationē: que in SCHE.
ſcripturis ſacris ſepius inuenitur: debeat intelligi / qđ
vtiliter ſuos faciat neſcire ſubiectos. Nam in Geneſi
Abꝛaam deꝰ dicit: Nũc cognoui / qm̄ times dñm deũ Gen̄.22.
tuũ: id eſt nũc te cognoſcere feci. Sic et hic poſitũ eſt
neſcio. i. neſcire vos facio. Nā ipſe dñs alibi ſiľiter di
cit: Neſcio vos: cũ vtiqꝫ quos damnabat ignoꝛare nō Matth.25.
poterat. Deniqꝫ īterrogatꝰ de ipſo articulo dicit: Nō Luc.21.et
eſt veſtrũ noſſe tēpoꝛa vel momēta: Nō enim dixit: nō Act.1.
eſt meũ: vel non eſt noſtrũ: ſed ait: non eſt veſtrũ ſcire:
ſic vtrũqꝫ ſeruatũ eſt: vt ⁊ hoīes ignoꝛarent que illos

nō oportebat agnoscere: ⁊ hoc dei filius nequaq̄ carnis infirmitate nō sciret. Qđ si maiestatē illā (qđ dici nefas est) texisse ignorantiā suspicemur: fortior vtiq̄ inueniret̄ ignorantia q̄ꝫ diuina natura. Que (vt stulte dicā) opprimere valuit ꝓuidentiā ꝑ quā oīa sunt creata. Sꝫ cū hec nimis doceant̄ absurda: credere dignū est totā trinitatē: cui vna atq̄ oīpotēs natura est: oīm rerū indefectā semꝑ habere noticiā. Conclusio.

Completa est psalmigraphi denūciata promissio: reserata sunt filij occulta miracula. O ingētes ⁊ admirabiles cause: que q̄ꝫuis exposite videant̄: adhuc tamē sine dubitatiōe secrete sunt. Nā cū predicūtur: nō habent̄ incognite: dū ignorant̄ qñ veniunt: adhuc obstruse esse monstrant̄. Sic et secretū est qđ dicit̄: ⁊ querentibus non tacet̄. Quapropter effusius dño supplicemus: vt nobis emēdationē saluberrimā cōferre dignetur: quia sine excusatione peccat: cui retributio peccatoꝝ predicit̄ esse vētura. Mente quoq̄ retinendū est hūc psalmū esse primū: in quo aduentus ꝓphetat̄ antichristi. Numerus quoq̄ presens ⁊ illud occultū probat̄ aperire: q̄ nona hora dñs emisit spiritū. Nā cū inter alia et de passione ipsius psalmus iste locutus sit: merito ⁊ per calculū suū transitus eius horā annūciat: quando etiam crucis ipsius noscitur narrasse mysteria.

Explicit expositio in psalmū nonum.

In finem psalmus David. x.

In dño confido: quomodo dicitis anime mee: transmigra in mōtē sicut passer. Qm̄ ecce pctōres intēderūt arcū: parauerūt sagittas suas in pharetra: vt sagittēt in obscuro rectos corde. Qm̄ quē pfecisti destruxerūt: iustus aūt q̄d fecit? Dñs in tēplo sctō suo: dñs in celo sedes eius. Oculi eius in pauperē respiciūt: palpebre ei9 interrogāt filios hoim. Dñs iterrogat iustū ⁊ impiū: qui aūt diligit iniquitatē odit animā suā. Pluet sup peccatores laqueos: ignis ⁊ sulfur ⁊ spūs ꝓcellarū pars calicis eorū. Qm̄ iustus dñs ⁊ iusticias dilexit: equitatē vidit vultus eius.

Cum frequēter in titulis positū videatur in finē: ⁊ intētionē mentis nostre ducat semꝑ ad dñm christū: tamē ꝓpter diuersa miracula positū esse nō dubiū est. Modo enim indicat gloriosissimā passionē: modo triūphalē ⁊ admirabilē cūctis gentib9 resurrectionē: nūc aūt sanctā fidē declarat: in qua heretici digladiantur cōtra fidelissimos christianos: Ita fit vt iugiter tendat ad christū: q̄ꝫuis diuersis significationibus inueniatur aptatū. Quod etiā in reliquis psalmis si aciē mētis intendas: cognoscis esse faciendū. De psalmo autem ⁊ David illa meminisse sufficiat: que superius dixisse cognoscimur. Sciendū tamen hūc psalmū ꝓlatū esse ad hereticos destruendos. Diuisio.

Psalmus hic totus ad personā ꝓphete referendus est. Primo capite de insidiatoribus dicit hereticis: qui nitunt̄ catholicos in suā cōuertere prauitatē. Secūdo dñi iudicium cōminatur: ⁊ quid in illa retributione sustinere possint euidēter ostendit: vt iusticiā dñi metuentes: supstitiosas falsitates desinant. Expositio.

In dño ꝯfido: quomodo dicitis anime mee: transmigra in montem sicut passer]. Hoc schema dicit̄ cenonema: id est cōicatio con S.Lib
silij. Qđ fit freq̄nter: qñ aut cū aduersarijs aut cū auditorib9 ṽba miscem9. Ad psuasores quippe hereticos hic sermo dirigit̄: qui volūt loqui qđ impiū est: vt ꝯtētionibus prauis seducāt aīas innocētes. Hic ergo vir fidelis dicit: dū ego sim in religionis fixo cacumine cōstitutus: quēadmodū michi suadetis: trāsmigra in mōtē: id est ad hereticā prauitatē: mētientes ibi esse christū: vbi veritas nullū probatur habere vestigiū. Mons enim in scripturis diuinis equiuocus est: qđ dissimilib9 reb9 pro aliqua cōparatione deputat̄: Frequēter enim ⁊ in bono ⁊ in malo ponit̄. Nā cū in bono mons dicit̄: firmitas eius ꝯsideratur: ⁊ honorabilis altitudo. Cū in malo: stupor mētis ⁊ eleuata supbia. Sic vnū nomē diuersis reb9 ꝯsideratis qualitatib9 cōgruenter aptat̄. Passerū quoq̄ plura sunt genera. Alij gaudēt ad foramina parietū: Alii valles roscidas requirūt: Nōnulli montes appetūt squalētes. Sed nūc de illis dicit q̄ ad altissima loca terrarū leuissima voluntate rapiunt̄: vt his merito similes estiment̄ qui ad nequissimas p̄dicatiōes leuitate incōstantis animi trāfferunt̄. [Qm̄ ecce pctōres intēderūt arcū]. Arcū/ mādata diuina debem9 aduertere: que hereticus tractās: ⁊ in sua prauitate ponēs: ad vulnus aīe tēdit operandū: vt nō ad salutē cōpungat: sed eterna morte trāffodiat. Et bñ arcus ponit̄ in sacratissimis scripturis: q2 in vnū duo testamēta ꝯiungēs: aut defensionē tribuit: aut ruinā: sicut apl's dicit: Aliis q̄dē sum9 odor mortis in mortē: alijs odor vite 2.Cor
in vitā. [Parauerūt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde]. Permanet in cōparatione sagittarij. Nā sicut iste habet sagittas in pharetra: ita ille gestat in corde verba venenosa. In obscuro ṽo: siue cū ꝑsecutionib9 ꝑturbat̄ ecclesia: qñ timore periculi carnales hoīes credunt̄ facilius immutari: siue in abscondito cōsilio: cū oportunius putant christianos decipere: qñ eos iudicāt sua cōsilia nō videre. Sed cū dicit/ rectos corde: insidias eorū ostendit ianes ⁊ vacuas. Recti enim corde nō sunt: nisi qui nulla iniqua decipi ꝑsuasione potuerūt. [Qm̄ que ꝑfecisti destruxerūt: iustus autē q̄d fecit]? Idē de ipsis hereticis dicit: destruxisse illos legē dñi: cū interpretationib9 falsis scripturas sanctas lacerare moliunt̄: cōuertentes in quorūdā necem que a dño ꝓphetata sunt ad salutē. Subiungitur etiā defensio dñi christi. Dicit enim/ si homines voluerunt equitatē iniqua interpretatione subuertere: cur accusant eū qui iuste locutus est? Errores enim/ nō de p̄cepto trahūt: sed de nequissima sua volūtate cōcipiūt. [Dñs in tēplo sancto suo: dñs in celo sedes eius]. Exprobratis his qui falsa sentiunt: de religione verissima: ad scđm caput ꝓpheta ꝑuenit: in quo iam iudicia dñi dicit esse ventura: vt humana peruersitas saltē se considerata dñi districtione recorrigat. Et vt inocentē decipi aliquis non putaret impune: dñm dicit in vnoquoq̄ religioso cōsistere: sicut ait apl's. Si quis tēplū dei violaue- 1.Cor
rit disperdet illum deus. Templū enim dei sanctū est qđ estis vos: vt sciat hereticus a deo se posse disperdi: a quo noscūtur corda recte credentium possideri. Celū enim/ sctōs viros significat: quos presentia maiestatis sue diuinitas insidere dignat̄. Et q̄ꝫ pulchre

ſuboritur laus rei leſe. Qualis enim honor: qualis eſt
glīa ſuſcipere creatorē: quē nō eſt dubiū bonos ſemꝑ
inuiſere? [Oculi eius in pauperē reſpiciūt: palpebre
eius interrogant filios hoīm]. Sicut infelices ſunt a
quibꝰ auertit̄: ita beati reddunt̄ ad quos ꝓpicius re=
ſpicit deus: qm̄ intuitus eius beneficiū eſt: quia pecca
torū tenebris nō offendit̄ qui tāta claritate luſtratur.
Nam ⁊ lapſus Petrus redire tūc meruit: quādo eum
clementia diuinitatis aſpexit. Et intende ꝙ prius po=
ETY. ſuit oculos: poſt ꝟo palpebras. Palpebre dicte ſunt
a palpitando. Sūt enim quedā luminū thece: ⁊ quaſi
folles oculoꝝ: quas claudimꝰ dormientes vt fatigatū
corpuſculū reparare poſſimꝰ. Ergo quia in dño mem
brorū miniſteria per allegoriā frequēter aptant̄: dicit
eū non ſolū qn̄ intendit oculis: ſed etiā tūc requirere:
id eſt cōſiderare filios hominū: cū ea negligere quaſi
dormiēs eſtimat̄. [Dn̄s interrogat iuſtū ⁊ impiū: qui
autē diligit iniquitatē odit animā ſuam]. Non eſt im=
proboꝝ derogatio cogitanda: quādo dn̄s iuſtū reqrit
⁊ impiū: qui oīa ſub veritate diſcernit. Qđ ideo dicit̄:
vt hominū deſideria opiniones fatue nō ſeducāt: ſed
vnuſquiſqꝫ circūſpiciat conſcientiā ſuā: de qua nouit
ſolū dn̄m ferre iudiciū. Sequitur breuis ⁊ manifeſta
ſentētia. Quid eſt diligere iniquitatē? Odiſſe animā
ſuā. Sic enim ſe ꝑſequitur qui diabolū ſequitur: dum
illas ſemitas cōmeare vult: que ad penarum loca fu=
gienda ꝑducūt. [Pluit ſuꝑ pctōres laqueos: ignis et
ſulfur ⁊ ſpūs procellarū pars calicis eoꝝ]. Pluit/ad
verba predicantiū retulit celo manātia: que pijſſimis
imbreſcūt: perfidis autē igniti laquei. Illi enim bene
intelligendo inde fructificāt: iſti male tractando: ani=
mas ſuas nodo peruerſitatis ſtrangulant. Ignis eſt
quādo eos flāmea cura conſumit. Sulfur/quia cogi=
tationes eoꝝ deteſtabili fetore ſordeſcūt. Spūs pro=
cellarū: dū ſe tumultuoſa mente cōfundūt. Pars ca=
licis eorū: id eſt menſura qua pollutis actibꝰ ebriant̄.
Ps.22. Calix autē ⁊ in bono dicit̄: vt eſt: Calix tuus inebriās
qꝫ preclarus eſt. Calix enim mēſura eſt qua potantur
anime. Calix aūt dictus: eo ꝙ aſſidue calidam ſoleat
ETY. ſuſcipere potionē. Macrobius quoqꝫ Theodoſiꝰ: in
quodā oꝑe ſuo: gentē dicit cylicranoꝝ fuiſſe iuxta he=
racleā cōſtitutā: cōpoſito noīe απο του κυλίχοσ:
qđ poculi genus vna lr̄a immutata calicē dixit. Unde
hoc nomen memorie cōſtat infixū. [Qm̄ iuſtus dn̄s ⁊
iuſticias dilexit: equitatē vidit vultꝰ eius]. Fit quoqꝫ
de equitate eterni regis decora cōcluſio. Iuſtum di=
cit dn̄m amare iuſticiā: quia neſcit alios reſpicere: niſi
qui norūt cuſtodire iuſticiam. Adiecit/equitatē vidit
vultus eius: illā ſcilicet equitatē quā tamē propicius
ipſe cōcedit. Non enim quicqꝫ ex ſe probi humanitas
habet: niſi qđ a dño bonorū omniū ſuſceperit largi=
tore. Uultus ꝟo hic: ꝓpiciationē dn̄i ſignificat: Nā ⁊
Ps.33. in alio pſalmo legitur. Uultus autē dn̄i ſuꝑ facientes
mala. Sed qm̄ hic dixit equitatē vidit: per equitatem
gratiā ipſius fecit intelligi. Concluſio.

Quam bene verſutias hereticoꝝ ⁊ retributio=
nes eoꝝ pſalmꝰ iſte mirabili breuitate
cōplexus eſt: vt quoꝝ futuras penas agnoſcimus: ab
eoꝝ prauitatibꝰ arceamur. Eſt enim in numero ipſo ⁊
virtus ſancta decalogi: qui humane vite ꝓuenit glo=
rioſiſſimus inſtitutor. Nā ſicut ille hominū vitia con=
demnat: ſic ⁊ iſte ſenſum inique p̄dicationis īpugnat:
tāto a maiore periculo liberās: quāto plus eſt in fide
deliquere: qꝫ carnis fragilitate peccare. Merito ergo
et hic pſalmus hūc numerū tenet: qui ſenſus noſtros
in orthodoxa credulitate ꝑfectiſſima inſtitutione con
firmat. Nā ⁊ in euāgelio: bonus ſeruus offerens decē Luc.19.
talēta laudatꝰ eſt: ⁊ ꝑtātē ſupra decē ciuitates acce=
pit in p̄miū. Apl̄s quoqꝫ in magnū ſacramētū verbū
dn̄i decem ſcripſit eccleſijs: ſignificās ſacre doctrine
plenitudine hāc cōpleri qꝫtitatē. Nā ⁊ numerus ipſe
in magnā ꝟtutē laudēqꝫ collectꝰ eſt: qui lꝫ in extēſum
calculū infinitūqꝫ tendatur: ipſe tn̄ in ſemetipſo ſemꝑ
creſcenti ſumma reuoluit̄: ⁊ ꝓpe vt cū nichil recipiat
extraneū magnū de ſe facere videat̄ augmentū. Hic
etiā merito dicit̄ decus: qm̄ a decore nomē accepit.

Explicit expoſitio in pſalmū decimū.

In finē pro octaua die ps̄ Dauid. xi.

Saluum me fac dñe qm̄ defecit
ſanctꝰ: qm̄ diminute ſunt veri
tates a filijs hoīm. Uana lo=
cuti ſunt vnuſquiſqꝫ ad ꝓximū
ſuū: labia doloſa ī corde ⁊ cor=
de locuti ſunt. Diſperdat dn̄s
vniuerſa labia doloſa: ⁊ liguā magniloquā.
Qui dixerunt linguā noſtrā magnificabimꝰ
labia noſtra a nobis ſunt: qs noſter dn̄s eſt?
Propter miſeriā inopū et gemitū pauperū:
nūc exurgā dicit dn̄s. Ponā in ſalutari: fidu
cialiter agā ī eo. Eloquia dn̄i eloquia caſta:
argentū igne examinatū: probatū terre: pur
gatū ſeptuplū. Tu dñe ſeruabis nos ⁊ cuſto
dies nos: a generatione hac in eternum. In
circuitu impij ambulant: ſm̄ altitudinē tuā
multiplicaſti filios hominum.

Octaua (vt in ſexto pſalmo iam dictū eſt) ad
eternā pertinet requiē. Nā octauū diē mun
dus iſte non recipit: ſed finito ſeptimo redit
ſemꝑ ad primū. In iſtis eīn diebꝰ pluralis
eſt numerus: ille aūt ſingularis accipit̄ qui
nullo ſuccedēte narrat̄. Quapropter dicenda virtus
eſt pſalmi: vt per eiꝰ intētionē inſcriptio tituli facilius
poſſit intelligi. Petit itaqꝫ ꝓpheta: iniquitatē mundi
iſtius deſtrui vt ad illā veritatē future ꝓmiſſionis de=
beat ꝑuenire. Sic illud īꝑturbabile regnū ſignificat̄:
qn̄ eiꝰ btitudo indeſinēter expetit̄. Merito ergo huic
pſalmo octauus dies aptatꝰ eſt: vbi ſeculi iſtius ꝯſue=
tudo vitioſa deſerit̄: ⁊ illius venire īnocētia poſtulat̄.
Cetera ꝟo huius tituli verba: precedētibꝰ expoſitio=
nibus probantur eſſe notiſſima. Diuiſio.

Prima parte propheta a mūdi iſtius peruer
ſitate ſaluū ſe petit fieri: qm̄ doloſi atqꝫ ſu=
perbi potentiā dn̄i ſceleratis oblocutionibꝰ
abnegabāt. Secūda: ꝓmiſſionē patris per
omnipotentem filiū predicat eſſe faciendam: eloquia
domini ſub breuitate collaudans: ſicut prius ſermo=
nes impios arguebat. Expoſitio.

Saluum me fac dñe quoniā defecit ſanctꝰ:
qm̄ diminute ſunt veritates a filijs hoīm]
Studioſe diſcutiamus hoc principiū pſal
mi: quoniā magnoꝝ ſchematū decore for=
matum eſt. Exclamat enim ad dn̄m ſubito
propheta: vt de ipſa formidine appareat periculi ma
gnitudo. Deinde per figurā ſynatriſmos: vſqꝫ ad di= SCHE.
uiſionē cōgregat multa que timuit. Qđ ſchema inter
violentiſſimas figuras accipit̄: quādo plurima res in

vnũ: ꝛ multa crimina colliguntur. Nam cũ hoc seculũ
respiceret animas multiformiter ingrauare: saluũ se
petit a dño fieri: apud quẽ verã medicinã nouerat in-
ueniri: sanctũ dicẽs abesse de mũdo: vbi tanta maloꝝ
inesse cognoscitur multitudo. Hoc qꝫtũ ad homines
ptinet/dicit: ceterũ ille vbiqꝫ presens esse cognoscit.
Et ne haberet ambiguũ qđ dixit/defecit sanctꝰ: con-
sequit diminutas esse veritates a filijs hoim. Aliter
enim sanctꝰ deficere non poterat: nisi fuisset inter ho-
TOP. mines veritas imminuta. Qđ argumentũ dicit a con
sequẽtibus: qñ illud qđ premittitur: sequenti dictione
firmatur. Verũ cũ dicit diminutas: deprauata dei mu
nera culpis hominũ euidẽter ostẽdit: que collata sibi
beneficia ppria puersitate cõmaculant. Et intuendũ
q plurali numero sunt posite veritates: cũ vna sit ve-
ritas. Sed cũ virtus eius per vnũquẽqꝫ hominẽ ce-
lesti dispẽsatione tribuitur: multas esse testamur. Ut
dicere solemus/prophetia Dauid/prophetia Hiere-
mie: euãgeliũ Matthei/euãgeliũ Joannis: ceterosqꝫ
qui huius rei honore floruerũt: ita ꝛ veritates enũcia
mus: quãdo qualitas eius per indiuiduas partes hu-
manis mentibus dñi largitate prestatur. Potest etiã
et ad iudeum populũ competenter aptari: qui donis
celestibus vacuatus credere non voluit: quẽ tantorũ
videntiũ turba prophetauit. [Vana locuti sunt vnus-
quisqꝫ ad proximũ suũ: labia dolosa in corde: ꝛ corde
Al. non hꝫ locuti sunt † mala]. Vana falsa significat: iuxta illud
qđ superius dixit. Diminute sunt veritates a filijs ho
minũ: quãdo cõtra dominũ christũ testimonia quere-
bant: ꝛ semetipsos prauis susurrationibꝰ excitabant.
Proximos autem significat: non tam cognatione ge-
neris: qꝫ sceleris participatione sociatos. Nam qđ di
cit/in corde ꝛ corde: quotiens volumꝰ dolosos expri-
mere: duplicia eorũ corda declaramus: sicut Salo-
mon dicit: Uir duplex animo: incõstans est in omibus
vijs suis. Quando autẽ simplices cupimus indicare:
vnũ cor in eis esse testamur: sicut in actibꝰ apostoloꝝ
Act. 3. legitur: Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnũ et
anima vna. Sic ꝛ bilingues dicimus: qui in vna sentẽ
tia minime pseuerãt. Et respice predictas res qualis
fuerit secuta sentẽtia: Locuti sunt mala. Necesse em
erat vt mala loquerent: qui duplicia corda gestabãt.
[Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: ꝛ linguã
magniloquã]. Sequit sententia generalis: sicut solet
lege sanciri quãdo vnus peccat et vniuersale malum
seueritas promulgat ac cõdemnat. Disperdat cõtra
adunationẽ dicitur iudeorũ: vt passim pereant qui in
DEF. vna se prauitate collegerãt. Lingua vo magniloqua
est que sibi aliquid magne potestatis assumit: nec in-
telligit a creatore datũ: dum euentus rerũ sibi putat
esse subiectos: sicut Apocalypsis de antichristo dicit
Apoca. 13. Uidi in cornu illo quod erat excelsius: os loquẽs ma-
gna ꝛc. Et ne in bono linguã magniloquaꝫ potuisses
accipere: premisit/labia dolosa. Cõsidera vo pietatẽ
dicentis: qđ nõ hoibus: quia multi ex ipsis cõuertẽdi
erant: sed ipsis vitijs imprecat. [Qui dixerũt: linguã
nostrã magnificabimꝰ: labia nostra a nobis sunt: quis
noster est dñs]. Illos exponit qui in psperis rebꝰ ni-
mia loquacitate turgentes: gloriã suã exaltare presu
mũt ꝛ ponũt in ppria potestate: qđ se demẽtes a deo
non intelligunt accepisse: Hos paulisper interrogo:
quare non sunt garruli: cum superuenientibus curis
stupida taciturnitate cõstricti sunt? Defigentes enim
vultus in terrã: claudunt hostia labiorũ: et tanqꝫ lin-
guã perdiderint: sic confusis mentibus obmutescũt.

Adde egritudinũ varios casus: vt frequenter non sit
idoneus cibũ petere: qui videbatur de labiorũ se po-
testate iactare. Tunc si possunt dicant/labia nostra a
nobis sunt: quis noster est dñs? Istud autẽ/qs noster
est dñs sacrilegorũ verbo repetit. Que figura dicitur
Antisagoge/id est ꝯtradictio. [Propter miseriã ino- SLHE.
pũ ꝛ gemitũ pauperũ: nũc exurgã dicit dñs]. In his
duobꝰ versibꝰ subtiliter patris ꝛ filij inspiciende per-
sone sunt: vt nobis intelligẽtie cõfusio possit auferri.
Nam postqꝫ arguit eos qui de dñi fundẽdo sanguine
tractauerũt: venit ad secundã partẽ in qua propheta
voce patris resurrectionem promittit dñi saluatoris.
Aliena enim verba referre possumus: cũ tamen per-
sone nostre nõ mutamus eloquiũ: Intelligenus aũt
que sit pietas hic creatoris: quãdo propter miseriam
inopũ et gemitũ pauperũ clarificatꝰ est dñs christus:
ne eius fideles diutina tribulatione grauarent. Exur
gam: Metaphorice dictũ est illũ exurgere qui nescit SLHE.
humana imbecillitate recubare. Sed exurgam dicit
appareã: ꝛ manifester in filio: Una enim virtus et in-
discreta maiestas est. Apparet enim et manifestatur
pater in filio: sicut ipse in euangelio dicit. Qui me vi- Joan. 14
det videt ꝛ patrem. [Ponam † super salutari meo: fi- Al. in
ducialiter agã in eo]. Salutare suũ dicit pater verbũ
suũ: quod est caro factũ: per qđ vita mortalibus ve-
nit: dum omnis credens salutẽ copiosa largitatẽ con
sequitur. Et quid super eũ ponit? Consolationẽ scili-
cet quã superius dixit inopum ꝛ pauperũ: qđ dño re-
surgente saluatore fidelibus puenisse manifestũ est.
fiducialiter agam: potestas oipotentie paterne decla
ratur: quia reuera ille fiducialiter agit cuius volũtati
nullus preualet obuiare. Sic ꝛ de christo in euãgelio
dictũ est. Erat enim docens eos tanqꝫ potestatẽ ha- Matth. 7.
bens: non tanqꝫ scribe eorũ ꝛ pharisei. Sed potestas
pris filij fiducia est: sicut filij fiducia potestas est pa-
tris / qđ toti trinitati p vnitate nature certũ est cõue-
nire. [Eloquia dñi eloquia casta]. Postqꝫ dixit verba
patris: eadẽ ipsa laudando cõfirmat. Nã sic oia cõti-
gerũt: queadmodũ pmissa noscũtur. Quid sint ergo
eloquia dñi: sub breuitate definit: id est eloquia casta:
videlicet virginali integritate purissima: q nullũ men
daciũ corrũpat: nulla macula falsitatis inficiat. Naꝫ
sicut castitas ignorat pollutionẽ: ita eloquia dñi ne-
sciũt cũ aliqua sorde misceri. Sed hoc nõ ociose acci
pias: quia ꝯtra illud ponitur qđ superius dictũ est de
iniquis: Vana locuti sunt vnusquisqꝫ ad proximũ suũ
vt inspecta rerũ varietas: ab iniqua nos cõsuetudine
remoueret. Qđ schema grece syndicasmos dicit: la- SLHE.
tine collatio: quãdo sibi aut persone: aut cause: siue ex
cõtrario: siue ex simili cõparantur. Hic enim eloquia
diuina laudant: superius vo sermo humanus arguit.
[Argentũ igne examinatũ terre: purgatũ septuplũ].
Adhuc definit per similitudinẽ metalli candidi quid
sint eloquia casta. Argentũ terre igne examinatũ: qđ
solet esse purissimũ: quãdo frequẽti fuerit decoctione
mundatũ. Examinatũ quippe vel purgatũ: contra il-
lud ponitur qđ de peccatoribus ait: Labia dolosa in
corde et corde. Et vt qꝫ plurimũ distaret agnosceres:
addidit/purgatum septuplũ. Qui numerus ad septi- DOG.
formẽ spiritũ videt posse respicere: id est timorẽ dei/
pietatẽ/scientiã/fortitudinẽ/consiliũ/ intelligentiam/
sapientiam: per que verbũ diuinũ tanqꝫ in succensis
fornacibus manens: veritatis rutila coruscatione re-
splendet. [Tu domine seruabis nos et custodies nos
a generatione hac in eternum]. Sicut superius dixit

disperdat dominus vniuersa labia dolosa: ita hic con seruaturū dominū promittit: qui eloquijs eius pura mente crediderūt. Et vide sancte regule qua moderatione seruate sunt. Dū dicit: tu nos custodias: presumptionē caduce humanitatis abscidit: ne quis de se confidendum vllatenus estimaret. A generatione hac/ siue iudeos: siue mundi istius significat peccatores: a quibus nostra virtute non possumus custodiri: nisi illius miseratione protegamur. Addidit etiam in eternum: quia hic nos in tribulationibus consolatur: ibi in eterna securitate constituet. Hic adiuuat: illic glorificat ⁊ coronat. Ita nos pijssimus creator ⁊ hic cōseruat ne pereamus: ⁊ ibi beatificat vt nullatenus miseri esse possimus. [In circuitu impij ambulant: ꝟm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum]. Postq̄ sermones impiorū in prima parte competēti execratione redarguit: ⁊ in secūda parte eloquia domini mirabili predicatione laudauit venit ad conclusionem psalmi: in qua singulis partibus sub vno versu digna restituit. Dicit enim sub breuissima sentētia: in circuitu impios ambulare: vt nunq̄ ad rectā possint semitam peruenire. Tortuose siquidem vie malis semper moribus applicantur: sicut Salomon de
Prouer.2. impijs dicit. Dereliquerunt vias rectas: vt ambularent in vias prauas: et ideo peruenire ad requiē octaui diei nequeūt: qui rotarū more in sua semper terga vertuntur. Sequitur: Scd̄m altitudinem tuam: multiplicasti filios hominum. Hoc ad illos pertinet qui sincere eloquijs dn̄i castis purissimisq̄ crediderunt. Et vide quātum illis in isto verbo promittitur. Dicit enim: ꝟm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum: non ꝟm meritū suum: sed ꝟm illud qd̄ humanas nescit angustias sustinere. Altum enim sepe dicimus qd̄ comprehendere nō valemus. Sub mensura enim creator non est: que creaturis oībus data est: nec aliqua in eo potest esse dimensio: a quo rebus oībus numerus/ pondus/ mensuraq̄ prestatur. Multiplicasti autem filios hominū: ad illam promissionem respicit
Gen̄.16. et.22. abrae: in qua dicit: Multiplicās multiplicabo semen tuū: sicut stellas celi. Qd̄ enim in sanctis suis ⁊ fecisse et quotidie facere manifestū est. Conclusio.

tius insultare liceat ꝑuerso populo iudeorũ. Et ne ali
quid de eius maiestate turba fidelium haberet ambi=
guũ/ ꝯfitetur se in eterna beatitudine esse mãsurum.

¶ Expositio.

Ar. dñe. Exaudi † deus iustitiam meã: intende depre
cationẽ meam]. Apud deum certum est ha
bere iustitiam vocẽ suaȝ: qui res tacitas in=
IDI. telligentie sue virtute cognoscit. Ipsius est
enĩ oratio perfecta/cuius ꝛ causa clamat et
lingua: actus ꝛ sermo: vita ꝛ cogitatio. Intẽde depre
cationi mee. Nõ incassum dissonãtibus rebus verba
ista copulata sunt. Nam intendere oculoꝝ est/preces
admittere auriũ. Sed ideo ista verba sociata sunt: vt
ambarũ rerũ vni⁹ intelligeretur effectus. Quicquid
enĩ vel auris audit/vel oculus videt/ vel manus pal=
pat/vel que palatus gustat/vel nasus odoratur: deo
sola cõtemplationis virtute notissima sunt. [Auribus
percipe orationẽ meã: non in labijs dolosis]. Excolit
DEF. qđ superius dixit. Percipere est enim non transitorie
aliquid sumere: sed preces hominũ copiosa dignatio=
ne recipere. Non in labijs dolosis (sicut a iudeis ma=
nauit falsa sententia: apud quos innocens damnatus
est: ꝛ latro cognoscitur absolutus. [De vultu tuo iudi
cium meũ prodeat: oculi tui videant equitatem]. De
IDI. vultu tuo ꝓdeat iudiciũ/ ꝓpria scripture diuine: ꝛ no
bis inusitata locutio est: q2 de mẽte solet manare sen=
tentia. Sed hoc dño per tropicas elocutiones decen
ter aptatur: q2 ille qđ iudicet videt/dum testis est exa
minis sui. Nec de facto alicui⁹ testimoniũ querit: que
solus omniũ veracissime secreta cognoscit. De vultu
ergo dicit: id est de aspectu tuo: ẜm illa que in me respi
cis atqꝫ cognoscis. Hoc autẽ ille recte petebat: qui se
nouerat pollutionẽ nõ habere peccati. Sequitur Ocu=
li tui videãt equitatem. Hic equitatẽ/ipsam diuinita=
tem debemus accipere: quã orat vt sine aliquo inter=
uallo semꝑ intendat: quatenus illam respiciens sicut
ꝛ reuera ꝓuenit/peccati maculã nõ haberet. Sic etiã
superiore psalmo iam dictuȝ est Prouidebam dñm in
cõspectu meo semper: qm̃ a dextris est michi ne com=
mouear. O aspectũ illum salutarẽ/o purissimos ocu=
los qui illam equitatem vidẽt: nesciunt ꝓfecto huius
mundi tenebris obscurari / qui merentur tanta clarita=
te compleri. [Probasti cor meũ ꝛ visitasti nocte: igne
me examinasti: ꝛ nõ est inuenta in me iniquitas. Ut nõ
loquatur os meũ]. Ordinem seruat egregiũ: prius se
dicit ꝓbatũ/deinde fuisse visitatum: sed ꝓbatio signi=
ficat passionem/visitatio resurrectionẽ. Ibi enĩ ꝓba=
tus est: vbi inter multas iudeorũ iniquitates ꝛ pericu
la mortis mirande patientie documenta monstrauit.
Uisitatus est autẽ nocte: qm̃ anima eius nõ est in infer
no derelicta: sed ad illam mirabilẽ resurrectionẽ eter
ne glorie clarificatione ꝑuenit. Igne me examinasti:
et non est inuenta in me iniquitas. Metaphora intro= SCHE.
ducitur fornaciũ igne flagrantiũ: que metallorũ vicia
solent purgare/ac decoctiõe cõsumere: ꝛ in nature pu
ritatem mũdata reuocare. Sic ergo ꝛ tribulatiõibus
ignitis examinatus est dñs christus: sed non est in illo
inuenta iniquitas quã adustio illa decoqueret. Pul=
chre aũt subiunxit Ut non loquatur os meũ: id est ꝛ si
ego taceam/tu me purum esse perpẽdis. Quid enim
opus erat cũ de ꝓbitate morũ suorum aliquid loqui:
dũ certũ sit a paterna maiestate cũcta cognosci: Hu=
mana ignorantia verbis instruẽda est: diuinitas autẽ
certissime nouit oĩa etiam cum tacentur admissa. [Ope
ra hominũ ꝓpter verba labiorum tuorũ: ego custodi=
ui vias duras]. Ordinem verborũ poscit iste versicu=
lus. Opera hominũ: id est vias duras ego custodiui:
ꝓpter verba labioꝝ tuoꝝ. Breuiter definita sunt que
sint opa hominũ: scȝ vie dure: sicut beatus Job dicit:
Auis nascitur ad volatũ: et homo ad laborẽ. Nã cũ pec Job.5.
cata vitantur: arduus callis est/difficilisqꝫ semꝑ ascen=
sus. Cũ vero ad vicia ꝓlabimur: leue iter est ac decli=
uũ. Sed q2 dñs christus in hoc mũdo visualiter posi=
tus/totius mãsuetudinis ꝛ cõtinentie iura mõstrauit:
merito se dicit ꝓpter mandata dñi duras vias homi=
num immaculatis pedibus ambulasse: nõ ꝙ illi dure
esse poterant: de quo in.90. psalmo scriptũ est Qm̃ an Ps.90.
gelis suis mãdauit de te: vt custodiant te in omnibus
vijs tuis: ne vnqꝫ offendas ad lapidem pedem tuum.
Sed q2 humano generi ad imitandũ ꝓbantur esse diffi=
ciles: ideo vie dure sunt nũcupate. Qui versus figurã
cõtinet Parẽthesin: id est interpositionẽ: qm̃ in sensu SCHE.
medio (sicut dictũ est) recipit ỽba quedã que ordinem
sentẽtie videantur posse diuidere. [Perfice gressus meos
in semitis tuis: vt nõ moueantur vestigia mea]. Perfice
dixit/vsqꝫ in finem cõserua: vbi est meritoꝝ ac premij
tota ꝑfectio. Inchoamus enĩ dũ in hoc mũdo ꝓbabi
li cõuersatione degimus: sed vbi ad finẽ ꝑuenerit reli
giosa cõstantia/ibi ꝑficimur: ibi tota integritate com=
plemur: sicut ait euangeliũ: Qui ꝑseuerauerit vsqꝫ in Mat.10.
finẽ: hic saluus erit. Gressus aũt/humanas significat
actiones: quibus in hoc mũdo gradimur/ꝛ quasi qui=
busdã passibus ambulamus. In semitis: scȝ in mãda
tis tuis: vbi reuera recte sunt vie: q2 si deuoti seqmur/
ad celestis patrie munera peruenimus. Sed quid est
hoc ꝙ prius gressus dixit: statimqꝫ vestigia subiũgit?
Gressus dicimus/ quibus mouemur de loco ad locũ. DEF.
His merito cõparantur actus humani: q̃ nos de vno ne
gocio in aliud ducũt: ꝛ ꝑ tempora vite nostre diuersa
qualitate transponũt. Uestigia ỽo dicuntur signa plan
tarũ: que relinquimus trãseũtes. Petit ergo dñs chri
stus ꝛ gressus suos: id est actus humanos: ꝛ sua vesti=
gia custodiri/que fideles apostolos ꝯgruẽter accipi=
mus: in quib⁹ post ascensionẽ gloriosam/religiõis ca=
tholice signa dereliquit. Talis ergo sensus est: Custo
di me ĩ mãdatis tuis: vt imitãtes me minime moueãtur
abs te. Bene siquideȝ sequatur ꝑgit: vbi ille qui exẽplũ
ꝑbet rect⁹ incesserit. [Ego clamaui qm̃ exaudisti me
de⁹: inclina aurẽ tuã michi/ꝛ exaudi ỽba mea]. Secũ
dã sectionẽ sancte orõnis ingreditur. Sȝ ꝑscrutãdũ est
cũ dici soleat exaudisti me q2 clamaui: cur hec senten
tia ordinẽ videatur hr̃e cõuersum? Qui clamat/qm̃ ex=
auditur: vtiqꝫ pur⁹/innocẽs/ꝛ immaculat⁹ agnoscit. Nã
ꝯfidẽter orauit: qm̃ se audiri posse de consciẽtie puri=
tate ꝑsumpsit. Intelligam⁹ aũt ꝙ dicit Inclina aurẽ
tuã: qm̃ ad eũ ꝑ se nõ valet hũana infirmitas ꝑuenire.

Sic em̄ exaudit/cū se benignus indulserit:et clemen=
tiam suā ante largit̄/vt possit supplicantiū vota susci=
pere. [Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis
sperātes in te. A resistētibus dextere tue]. Magnitu
dinē et excellētiā misericordiarū in se iuste fieri depre
cat̄: q2 mirū esse non poterat/nisi sub aliqua fuisset no
uitate conspectū. Significat em̄ mirabilia/q̄ in carne
facturus erat: q̄ iude⁹ populus et si vniuersus nō cre=
didit/tn̄ sub admiratione cōspexit. Saluos facis spe=
rantes in te: id est in eterna vita cōstitues. Nā frequē
ter illi magis in hoc mūdo trucidati sunt: qui eius no=
mini crediderūt. Pulchre autem dixit A resistētibus
dextere tue. Dextera em̄ patris/est fili⁹. Cui iudei re=
pugnare nisi sunt: quando eū crucifigere decreuerūt.
[Custodi me dn̄e vt pupillam oculi. Sub vmbra ala=
SCHE. rum tuarū ptege me]. Per schema Icon: que latine
dicit̄ imaginatio: pupille se oculi dn̄s cōparauit. Pu=
DEF. pilla est ei in medio posita perspicua pars oculi: qua
ETY. corpor̄ colores varia qualitate discernimus. Dicta a
paruitate sui pupilla: quasi pusilla. Huic cōuenienter
cōparatus est christus: cui datum est in suo iudicio iu
stos a peccatoribus segregare. Aptissime itaq̄ petit
custodiri se vt pupillam oculi: quādo et per ipsam res
visuales discernimus: et in nostro corpore nichil p̄stan
tius inuenit̄. Sequitur Sub vmbra alarū tuarū pte=
SCHE. ge me. Hic aliud introducit̄ schema: qd̄ grece Para=
bole: latine cōparatio dicit̄: quādo sibi genus dissimi=
le in aliqua cōmunione sociat̄. Paternis em̄ ptectio=
nibus ale sunt cōparate. Misericordia quippe et cha=
ritas: quasi ale sunt patris: quibus se ptegi cōgruen=
ter expostulat. Hec autē cōparatio venit ab auibus:
que caros filios alarū suarum extensione custodiunt.
[A facie impiorū qui me afflixerunt. Inimici mei ani
mā meā circūdederunt]. Uersus hic est omnino dili=
gentius intuendus. A facie impior̄/demones signifi=
cat: qui excitatū populū iudeorū in necem dn̄i ardore
precipiti cōpulerunt. Facies em̄ ipsorū/truculēta pre
Joan. 13. sentia fuit: sicut in euāgelio de Juda dicit Intrauit in
illū sathanas. Sic ergo actū est: vt instigatione demo
nū/inimici eius iudei animā ipsius: id est vitā tēpora=
lem eripere voluissent. Nam et ipsum verbū Circūde
derūt/euāgelice narrationis exprimit veritatē: qn̄ cū
gladijs et fustibus eum insanorum turba circundedit.
[Adipem suū cōcluserunt: os eorū locutum est super=
biam]. Concludūt adipē: q̄ multa voracitate pingue=
scūt. Sic iudei scelerū nimietate saginati: vere intelli
gentie acumina perdiderūt. Restabat autē vt qui pin
guissima immanitate tumuerūt: superba loquerētur.
Et bene hic dixit tm̄ ore: nō etiam corde locuti sunt: q2
sceleratorum mos est illa frequēter sermone defendere/
que noscunt̄ cōscientia teste damnare. [Proijcientes
me nūc circundederūt me: oculos suos statuerūt de=
ETY. clinare in terrā]. Proijciētes/extra ciuitatē eijciētes:
nūc circūdederūt nō obsequio/sed furore: qn̄ cruci eū
IDI. cōstat affixū. Nūc aūt qd̄ dictū est presens tēpus po=
suit p futuro: qd̄ apud pphetas esse noscit̄ vsitatum.
Sequit̄ Oculos suos statuerūt declinare in terram.
Dicit consuetudinē perditorū: qui terram respiciunt/
qn̄ in mala cogitatione voluunt̄. [Susceperūt me si=
cut Leo parat⁹ ad predā: et sicut catulus Leōis ha=
bitās in abditis]. Susceperūt me: hoc est iudei a Pi=
Joan. 19. lato: qn̄ eis dixit Tollite eū: et s̄m legem vestrā crucifi
gite eū. Qd̄ auide suscipiētes/et votū sue crudelitatis
implētes: merito ferarū seuitie comparant̄. Leonem
IDI. diximus et diabolū dici: et christo sepi⁹ cōparari. Qui
modus locutiōis inter ppria scripture diuine recipiē=
dus est: hic tn̄ euidenter diabolum designat. Ipsi em̄
iuste comparati sunt principes iudeorū: quo auctore
fremuerūt: et tn̄ multo peiores effecti sunt. Siquidem
diabolus dn̄m tentauit: cruci autē istorū insania cru=
delis affixit. Catulum autē leonis/dicit reliquū popu
lum iudeorū: qui se diaboli filios effecerūt. Sic em̄ de
ipsis in euāgelio dicit̄ Uos ex patre diabolo estis. Ha Joan.
bitās in abditis: permanēs in insidijs. Detestabilium
siquidē hominū consuetudo est mala vota tegere: vt
latenter ad effectum possint eorū consilia peruenire.
[Exurge dn̄e/preueni eos/et supplanta eos: eripe ani
mā meā: ab impio frameā tuam]. Tertia sectio bea=
te orationis intrat̄: Exurge in peccatores dicit/quē il=
li putant more humano posse quiescere: vt cognoscāt
vigilare/dum eorū non permittunt̄ iniquitates excre=
scere. Preueni aūt dixit: vt ante subuertant̄/q̄ pecca
ta perficiāt. Exposuimus em̄ in superioribus hūc sen=
sum bene aptari sceleratis: dum se miscere non pmit=
tuntur illicitis. Subuertūtur em̄ et illi feliciter: qui de
prauis vicijs ad rectam semitā deducunt̄. Eripe ani=
mā meā ab impio/vtiq̄ a diabolo: qui merito impius
dicitur: q2 pijs semper cōtrarius approbat̄. Eripe/fac
resurgere: qd̄ impletū esse manifestum est. Frameam
tuam. Breuiter cōclusum est quid sit aīa dn̄i saluato=
ris. Framea est em̄ patris/qn̄ per ipsam diabolum vi=
cit: per ipsam mundū a sordida supstitione purgauit:
per ipsam debellata est captiuitas: que humani gene
ris sobolem possidebat. Frameam vero diximus mul
tarū esse significationum. Modo contū/modo loricā/
modo gladiū significat bis acutum: que tn̄ omnia ad
instrumenta armorū certum est pertinere. Memento
autē q̄ in hoc versu quinta species definitiōis est: que
grece Cata antilexin: latine ad verbum dicitur. Uno DEF.
enim verbo definiuit quid sit anima christi: id est fra=
mea patris. [Ab inimicis manus tue. Dn̄e a paucis
de terra † dispartire eos: † et supplāta eos in vita eo= Al. di
rum]. Item fit oratio p iudeis: qui diaboli potestate Al. no
constricti/nefarijs erant ausibus incitandi. Demones
sunt em̄ inimici manus dn̄i: qui humanū genus cōtra=
ria dn̄o semper volūtate dilacerant. Precat̄ etiam vt
a paucis: id est ab apostolis diuidātur increduli: dum
a terra huius mundi viciosa separati/cōuertuntur ad
dn̄m. Eor̄ quippe (iuuāte dn̄o) p̄dicatione factū est: vt
tam israelite q̄ gētes a terrena iniquitate diuisi/chri=
stum sequerent̄ auctorē. Supplanta eos/hic in bono
positū est. Supplantati em̄ et illi accipiendi sunt: qui
damnatis erroribus/ad rectas semitas transferūtur.
In vita ipsorū qd̄ addidit: hoc in mundo isto dum vi=
uūt: vbi penitētie locus est: vbi clamatur ad dn̄m/nō
tam ore q̄ mēte: vbi recipiunt̄ purissime supplicātes.
[De abscōditis tuis adimpletus est venter eor̄. Sa=
turati sunt † porcina: et † reliquerunt que superfuerūt Al. fili
paruulis suis]. Abscondita dei et in malo/et in bono Al. dim
possumus congruenter accipere: q2 omne peccatum rūt reli
illi abominabile/atq̄ a cōspectu eius extraneum est: suas.
Quis eius notitiam minime refugere videatur: sicut
in quinto psalmo iam dictum est Nō habitabit iuxta Ps. 5.
te malignus: neq̄ permanebunt iniusti ante oculos
tuos. Sicut et de Cayn scriptura dicit Egress⁹ Cayn Gen. 4.
a facie dn̄i/habitauit in terra pfugus. Saturatos er=
go iudeos dicit de immūdicijs: que a dn̄o abscondita:
id est noscuntur esse phibita. Si vero in bonam par=
tem hoc positū lector accipias: vt est illud: q̄ magna Ps. 30.
multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti

timētibus te: ⁊ perfecisti eam sperātibus in te: enume
rant beneficia / vt maior nigratorū ostēdatur offensa.
De abscōditis tuis: id est de lege veteris testamēti: et
de miraculis que dñs christꝰ in eis erat gloriosa dispē
satiōe facturus. Uētrē ipsorū / sensum significat omni=
no carnalem: in quo mādata dñi tanq̄ in vētre recon
dita sunt. Et bene sensus eorū comparatus est ventri:
vnde cibi spirituales velut vilissima purgamēta ꝓie=
cti sunt: dum ab eis corrupta mente dilabunt̄. Sed hi
cum essent rebus celestibus impleti: vt nichil terrenū
capere debuissent: animaduerte qd̄ sequit̄: Saturati
sunt porcina. O iniquitas execranda: Audiebat sen=
sus eorū mandata dei: ⁊ illi saturabant̄ sordibus pec=
catorū: nouoq̄ modo bonis celestibus pasti / malorū fe
cibus explebant̄. Porcina eñ ad polluta respicit: que
inter cetera veteris testamenti precepta immūda pre
notat̄. Transmiserunt autē reliquias peccatorū filijs
Mat.27. suis: qñ clamabant Sanguis huius super nos: et suꝑ
Al. In. filios nostros. [Ego aūt † cū iustitia apparebo in con
Al. appa spectu tuo: satiabor dū † manifestabitur gloria tua].
ruerit. In cōspectu patris apparere se dicit cum iustitia: qm̄
eius volūtates impleuerat / quādo mundū ab interitu
mortis sanguinis sui effusiōe saluauit. Satiabor. Ser
mo iste aptissime videtur iteratus. Superius eniz iu=
deos dixit saturari porcina: id est immundicia sua: se
aūt saturari de humani generis crudelitate suscepta
quādo numerus sanctorū beata adunatione supplen
dus est. Patris aūt gloria manifestabit̄ in iudicio dñi
saluatoris: cū vnusquisq̄ recipiet ꝑ actibus suis: sicut
Joan.14. ipse dñs apl̄is dicit In illa die cognosceris: q: ego in
patre / ⁊ pater in me est. Sic ergo patris / ⁊ filij / ⁊ spūs
sancti vna natura / vna potestas / vna gl̄ia declarat̄.

¶ Conclusio.

¶ Consideremus dilectissimi q̄ magna sa=
cramēta fidei nostre psal
mus iste cōplexus est: vt qui audit supplicantē hoīem
eundē ⁊ confitendū debeat aduertere creatorē. Duas
eñ naturas incōfusas atq̄ incōmutabiles qui in chri
sto dño hodieq̄ vult credere: nō pōt aliqua decipi fal
sitate. Unde mirabiliter beatus Cyrillus in quodā lo
co breuiterq̄ disseruit dicēs: Aduertentes igitur mo=
dum incarnatiōis: videmus q: due nature per indiui=
duam vnitatem incōfuse / atq̄ immutabiliter inuicem
sibi cōuenerint. Caro nanq̄ caro est / ⁊ nō deitas: licet
dei facta sit caro. Similiter etiaz verbū deus est / ⁊ nō
caro: licet dispēsatorie ꝓpriam fecerit carnē. Hec au
tē sine offensione decurrit: qui nulla sibi ꝓprij erroris
ligamenta repererit. Huius etiam psalmi numerum
et quantitas ꝓphetalis ornauit: vt merito in hoc nu=
mero incarnatio dñi relata esse videat̄ / vbi etiā ꝓphe
talis chorus conuenisse cognoscitur.

¶ Explicit expositio in psalmū.16.

¶ In finem puero dñi Dauid que locutꝰ est
ad dominū verba cātici huius: in die qua eri
puit eum dñs de manu inimicorū eius: et de
manu Saul: ⁊ dixit. xvij.

Diligā te dñe fortitudo mea:
dñs firmamentū meū / ⁊ refu
giū meū / et liberator meus.
Deus meꝰ adiutor meus: et
spabo in eū. Protector meꝰ /
⁊ cornu salutis mee; et susce=
ptor meus. Laudās inuocabo dñm: et ab ini
micis meis saluus ero. Circūdederūt me do
lores mortis: ⁊ torrētes iniquitatis cōturba
uerūt me. Dolores inferni circūdederūt me:
preoccupauerūt me laquei mortis. In tribu
latione mea inuocaui dñm: et ad deum meū
clamaui. Et exaudiuit de templo sancto suo
vocem meā: ⁊ clamor meus in cōspectu eius
introiuit in aures eius. Commota est et con=
tremuit terra: fundamēta montiū conturba
ta sunt ⁊ cōmota sunt: qm̄ iratus est eis. Ascē
dit fumus in ira eius / ⁊ ignis a facie eius ex=
arsit: carbones succensi sunt ab eo. Inclina=
uit celos et descendit: et caligo sub pedibus
eius. Et ascendit super cherubin et volauit:
volauit super pennas ventorum. Et posuit
tenebras latibulum suum in circuitu eius ta
bernaculum eiꝰ: tenebrosa aqua in nubibus
aeris. Pre fulgore in conspectu eius nubes
transierūt: grando et carbones ignis. Et in=
tonuit de celo dñs / ⁊ altissimus dedit vocem
suam: grando ⁊ carbones ignis. Et misit sa=
gittas suas et dissipauit eos: fulgura multi=
plicauit / ⁊ conturbauit eos. Et apparuerūt
fontes aquarum: ⁊ reuelata sunt fundamēta
orbis terrarū. Ab increpatione tua dñe: ab
inspiratiōe spiritus ire tue. Misit de summo
et accepit me: et assumpsit me de aquis mul=
tis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis
⁊ ab his q̄ oderunt me: qm̄ cōfortati sunt suꝑ
me. Preuenerūt me in die afflictiōis mee: et
factus est dñs ꝓtector meꝰ. Et eduxit me in
latitudinem: saluū me fecit qm̄ voluit me. Et
retribuet michi dñs ſm iustitiam meā: ⁊ ſm
puritatem manuum mearū retribuet michi.
Quia custodiui vias dñi: nec impie gessi a
deo meo. Qm̄ omnia iudicia eius in conspe=
ctu meo: ⁊ iustitias eius non repuli a me. Et
ero immaculatus cum eo: et obseruabo me
ab iniquitate mea. Et retribuet michi dñs
ſm iustitiam meā: et ſm puritatem manuum
mearū in conspectu oculorū eius. Cum san=
cto sanctus eris: ⁊ cum viro innocente inno=
cēs eris. Et cum electo electus eris: et cum
peruerso peruerteris. Qm̄ tu populum hu=
milem saluum facies: et oculos superborum
humiliabis. Quoniā tu illuminas lucernam
meā dñe: deus meꝰ illumina tenebras meas.
Qm̄ in te eripiar a tentatione: et in deo meo
transgrediar murū. Deus meus impolluta
via eiꝰ: eloquia dñi igne examinata: ꝓtector
est omniū sperantium in se. Qm̄ quis deus
preter dñm: aut quis deꝰ preter deū nostrū?

Deus qui precinxit me virtute: ꝛ posuit immaculatam viam meã. Qui perfecit pedes meos tanq̃ ceruorũ: et super excelsa statuẽs me. Qui docet manus meas ad preliũ: et posuisti vt arcum ereum brachia mea. Et dedisti michi ꝓtectionẽ salutis tue: ꝛ dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem: ꝛ disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos ꝛ comprehẽdam illos: et non cõuertar donec deficiant. Confringam illos nec poterunt stare: cadẽt subtus pedes meos. Et precinxisti me virtute ad bellũ: ꝛ supplãtasti insurgẽtes in me subtꝰ me. Et inimicos meos dedisti michi dorsum: et odiẽtes me disperdidisti. Clamauerunt/ nec erat qui saluos faceret ad dominũ: nec exaudiuit eos. Et cõminuam eos vt puluerem ante faciem vẽti: vt lutũ platearũ delebo eos. Eripies me de cõtradictiõibus populi: cõstitues me in caput gentiũ. Populus quem nõ cognoui seruiuit michi: in auditu auris obediuit michi. Filij alieni mẽtiti sunt michi: filij alieni inueterati sunt/ ꝛ claudicauerunt a semitis suis. Viuit dñs/ ꝛ benedictus deꝰ meus: ꝛ exaltet deus salutis mee. Deꝰ qui das vindictas michi/ ꝛ subdis populos sub me: liberator meꝰ de inimicis meis iracũdis. Et ab insurgẽtibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Propterea cõfitebor tibi in natiõibus dñe: et nomini tuo psalmũ dicã. Magnificãs salutes regis eius: ꝛ faciens misericordiam christo suo dauid: et semini eius vsq; in seculum.

IN finẽ: puero/ ꝛ dauid/ hec tria verba ad regẽ nostrũ saluatorem referri posse non dubium est. Nam ꝛ puer legit in ꝓpheta
Isa.9. Puer natus est nobis. Que locutꝰ est ad dominũ verba cãtici huius/ post hec alia deputanda sunt: vt sit verborũ plenior ꝛ absoluta cõtextio. Quod aũt dictũ est cantici/ ad contemplationẽ constat rerum celestium pertinere: ne in regis dauid tm̃modo hystoria mentis nostre hereret intuitus. In die qua eripuit eum dñs de manu omniũ inimicorũ eius/ et de manu saul: ꝛ dixit Hic actus regum lectiõe notissimus est. Ibi em̃ latius describitur queadmodũ dauid fuerit de inimicorũ suorum ditiõe liberatus: ad cuiꝰ similitudinẽ resurrectio dñi/ ꝛ membrorũ eius absolutio de potestate diabolica declarat.

Diuisio.

PSalmus hic vni tm̃ non põt cõuenire persone. Nã primo ordine ꝓpheta loquit: gratias agẽs ꝙ eũ de grauibus periculis diuina pietas liberare dignata est. Secũdo ecclesia loquit: que ante aduentũ dñi innumeras ꝑtulit calamitates: posteaq; misertus ei/ medicinã sancte incarnatiõis indulsit: ꝛ baptismatis bñficio christianũ populũ de orbis vniuersitate collegit. Tertio in rorẽ misericordie vox dñi saluatoris illabit: vbi pulcherrimis allusiõibus virtus eiꝰ/ potestasq; describit. Quarto iterũ eccl'ie catholice dicta ꝓferunt: ꝛ cũ magna exultatiõe diuinitatis munera ꝯcessa laudãt.

Expositio.

DIligam te dñe virtus mea]. Diligit dñm/ q mãdatis eius deuotus obtẽperat: sicut ait in euangelio: Qui audit verba mea/ et facit ea: hic est qui diligit me. Diligo em̃ dicitur/ ETy.
quasi de om̃ibus eligo. Et cõsidera qm̃ hec dilectio sic de futuro ꝓmittit: vt nunq̃ tñ defecisse videat. Virtus mea. Propheta liberatꝰ ab hostibꝰ suis recte dñm cõfitet suam esse virtutẽ: quo donãte factũ est vt inimicis suis fortior appareret. Hic duodecima species definitionis est: que grece dicit Cataepenon: DEf.
latine per laudẽ. Singulis em̃/ diuersisq; verbis predicãdo declarat quid sit dñs. Modo virtus/ modo firmamentũ/ modo refugiũ/ modo liberator/ modo adiutor/ modo ꝓtector/ modo cornu salutis. Hec em̃ om̃ia pulchre ostendũt quis eius est dñs. [Dñs firmamẽtũ meũ ꝛ refugiũ meũ: ꝛ liberator meus. Deus meꝰ adiutor meus]. Iuste dicit dñm firmamentũ suũ: qm̃ ab ipso cõcessum est vt inimicis suis in acie firmus assisteret: et viuaci animositate pugnaret. Et refugiũ meũ. Vtiq;/ qñ cũ fuit opus cõsilio refugit ad tractatum: et inuenit diuinitatẽ mõstrare/ qđ eũ poterat adiuuare. Merito aũt liberatorem suum dñm ꝯfitetur: qui eum de seuissimi regis Saulis ira tanq̃ de inferni ore liberauit. Deus meus/ adiutor meus. Prestitorũ suauitate pellectus/ in summã repetit superiora que dixit: q2 vbiq; ipse affuit/ eũq; virtutis sue munimine custodiuit. Sed cõsidera ꝙ ita percurrit singula: vt suis meritis non presumat applicare collata. [Et sperabo in eum. Protector meus/ ꝛ cornu salutis mee: † adiutor Al. suscep-
meus]. Confidẽter iam postulat: q de dñi gratia post ptor meꝰ
beneficiorũ exẽpla presumit. Nam de futuro fiducialiter sperare se dicit: qui euz in preteritis senserat adiutorẽ. Protector meus. Hoc ad eum pertinet custodiendum: qui aduersariorũ appetebatur insidijs. Quod autẽ hic dixit Cornu salutis sue dñm/ ad inimicos ꝑtinet dissipandos. Cornua em̃ sunt arma beluarũ: qui- DEf.
bus salutem suã sollerti cõcertatione defendũt. Adiutor meꝰ. Dulcedo beneficij/ repetitionẽ fecit esse verborũ. Supra em̃ eodem vocabulo nũcupauit: quẽ hic iterũ nominat adiutorẽ. [Laudans inuocabo dñm: et ab inimicis meis saluꝰ ero]. Post virtutes peractas: vbi sanctus nulla se elatiõe iactauit. Sed q2 erat rerum ipsarũ hylaritate gaudendũ/ laudans se dixit inuocare dñm: ꝛ ipsi vniuersa tribuere/ qui dignatus est vniuersa prestare. Et ideo se dicit ab inimicis saluum faciendũ: q2 victoriam suam nõ sibi videbatur applicasse/ sed dño. Nam qui aliter facit/ vijs suis captiuus redditur: q̃uis hostes superasse videatur. [Circũde- Al. dolo-
derunt me † gemitus mortis: et torrentes iniquitatis res.
cõturbauerũt me]. Post exultationem ꝓphete quam sancta pietate concepit/ ventũ est ad ordinẽ secundũ: vbi ꝑ cladibus humani generis que ante aduẽtũ dñi grassabant: introducta vna persona iustorũ (quos illo tẽpore fuisse non dubium est) pius deprecator exorat. Nã merito iustus ille circundatũ se gemitibus asserebat: q2 dum esset superstitionũ innumera multitudo/ fideliuz erat rara deuotio. Et ne putares gemitus de iactura facultatis/ aut de re huiuscemodi esse ꝓfusos:

addidit Mortis: q2 reuera mors erat vbi diaboli posse
DEF. regnabat. Torrentes autē sepe diximus fluuios esse
hibernis imbribus excitatos. Hic ergo iniqtatib9 rapi
dis data est similitudo torrentiū: vt merito cōturbaue
rint anxium populū: cum vndaꝝ minantiū cōcrepatio
ne fremuissent. [Dolores inferni circundederunt me:
Al. preoccupauerūt. † preuenerunt me laquei mortis]. Fiat huius versicu
li cōpaginatio preposterata verboꝝ: vt melius hic sen
sus nobis possit aperiri. Circundederunt me dolores
inferni: de paganis dicit: qui erūt dolores īferni/id est
DEF. qui in īferno debito dolore torquendi sunt. Preuenire
vero dicimus: quādo aliqđ nos anticipare dinoscitur.
Ut est ille reatus originalis pcti: qui nos anteꝗ nascamur/ab ipso conceptu reddit obnoxios. Unde in. 50.
Ps. 50. psalmo propheta dicturus est. Ecce in iniqtatibus cō
cept9 sum: ꝛ in delictis peperit me mater mea. Uir em̄
iustus merito se preuentū dicebat: qui reatū suū ante
cessisse cognouerat. Sed queādmodū ab his fuerit li
beratus: subter exponit. [Et in tribulatione mea inuo
caui dn̄m: et ad deū meū clamaui]. Inter mala multa
que dixerat/vnū ꝛ singulare ꝓfitetur esse remediū: in
uocare dn̄m in tribulationibus suis: quādo cōstat totis
virib9 peti qđ tpe necessitatis optat. Et vide: q2 prius
dixit ad dn̄m. Sed ne putares ad alienū dn̄m: subiun
xit Ad dn̄m meum clamaui. Clamare autē plus est ab
inuocare. Creuit sermo progrediēte desiderio: ꝛ accen
sus animus ad orationē prosiluit auidus in clamorem.
[Et exaudiuit de tēplo sancto suo vocē meā: ꝛ clamor
meus in cōspectu eius itroiuit in aures eius]. Siue de
celo/siue de corpore dn̄i qđ vēturū esse ꝓuidebat: tem
plum cōpetēter aduertim9. Exauditā ergo dicit vocē
suā: quā de aduētu dn̄i iugiter offerebat. Sed ꝑscrutā
dum est: quomodo clamor ipsius in ꝯspectu dei value
rit itroire? Clamor iste cause iusticia est: Que vtiꝗ ad
deū intrare poterat: q2 ꝓ mundi cladibus supplicabat.
Sequitur Introiuit in aures eius. Hoc de ꝯsuetudine
nostra figuraliter dr̄: ꝙ clamor eius quasi aliqđ corpo
rale in aures dn̄icas introisset: cum ille totum spiritua
liter sentiat: ꝛ anteꝗ fiant vniuersa cognoscat. Illi em̄
actuū nr̄oꝝ qualitas: quasi quibusdā vultibus semper
assistit: ꝛ qđ apud nos occultū: illi noscitur esse manife
stum. [Et cōmota est ꝛ cōtremuit terra: ꝛ fundamēta mō
Al. non hz. tium cōturbata sunt: qm̄ iratus est eis † deus]. Decisa
tristicia quā de aduētu dn̄i beat9 populus sustinebat:
SCHE. ꝓphetie spiritu ad incarnationis eius secreta ꝑuenit:
ordinēꝗ ipm̄ mirabili narratiōe describit. Hoc Sche
ma dicit Idea: cum speciē rei future: velut oculis offe
rētes/motū animi cōcitamus. Qđ ꝛ hic ꝛ in sequenti
bus versibus cōstat effectū. Et ideo nūc audiamus sa
cramēta dn̄i saluatoris. Congrue siquidē ad aduētum
christi terra cōmota est: qm̄ presentia iudicis dignum
fuit contremiscere peccatores. Seruauit ordinē rei: vt
prius ostenderet motā: postea diceret esse tremefactā.
Fundamēta vero montium significat presumptiones
superboꝝ: id est diuitias/honores/ceteraꝗ humana:
quibus illi detēti velut fundamētis constātibus innitū
tur. Hec oīa turbata sunt: q2 mundi falsa spes vero do
mino veniēte sublata est. Nimis apte posita verba de
scendunt. Primo fundamēta/id est supboꝝ spes turba
ta est. Postea dicit esse cōmotā. Subiunxit ꝛ causam:
quare cōmota sunt fundamēta: qm̄ iratus est eis deus.
Utiꝗ q2 vicia humana dn̄o probātur exosa: ꝛ iratus est
illis. Hinc ostēditur: qm̄ sequaces eoꝝ constat esse pu
niendos. [Ascendit fumus in ira eius: et ignis a facie
eius exarsit/carbones succensi sunt ab eo]. Fumus hic
in bono positus est: quia sicut iste terrenus inutiles la
chrymas mouet: ita ꝛ ille penitentie calore succensus:
fructuose profundit fluēta lachrymarum. In ira eius:
tēpore quo hic peccatores futuri iudicij timore cōtur
bat: vt eos ad remediū conuersionis adducat. Ignis
est charitas dei: virtutū progressionibus crescēs. Que
quanto magis concupiscitur: tanto efficacius amplia
tur. Bene autē dixit/a facie eius: qm̄ ipsius illumina
tione charitas cōceditur eis qui peccata derelinquūt.
Carbones vero succensos/peccatores dicit: qui velut
carbones mortui: in mundi istius cecitate tenebrātur.
Sed iterum penitētia inflāmante reuiuiscunt: ꝛ ex mor
tuis prunis viui incipiunt esse carbones. Sequit etiam
quomodo succēsi sunt: veniēte. s. dn̄o redemptore. [Et
inclinauit celos ꝛ descēdit: ꝛ caligo sub pedibus ei9].
Magnum sacramētum in hoc sermone repositum est.
Humiliauit se enim verbum/vt sine peccato quidem:
sed tamen similitudinē carnis peccati sumeret. Descē
dere autē illi fuit/ad nos venire: sicut dicit Apostolus.
Semetipsum exinaniuit: formam serui accipiens. Ca Philip. 2.
ligo vero hic diabolus est: qui hominū mentes innu
bilat/dū veritatis splendorē nō facit videre quos pos
sidet. Sub pedibus eius: q2 sine dubio maiestate dn̄i
saluatoris cōculcat demonū execranda nequitia: sicut
et in nonagesimo psalmo dicturus est. Super aspidē Ps. 90.
et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem ꝛ dra
chonē. [Et ascēdit sup cherubin ꝛ volauit: volauit sup
pennas ventoꝝ]. Hec figura dicitur Hyperthesis/id SCHE.
est suplatio: cum aliquā rem opinione omniū notā: sen
tētia nostra exuperare cōtendimus. Tale est ꝛ illud in
quinquagesimo psalmo. Lauabis me ꝛ sup niuē deal Ps. 50.
babor. Cherubin interpretatur multitudo scientie: aut INTER.
scientia multiplicata. Alibi enim legit Qui sedes sup
cherubin appare. Ascendit ergo super cherubin: quan
do vidētibus apostolis ad celorum regna conscendit.
Sedet nunc super cherubin/ad patris dextrā colloca
tus: in celo ꝛ in terra cū patre regnat: ꝛ cū sancto spiri
tu: qđ vtrūꝗ vniuersum modū scientie vel admiratio
nis probat excedere. Que enim creatura ꝓualeat tāti
secreti attingere sufficiēter arcanum: ꝙ carnē terrenā
atꝗ mortalem in eterna celoꝝ gloria collocauit: et fe
cit eā creaturis oībus adorabilem: que terrenas ꝑtulit
passiones? Sequitur Et volauit: volauit sup pennas
vētoꝝ. Hec repetitio celeritatē nimiā decēter ostēdit:
id est per mundi spacia velociter cucurrit: quādo ipso
in cunabulis iacente: Magis eum stelle claritas nun
ciauit. Quid em̄ dici potest velocius: qui mox vt nat9
in alia mundi parte cōspectus est? Tunc ergo supera
ta est celeritas vētoꝝ: Quis in mundo nichil eis ocius
esse monstret. Quod autē repetit sine interiectiōne al
terius verbi volauit: volauit. Figura est Epizeuxis: que SCHE.
latine dicitur coniunctio: sicut ꝛ in subsequentibus di
cturus est. Dies diei eructat verbū: ꝛ deus deus me9.
[Et posuit tenebras latibuluz suum in circuitu eius ta
bernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris].
Tenebras/incarnationis eius mysterium dicit: vt qui
in natura deitatis sue videri non poterat: incarnatiōis
velamine humanis cōspectibus redemptor piissimus
appareret. Unde beat9 Ioānes Cōstātinopolitan9 ep̄s:
mirabiliter ꝛ catholice dicit: Illum qui si nuda deitate
venisset/non celū/nō terra/nō maria/non vlla creatura
sustinere potuisset: quē illesa virginis viscera portauē
runt. Memento autē tenebras ꝛ in bono poni: vt est il
lud in prouerbijs Salomonis. Intelligit quoꝗ para
bolam: et tenebrosum sermonē. Oīa enim diuina que

ignoramus:nobis tenebrosa/id est ꝓfunda atq₃ obscu-
ra sunt: Quis continuo lumine ꝑfruatur latibulum suũ:
id est secretum maiestatis eius: Quod tunc reuelat iu-
stis:quando eis facie ad faciem diuinitatis ipsius glo
riam cõtigerit intueri. In circuitu eius tabernaculum
eius. Hic dignitas exponit gloriosa beatorũ: vt iuxta
ipm habitẽt/qui in eius ecclesia fideliter ꝑseuerãt. In
circuitu autẽ eius/ ꝓximitatẽ significat. Ille enim cir-
cuit ac penetrat oĩa/nõ circundatur ab aliquo: qꝛ loco
inamplexibilis est. Põt ꝛ illud intelligi in circuitu eius
vt non ad loci designationẽ: sed ad defensionem taber
naculi custodiãq₃ respiciat. Aquã vero dicit/eloquiũ
dñi:qđ tenebrosum est in nubibus aeris/id est in ꝓphe
tis predicatoribus verbi: qꝛ Quis se aliqs putet dicta
eoꝝ intelligere:ad ipsam sicut est virtutẽ dictoꝝ in to-
1. Corin. 13. tũ vix põt ꝑuenire: sicut dicit Apl's. Uidemus nunc ꝑ
speculum in enigmate:tunc autẽ facie ad faciẽ quãdo
ipsum videt qđ credidit:ipm cognoscitur respicere qđ
sperauit. [Prefulgore in cõspectu eius nubes transie-
runt:grando ꝛ carbones ignis]. Non est iste versus fa
cile trãseundus. Prefulgore:vna pars orationis est/id
est nominatiuus pluralis:et respondet ad nubes. Nu-
bes autẽ (sicut superius dictũ est) predicatores diuini
verbi intelligẽdi sunt. Et sensus talis est. Ille nubes q̃
aquã cõtinent dei/id est eloq̃a diuina: sicut in hoc aere
tenebrose: hoc est obscure videtur: ita in cõspectu dei
prefulgore sunt vbi semꝑ veritas patet. Nec ꝓpositio-
nibus exq̃ritur:nec parabolis tegit: qđ manifesta luce
declarat. Iste ergo nubes/id est p̃dicatores:ad gẽtes
relicto israelitico populo trãsierũt:sicut cõstat effectũ
quãdo duricia non meruit iudeoꝝ:qꝫ ad ipsos venerat
instruẽdos. Grãdo ꝛ carbones ignis. Exponit per alle
goriã:quid ille nubes habeant. Aliud eñ dicit: ꝛ aliud
CSHE. vult itelligi. Unde schematibus crebris: eloquẽtia di-
uina ꝓbat esse plenissima. Grãdo enim/id est obiurga
tiones figurate:quibus iudeoꝝ corda durissima tunde
bãtur. Carbones ignis/charitatis incẽdia:quibus mẽ-
tes fidelium/celesti igne reuiuiscunt. Hec ad gẽtes si-
cut diximus: in nubibus/id est in predicatoribus tran-
sierunt. [Et intonuit de celo dñs: ꝛ altissimus dedit vo
cem suam]. Quippe qui erat ingẽtia sacramẽta locutu
Joan. 12. rus. Ait enim in euãgelio vox omnipotẽtis patris: Et
clarificaui: ꝛ iterũ clarificabo. Unde multi (sicut ibi le-
gitur) tonitruũ fuisse crediderũt. Altissimus aũt dedit
Matth. 3. vocem suam:quãdo dictũ est. Hic est filius meus dile
ctus:in quo michi bñ cõplacui. [Misit sagittas suas et
dissipauit eos:fulgura multiplicauit ꝛ ꝯturbauit eos].
Sagittas/euãgelistas dicit:virtutũ pennis non suis:
sed eius a quo missi sunt recta itinera trãsuolantes. Et
dissipauit eos. s. ad quos missi sunt/fideles recipiẽdo/
2. Corin. 2. impios abijciendo: sicut dicit Apl's. Alij sumus odor
vite in vitã:alij odor mortis in mortẽ. Fulgura multi-
plicauit/id est miracula multa fecit. Que sic corda vi-
dentium ꝯmouerũt:quẽadmodũ crebra solent fulgu-
ra visa terrere. Cõturbauit eos. De his dicit qui tunc
cõturbati sunt:quando eum resurrexisse manifestis ꝓ-
bationibus agnouerunt. [Et apparuerũt fontes aqua
rũ: ꝛ reuelata sunt fundamẽta orbis terrarum]. Id est
veritas predicantiũ:qui fontes eterne vite sanctitatis
sue ore fundebant. Ipso enim veniente patuit: qđ ob-
scuritas diuini tegebat eloquij. Et reuelata sunt funda
menta orbis terre. Manifestati sunt prophete qui non
intelligebant:supra quos orbis terrarũ in ecclesie facie
sancta edificatione cõstructus est. Et memẽto hic:tel-
lurem in bono positam: que est terra viuentium. [Ab
increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire
tue]. Ab increpatione tua indicat verba prophetarũ:
qui increpationibus iustis peccatores populos argue
bant. Ab inspiratione spũs tue ire: ostẽdit p̃dicatores
verbi:qui a sancto spiritu inflãmati:delinquẽtes popu
los increpabant. Per has igit parabolas sublucentes
propositionesq₃ verboꝝ: hucusq₃ ꝓphetie spiritu fide-
lium populis:qui est sancta ecclesia/aduentũ dñi nun-
ciauit. [Misit de summo et accepit me: assumpsit me
† de multitudine aquarũ]. Hinc iam mater ecclesia lo Al. de multis.
quitur de tẽporibus christianis. Misit vtiq₃ pater do-
minũ saluatorẽ de summo: vt intelligãt hoies: qꝛ qđ de
summo venit/diuina potestate gloriatur. Apte ꝓ̃o di-
xit ecclesia accepit me:que spõso christo iuncta letat.
Multitudines autẽ aquarũ/siue inumere gẽtes intelli DM.
gi possunt: vnde ecclesia spretis iudeis indeuotis:de fi
delibus cõstat esse collecta:sicut in actibus aplo'ꝝ bea
tissimus Paulus cõtradicẽtibus iudeis ꝛ blasphemã-
tibus:excutiens vestimẽta sua dixit. Sãguis vester su Act.
per caput vestrũ:mundus ego ex hoc ad gentes vadã.
Siue hoc dicit de fontib⁹ sacris: quãdo ecclesia catho
lica multitudinẽ filioꝝ baptismatis regeneratione cõ
quirit. [Eripuit me de inimicis meis fortissimis et ab
his qui oderunt me: qm̃ cõfortati sunt super me]. For-
tissimos inimicos/ꝑsecutores truculẽtos enunciat: qui
christianũ populũ tormẽtis ꝛ cedib⁹ affligebãt: ꝛ ideo
se magis dicit ereptã: qꝛ inimici confortati sunt supra
ipsam. Tunc eñ ecclesia crescere meruit: quãdo eam
data desuꝑ potestate inimicus afflixit. O vere diuina
prouidẽtia: vt suis nisibus destruat inimicus: ꝛ quãto
se putat amplius ledere: tanto eum necesse sit seuissima
insecutione prestare. [Preuenerunt me in die afflictio-
nis mee: ꝛ factus est dñs protector meus]. Illud signi
ficat quãdo pseudo apostoli veros predicatores pre-
uenire nitebant: conantes subuertere corda simpliciũ.
Sequitur In die afflictionis: quãdo christianoꝝ mar-
tyria celebrabãtur. Et factus est dñs protector meus.
Ideo deus ꝓtector: qꝛ homo extitit impugnator. Sed
vtraq₃ simul/longe sibi dissimilia conuenerunt: impu-
gnatio tẽporalis: ꝛ eterna ꝓtectio. [Et † ꝓduxit me in Al. edu
latitudinẽ: saluum me fecit qm̃ voluit me]. In ecclesia
catholica hunc esse morẽ fidelium nullus ignorat: vt
quãto plus ꝑsecutionibus cõstringit: tanto sicut est am
plius fidei augmẽto dilatet. Tunc enim per gratiam
dei exurgunt inuicti animi: tunc incendium charitatis
ardescit. Et facto agmine in gladios suauiter ruunt: qꝛ
vite eterne premia cõcupiscunt. Producta est ergo ec-
clesia in latitudinem: quando per seuitiam persecutoꝝ
numerũ ei constat creuisse fideliũ. Quod autem dixit
Saluũ me fecit/non moueat: qꝛ ad masculinum genus
deducta est: qm̃ non videtur absurdum hoc ei nomen
aptari: que constat ex populo. Merito ergo beatorum
istud agmen exultans: saluum se dicit factũ: qđ ad chri
stiane fidei meruit peruenire fastigium. Quoniam vo-
luit me/id est qm̃ me elegit: qui gratis vocat vniuersos:
nec prius beneficiũ accipit/q̃₃ prestare dignetur: sicut
ipse in euangelio dicit. Non vos me elegistis: sed ego Joan.
elegi vos. [Et retribuet michi dñs ẜm iusticiã meam:
ꝛ ẜm † innocẽtiã manuũ meaꝝ retribuet michi]. Opti Al. puri
me vtrunq₃ seruauit. Et prius dixit anteq̃₃ assumere- tem.
tur: Quoniã voluit me: et nunc dicit Retribuet michi
ẜm iusticiam meam: id est ẜm voluntatẽ meã: quã post
beneficia ipsius sancto corde gestabat. Innocentiam
autẽ manuũ/operã vult significare pietatis: quã diui-
no munere sanctoꝝ virtus exercet. Sed hoc retribuet:

geminatum sollicite recipiēdum est:ne sibi aliquid fal-
2. Timo. 4 laciter pelagiana heresis blandiatur. Dicit etenim Apo-
stolus. De reliquo posita est michi corona iusticie:quā
reddet michi dominus in illa die iustus iudex: Non qr
suis aliquid meritis humilis applicabat:sed quia pmis
sis beneficijs dñi iam deberi posse premium confide-
Jaco. 1. bat. Idipsum apostolus Jacobus dicit. Omne datū
optimū et omne donum pfectum de sursum est: descen-
dens a patre luminum. [Quia custodiui vias dñi: nec
impie gessi a deo meo]. Vie sunt domini/dilectio dei/et
charitas proximi: quas constat eos studiosissime cu-
stodire: qui nolunt dñi mandata deserere. Subiunxit
Nec impie gessi a deo meo. Impietatis verbo notati
sunt:qui iussa dñi declinare presumunt. Quod animus
deuotus ecclesie merito se dicit refugisse: vnde se crea
torem sciebat offendere. [Qm oia iudicia eius in con-
Al. non hz. spectu meo † sunt semper: et iusticias eius non repuli a
me]. Nunc dicit causas:quare vias dñi custodierit:aut
impie nō gesserit:sicut superius posuit:quia iugiter iu-
dicia eius terribilia cogitabat. Addidit Et iusticias eius
non repuli a me. Quod faciunt carnis fragilitate supe
rati:qui longa obseruatione deficientes/equitatem in-
terdū deserunt/quam ceperant custodire. Hic em̄ bea
tus populus nunq̄ repulit iusticiam domini:quia sem-
per in eius corde pmansit. [Et ero immaculatus cum
eo: et obseruabo me ab iniquitate mea]. Fructū beati-
tudinis sue reddidit:et qd proficiat si iusticias dñi non
repellat. s. vt sit imaculatus:verum non vt ille dñs qui
peccata non habuit:sed vt iste quem lachryme suppli-
ces/a contractis sordibus abluerūt. Sed hec oia in il
lum modū accipienda sunt/quē superius exposuimus:
vbi verbo geminato ait Retribuet:ne quid sancta hu-
militas nō de supernis bñficijs:sed de se (qd absit) pre-
sumere videatur. Sequitur Et obseruabo me ab iniqui-
tate mea. Subtiliter beati vita describitur: qui quando
ad aliquam se gratiam dñi peruenisse cognoscit: cauet
ne iterum iniq̄tatis antique calamitatibus innodetur.
Al. purita- [Et retribuet michi dñs sm iusticiam meā: et sm † inno
tem. centiam manuū mearū in cōspectu oculorum eius]. Ex-
ponit qd superius dixit: Et ero imaculatus coram eo.
Nam quādo illud esse cōtigerit: tunc istud sine dubita
tione subsequitur: vt sm iusticiam suam:quā ipse tamen
donare dignatur/vnicuiq̄ reddat: et sm puritatem actuū
digna compēsatione restituat. Pulchre autē additum
est: In cōspectu oculorum eius: quod vtiq̄ nō potest nisi
beatis euenire: vt sicut illi semp corde dñm contuentur:
ita eos iugiter virtus diuina respiciat. [Cū sancto san
ctus eris eris: et cū viro inocēte innocēs eris. Et cū ele
cto electus:et cū peruerso puerteris]. Cum de iusticia
superna loqueretur: qr vnicuiq̄ reddit sm suorū actuum
qualitatē: nunc exponit quēadmodū possit impleri:qd
lex precipit obseruari. Cōuersatio enim nostra ex prio-
ribus/aut ducibus suis maxime similitudinem trahit/
dum vnusquisq̄ tali ingenio gaudet:quali fuerit predi
tus ille quē sequitur. Hinc est q nobis salutaris et mo-
ralis regula data est: q cum sancto viro/id est domino
saluatore:ipso prestante sancti esse possimus:sicut ipse
Leuiti. 19. dicit. Sancti estote:qm̄ ego sanctus sum dominus deus
vester. Precipitur etiam vt cū innocētia eius:innocen-
Ps. 23. tes esse mereamur. Sic enim de ipo iam dictū est. In-
nocens manibus et mundo corde. Additur tertium: vt
cū electiōe ipsius eligamur. Ita quippe de ipso Isaias
Isa. 42. dicit. Electus meus in quo cōplacuit anima mea. Qd
tunc nobis accedit:quando preceptis eius salutariter
obedimus. Sequitur Cum peruerso peruerteris/id est
cum diabolo subuerteris:qui propria iniquitate puer-
sus est. Illos enim iniq̄ssimos reddit: quos ad sue obe
dientie iura conuertit. Quod argumentū nobilissimū TOP
dicitur in Topicis:a psona intrinsecus attributa:quā-
do quis aut de improbis amicis arguitur:aut de bonorū
coniunctione laudatur. [Quoniā populū humilē saluū
facies:et oculos supborum humiliabis]. Respice quēad-
modū prioribus versiculis apte respōsum est:qui san-
ctitati vel innocētie: necnon electioni domini fit deuo-
tus: et hic saluus faciēdus est:cum in die iudicij ad dex
terā collocabitur. Oculi autē supborum humiliandi sunt:
qui cum peruerso auctore suo diabolo subuertētur: dū
ad sinistram positi: in eternam cruciationem mittendi
sunt. Decenter autē positum est ecōtra:oculos supborum
humiliabis:quia tāto arrogātes in tartari profundita-
tem descēdunt:quāto se altiora cōtingere putauerūt.
[Quoniā tu illuminas lucernā meam dñe:deus meus
illumina tenebras meas]. Loquitur adhuc/siue eccle
sia/siue populus ille beatorum: mirabili decore verborū.
Lucerna enim ecclesie: baptista Joannes est: de quo
dominus in euāgelio dicit. Ille erat lucerna ardens: Joan. 5.
et vos voluistis exultare in lumine eius. Idem ipse in
euangelio dicit. Nemo accēdit lucernam: et ponit eam Luc. 11.
sub modio. Sensus ergo talis est. Patri dño dicit:qm̄
tu lucernā meam illuminas/id est Joannē baptistā et
ceteros apostolos:vel eos q celesti lumine radiare no-
scuntur. Illumina tenebras meas: hoc est per eos reli
qua membra credentium: que adhuc in carnis obscuri
tate versantur. Lucerna enim noctis est lumē:que me-
rito delinquentibus datur: vt per verbū illuminatiōis
fugiant tenebrosa peccata. Quapropter memento qd
hic dicitur illuminare patrē. Illuminat et filius: sicut
in alio psalmo legitur. Deus dominus et illuxit nobis. Ps. 117.
Illuminat etiam spiritus sanctus:sicut propheta dicit.
Non abscondam vltra faciem meam ab eis: pro eo qd Ezech. 39.
illuxit spiritus meus sup vniuersam domū israel. Quis
ergo ita nubilo corde obscurus est:vt sancte trinitatis
vnam naturam/vnam coeternitatē/vnam non intelli-
gat esse potentiam? [Quoniā a te eripiar a tentatione:
et in deo meo transgrediar murū]. Insigniter docuit
regulam fidei. A te dixit eripiar:non a me. Tentationē
vero diabolum significat:qui momētis omnibus tētat
vt a bona cōuersatione nos abstrahat. In deo meo/id
est eius virtute roborante obstaculū transgrediar pec-
catorum:que inter deum et homines mortalium constru-
xere nequitie. Qui murus mortis est/non salutis: nec
ad munimen erigitur: sed ad eternū interitum prepara
tur. Bene dixit transgrediar/non irrumpam/non di-
ruam:quia murus ille humano generi immobilis ma-
net:etiam cum eum sanctis bñficio diuinitatis trāsili-
re cōtigerit. [Deus meus impolluta via eius:eloqa dñi
igne examinata: ptector est omniū sperantium in se].
Aliud versus iste inchoasse:aliud subiunxisse sentitur.
Deus meus/aggressus est dicere nescio quid exorati-
uum:et subiunxit ei exitum inopinatum:impolluta via
eius. Nam si ppositio sequētibus cōcordaret/dei mei
dicturus erat:non deus meus. Que figura dicitur Pa SCHE.
radoxia:latine inopinatus exitus:cum aliud exponitur/
aliud explicatur. Impolluta via eius:significat semi-
tam ipsius esse purissimam. Siue hoc ad incarnationē
ptinet verbi:quā cōstat pollutionē non habuisse pecca
ti. Sequitur Eloquia dñi igne examinata. Flamma fi-
dei/lex superna discutitur:quando sciendi desiderio diui-
na eloquia perquirūtur. Sic et Hieremias propheta:
eloqa dñi mirifica definitione cōclusit dicens. Nonne

verba mea sicut ignis dicit dñs: et sicut securis concidens petram? Addita est quoq; generalis promissio: vt animos releuaret humanos/ne putaret ꝓtectionē non mereri: qui a peccato non fuisset imunis. Dicendo enim omniũ sperātium in se/nullus exceptus est: nisi q̄ in eũ sperare neglexerit. Qui versus breuissimus: laudum definitionibus explicat. [Qm̃ quis deus preter dñm: aut quis deus preter deum nostrũ]. Hoc ꝯtra paganoꝝ dementiam dicit: qui deos sibi multifaria vanitate finxerunt. Dominũ posuit: q₂ ipsius serui sumus. Deum/q₂ eum iustissime adoramus et colimus. Sed iste deus trinitas est inseparabilis: personarum tm̃ non substantie distinctione discreta. Conuenienter autem laus dñi breuiter premissa est: qm̃ ipse erat in subsequēti parte locuturus. [Deus qui precinxit me virtute: et posuit immaculatā viam meam]. Uentum est ad ordinem tertiũ: vbi potentiam suam dñs saluator exponit. Quod ait Precinxit me virtute: et dignitatē significat et fortitudinē. Quod vtrũq; ipsi cōuenire manifestum est: qui potestate virtutis sue iudicaturus est mũdum. Conueniēter autē seq̄tur: posuit viam meam/id est cōstabiliuit atq; firmauit: vt nulla seculi ambitione moueretur. Immaculatā vero viam dicit/vitam purissimā sine sorde delicti: quam ille solus ambulauit/qui peccata non habuit. Sed has omnes allegoricas tropicasq; locutiones que dicte sunt/siue que sequentur: ad incarnationē dñi conuenienter aptamus. [Qui ꝑfecit pedes meos tanq̃ † cerui: ⁊ super excelsa statuit me].

Al. ceruoꝝ

Frequēter hoc animal in scripturis diuinis i bono ponitur: vt est illud. Sicut ceruus desiderat ad fontes aq̃rum.

Ps̃. 41.

Ibi quia nimium sitiunt: hic q₂ velociter currunt. Norunt enim saltibus spinosa transcendere: ⁊ loca periculosa hiantia transilire. Sicut ille delicta seculi humanam salutē pungētia: ⁊ foueas profundissimas peccatoꝝ/sanctis gressibus transmeauit. Et intēde queādmodũ in cōparatione ceruorum ꝑmaneat: qui quando plana fugiũt/montiũ celsa cōscēdunt. Significat autē se super omnem creaturarũ eminentiā constitutum: sicut dicit Apostolus. Et dedit illi nomen qd̓ est sup omne nomen: vt in nomine Jesu omne genu flectatur: celestium/terrestriũ ⁊ infernoꝝ.

Philip. 2.

[Qui docet man⁹ meas ad prelium: et † posuit vt arcum ereum brachia mea].

Al. posuisti.

DEF.

Docere est ab imminētibus insidijs cautum fieri. Manus oꝑationes significant. Prelium/diaboli certamen demōstrat/cum quo spiritualiter confligitur: q₂ incessabilibus colluctatiōibus semꝑ armat. Brachia vero christi/prophete sunt ⁊ apostoli: per quos desiderium sue voluntatis operatus est. His cōparat ereum arcũ: q₂ nesciunt dei serui predicādo mollescere: sed in celesti fortitudine permanentes/verbis salutaribus emissis: tanq̃ sagittis eminus iaculatis/deuotoꝝ hominũ corda compungunt. [Et dedisti michi protectionē salutis tue: et dextera tua suscepit me. Et disciplina tua † ipsa me docebit].

Al. correxit me in finem: ⁊ disciplina tua.

Protectio salutis gloriam significat resurrectionis: quando mortali carne deposita: eandem incorruptibilem et glorificatam resumpsit. Dextera potētia diuinitatis est: que assumptā humanitatē in eterna maiestate constituit. Et bene se dicit esse docendum: vt veri hominis exprimeret qualitatem. [Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea]. Incarnationis sue gloriosissimos act⁹: qui monstrandi erant conuersatione sanctissima dicit esse dilatatos. Uestigia vero viam informationis ostēdunt/quam firmissimā reliquit apostolis: vbi ipse gressus imprimens sanctis actibus ambulauit. Hec ergo vestigia ab inimicis infirmanda iure denegauit: quia licet se vētosa mundi procella cōmouerit: eius tamē vestigia mouere nō potuit: que ille ne petrus in mari mergeretur fixa solidauit. [Persequar inimicos meos et comprehendam eos: et non conuertar donec deficiāt. † Affligam illos nec poterunt stare: cadent † sub pedibus meis].

Al. ꝯfrigam

Al. subtus pedes meos.

Istos duos versus de illis intelligi nō dubium est: qui primo contra dominum eriguntur: postea conuersi eius pedibus inclinantur: et vitam merentur subditi: qui mortem incurrerant contumaces. Perseq̄tur enim inimicos suos afflictionum diuersa clade fatigatos: ⁊ comprehendit eos quos ab studio peruerso mutauerit. Sed felix est omnino qui capitur: felix q̄ illas manus euadere nō meretur. Tunc magis liber redditur: cum fuerit tali sorte captiuus. Sequitur Et non conuertar donec deficiant. Cum non conuertitur dñs/preda tunc capitur: ⁊ a prauo studio suo desinit qui vincitur ad salutem. Addidit Affligam illos: nec poterũt stare. Afflicti quippe diuersis calamitatibus: in sua ꝑtinacia stare nō possunt: quando vires nequitie in suis ausibus perdiderunt. Tunc fit illud qd̓ sequitur: Cadent subtus pedes meos. Qui sub pedibus cadit domini: aduersum illum vltra non patitur: cuius iam tuitione vallatur. Sed erectus tunc redditur: quando illi fuerit humili satisfactiōe subiectus. [Et precinxisti me virtute ad bellum supplantasti insurgētes in me subt⁹ me]. Hoc iam de spiritibus immundis dicitur: qui eꝭ per contradictiones iudeorum iniqua certamina commouerunt. Precinctus est enim virtute: quando patiēte fortitudine/iniquorum aduersa superauit. Ipsi tamen qui contra eum insana conspiratione tumuerunt: eius sunt iudicio sine dubitatione subdendi: vt cum suo instigatore pereant/qui auctori suo credere noluerũt. [Et † inimicorum meorũ dedisti michi dorsum: ⁊ odiētes me disperdidisti].

Al. inimicos meos.

Duplicia legis sacramenta versus iste complexus est. Primum est ꝙ dorsum conuersionem eorum significat/qui ex resistentibus eius nomini: in salutiferam victoriam fugati emerserunt subito christiani: vt Paulus apostolus de persecutore seuissimo: post domini increpationem apparuit repente discipulus. Secundum est ꝙ odientes se disperdēdos esse denunciat/qui in perfidie sue obstinatione manserunt: sicut de iudeis animaduertendum est: qui impia voce dixerunt. Sanguis eius super nos: et super filios nostros.

Matth.

[Clamauerunt nec erat qui saluos faceret: ad dominum nec exaudiuit eos]. Clamores dicit irritos quos impij in illa iudicatione missuri sunt: sicut in euangelio de damnandis ait: Ibi erit fletus et stridor dentium.

Matth.

Clamores enim isti saluum facere nequeunt: qui salutis auctorem hic temnendum esse decreuerunt. Nec erat qui saluos faceret: propter diabolum dicit quo immittente deliquerunt. Quis enim tales facturus est saluos: cum instigator et princeps eorum sit primus ipse damnādus? Sed hi cum viderint spem suam in diabolo corruisse: clamabũt quidem ad dominum: sed non exaudiet eos: quoniam infructuosa illic agnoscitur penitudo: vbi iam est iusta damnatio. [Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos]. Ubi est illa lingua grandiloqua: et ventosa superbia? Usq; ad puluerem se cōminuendos intelligant: qui domino prauis mentibus contradicere moliũtur. Et ne putet se q̃squis detritum posse quiescere: addidit Ante faciem venti: vt quiescere non possint cum fuerint imminuti. Bene autem luto platearũ cōparat peccatores: qd̓ fetidissimis

sordibus inquinatur:nec excipitur a conculcatione po
puli:vt semp eius fetor iteretur. Delebo eos/id est de
medio tollam: qd pertinet ad lutum platearum. Vim
quoqz ipsam cōparationis intellige. Ait enim vt lutū
platearum:qd facile tollitur:quia mollissimum cōpro=
batur. [Eripies me de cōtradictionibus populi:consti
tues me in caput gentium. Populus quem non cogno
ui seruiuit michi.] Ereptus est plane de contradictioni
bus populi: quando explosis perfidis iudeis ad gen=
tium fidē/deuotionemqz translatus est. Contradictio=
nes vero illas dicit:quas ei scelerata turba multiplici=
ter ingerebat. Nam qd ait Constitues me in caput gē=
tium:signum dicit fidei christiane: quia in fronte gen=
tium crucis habuerunt vexilla radiare. Populū quem
non cognoui/id est ad quem non veni:nouum rudē/atqz
antea non receptum. Seruiuit autem Credidit dicit:
quoniā quicunqz credit ⁊ seruit: qd factum est a genti=
bus que non fuerant a christo carnaliter inquisite. Nā
quid est qd ille non cognoscat:qui renes hominū per=
Al. In. scrutatur ⁊ corda? [† Ab auditu auris † obaudiuit mi
Al. obediuit. chi. Filij alieni mentiti sunt michi]. Laus ista genti=
um/exprobratio est magna iudeorum:vt seruirent qui
non viderunt:vt audirent quibus ex ore eius sacratissi
Isa. 52. ma minime verba sonuerunt: sicut scriptum est. Qui=
bus non est nunciatum de eo videbunt: et qui non au=
dierūt contemplabunt. Sed intellectus trahit/vt adij
ciamus. Hebrei autem qui viderunt ⁊ audierunt (sicut
inferius dicit) totum contraria voluntate fecerūt. Qd
Isa. 6. idem predicit Isaias. Exceca cor populi huius:et au=
res eius aggraua:⁊ oculos eius claude:ne forte videāt
oculis suis: aut auribus suis audiant/vel corde suo in=
CSHE. telligant:⁊ conuertantur ⁊ sanem eos. Que figura dici
tur Aposiopasis/id est dictio cuius finis reticetur: vt
aut terreatur/aut ad desideriū prouocetur auditor. Fi=
Joan. 8. lij alieni:filij diaboli:qbus ipse in euangelio dicit. Vos
ex patre diabolo estis. Mentiti sunt michi:quando di=
Matth. 22. cebant. Magister scimus/quia a deo venisti:et in veri=
ETY. tate viam dei doces. Mentiri enim est contra mentem
loqui: et illud lingua promere: qd vnumquēqz constat
Al. inueterati sunt. in animo non habere. [Filij alieni † inueterauerunt:et
claudicauerunt a semitis suis]. Bene dixit alienos fi=
lios claudicasse:quia filij domini rectis gressibus am=
bulare noscuntur. Nā claudicare proprie dicimus eos:
qui vno pede sunt debiles. Qd iudeis accidisse mani=
festum est:qui vetus testamentum carnaliter tenentes:
noui gratiam respuerunt. Et hinc factū est:vt vna par=
te debiles mentis suis gressibus claudicarent. Hoc
Gen. 32. etiam in illa angelica concertatione patriarche iocob
quidam asserunt presagatū: quando tacto neruo/vno
pede claudus effectus est. Nec illud vacat qd addidit
suis:quia deserentes intellectum legis/suis superstitio
nibus agebantur:vt non recipientes promissum domi
num saluatorem:de lauandis manibus ⁊ calicibus in=
sanas calumnias cōmouerent/reuera sordidi: sed non
tali obseruatione mundādi. Potuerant enim propria
fece purgari:si lauacrū sacri baptismatis expetissent.
[Viuit dominus ⁊ benedictus deus meus: ⁊ exaltetur
deus salutis mee]. Quarti ordinis ianua que superest
aperitur:vbi iterum ecclesia catholica loquitur toto or
be dilatata: que summatim et beneficia refert domini:
et hymnum suaui delectatione profundit. Recte dice=
bat/viuit dominus:quem in suo corde iugi considera=
tione cernebat. Viuit enim dixit:presens est firma cre=
dulitate conspectus. Benedictus autem dicitur deus:
cum ei laus celeberrima deuotione mentis offertur:si=
cut ⁊ alibi legitur. Benedictus qui venit in nomine do Matth. 21.
mini Osanna in excelsis. Intelligitur etiam proprie
benedictus: qp ipse omnia propicius benedicat: sicut
et viuit dominus: qp ipse viuificet. Hec autē et his si=
milia (sicut sepe diximus) tropicis allusionibus probā
tur edici. Exaltetur vero posuit/toto orbe credat. Nā
quemadmodū aliter exaltari poterat:qui proprie voca
tur altissimus? [Deus qui das vindictas michi:et † sub= Al. subdis.
didisti populos sub me]. In isto mundo preconialiter
vindicatur ecclesia: quando blasphemi et infideles ad
vere religionis penetralia perducuntur:vt qui ante cō=
tumaces extiterunt/fiant illi proficua deuotione subie
cti. Ecce vere vindicta pia/salutaris pena/vltio glorio=
sa. Ipsi enim ecclesie subduntur:qui liberi probantur
a vicijs. Nam qui ab ipsa deuiant/mox laqueum noxie
captiuitatis incurrunt. [Liberator meus de † gentibus Al. inimicis
iracundis. Ab insurgentibus in me exaltabis me:a vi= meis.
ro iniquo eripies me]. Addidit liberatori laudem duz
dicit iracundis. Minus est enim periclitātem liberare
ab inimicis tepidis: sed multo gloriosius a feruida ma
lignitate succensis. Sequit decora diuersitas:vt quan
to altius in iram surrexerunt inimici:tanto amplius ex
altaretur illa que pertulit. Iniquum virum/scismaticū
designat: qui peruersi dogmatis grassatur iniquitate.
Propterea cōfitebor tibi in † poupulis domine:et psal Al. in natio
mū dicam † tibi inter gentes]. Propterea propter illa nibus.
que superius dicta sunt: confitebor tibi/id est laudem Al. noi tuo
te per populos christianos:quorum vtiqz lingua eccle
sie vox est. Psalmus autem (sicut dictum est) opus si=
gnificat actuale:vnde per opera fidelium deo dicit gra
tias offerendas: quas plus diuinitas noscitur exaudi=
re qz voces. Inter gētes designat vniuersitatem:quo=
niam erat ecclesia gentium numerositate dilatanda.
[Magnificās † salutare regis ipsius:et faciens miseri Al. salutes
cordiam christo suo. Dauid ⁊ semini eius vsqz in secu=
lum]. Exponit qualem psalmum superius dixerit: qui
magnificet filium ipsius toto orbe terrarum. Christus
antē dicebatur omnis vnctus in regē:sicut et de Sau 2. Reg. 1.
le dictum est. Cur ausus fuisti inferre manum in chri=
stum domini? In dauid ergo fecit misericordiam:quia
eum vt titulus dixit:de persequentium ferocitate libe=
rauit. Et semini eius/dominum significat saluatorem:
qui sm carnem ab ipsius generatione descendit. Dicit
ergo tunc misericordiam factam semini eius: quando
post triduum resurrexit a mortuis : ascendit in celos:
sedet ad dexteram patris. Vsqz in seculuz accipitur in
eternum:sicut in superiore psalmo dictum est vsqz in fi
nem. Hec enim verba idipsum significant:quis ppter
gratiam nouitatis variata esse videantur.

Conclusio.

Quam mirabili contextione verborū hu=
ius psalmi drama decur=
sum est:qd variatione personarum semper efficitur:dū
vicarius sibi sermo alterutra permutatione succedit.
Sed intelligamus quantā sit huius chori gloriosa so=
cietas:vt ⁊ ipse quoqz dominus simul dignatus fuerit
salutaria verba miscere:pro quibus non aspernatus est
humilitatem incarnationis assumere. Nam ⁊ numerus
ipse:magna legis sacramenta concludit. Denarius p=
tinet ad decalogum veteris testamenti:septēnarius ad
septiformem spiritus gratiam:qui in vnam societatem
deducti/efficiunt decem et septem:sic precipua myste=
ria sancte legis psalmi istius numero continentur.

Explicit expositio in psalmum. 17.

¶ In finem psalmus Dauid. xviij.

CEli enarrãt gloriã dei: ⁊ opera manuũ eius annunciat firmamentũ. Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiã. Non sunt loq̃le neqꝫ sermones: quoꝝ non audiantur voces eorũ. In omnẽ terrã exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eoꝝ. In sole posuit tabernaculum suũ: et ipse tanq̃ sponsus procedẽs de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currendam viam: a summo celo egressio eius. Et occursus eius vsqꝫ ad summũ eius: nec est qui se abscondat a calore eius. Lex domini immaculata conuertẽs animas: testimoniũ domini fidele sapientiã prestãs paruulis. Justicie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos. Timor domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum: et dulciora super mel ⁊ fauum. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis itelligit: ab occultis meis mũda me: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Si mei nõ fuerint dominati tũc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus: et redemptor meus.

INscriptio ista frequenter exposita est: psalmi dicta referens ad dñm christum: de cuius primo aduẽtu ꝓpheta dicturus est: vnde suscepit inimicus occasum: ⁊ humanum genus singulare presidiũ. Per hunc enim tyrannus ille religatus ingemuit: et absolutꝰ est homo potius: qui mortiferis vinculis tenebatur obnoxius. Memento vero quia de eadem re hic primus est psalmus. Sequũtur autem alij quattuor/id est.29.84.96. et.97.

Diuisio.

PEr totum psalmũ prophete verba sunt. Prima narratio eius laudat dñi predicatores. Ipse quoqꝫ de eius incarnatione: speciosissimis comparationibus verba subiungens. Secunda: laudat precepta noui et veteris testamenti. Tertia: ab occultis vicijs purgari se a domino deprecatur: vt eum sibi dignum faciat esse psalmistã: per que intelligimus illos solos reuera domini laudes canere: qui ab eius nesciunt predicationibus discrepare.

Expositio.

CEli enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum.] Quãuis et ad litteram possit intelligi: celos enarrasse gloriam dei: cum magos ad Bethleem venientes dux stella precesserit: que stans sup cunabula eius: ostendit domini saluatoris aduentum: tamẽ hoc melius ad aplos cõuertimus et ꝓphetas: q̃ de aduẽtu ipsius disserendo: orbẽ terrarũ sanctis admonitionibus impleuerũt: in quibus deus tanq̃ in celis habitauit qui cuncta late cõplectitur: non ex parte sed tota eos plenitudine sue maiestatis ingrediens. Pars enim in deo non est: sed vbiqꝫ totus ⁊ plenus est. Impio quippe dicit̃ Tu qui es: qui enarras gloriam meam? Sequitur Et opera manuũ eius/id est ipse homo qui manibus eius factus est. Sed hoc ad laudem dicitur prophetarum: vt cum sint opera eius: annũciare mereãtur creatoris sui reuerẽda mysteria. Addidit Annunciat firmamentum: predicationes. s. incarnationis eius: per quã fidei nostre soliditas incõcussa prouenit. Et nota q̄ hic dicitur: homo dei manibus factus. Item legit̃ Et aridam manus eius finxerũt. Sed hoc humane operationis allusio est: que sine manibus aliquid fabricare nõ preualet. Ceterũ deus volũtatis sue creauit imperio: sicut legit̃ Ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt. [Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiã]. Dies diei eructuabat verbum: quando dñs loquebat̃ apostolis. Ipse enim diuina claritate irradians: corde purissimis verba celestis luminis intimabat. Eructuabat enim verbum: cum de imis penetralibus sermones in sanctoꝝ noticiã ꝓducebat. Nox autem nocti indicauit scientiam: quando iudas christum iudeis prodidit ac tradidit occidendum. Indicare enim ꝑtinet ad proditionẽ. Tale enim inter se fecerant constitutũ: vt illum tenerent quem fuisset sceleratissimus osculatus. O nefandissimum proditorem: ⁊ iuste a beatorũ societate discretũ. Per osculum causam fecit venire interitus: per quod humani generis declaratur affectus. Nam qđ diem diei cõparauit: et noctem nocti: argumentum est qđ dicit̃ a pari: sicut et in.41. psalmo dicturus est. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarũ tuaꝝ. [Nõ sunt loquele neqꝫ sermones: quorũ non audiãtur voces eoꝝ]. Negando nullos esse sermones neqꝫ loquelas quos apostoli reticuissent: illud videt̃ predicere qđ linguis erant omniũ gentium diuina inspiratiõe locuturi. Sermones quippe ipsoꝝ ⁊ loquele: per orbem terrarũ predicationis libertate sonuerunt. Sermones pertinent ad cõmunes narrationes: loquele ad publicas suasiones: qđ vtrũqꝫ apostolos fecisse certissimũ est. [In omnẽ terrã exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. In sole posuit tabernaculũ suum]. Terram hic hominẽ debemus accipere: qui ⁊ audire possit ⁊ credere. Sonus vero miraculoꝝ fama est: que pro ipsa natiuitate per gentes singulas excellenti opinione currebat. Fines autẽ terre sunt reges: qui quasi termini agrorum sua regna custodiunt: vt non solũ ad humiles: verumetiã ad principes gentium euangelij verba peruenisse declarẽtur. Sequit̃ de incarnato verbo ꝓphete sancta predicatio: vt hoc qđ alios gessisse laudauit: ipse quoqꝫ fecisse videretur. Ab apostolis quippe trãsijt ad personam domini. Que figura dicit̃ Exallage/id est ꝑmutatio. In sole: in manifestatione mundi dicit. Tabernaculum/id est inhabitaculum corporis sui. Quod ideo arbitror dictum in sole positum: vt qui oculum cordis habet purissimum: sacramenti illius claritatem ⁊ ferre possit et cernere. Qui vero heretica prauitate cõfusus est: incarnationis eius fulgore percussus erroris sui lippitudine sanctũ lumen dñi non preualeat intueri. [Et ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currendã viam]. Et ipse christuz dominũ dicit:

Ps. 49
Ps. 94
Ps. 148
Ps. 41

qui tanq̄ꝫ spōsus ecclesie sue: ꝓcessit de thalamo suo id est de vtero virginali. Magna similitudine sacramē tum eius incarnationis exposuit. Ob hoc enim de intacto vtero processit dispositione mirabili: vt mundū deitati reconcilians: ecclesiam sibi sponsi charitate sociaret. Quapropter merito de virgine natus est: q̇ virgini erat sancta copulatione iungēdus. Congrue nāqꝫ sponsus a spondendo dicitur christus: qui totiēs promissus est per prophetas. Et bene christus noster gyganti comparatur: quia humana natura potentie sue magnitudine superans omnia mūdi vicia: cum suo truculētissimo auctore prostrauit. Dicendo enim Ad currendam viam: seruauit qđ in primo psalmo dixit. Et in via peccatorum non stetit. Hec via cursum eius vite significat/quam dominus egit homo natꝰ: hoc est quia natus est/creuit/docuit/passus est/resurrexit/ascendit in celos: sedet ad dexteram patris. Merito ergo dixit/ viā cucurrit: cuius in nulla mūdi ambitiōe potuit actꝰ hesitare. Hec per allegoricas similitudines decēter expressa sunt/que aliud dicentes: aliud intelligi suadent. [A summo celo egressio eius. Et occursus eius vsqꝫ ad summū eius: nec est qui se abscondat a calore eius] Si diligentius intueamur: totius hic maiestas trinitatis ostenditur. A summo celo pater significatur. Egressio eius/ natiuitas filij/non temporalis: sed eterna patri que est ante omne principium: quippe cum ipsum filium constet esse principium. Occursus eius ſm hominem dicitur: quia post assumptionem carnis in vtraqꝫ natura christus permanens: ad sedem maiestatis paterne occurrit. Usqꝫ ad summum eius: iterum ſm deitatem qua patri filius semper equalis est. Nam cum venit a summo: in nullo minor fuit/cum redijt ad summū: deus homo equalis patri in deitatis substātia sicut venerat ꝑseuerat: cui nichil humana detraxit humilitas. Nam qđ ait Nec est qui se abscondat a calore eius: spiritum sanctum videtur significare/quem post ascēsionem discipulis misit. In actibus enim apostolorū legitur ignem apparuisse: qui supra vnumquenqꝫ eorū insidens: gentium varijs linguis eos faciebat effari. Ipse ergo calor est a quo nemo possit abscondi: qui deitatis sue potētia vniuscuiusqꝫ corda cognoscit. Ita hoc vno versiculo: sancte trinitatis ingentia sacramenta declarantur. Et intuere: quēadmodum licet de tribus personis dicatur: consubstantialem tamen seruauit vnitatē. Sic enim loquitur dicendo Eius tanq̄ꝫ de vno: qꝛ sancta trinitas vnus est deus: sicut legitur Audi israel: dominus deus tuus: dn̄s vnus est. [Lex dn̄i † irreprehensibilis conuertens aīas]. Uentum est ad scđam narrationē: vbi per sex versus singule res diuersa laude definiuntur. Hec septima est species definitionis: quā greci Catametaphorā: latini per translationē dicunt: cum rem aliquam sub breui preconio que sit ostendimus. Nunc ad singula veniamus. Lex enim illa quam per Moysen dedit/irreprehensibilis est: qꝛ ꝑfecta veritate consistit: que per dominū saluatorē non reprehēsa: sed potius probatꝛ impleta. Ait enim in euāgelio. Non veni legē soluere: sed īplere. Et ne esset nobis rigoris eius perniciosa desperatio: adiunxit Conuertens aīas. Illius enim districtiōis metus errantē corrigit: ⁊ ad christi gratiā facit currere: cum spem in suis ceperint meritis non habere. [Testimoniū dn̄i fidele sapientiā prestans paruulis]. Hic de patre dicit: qm̄ oīa testimonia que dedit populo israelitico fidelia vtiqꝫ fuerunt: quia plenissima veritate recognita sunt: ⁊ sapientiam paruulis prestiterunt/non vtiqꝫ sup̱bis: nec tumida se elatione iactātibus: sed paruulis. Paruuli autem sunt humiles ⁊ innocentes: sicut Apl̄s monet. Nolite pueri effici sensibus: sed malicia paruuli estote. Testimonium quoqꝫ dat filius: sicut ad Timotheū ait Apl̄s. Precipio tibi corā deo qui viuificat omnia: ⁊ christo Iesu q̇ testimoniū reddidit sub pontio pilato. Idem de spiritu sancto dicit Apostolus. Nā ⁊ ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro. Uides in illa sancta trinitate: q̄ꝫ nichil scriptura diuina velit minus maiusue sentiri: vt nec ipsa nomina patiatꝛ esse diuisa. [Iusticie dn̄i recte letificantes corda]. Reuera recte: qꝛ non aliter cognoscitur fecisse q̄ꝫ docuit: qꝛ illorū iusticia recta nō est: q̇bus aliud est in ore/aliud in opere. Letificātes corda/subaudi iustorū: qui de iudicio dei letificantur: qꝛ norunt se misericordie dn̄i premia consecuturos: sicut dicit Apostolus. De reliquo reposita est michi corona iusticie: quam reddet michi dn̄s in illa die iustus iudex. [Preceptum domini lucidum illuminans oculos]. Reuera lucidū: qꝛ sincere purum et immaculatū: quale a patre luminum prodire decet. Hoc illuminat oculos/non istos carnales: quos ⁊ pecora nobiscū possunt habere cōmunes: sed illos vtiqꝫ īteriores qui diuino munere spiritualiter clarificantur. [Timor dn̄i sanctus ꝑmanens in seculum seculi]. Uideamus quid sibi velit ista definitio. Deū timere non trepida cōfusio: sed imperturbata cōstantia est: cuius status nulla tp̄ali conuersione mutatur: sed in idipsum sinceritate bone conscientie ꝑseuerat. Nam humana formido cum tempore cōmutatꝛ: ⁊ non est sancta: qꝛ non pōt esse ꝑspicua. Timor aūt dei nichil ꝑturbationis habet. Nā licet recte auctorem suum timeat: scit vere supplicātibus misericordē esse qui iudicat. In omni ergo sanctitate versatur: qui suum iudicem ⁊ timere cognoscitꝛ et amare. Mixta enim cū pauore dilectio/timor est dn̄i: qui vsu seculari reuerētia nuncupatꝛ. [Iudicia domini vera iustificata in semetipsa]. Iudicia dei dicit (vt arbitror) mandata que in veteri testamēto ⁊ nouo ꝯscripta sunt: quia reuera ex iudicio sunt ꝓlata. Illud enim iudiciū singulari numero dicitur: vbi boni maliqꝫ diuiduntur. Nam qđ sequitur Desiderabilia: ꝓhibet ad illud tempus future iudicationis aptari: qꝛ legitur Ue illis q̇ cōcupiscunt diem dn̄i. Hec autem iudicia vtriusqꝫ testamenti que dicta sunt veritate immutabili ꝑseuerant: et tantum in illis est bonum: vt cum a pijs mentibus recipiuntur veraces faciant ⁊ beatos. Hoc autem dant qđ habēt: quia necesse est vt iustificatione plenum sit qđ iustos facit. Peracta est ꝓposite laudis senaria diuersitate conclusio. Predicando legem dn̄i/ testimonium dn̄i/iudicia dei: qui numerus in arithmetica disciplina noscitur esse perfectus. Singulis enim versibus quasi quibusdam calamis compactis: opa dn̄i laudis studio probātur esse cantata: vt doceret ꝑfectionem atqꝫ conuenientiam eoꝝ que sub tali calculo noscuntꝛ esse predicata. O ingentium rerum stupenda ꝓfunditas. Quis aut sufficienter distinguere/aut p̄dicare potuisset opera dn̄i: nisi spiritu sancto probarentꝛ edici? Solus enim preualet digne de se dicere: q̇ etiam se potest nosse plenissime. [Desiderabilia super aurum et lapidē preciosum multum: ⁊ dulciora sup̱ mel ⁊ fauum]. Desiderabilia sunt iudicia dn̄i (sicut dictum est) mandata noui ⁊ veteris testamenti: sup̱ aurum qđ humana cupiditas affectat ardentissime possidere: ꝓpter qđ frequenter despicit etiam salutes animarum. Sed quia hoc tante rei parum est: Addidit Lapidem preciosum multū: qui in paruissimo margarito plurimum valet: et exiguo me-

Marginal notes: Ct.y. — Act.2. — Deuto.6. — Al. imaculata. — Def. — Matth.5. — 1.Corin.14 — 1.Timo.6. — Roma.8. — 2.Timo.4 — Amos.5. — Arithmeti.

talli pondere ingentem superat pecunie quantitatem. Sed quoniā inueniri poterant continentes: qui cupiditatem noxiam laudabili parcitate calcarent: addidit etiam sapores precipua suauitate iocundos: Mel ⁊ fauum. Unde homo nullus excipitur: q̄uis cōtinēs esse videat: quia propter vetus testamentum superat mel: propter nouum vincit fauum. Ista enim faucibus tantū sapiunt: illa mentibus absolute dulcescunt. Quod

SCHE. schema grece dicitur Auxesis: latine augmentū: pau-

Al'. etenim latim enim ad superiora concrescit. [† Nam et seruus

Al'. custodiendo illo. tuus custodit ea: in † custodiendis illis retributio multa]. Cum dicit seruus tuus: iustum significat et deuotū: custodiet ea/ dulcedine. s. illa pellectus: quia nequissimis mētibus iudicia domini semper amara sunt. Et inspice qđ dictum est: custodiet ea: vt nō solum ad tempus earum rerum suscipi videatur affectus: sed vsq; in vltimum vite spacium in tali deuotione versetur. Post obedientiam premia subsequūtur: id est retributio multa. Tanta enim diuine clementie dona sunt: que nequeunt comprehendi. Sic enim de his Apostolus di-

1. Corin. 2. cit. Quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec ī cor hominis ascendit/ que preparauit deus diligentib⁹ se. Merito ergo dicta sunt multa: quia comprehendi non poterant vniuersa. [Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me domine]. Ecce ianua tertie narrationis aperitur: in qua ꝓpheta deprecatur: vt omnia eius peccata mundentur: quatenus eloquia oris sui in conspectu domini reddantur accepta. Sed cum trib⁹ modis humanis erroribus excedatur: cogitatione: dicto ⁊ facto: immensum illud delictorum mare sub breuitate constrictum: duobus fontibus emanare testatur. Occultum est (quod originale dicitur) in quo concipimur: nascimur: ⁊ secreta voluntate peccamus/ id est cū rem proximi concupiscimus: cum nos de aduersarijs desideramus vlcisci: cum ceteris prestantiores effici volumus: cum cibos appetimus dulciores: et his similia q̄ ita pullulant atq; surrepunt: vt ante effectum rei multū celata videantur. Qꝫ si hec alicui manifesta reddan-

Ecck. 18. tur: monente Salomone. Non eas post concupiscentias tuas. Illud tamen debemus aduertere: quoniam multa peccata sunt que omnimodis ignoramus: quorum nec origines possumus: nec surreptiones agnoscere. Unde subaudiendum est. Delicta omnia quis intelligit? Nam cū dicturus sit in quinquagesimo psalmo.

Ps̄. 50. Delictum meum contra me est semper. Et alibi. Deli-

Ps̄. 31. ctum meum cognitum tibi feci: quomodo non potest intelligi ꝙ peccans cogitur confiteri? Sed si adieceris omnia: tunc hec questio probatur exclusa. [Et ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati/ tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo]. Positum est superiore versu occultum: qđ origi-

DEF. nale diximus: nunc dicendum est quid sit alienū. Alienum est quod malis hominibus/ siue diabolo suadente committitur: sed fit proprium: quia consensus plectibilis adhibetur. Ex illa enim traduce mortalium massa corrupta ab hoste spirituali: sine diuina gratia velociter subuertitur: quia in primo homine per inobedientiam viciata monstratur. Nam q̄ꝫ facile est antiquo insidiatori īfectis vetita suadere: qui potuit liberos atq; incorruptos sua calliditate decipere? Quapropter ab originali peccato (vnde vsq; ad seculi finem viuens nullus excipitur) propheta mundari se petit: quasi adhuc carnalibus vicijs non omnino purgatus. Sed cum dicit Seruo tuo: iam se ostēdit legi dominice iure famulari. Dominantur autem errores/ cum in eis fallaci voluntate presumitur: tunc vero imperium perdunt/ quādo ab ipsis homines per dei gratiam subtrahuntur. Iure ergo propheta immaculatum se confidit fieri: cū eum iam contigerit ab eorū dominatione liberari. Maximum vero delictum est superbia/ qua ⁊ diabolus cecidit: ⁊ hominē traxit. Quantum enim in malo magna sit hinc datur intelligi: que ex angelo diabolum fecit: q̄ homini mortem intulit et concessa beatitudine vacuauit: omnium malorum mater/ scelerum fons/ vena nequitie. Scriptum est enim. Initium peccati omnis su- Eccle. 10.

perbia: quam tamen dominus veniens sua humilitate deiecit. [Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus: et redemptor meus]. Dicit quando eloquia oris eius domino placere preualeant: videlicet si a vicijs que superius dixit reddatur alienus: propter illud qđ dicitur peccatori. Quare tu enarras iusticias meas. Que est autem meditatio cordis: que potest ad dominum peruenire? Spes/ charitas/ et fides/ que vtiq; digna sunt deo. Illa enim merentur in conspectu eius ascendere: que ipse cognoscitur approbare. Adiutorem vero suum dicit in bonis: redemptorē a malis: vt nemo suis meritis applicet: quod celesti largitate susceperit. Conclusio.

Ps̄. 49.

Quā mirabili ordine totum psalmū gloriosissimus propheta cantauit. Laudauit domini predicatores. Ipse quoq; aduentū sacratissime incarnationis edocuit: magnalia eius varia definitionum qualitate commendans. Reuersusq; in memoriam fragilitatis sue a delictis se petijt debere mundari: vt tantorū sacramentorꝫ relator dignus existeret: qui docuit scripturas domini a purissima conscientia debere narrari. Numerus quoq; presens: virtutem psalmi declarare sentitur. Nam sicut in euangelio octauodecimo anno curuata mulier iubente christo a sua infirmitate saluata est: ita se in hoc psalmo petijt peccatis proprijs propheta liberari: per hunc calculum significans tempus aptissimum: in quo ⁊ iste domini salutifera beneficia mereretur.

Explicit expositio in psalmum. 18.

In finem psalmus Dauid. xix.

Exaudiat te dominus ī die tribulationis: protegat te nomē dei iacob. Mittat tibi auxiliū de sancto: ⁊ de syon tueatur te. Memor sit oīs sacrificij tui: ⁊ holocaustū tuū pingue fiat. Tribuat tibi s̄m cor tuū: ⁊ omne cōsilium tuum cōfirmet. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomine dei nr̄i magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui q̄m saluum fecit dn̄s christum suum. Exaudiet illum de celo sancto suo: in potentatibus salus dextere eius. Hi in curribus et hi in equis: nos autē in nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderunt: nos autem surreximus ⁊ erecti sumus. Domine saluum fac regem: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Iam q₂ tituli ṽba nota sunt: de textu psalmi aliquid dissera₉: vt gratius possit accipi: qm̄ breuiter eius intētio probat agnosci. Futurorū igitur illuminatione ꝓpheta cōpletus: per optatū modū euenire prospera sancte deprecat eccl̄ie: que illi ꝑ aduentū dn̄i certissime nouerat esse vētura: Et nimia charitate cōpletus: illi optat ꝓspera: cuius se mēbra esse noscebat. Talia siquidē desideria beati semper appetunt: vt bona sua ibi posita iudicent: vbi benemeritorū vota congaudent.

Diuisio.

Primo ingressu propheta deprecat sancte ecclesie bona succedere: vt diuersa mundi tribulatione fatigata: christum dn̄m exaudita suscipiat. Scd̄o deprecatur: vt omne consiliū eius rectāq₃ fidem dn̄s oīpotentie sue pietate confirmet: promittēs fidelem populum non magnificandum potestate mūdana: sed diuina potentia.

Expositio.

SCHE. [Exaudiat te dn̄s in die tribulationis: protegat te nomē dei iacob]. Per figuram Prolepsin: que latine dicit preoccupatio: ꝓpheta studio magne charitatis accensus: optat ecclesie catholice prouenire: que longo post tempore fieri posse cernebat. Audiri cognoscimur: qm̄ oīmodis aliquid obtinemus. Dicendo ṽo: in die tribulationis / tempus grauissime afflictionis ostendit / quo magno desiderio dn̄m deprecamur. Non enim extremis labijs: sed mundo corde tunc petimus que nobis tribui postulamus. Perscrutandū est quoq₃: quare patriarche Iacob nomen videtur annexum? Hic eni maiori fratri surripiēs: totius benedictionis gratiā conquisiuit: vt et ipse illi cum reliquo populo subderetur. Que similitudo benedictionis: christiano populo cōgruenter aptatur: qui gentem subsequens iudeorū eam deuote mentis religione superauit: vt gratie munere primus donāte dn̄o redderet. Nam cū dicit Protegat te nomē dei iacob: huiusmodi similitudinē a dn̄o vult intelligi: ꝛ nouo populo concedendā: quam ille in prefiguratione sanctus patriarcha precepit. [Mittat tibi auxiliū de sancto: ꝛ de syon tueatur te]. Optando mittat: ostēdit a patre filiū missum. Sed hoc verbū charitatis est non subiectionis: sicut ꝛ ipse in euangelio de

Joan.16. spiritu sancto dicit Expedit vobis vt ꝛ ego vadā. Si enim ego non abiero: paraclitus non veniet ad vos: si

INTER. aūt abiero: mittam eū ad vos. Syon eni sicut sepe diximus: mons est significans speculationē: que cōuenit diuinitati: quoniā illi oīa non vt nobis ex euentu nota sunt: sed ex glorioso sue dispositionis arcano. [Memor sit oīs sacrificij tui: ꝛ holocaustum tuum pingue fiat]. Sacrificium sancte ecclesie: non hostia pecudum: sed iste ritus accipiēdus est qui nūc agitur corporis ꝛ sanguinis immolatione solēni: quem venturū preuidebat non quē pretermittendum esse cognouerat. Sequitur Et holocaustum tuū pingue fiat. Holocausti nomine in illa prioris sacrificij similitudine perseuerat. Holocaustum eni totum dicebatur incensum: que nunc referenda sunt ad cōmunionis nostre sanctissimā puritatem. Holocaustū eni per se combustū et aridū est: sed pingue fit atq₃ iocundum: qm̄ a gratia diuinitatis assu

Al.non hz. mit. [Tribuat tibi † dn̄s ꝫm cor tuū: et omne cōsilium tuū confirmet]. Post diapsalma positum: venit ad ingressum scd̄m: adhuc optās ecclesie bona: quā sciebat constanter in orthodoxa religione mā suram. Dicit eni Tribuat tibi dominus ꝫm cor tuum. i. ꝫm intellectum quem habes de domino saluatore: vt eum credas vnū ex trinitate passum carne: ꝛ pro mundi liberatione in crucis patibulo pependisse / ipsum resurrexisse / ipsum sedere ad dexteram patris / ipsum ad iudicandum esse venturum. Addidit quoq₃ Et omne consilium tuū cōfirmet: scʒ vt mundi istius illecebras contemplata domini promissione despicias: ꝛ pericula presentis seculi nō pauescas: dum future resurrectionis premia leta semper expectas. Hoc est eni cōsilium sancte matris eccl̄ie: patrē ꝛ filiū ꝛ spiritū sanctū vnum credere deū: a quo creata sunt oīa: ꝛ disponunt vniuersa. Hec bene confirmari propheta deprecat in populo fideli: ꝑ que nouit eum ad eterna premia esse vēturū. [Letabimur in salutari tuo: ꝛ in noīe dei nr̄i magnificabimur. Impleat dn̄s omnes petitiones tuas]. Cum vir sanctissimus spūalia bona optaret ecclesie: vt se vnum ex eius corpore esse monstraret: suam quoq₃ personā decenter admiscuit. Nam in salutari ecclesie: qd̄ est dn̄s Christus: letaturum se esse declarauit: ꝛ in ipsius nomine se magnificandum esse testatur: q₂ ex Christo christiani fuerant nūcupandi. Magnificari est enim magnū fieri

ETY. quippe cū ex vocabulo celestis regis nomen est impositum seruienti. Sequit Impleat dn̄s oēs petitiones tuas. Fit iterū ad ecclesiam grata conuersio: vt ex tam frequēti voto ꝓbaretur nimie beniuolentie magnitudo. [Nunc cognoui qm̄ saluū fecit dn̄s Christū suū]. Hec iam vsq₃ ad finē psalmi ex persona loquitur sua. Que figura dicitur Apostrophe. i. conuersio: quotiēs

SCHE. ad diuersas personas crebro verba cōuertimus. Dicēdo nūc cognoui / magnā virtutē ꝓphetationis ostēdit: vt in ꝑsenti se diceret cognouisse: qd̄ post multa secula potuit approbari. Saluū fecit pater xp̄m filiū resurrectione gloriosa: qm̄ etiā ascēdit in celis. [Exaudiet illū de celo sancto suo: in potētatibus salus dextere eius]. Exaudiuit filium pater ab incarnatione suscepta: post resurrectionem videlʒ: qm̄ spiritum sanctū de celo misit apostolis: quē in terris mittēdum promiserat. Et vt ipsum quoq₃ in deitate sua oīpotentē esse monstraret: sequitur. In potentatibus salus dextere eius. Salus igit quā ipse condidit: potentatus noster esse dinoscit: qm̄ illa salus / nec morbis afficit / nec doloribus sauciatur: sed potentes nos efficit cum in sua perēnitate custodit. Sensus ergo talis est. Exaudiet filiū pater de celo sancto suo: q₂ in dextera eius est salus: habens ex propria deitate: qd̄ petere videt ex carne. [Hi in curri-

Al.inuocabimus. bus ꝛ hi in equis: nos autē in noīe dn̄i dei nostri † magnificabimur]. Fidei sue sinceritate cōfidens: que muneribus erat dn̄i cōtributa: ꝓpheta letatur despiciēs illos qui pōposis curribus effecti: in tēporali potius dignitate presumūt. Duo eni apud antiquos erāt genera triūphorū. Unū maius in curribus: qd̄ laureatū dicebatur. Aliud minus in equis: qd̄ optio nūcupabat. Sed ista secularibus relinquēs: in noīe dn̄i se magnificatū esse cōfirmat. Non eni currus aut equus magnificant: quibus in hoc mūdo extollere videant honorib₉: sed nomen dn̄i qd̄ ad premia eterna ꝑducit. Que figu-

SCHE. ra grece dicit Synchrisis: latine cōparatio: dum cōparatione quadā iustiorē causam nostram: q̄₃ aduersarij demonstramus. [Ipsi obligati sunt ꝛ ceciderunt: nos aūt surreximus ꝛ erecti sumus]. Potēter aperuit fructū precedentiū rerū. Nam humanis honorib₉ presumētes: laqueati prauis desiderijs suis in mortis foueā corruerunt. Et quia dicturus erat ceciderūt / premisit obligati: qd̄ necesse est illis cōtingere qui se videntur neruosis erroribus obligare. Resurgere enim duobus

modis dicitur christianus: qñ a viciorum morte in hoc mũdo per gratiã liberatus in diuinis iustificationibꝰ perseuerat: sicut sapiẽtissimꝰ Salomon dicit Septies cadit iustus ꝛ resurgit. (Prouer. 24) Dicitur ꝛ generalis illa resurrectio: in qua iusti eterna premia consequẽtur. Sed hic vtrãq; cõuenire manifestũ est: vbi ideo posuit erecti sumus: qꝛ in qualibet resurrectione fideles ab humilitate cõsurgunt: ꝛ ad diuina premia subleuant. Qd argumentũ in topicis dicit a rebus ipsis: qñ et aduesarios corruisse dicimus: et nos erectos esse testamur. (T.O.P.) [Dñe saluũ fac regẽ: ꝛ exaudi nos in die qua inuocauerimus te]. Futuroꝝ desiderio ꝓpheta pellectus: illa petit iterum fieri que nouerat esse vẽtura. Dicit patri: saluũ fac regem. i. christus dñs resurgat a mortuis: ascendat in celos: interpellet pro nobis: ne diutius nostra vacillet oratio: sed ipso aduocato presumamus orare: qui nos patri docuit supplicare: ne nos mortis laqueus possit astringere. Deniq; hoc sequit Exaudi nos in die qua inuocauerimus te: quod tũc humano generi prouenit: quando resurrectione domini firme credidit / letanter aspexit.

Conclusio.

Docuit nos ꝓpheta sanctissimus: quali pietate debeamus xp̃o dño seruire: optat illi bona que nouerat esse vẽtura: qꝛ bene credẽtiũ mos est illa orare: q̃ desideramus emergere. Sic ꝛ in dñica oratione premonemur. (Matth. 6.) Adueniat regnũ tuũ: qđ etiã si non oremus adueniet. Sed deuotũ non vult desinere: que ventura credit optare. Quapropter affligamur in eius passione: gaudeamus in eius resurrectione. Sic eni ipsius possumus dici si eius dispensationibus mereamur aptari. Presentis aũt numeri sacramenta sub vna summa nequaq; potuimus inuenire: sed forte nobis poterunt diuisa cõstare. Duodenarius itaq; calculus: ad apostolos est videlꝫ applicãdus. Septẽnarius ꝟo significat hebdomadam: que ad primã illã pertinet sine dubitatione culturam. Hec in vnum sociata: vtriusq; legis sacramẽta cõcludunt. Sic ꝛ istius psalmi ad patrem dicta precatio: noui ꝛ veteris tastamenti continet reuerenda mysteria.

Explicit expositio in psalmum. 19.

In finem psalmus Dauid. xx.

Domine i virtute tua letabitur rex: ꝛ super salutare tuum exultabit vehemẽter. Desiderium cordis eius tribuisti ei: ꝛ volũtate labiorum eius nõ fraudasti eum. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Uitam petijt a te ꝛ tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum et in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eũ in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniã rex sperat in domino: ꝛ in misericordia altissimi non cõmouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderũt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos / et deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes: et semẽ eorum a filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que nõ potuerunt stabilire. Quoniã pones eos deorsum: in reliquijs tuis preparabis vultũ eorũ Exaltare domine in virtute tua: cantabimꝰ et psallemus virtutes tuas.

Ideo titulus hic. 19. psalmo par est: qm̃ ꝛ iste quidem de dño saluatore: sed sub aliqua diuersitate dicturus est. Superior nãq; cõtinet orationẽ ꝓphete: ꝛ cõfidentiã qua liberãdus est a cladibus huius seculi populus christianus. Nunc quidẽ panegyricus de incarnatione ipsius dñi: ꝛ postea deitatis eiꝰ facta narrant: vt oẽs intelligãt eundẽ esse Marie semꝑ virginis filiũ: qđ patris verbũ. Duas eni naturas in christo dño salutariter credimus deitatis ꝛ humanitatis: que in vnã personam per infinita secula incõmutabiliter perseuerant. Quod ideo frequẽter repetendũ est: qꝛ vitaliter ꝛ auditur semper ꝛ creditur.

Diuisio.

In prima narratione psalmi huius verba ꝓphete sunt ad deũ patrẽ de incarnatiõe dñica. Scđa diuersas virtutes eiꝰ gloriãq; describit: declarans a parte qua passus est: ad quã summã rerũ apicẽq; ipso largiẽte ꝑueniret. Tertia idem ꝓpheta cõuertit ad dñm xp̃m: vbi more desiderãtium optat illa in iudicio eius fieri: que nouit esse vẽtura.

Expositio.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuũ exultabit vehementer]. Domine propheta ad patrem dicit in virtute tua. i. in omnipotẽtia maiestatis tue: in qua ꝛ filius regnat: sicut ipẽ dicit Omnia patris mea sunt: ꝛ omnia mea patris sunt. (Joan.) Letabitur rex: gaudet Iesus christus. De quo in alio psalmo legitur Deus iudicium tuum da regi: ꝛ iusticiam tuã filio regis. (Psal. 71) Et in titulo passionis scriptum est Rex iudeorum. (Matth.) Sequitur Et super salutare tuum exultabit vehementer: id est in eo ꝙ per eum saluasti homines: filius tuus qui saluator est exultabit. Addidit quoq; vehementer: vt quanta est copia in beneficio: tanta sit et gaudij magnitudo. [Desiderium † anime eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti eũ]. (Al. cod.) Enumerat propheta christo domino ẜm carnem: q̃ ingentia / q̃ gloriosa collata sint. Desiderium eius anime fuit: sicut in euangelio dicit Desiderio desideraui mãducare vobiscum hoc pascha. (Luce.) Quod schema dicitur Tãtologia: id est eiusdem sermonis iteratio: sicut est Benedicens benedicam te: ꝛ Multiplicans multiplicabo semen tuum. (Gen.) Sed ille solus est qui desiderio desiderauit mori: quando se pro omnium salute offerebat occidi: vt preciosus sanguis eius mundũ redimeret: ne diabolus eum adhuc iniqua presumptione vastaret. Uoluntas ꝟo labiorum fuit: qñ spiritibus imperabat immũdis: lãguores diuersos sermonis sui sanabat imperio: predicationes quoq; suas deuotis mentibus inserebat. Constat eni in nullo voluntatẽ eiꝰ fuisse fraudatã: qñ oĩa que fieri iussit ĩpleta sunt: sicut scriptũ est Oĩa que voluit dñs fecit in celo et in terra. (Psal.) [Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso].

Post diapsalmatis silentium: venit ad scd̃m modum
vbi incarnationis eius potentiā: mirabili fulgore de=
scribit. Dicendo enim qm̄ preuenisti: significat huma
nitatem anticipante diuinitatis gratia semper ornari:
quia nullus illi quicq̃ primus offert qd̃ bonum est: nisi
hoc celesti munere cōcedatur. Erubescat pelagianus
hoc propriū hominis dicere: qd̃ immaculata verbi in=
carnatio euidēter legitur accepisse. Benedictio dulce
Matth. 3. dinis fuit: qñ dictū est Hic est filius meus dilectus: in
SCHE. quo michi bene cōplacui. Posuisti Metaphorice dici
tur: ab his qui post labores maximos p̄mio digno co=
ronant. Quod totum pertinet ad naturā humanitatis
que a diuinitate quod non habebat accepit. In capite
ṽo idem dictū debemus aduertere: quantū ad substā=
tiam attinet corporalē. Ceterum deitas nō habet mē=
bra: que vbiq̃ tota atq̃ perfecta est. Corona enim non
improbe circūeuntium discipulorum videtur significare
conuentū: q̄ ipsum docentē desiderantiū apostolorū
circuitus ambiebat. Hec erat corona capitis: hoc re=
gale diadema: qd̃ no ornaret impositū: sed de xp̄o dño
potius ornaretur. In hac eni corona ⁊ totius mūdi cir
culum merito poterimꝰ aduertere. In quo generalis
SCHE. significat eccl'ia. Quod schema dicit Caracterismos
id est informatio vel descriptio: que siue rem absentē:
siue presentem personā spiritualibus oculis submini=
strat. Hoc ⁊ in laude ⁊ in vituperatione fieri solet. [Ui
Al. a te. tam petijt † ⁊ tribuisti ei: lōgitudine dierum † in secu=
Al. et. lum seculi]. Uitam: resurrectionem significat: quā ille
Joan. 17. petiuit: dicendo Pater clarifica filium tuū. Longitu=
dinē dierū in seculum seculi. i. indefectam perēnitatem
que nullo fine concluditur. Sed memento ꝙ et hec et
his similia: ab illa dicantur parte qua passus est. [Ma
gna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum
decorē impones super eum]. In capite versus senten
tiam posuit: quā subter exponit. Sancte siquidem in=
carnationi magna est gloria in salutari. i. in verbo pa=
tris. Sed istam gloriam non poterat humanus sensus
attingere: nisi eā in subsequētibus mirabili expositio=
SCHE. ne declararet. Hoc schema dicit Ephexegesis: latine
explanatio. Nam gloria ⁊ magnū decus: tp̄s videtur
significare iudicij: vbi in deitate sua altissimus appa=
rebit: habēs gloriā de iudicio: decorem de maiestate.
[Qm̄ dabis eum in benedictione in seculū seculi: letifi
cabis eum in gaudio cū vultu tuo]. Gradatim descen=
dit ad illā gloriā declarandā: quā xp̄s dñs ſm carnem
a patre clarificatus accepit. Dicit eum dādum esse in
benedictione que nullo possit fine concludi. Uerū hec
verba pia examinatione pensanda sunt: vt tāte rei no=
bis elucere possit arcanū. Multis locis iam diximus
suscipiēdū esse pro parte membrorum: quod ipsi dño sal=
uatori nō potest cōuenire: sicut ⁊ patres nostri similia
loca exposuisse declarant. Quapropter letificabis eū
in gaudio cum vultu tuo: suscipiendū est de vnoquoq̃
Psal. 139. fideliū: de quibus ⁊ alter psalmus dicturus est Et ha=
bitabūt recti cum vultu tuo. Letificari enim de vultu
dñi: alterius cognoscit esse persone: qd̃ de xp̄o intelligi
catholica nō permittit eccl'ia. Que sic vnita verbo co
gnoscitur: vt vna sine dubio intelligatur esse persona.
[Qm̄ rex sperauit in dño: ⁊ i misericordia altissimi nō
cōmouebitur]. Dicit causam quare tm̄ munus accepe
rit: q̄ rex iste qui in passione sua tribus linguis legeba
tur ascriptus: ſm hoiem sperauit in dño: vt agnoscamꝰ
nisi suppliciter postulādo: ad eius nō posse nos miseri=
cordiā peruenire. Sequit etiā eternitatis huius cau=
sa ꝓbabilis: q̄ nescit a patris misericordia submoueri:
qui sperare in eius gloria perseuerat: sicut Salomon
dicit Quis sperauit in dño: et confusus est? Et in alio Eccl. 2.
psalmo dicit Protector est oim̄ sperantiū in se. Posito Psal. 17.
igit in primo psalmo cathegorico syllogismo: ⁊ i septi
mo hypothetico: restat nūc vt enthymema demōstra=
re debeamus. Enthymema qd̃ latine interpretat men DEF.
tis cōceptio: syllogismus est: cōstans ex vna ꝓpositio
ne ⁊ cōclusione: quē dialectici dicunt rhetoricū syllo=
gismū: q̄ eo frequēter vtuntur oratores pro cōpendio
suo. Iste taliter explicat Ois sperās in dño: exultabit SYL.
et letabit in misericordia eiꝰ. Ego igit exultabo ⁊ leta=
bor in misericordia eiꝰ. Ista est tertia species syllogis=
morum: per quos dialectici subtilissimis disputationibꝰ
que ꝓbare nitunt ostendūt. Nec moueat quod in istis
partibus nō sunt eadē verba: que dialectici ad instruē
dos rudes longo post tp̄e formauerūt. In predicatio=
nibus eni sacris: argumentū quidē ip̄m ponit: sed sub
libertate verborū. Modo reliqua videamꝰ. [Inueniat
manus tua oibus inimicis tuis: dextera tua inueniat
oēs qui te oderūt]. Uenit ad tertiam diuisionē: in qua
optat dñm. xp̄m facere: qd̃ eum nouerat esse gesturum.
Dicit eni Inueniatur manus tua. i. operatio tua repe
riatur. Afflictos cōuertas inimicos qui a tuis regulis
mūdi delectatione dissentiunt. De quibus ait aposto=
lus Qm̄ si cū adhuc inimici essemꝰ recōciliati sumus Roma. 5.
deo per mortē filij eius: multo magis recōciliati salui
erimus. Sed isti tādiu dicuntur inimici: donec diabo=
li suasionibus inducunt. Ceterum qñ ad xp̄m dñm re=
deunt: ⁊ serui ⁊ filij vocantur ⁊ amici. Sequit Dexte=
ra tua inueniat oēs qui te oderunt. Hic illud iudicij tē
pus aduertitur: qñ dextera patris. i. dñs saluator iudi=
caturus est mūdum: ⁊ qui eum oderunt pene perpetui
tate dānandi sunt. [Pones eos vt clibanum ignis: in
tēpore vultus tui]. Clibanus est coquendis panibus DEF.
enei vasculi deducta rotunditas: que sub vrētibus flā
mis ardet itrinsecus. In qua similitudine merito pec
catores ponuntur: qui in futuro iudicio: ⁊ merore ani=
mi ⁊ penali excruciatione torquendi sunt: quia contra
regulas dñi obstinata mente vixerūt. Tempus ṽo vul
tus domini dies iudicij: quando filius hominis vide=
bitur ab omnibus: sed soli eum iusti etiam diuinitatis
sue contēplatione respicient. Memēto autem ꝙ supe=
rius in laude dñi christi Characterismon schema po= SCHE.
suerit: per qd̃ honorem eius ⁊ gloriā diuersā qualitate
gratiarū descripsit. Nunc per eādem figurā inimicos
ipsius dicit varijs supplicijs affligēdos: vt quātū ille
mirabilis: tātum isti redderentur horribiles. [Dñs in
ira sua conturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis]. Ordo
iudicij pulcherrima narratione describitur. Illos eni
peccatores: qui se pro actuum suorum malignitate di=
scrutiant: ira dñi dicit esse turbandos: quādo audient
Ite in ignē eternū. Et istā sentētiā cōsequent: vt ꝑpe= Matth. 25.
tua flāma deuorentur. Nam iussionem dñi nulla mora
subsequit: sed mox vt discernit impletū est. Iste tamē
ignis sic absumit vt seruet: sic seruat vt cruciet: dabi=
turq̃ miseris vita mortalis ⁊ pena seruatrix. [Fructū
eorum de terra perdes: ⁊ semen eorū a filijs hominū].
Fructus eorū fuerat in terra viuentium: si filio dei cre=
didissent. Sed quia mandatis eius contumaci spiritū
restiterunt: merito fructū illum beatitudinis perdide=
runt. Semen eorum. i. vota vel facta peccantiū. Bene
autem dicūtur semina: vnde nascitur vnicuiq̃ retribu
tio digna gestorum. A filijs hoim: efficies alienos: id
est a sanctis: quos in hereditatem eternam tue miseri=
cordie largitate missurus es. [Quoniā declinauerunt

in te mala: cogitauerūt consiliaque non potuerūt sta-
bilire]. Declinare dicimus mala supra alios pendētia
in alio loco iniquitatis causas ledere. Qđ in passione
dñi constat effectum. Nam cum putarent iudei impe-
rium Romanū sibi fore perniciosum/ si regem saluato
rem dñm suscepissent: in ipsum ausi sunt mala declina-
re: que sibi credebant Romanis vlciscētibus euenire.
Joan. 11. Cogitauerunt eñi consiliū dicendo: Expedit vnū pro
oībus mori: quod non potuerunt stabilire. i. ad votum
suum perducere. Nam nesciētes vera dixerunt: opor-
tuit vnū pro oībus mori. Uerum quidem dictum: sed
malo voto prolatū est: ⁊ ideo de tali facto subituri sunt
penam: q̄r non habuerūt sinceram conscientiā. Quod
SCHE. schema dicitur Amphibologia. i. dictio ambigua: du-
DEF. biam faciens pendere sentētiam. Consilium est enim
aliquid/ aut faciēdi/ aut non faciendi ratio deliberata.
Al. dorsum [Quoniam pones eos † deorsum: in reliquijs tuis pre
parabis vultum eoꝝ]. Positi sunt deorsum iudei: quā-
do vicio suo terrena sapientes non meruerunt celestia
contueri: sed vultus eorum. i. mala intētio ipsorum: ad
reliquias domini: hoc est ad passionem aptata est: vt
cum illi se inferre crederent dispendium mortis: salus
fieret absolute generalis. [Exaltare domine in virtu-
te tua: cantabimus ⁊ psallemus virtutes tuas]. Exal-
tare dicitur. i. resurrectione magnificare. Tunc enim
ab humilitate suscepta exaltatus cognoscitur: quādo
in gloria sua resurrexisse probatus est. In virtute tua:
Joan. 10. id est in deitate verbi: per quā dixisti Potestatem ha-
beo ponendi animam meam: ⁊ potestatem habeo ite-
DEF. rum sumendi eam. Cantare ꝓo est verba domini ore
proferre. Psallere autem mandata diuina bonis ope-
rationibus constanter implere. Hec enim duo sunt:
que a nobis omnimodis expetuntur: vt laudes domini
fideliter ore cantemus: ⁊ opere nostro ipsius mandata
faciamus. Conclusio.

Ostensa nobis est imago celestis regis: mira-
bili descriptione veritatis: vt quē iu-
dei non meruerunt presentē cognoscere auditu auris:
DOG. mundus eum crederet aduenisse. Meminerimus autē
quod p̄s iste tertius est ex his quos de duabus natu-
ris euidentius locutos esse collegimus. Hanc tamen
regulam noueris in omnibus custoditā: vt in eis psal-
mis: ⁊ due nature ⁊ vna persona esse declaretur: quate
nus salutari breuissimoq̧ compendio: et illi destruan-
tur qui duos filios esse mentiuntur: ⁊ illi qui vnam na-
turam in christo dño callida peruersitate cōfingunt.
Dicite qui vos putatis sapientissimos viros: quid est
1. Corin. 15. illud qđ ad Corinthios scribēs: ait Apostolus Tunc
et ipse filius subiectus erit ei: qui sibi subiecit omnia:
vt sit deus omnia in omnibus? Nam si ex deitate ⁊ hu
manitate vna natura facta esset vt creditis: qualis ro-
go substantia in eternū patri potest esse subiecta? Re-
stat vt nos arrianus error absorbeat. Necesse est enim
confiteri vos: q̄r verbum patri potest esse subiectum.
Quāuis aliqui patres christi membris hoc aptādum
esse putauerint. Quocirca parū tibi fortasse visum est:
quod Euticis errore tenebaris obnoxius: nisi te et ar-
riana calamitas iuncto fasce deprimeret? Auctores
suos errores singuli damnauerūt: de te autem quid fa
ciant: quem duplex culpa condemnat? Mox vt ad cō-
flictum veneris: statim Nestorianum vocas orthodo-
xum. Habemus contra te iudicia tua: hoc alijs pro cri
mine dicis: quod tu tibi p̄suasisse cognosceris. Extat
hic denarij numeri duplicata societas: vt sicut hec pa
rilitas vnam summā designat: ita psalmus iste vtriusq̧
legis vnum dominum proclamet auctorem. Est enim
in istis decadibus virtus eximia: et quotiens se gemi-
nant: totiens ingentium rerum sacramenta declarant.

Explicit expositio in psalmum. 20.

In finem pro susceptione matutina psal-
mus Dauid. xxi.

Deus deus meus respice in me:
quare me dereliquisti/ longe a
salute mea verba delictorum
meorū. Deus meus clamabo
per diem ⁊ non exaudies: ⁊ no
cte ⁊ non ad insipientiā michi.
Tu autem in sancto habitas: laus israel. In
te sperauerunt patres nostri: sperauerunt ⁊
liberasti eos. Ad te clamauerunt ⁊ salui fa-
cti sunt: in te sperauerūt et non sunt confusi.
Ego autē sum vermis ⁊ non homo: oppro-
brium hominum ⁊ abiectio plebis. Omnes
videntes me deriserūt me: locuti sunt labijs
et mouerunt caput. Sperauit in domino eri
piat eum: saluum faciat eum/ quoniam vult
eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de
ventre: spes mea ab vberibus matris mee/
in te proiectus sum ex vtero. De ventre ma
tris mee deus meus es tu: ne discesseris a
me. Quoniam tribulatio proxima est: quo-
niam non est qui adiuuet. Circundederunt
me vituli multi: tauri pingues obsederunt
me. Aperuerunt super me os suum: sicut leo
rapiens ⁊ rugiens. Sicut aqua effusus sum:
et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est
cor meū tanq̄ cera liquescens: in medio ven
tris mei. Aruit tanq̄ testa virtus mea: et lin
gua mea adhesit faucibus meis/ ⁊ in puluе-
rem mortis deduxisti me. Quoniam circun
dederunt me canes multi: concilium mali-
gnantiū obsedit me. Foderunt manus me-
as et pedes meos: dinumerauerunt omnia
ossa mea. Ipsi vero considerauerunt ⁊ inspe
xerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea/
et super vestem meam miserunt sortem. Tu
autem domine ne elōgaueris auxilium tuū
a me: ad defensionem meam conspice. Erue
a framea deus animam meam: et de manu
canis vnicam meam. Salua me ex ore leo-
nis: et a cornibus vnicornium humilitatem
meam. Narrabo nomē tuū fratribus meis:
in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis
dominum laudate eum: vniuersum semen
iacob glorificate eum. Timeat eum omne se
men israel: quoniam non spreuit neq̧ despe
xit deprecationem pauperis. Nec auertit fa
ciem suam a me: et cum clamarem ad eum
exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia

magna: vota mea reddam in conspectu ti=
mentium eum. Edent pauperes ⁊ saturabũ
tur ⁊ laudabunt dñm qui requirunt eum: vi
uent corda eorum in seculum seculi. Remi=
niscentur et conuertentur ad dominum: vni
uersi fines terre. Et adorabunt in conspectu
eius: vniuerse familie gentium. Quoniam
domini est regnum: ⁊ ipse dominabitur gen
tium. Manducauerunt ⁊ adorauerunt om=
nes pingues terre: in conspectu eius cadent
omnes qui descendunt in terram. Et anima
mea illi viuet: ⁊ semen meũ seruiet ipsi. An=
nunciabitur domino generatio ventura: et
annunciabunt celi iusticiã eius / populo qui
nascetur quem fecit dominus.

Siue in finem/siue psalmus/ siue Dauid quid
significet: frequẽter expositum est. Restat vt
pro susceptione matutina: quod adhuc nouũ
esse cognoscitur explanare debeamus. Su=
sceptio matutina est temporis resurrectionis: sicut di=
Joan.20. citur in euãgelio Una sabbatorum valde diluculo: ve=
nit Maria ad monumentum ⁊c. Susceptio enim fuit:
quando dñs christus mortale corporis veteris homi=
nis conditione deposita in magnam gloriam clarifica
Phil.2. tus assumpsit Cui omne genu flectitur: celestiũ terre=
ETY. strium ⁊ infernorum. Matutinum autẽ dictũ est: quasi
mane primitiuũ: quod tẽpus innumeris locis ad resur
rectionem dñi cõstat aptatũ. Sed cum in hoc psalmo
multa de sua passione constet esse locuturũ: videamus
cur eius titulus solã resurrectionem cõmemorare vo=
luerit. Sepe enĩ significatur per id quod sequit: illud
scilz qd precessit: vt cum dicimus mane factum: intelli
gamus noctem quoq3 precessisse. Similiter cum dici=
mus manumissum: intelligamus seruũ fuisse: et his si=
SCHE. milia. Que figura dicitur Synecdoche: cũ per id qd
sequit possumus intelligere qd precedit. Unde dubiũ
non est cõmemorationem factã resurrectionis: indica
re nichilominus ⁊ beatissimã passionẽ. Hinc aũt que
sit virtus ⁊ claritas psalmi: absolute datur intelligi: qd
eum matutine lucis nomine prenotauit: qꝫ passionẽ
dñi christi quam narrat: saluti generis humani cõstat
esse concessam.

Diuisio.

Per totũ quidem psalmũ loquit dñs xps: sed
primo capite derelictum se clamat a patre:
vt dispensatẽ scilz susceperit passionem: po=
tentissimam humilitatẽ suã: hoim abiectio=
ne cõmendans. Scd'o loco passionem dñi sa
cram diuersis cõparationibus ꝓphetauit: deprecans
vt a seuientibus inimicis suis: diuina ꝓtectione libere
tur. Tertio cõmonet dñm laudare christianos: q2 in re
surrectione sua catholicã respexit ecclesiã: vt audito
tanto miraculo in saluberrima fidei constantia perma
nerent: ne passione tm̃ prophetata: imbecilla se hoim
corda turbarẽt. Quẽ psalmũ Paulo sollicitius audia=
mus. Est enĩ ingẽtiũ rerum admiratione plenissimus:
vt quid in hac vita contẽnendum: et quid in alia esset
sperãdũ: capitis ipsius cõmonitionibus nosceremus.
Nam cum multi psalmorum breuiter de domini pas=
sione meminerint: nemo tamen eam tanta proprieta=
te descripsit: vt non tam prophetia ꝙ historia esse vi=
deatur.

Expositio.

Deus deus meus respice in me: quare me de
reliquisti: longe a salute mea verba delicto
rum meorum]. Dñs christus oĩa preuidẽs
atq3 dispensans: cui futura cuncta presen=
tia sunt: quasi iam vicina passione permo=
tus exclamat Deus deus meus. Hec tñ verba accipiẽ
da sunt ab humanitatis ipsius natura. Naturam autẽ DEF.
dico esse virtutem vigorẽq3 substantie. Nam ⁊ repeti=
tio ipsa affectũ necessarie orationis ostendit: vt illũ ge
minato nomine charissimus filius inuocaret: quẽ sibi
non mundanã salutem: sed claritatem eterne maiesta=
tis nouerat vtiq3 prestaturũ. Deus sermo grecus est: INTER.
qui latine interpretat timor. Pro qua re (vt arbitror)
maiores nostri deum a timore appellandũ esse volue=
runt. Unde quidã ait gentiliũ poetarũ Primos in or=
be deos fecit timor. Nam cũ dicit Respice in me: celer
rimum sibi resurrectionis prouenire deprecat auxiliũ.
Sequit Quare me dereliquisti? Istud quare: nõnullã
afferre cognoscit questionem: vt ille sapiẽtie magister
substantialis et enarrator patris: ita sit vicina carnis
sue morte turbatus: vt quasi nescius interroget patrẽ:
quare ab eo fuerit derelictus. Sed hec ⁊ his similia ad
humanitatem respiciũt exprimẽdam. Ceterum nec in
ipsa passione absens illi credenda est fuisse diuinitas:
cum dicat Apostolus Si cognouissent: nũq3 dñm glo 1.Corin.2.
rie crucifixissent. Sed passus est impassibilis per pas=
sibilem quã suscepit humanitatem: ⁊ immortalis mor
tuus est: ⁊ qui nunq3 morit resurrexit. De quo loco pa=
ter Cyrillus: ita pulchre locutus est. Gratia pro dei ꝓ
oĩbus gustauit mortem: tradens ei proprium corpus:
Quis naturaliter ipse vita sit ⁊ resurrectio mortuorũ.
Similiter et beatus Ambrosius. Idem patiebatur et
non patiebatur/moriebatur ⁊ non moriebatur/sepelie
batur ⁊ non sepeliebatur/ resurrexit et non resurrexit.
Sic ⁊ hominem dicimus hodieq3 pati/mori/sepeliri/
cum tñ aĩa eius nullo fine claudatur. Quapropter de=
relictũ se sub interrogatione testat: q2 reuera manibus
impiorum tradi non poterat: nisi maiestatis eius potẽtia
talia fieri permisisset: sicut in euangelio dictũ est Non Joan.19.
haberes in me potestatẽ: nisi tibi data fuisset desuper.
Clamat etiã que patitur humana susceptio: blasphe=
mas voces ⁊ impias murmurationes abijciens. Dicit
enĩ longe a se fieri verba que delicta parturiũt. Salus
enĩ erat sancte anime: sermones delinquentiũ non ha=
bere: sed virtute patiẽtie libẽs sustineret: quod diuina
dispensatiane pateretur: sicut ipse in euangelio dicit
Pater si fieri põt: transeat a me calix iste. Et subiunxit Matth.26.
Uerũtamen nõ sicut ego volo: sed sicut tu. Dicit etiã a
mẽbris suis: verba delictorum meorum. Ille ergo qui pec=
cata nõ habuit: nostra delicta sua dicit esse peccata: si=
cut ⁊ in alio psalmo ipse dicturus est Deus tu scis insi Psal.68.
pientiã meã: ⁊ delicta mea a te nõ sunt abscõdita. Au=
diamus ergo vocẽ mẽbrorum ex ore capitis: ⁊ intelliga=
mus ex nostra ꝑsona merito fuisse locutũ: qui se hostiã
obtulit pro salute cunctorũ. Unde apl's dicit Eum qui 2.Corin.5.
non nouerat peccatũ: pro nobis peccatũ fecit. Nã ⁊ in
ipsa lege peccata appellabant: que pro pctis offerebã
tur. [Deus meus clamabo ꝑ diẽ: nec exaudies: ⁊ nocte
et nõ ad insipientiã michi]. Per diẽ clamabat huma=
nitas verbi: quã nõ circũdabant tenebre pctorum: nec tñ
constat auditam: cui nulla prepedire videbat offensio.
Audiat hoc querulũ genus humanum qd petitiones
suas desiderat sine dilatione cõpleri. Petit sicut dictũ
est hũanitas verbi: que merebat audiri. Quã tñ ideo
non cõstat auditã: vt eius sacro sanguine ꝓbrosa mũdi

crimina lauarentur. Hoc etiā ⁊ alijs docetur exēplis.
2.Corin.12. Paulus petit: vt ab eo carnis stimulus tolleretur: nec
Job.2. tn̄ auditur a dn̄o. Diabolus precatur: vt Job sanctum
virum seuissima calamitate percelleret: et constat ei
mox fuisse concessum. Sed apostolo votū suū implere
negabatur ad gloriā: diabolo ꝓo dabat ad penā. Sic
non audire frequenter expedit: quis nos desideria di-
lata contristent. Addidit quoqꝫ clamasse se nocte.i.in
tribulatione: cum etiam peccatores soleāt frequenter
audiri. Subiunxit Et non ad insipientiam michi: sub-
audiēdum reputabis. Duo sunt eni genera petitionū.
Quando petimus honores/diuitias/inimicorum vin
dictam: ⁊ cetera huiuscemodi insipienter petimus: qꝛ
DOS. mundana desideramus. Quando autem postulamus:
vt a periculis liberemur: vt vita nobis cōcedatur eter
na: non stulte petimus: sed conuenienter oramus. Pe-
tebat ergo mediator dei ⁊ hominū christus: non insi-
pienter: sed prudēter: ⁊ tn̄ non cōstat auditum: qꝛ mun
di redēptio sic erat dn̄o dispensante ventura. [Tu au-
tem in sancto habitas: laus israel]. Postqꝫ se dixerat
auditū non fuisse: ne quis putaret deum patrē propriū
filiū non amare: qꝛ eum dissimulauit audire: de quo ip
Matth.3. se testatus est Hic est filius meus dilectus in quo mi-
chi bene cōplacui: adiecit magne dilectionis indiciū:
dicendo Tu aūt in sancto habitas: laus israel. In sctō
habitas: incarnationem suā declarauit: sicut et in alio
Psal.26. loco dicit Custodi animam meā: quoniā sanctus sum.
Laus israel. Per modū definitiuū dicitur quid sit pa
DEF. ter.i. Laus israel. Deum quippe videntiū ipse reuera
laus est: qui sanctis omnia gloriosa cōcedit. Et est ter
tia diffinitionis species: que grece peotes: latine qua-
litatiua dicitur. Hec dicendo quid quale sit: hoc vnde
agitur quid sit euidenter ostendit. [In te sperauerunt
patres nostri: sperauerunt et liberasti eos]. Ne duri-
ciam quisqꝫ putaret patris (sicut dictum est) quod se
filius nō profitet auditū tangūtur et ipso breuiter illa
que gesta sunt. Eripuit eni populū israel de terra egy-
pti: eruit tres pueros de camino: liberauit Danielē de
lacu Leonū: ⁊ alia seu que fiūt: seu que legunt innume
Roma.8. ra. Sed cum hec tāta supplicantibus siue prestiterit:
siue prestet: tn̄ filio proprio nō pepercit: sed pro nobis
oībus tradidit illum: vt implerentur videlꝫ scripture ⁊
salus mundi ipsius passione proueniret. Patres autē
suos: quod christus dominus dicit: ex illa parte debet
intelligi qua ⁊ fratres suos apostolos vocauit: sicut in
Joan.20. euangelio post resurrectionem suā dixit Vade ad fra-
tres meos ⁊ dices ad eos Ascendo ad patrem meum
et patrē vestrū. [Ad te clamauerunt ⁊ salui facti sunt:
in te sperauerunt ⁊ non sunt cōfusi]. Certissima est sen
tentia que demonstrat effectum. Necesse est eni vt ad
vtilitatem suā audiat qui clamat ad dn̄m. Quanti eni
martyres ab infidelibus non credebantur audiri: dum
eos corporalis pena consumeret? Sed illi potentius
auditi sunt: qui coronā martyrij percipere meruerunt.
Dn̄s ergo iustos suos semper exaudit: sed quemadmo
dum illis expedire cognoscit. Nec vacat quod spera-
SCHE. uerunt frequenter iterauit. Figura est eni: que grece di
citur Ephebasis: latine iteratio: quotiens per singula
comata ad decorē maximum verba geminantur. Non
sunt cōfusi: vtiqꝫ quos vēturos cōstat ad premiū. Nō
eni cōfundit: qui bonū desideriū suū adipisci posse mō
stratur. [Ego aūt sum vermis ⁊ non homo: opprobriū
hominum/⁊ abiectio plebis]. Hoc per figurā dicitur
SCHE. Tapinosin: que latine humiliatio nūcupatur: quotiēs
magnitudo mirabilis rebus humillimis comparatur:
sicut apostolus ait Infirma mūdi huius elegit: vt con 1.Corin.
fundat fortia. Vermis: nimia quidem videt abiectione
tēnibilis: sed magna cōtinet sacramenta mysterij. Na
scit absqꝫ concubitu/repit humilis/mouet sine sonitu.
Que si cōsideres: non imerito dn̄m xp̄m vermē appel-
latum esse cognosces. Vermis ergo qꝛ mortalis: qꝛ de
carne sine permixtione humani seminis natus est: qꝛ
vie ipsius silentiose ⁊ humiles extiterūt. Comparat se
eni creator humillimis creaturis suis: ne quidē estima
res abiectū: quod ipso noscit auctore formatum: sicut
scriptum est Fecit deus omnia valde bona. Sic ⁊ ipse
Dauid doctorē secutus: minutissimo se pulici coequa Gen.1.
uit. Ipsa enim virtus est religionis: vt quanto se plus 1.Reg.
vnusquisqꝫ exemplo creatoris humiliat: tāto amplius
exaltetur ad gloriā. Non homo.i.nō peccator: quod in
illo esse nō potuit. Homo ergo dicit quantū pertinet
ad humanam naturā. Idē nō hō appellatur: qꝛ qđ est
propriū hoīs peccata non habuit. Nam ⁊ diabolus in
euangelio dictus est hō: vt est illud Inimicus homo
superseminauit zizania. Unde hoc nomen esse constat Matth.
omonymon. Opprobrium autē hominū fuit: quando
eum sputis innumeris cōpluebant ⁊ alapis sacrilegis DOS.
verberabant. Abiectio plebis fuit: quādo pōtius Pi-
latus dedit turbis potestatē quem vellent sibi dimitti.
Illi Barrabam eligētes: christum dn̄m potius abie-
cerunt. [Omnes † qui videbāt me: † aspernabant me
locuti sunt labijs ⁊ mouerūt caput]. Omnes de malis Al.vide
tm̄ suscipiendū est. Nam si misceas fideles: nō potest Al.deri
stare sentētia. Que figura grece dicit Synecdoche: la runt.
tine a toto partē Aspernabant ergo iudei dn̄m salua- SCH
torem: qn̄ dicebant Alios saluos fecit: seipsum nō po-
test saluū facere ⁊c̄. Proprie aūt posuit labijs eos fuis Matth.
se locutos. Tales eni ore non corde fabulant: quibus
non ꝓuenit firma deliberatione sentētia. Quid tn̄ isti
labijs loquebant? Si filius dei est: descēdat de cruce.
Istud eni animo discrepante videbant tm̄ labia per- Ibidem
sonare. Nam vt per iracundiam: non per rationē pro-
bares dictū: adiecit mouerunt caput: quod minantes
faciūt: non iudicantes. [Sperauit in dn̄o eripiat eum
saluū faciat eum/qm̄ vult eū]. Hoc per figuram dictū
est a iudeis: que grece dicit Ironia: latine irrisio: aliud
q̄ conat ostēdens. Verba siquidē ista specialiter euan SCH
gelij sunt. Dicebant eni iudei quādo pendebat in cru-
ce Sperauit in dn̄o: liberet nūc si vult eum. O celestis
integritas: nonne videmur hic euangelium recensere Matth.
q̄ psalmum: quando tanta veritate completa sunt: vt
non futura: sed transacta esse videantur? Merito: ne
quid aut excusabile perfidis: aut fidelibus relinquere
tur ambiguum. [Quoniam tu es qui † abstraxisti me
de ventre: spes mea ab vberibus matris mee]. De vē- Al.extr
tre vtiqꝫ virginali: qui iam tunc ab originalis peccati sti.
vicio sequestratus tanqꝫ sponsus ꝓcessit de thalamo.
Inde se dicit abstractū: vnde humanitas tendebatur
obnoxia. Siue illud accipiēdum est: quoniā de vtero
matris iure se a domino dicebat abstractum: vt osten-
deret natiuitatem illam dominica virtute perfectam:
ne incredibilis videret virginis partus: dum esset do-
mini operatiōe completus. Et vt declaret perfectam
humanitatem quam assumere atqꝫ monstrare digna-
tus est: ab initio vite sue spem suā dicit in domino po-
suisse. Iterum hic quoqꝫ incomprehēsibilis sanctitas
et singularis ostenditur magnitudo. Nam cui alij da-
tum est diuinitatē agnoscere: quem adhuc potuerant
vbera materna lactare? Incipiens ergo etas dicebat
ad qđ aliorū vix poterat peruenire maturitas. [In te

Al. ꝑlectꝰ. † laetatus sum ex vtero. De ventre matris mee: deus
meus es tu.]. At hō iste locutus est. Nā cū se dicit ia-
ctatū in dn̄o: ostēdit ab humana iniqtate fuisse discrē-
tū. Quod aūt sequit̄ Ex vtero matris: ad errorē perti-
net synagoge: vnde eū perfidia iudeoꝝ constat expul-
sum. Ceterū sine deo nō fuit nec ipsa cōceptio. Nā si-
cut hō in iniquitatibus cōcipit̄: sic in ipsa incarnatio-
nis origine dn̄i xp̄i diuina substātia humanitate iūcta
atqꝫ adunata declarat̄. Sicut ⁊ ab angelo marie semꝑ
Luce. i. virgini ꝓphetatū est Spūs sanctus superueniet in te: ⁊
virtus altissimi obūbrabit tibi: ꝓpterea qđ nascet̄ ex
te sanctū vocabit̄ filius dei. [Ne discesseris a me. Qm̄
tribulatio ꝓxima est: ⁊ nō est qui adiuuet]. Metu mor-
Matth. 26. tis ⁊ ista ꝓlata sunt: qꝛ dicturus erat Pater si fieri po-
test: trāseat a me calix iste. Tribulationē ꝟo dicit mor-
tis cogitationē: que longe post seculis iminebat. Quā
ideo denūciat ꝓximam: vt assumptio vere carnis tri-
sticiā ostēderet passionis. Siue qꝛ illi initiū nō est om-
Psal. 89. ne quod venturum: sicut ꝓpheta dicit Qm̄ mille anni
ante oculos tuos sicut dies hesterna q̄ preteriuit. Si-
ue tribulationē dicit proximā: qꝛ erat in sua carne pas-
surus. Nam quicūqꝫ dāna facultatū/orbitates filioꝝ/
amissiones bonoꝝ/vel alia huiuscemodi sustinet: lon-
ginqua sibi mala cognoscit̄ sustinere. Cum ꝟo in carne
sua quis patit̄: tunc illi ꝓxima tribulatio copulat̄. Qđ
aūt dicit Et non est qui adiuuet: puritas petētis ⁊ vir-
tus diuinitatis ostendit̄: qꝛ si deus nō adiuuet: nullus
est qui eripiat periclitantē. Consideremus ergo si de-
bemus aliqñ ab ipso diuidi: qui nullius nisi ipsius tm̄
possumus miseratione saluari. [Circundederūt me vi-
tuli multi: tauri pingues obsederūt me]. Oratione de-
cursa: quā in passionibus suis semꝑ premittit (sicut eū
fecisse tp̄e traditionis euangelistarū dicta testātur) ne
se fideliū vota precipitare forsitan incōsulte presume-
rent: venit ad secundā partem: vbi per allegoricas cō-
parationes crucifixionis sue reuelat arcanū. Et nota
qꝛ futura pro preteritis ponit: vt durissima corda iu-
deorum quasi peracta veritate cōuinceret. Que figu-
SCHE. ra dicit̄ Prolepsis: latine preoccupatio: qñ refertur ali
quid per tp̄s preteritū: qđ adhuc credit̄ esse venturū.
Totum factū est ne periret incredulus: sed ip̄e sibi ex-
titit reus qui se totiēs cōtēpsit admonitus. Vituli mul
ti populi sunt: videlꝫ iudeoꝝ qui ignorato dei iugo in-
cōsiderata ꝓcacitate lasciuiūt: simul petulantes ⁊ fa-
tui: qui gressus suos nulla moderatiōe distinguūt: sed
vagi ⁊ penduli ad iniqua cōsilia quibusdā saltibus ef-
ferūtur. Tauros pingues principes iudeoꝝ designat:
qui inuicē tauri maliciā superbiāqꝫ suam erectis cer-
uicibus inflauerūt: ⁊ innocētis sanguinem truculētis
cornibus effuderūt. Apte ꝟo addidit pingues. Tunc
eni ipsum aīal nimis reddit̄ inquietum: qñ pinguedine
multa refertū est: ⁊ de māsueto ferox efficit̄: cū presum
ptione luxuriātis corporis aīatur. Quod si adhuc al-
tius auctoritatis verba pensemus: circūdederunt: pōt
trahi ad eos qui illū cum gladijs ⁊ fustibꝰ ambierunt.
Obsederunt aūt ad illos qui sepulchrū eius custodie-
ETY. runt: ne a discipulis occulte raperet̄. Obsidio eni dicta
est quasi hostium insessio. i. hostilis circūdatio. [Ape-
Al. Super ruerunt † in me os suum: sicut leo rapiens ⁊ rugiēs].
SCHE. Metaphora introducta est a consuetudine ferarū: que
auide os aperiūt qñ aliquid deglutire contēdunt. In
me aūt dixit cōtra me: cū detestabili adunatione dice-
Luce. 23. bant Crucifige crucifige. Os suū. Reuera suū qđ non
illis sapiētia aperuit: sed cogitatio scelerata reserauit.
DOG. Audiant vtrūqꝫ pelagiani qñ iudei nequiciam locuti

sunt: ipsi os suum aperuerunt. In bono autem legitur
Dn̄e labia mea aperies: ⁊ os meū annūciabit laudem Psal. 50.
tuam. Qđ aūt dixit: sicut leo rapiēs ⁊ rugiēs. Rapiēs
pertinet ad insanissimā seditionē: qñ eum raptū traxe-
runt ad tribunal presidis audiendū. Rugiens ad blas-
phemas voces quibus clamauerūt Crucifige crucifi-
ge. Quod vtrūqꝫ feris merito cōparatū est: qñ insani
populi consiliū rationabile perdiderūt. [Sicut aqua
effusus sum: ⁊ dispersa sunt oīa ossa mea]. Cōparatio
ista non minimum cōtinet sacramentū. Dispersa sunt
ossa eius. i. firmi ac fideles apostoli: qñ dixit eis Ecce Matth. 10.
ego mitto vos velut agnos in medio luporū: tunc illi
sicut aqua effusi sunt. Aqua eni qñ funditur ⁊ rigat et
abluit: sic illi orbē terrarū diuino imbre satiātes: pec-
catoꝝ sordibus abluerunt. [Factum est cor meū: tanqꝫ
cera liquescēs in medio ventris mei]. Cor suū volūta-
tem suā dicit: que in scripturis diuinis clausa tegebat̄:
sed impleta passione oīs veritas de aduētu eius pro-
missa reuelata est. Bene aūt legis mysteria cōparata
sunt cere: que tunc splēdorem reddit: qñ in vsum lumi-
nis calore liquefacta dissoluitur. Uentrē ꝟo suum: di-
cit ecclesiam catholicā: vbi tecta verba predicantium
veniente temporis plenitudine patuerunt. Inde est ⁊
illud: ꝙ velū templi in passione dn̄i cōstat scissum. Re-
uelata sunt enim tali facto illa que tegebantur occul-
ta. [† Exaruit velut testa virtus mea ⁊ lingua mea ad- Al. Aruit
hesit faucibus meis: ⁊ in puluerē mortis † deduxerūt tanqꝫ.
me]. Uirtutem xp̄i teste nō putemus incongrue cōpa- Al. deduxi
ratam: qꝛ sicut illa fornace durescit: ⁊ fortior redditur sti.
igne decocta: sic passione dn̄i virtus eius solidata est:
que prius quasi lutea videbat̄ incredulis. Linguā ꝟo
suā significat predicatores apostolos: qui adheserunt
faucibus xp̄i dū eius mādata custodierūt. Ille eni in
faucibus dn̄icis manet: qui se diuino adiutorio in ipsiꝰ
predicatiōe custodit. Sed quomodo se dicit in pulue-
rem deductū: cuius caro non ꝑtulit corruptionē? Sed
hoc ad votū intelligendū est immaniū iudeorū: qui se
putabant xp̄o mortē dedisse cōmunē in qua crederet̄
vsqꝫ in puluerē fuisse deductus. Siue magis a mēbris
suis. i. ab ecclesia dicat se vsqꝫ ad puluerē fuisse perdu-
ctum. Sors ista humane cōditioni videbat̄ esse cōmu-
nis. [Qm̄ circūdederunt me canes multi: conciliū ma-
lignantium obsedit me]. Hic mirabili ꝓprietate pas-
sionis sue sacramēta describit. Canū igitur natura ta-
lis est: vt nouis hoībus nullatenus acquiescat: sed im-
portunis atqꝫ assiduis latratibus arceat: quos noticia
domestice conuersationis ignorat. His ergo iudei iu-
stissime cōparant̄: qui nouā doctrinā dn̄i minime reci-
pientes: cōtra eum ferocissimis vocibus oblatrabant.
Doctrina ꝟo noua est: sicut euangelista dicit. Manda- Joan. 13.
tum nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis. Qđ etiam Isa. 65.
Isaias ꝓpheta testat̄. Uetera trāsierūt: ecce facta sunt
noua oīa. Patenter aūt describit̄ actus ille iudaicus.
Fuit eni conciliū malignantium: quando cogitabant
Jesum dn̄m dolo tenere mortiqꝫ tradere. Malignan- ETY.
tium quippe dicit: maligna cogitantiū. Et merito se fa-
tetur obsessum: qꝛ in ipso erat ciuitas hierusalē: quam
hostes fidei christiane in eodem obsidere videbātur.
[Foderunt manus meas ⁊ pedes meos]. Sed anteqꝫ
ad passionis ipsius veniamus exordiū: perscrutādum
est / cur talem elegerit sibi mortem qui dicit: Potesta- Joan. 10.
tem habeo ponendi animam meam: ⁊ potestatem ha-
beo iterum sumendi eam? Primum ꝙ crucis ipsa posi- DOG.
tio talis est: vt pars eius superior celum expetat: infe-
rior terras non deserat: fixa infernoꝝ ima contingat: ⁊

velut quibusdã brachijs extensis latitudo eius totius
partes appetat mũdi: iacẽs ꝓo quattuor cardines or=
bis designat. Sic in paruo posita:cũcta videt esse cõ=
plexa. De cruce dñi dico:que de penali malo pctõrum
facta est beata redẽptio Postea tribuẽs salutis bonũ:
que pridẽ dabat interitũ:patibulũ salutare mors indi=
cãs vitã/humilitas diuinã proclamans summitatẽ:vt
christũ in celo/xp̃m in terra/xp̃m per totũ orbem/xp̃m
quoq ad inferna per figuram crucis esse cognoscas.
Quod si aut ferro trũcatus / aut ignib⁹ fuisset absum=
ptus/aut lapidibus oppressus/aut fluctib⁹ demersus/
aut alia qualibet morte preuẽtus/ quo signo rogo dia=
bolus pelleretur? Quo vexillo frons christianoꝝ tuta
mansisset? Qua figura corporis ⁊ aĩe firmaret infirmi
tas? Nulla mors tante maiestati melius conuenire po=
tuit:nisi que nobis perfecte salutis indicia dereliquit.
Preuisum est etiã ad credulitatẽ nostrã: vt altius cõfi
geret/videret a multis/crederet a plurimis. Et ne deũ
quispiã dubitaret: in cuius passione tot ⁊ tãta miracu
Matth.27. la cõuenissent:p vniuersum mundũ tenebre facte sunt:
terra tremuit:petre scisse sunt:vt orbis passum euiden
ter suũ testaretur auctorẽ. Sic istã crucifixionẽ:totum
mirabile habere decuit:que templũ pij redẽptoris ex=
cepit. Quapropter merito a christo electa est crux:in
qua ⁊ singulariter occũberet: et cõmuni sorte morere=
tur. Et quãuis passionis dñice ad litterã simplex hic vi=
deat esse narratio:tñ aliquid nobis ⁊ spũaliter sentien=
dũ actus iste significat. Manus xp̃i iudei violauerũt:
qñ eius miraculis nullatenus credere maluerũt. Ma=
nus eni significãt operationes:quas in diuersorũ lan=
guoribus medicus celestis exercuit:vt eorũ obstinata
duricia signorũ virtutibus molliret. Pedes quoq fo=
derunt : dum eius aplos per quos fides christiana in
gentibus ambulauit lacerandos esse putauerunt. Sic
future cause in ista dñi crucifixione predicte sunt. Fo=
derunt autem non transitorie debemus accipere:quia
terra tunc varios fetus germinat qñ hoĩm studio co=
gnoscitur exarata. Quod cõtigit in corpore dñi salua=
toris. Illud eni clauis affixum:lancea perforatum fru
DQS. ctum nobis intulit sine fine mã surũ. Quapropter iam
non pertimescim⁹ dicere/ deũ carne passum /deũ mor=
tuum pro salute cunctoꝝ. Unde pater Augustinus mi
rabiliter ⁊ solito more declamauit:dicens. Res vetu=
sta erat:vt homo moreret. Quod ne semper valeret in
hoĩe:res noua facta est vt deus moreret: sicut ⁊ Apls
1.Corin.1. ait Nos aũt predicamus christũ:⁊ hunc crucifixũ. Et
ne filiũ virginis(vt quidã demẽtiũ putãt)aliũ fortasse
sentires:adiecit. Christum vtiq dei virtutem:⁊ dei sa
pientiã:qr quod stultũ est dei:sapientius est hoĩbus:et
quod infirmum est dei:fortius est hoĩbus. Quid enim
tam stultũ/tam infirmũ videtur incredulis/q̃ cum au=
diunt deũ dei filiũ crucifixum pariter ⁊ sepultũ? Sed
placuit deo per stulticiã predicationis saluos facere
credẽtes. Incarnatio siquidẽ dñi:misericordie ipsius
est mirabilis altitudo/inestimabile donũ/incõprehen
sibile mysteriũ:vnde aut rectis mẽtibus ꝓuenit salus/
aut peruersis sensibus generat interitus. [Dinumera
Al. inspexe uerunt oĩa ossa mea. Ipsi ꝓo cõsiderauerunt ⁊ † con=
runt. spexerunt me]. Forma crucis mira ꝓprietate depicta
est:vt omne corpus in ea sic dicat extensum:quatenus
eius ossa humanis oculis numerabilia viderentur : vt
quod caro superducta celauerat:nimia tensione corpo
ris appareret. Sed videamus vtrum pena dicenda sit
an tribunal dãnatio:an disceptatio:vbi quasi in regali
solio constitutus:increpãtem reliquit reum: confiten=
tem reddidit protinus absolutũ. Quo facto ille huma
ni generis miserator eximius: quid sanctis suis presta
turus esset : in latronis subita confessione monstrauit.
Dinumerata sunt etiam ossa eius.i. Apostoli:siue reli=
qui christiani:qñ persecutione facta truculentiũ iudeo
rum:ne in maiorem numerũ conualescerent quereban
tur extingui. Sequitur etiam incredulitatis eorum de
testabilis obstinatio:vt non aliquid transitorie aut ca=
sualiter fecisse videantur: sed dicit eos considerasse et
conspexisse:⁊ cor eorum lapideum/ tot miraculis non
fuisse mollitũ. Petre scisse sunt: terra tremuit:sol ami= Matth.
ctu se tenebroso ne tantum scelus videret abscondit:⁊ Et luc.
prohdolor iniquitas in ipsorum oculis defixa in sacri=
legio suo mansit immobilis. [Diuiserunt sibi vestimẽ=
ta mea:⁊ super vestẽ meam miserũt sortem]. Quãuis
tota passio dñi magna sacramẽta contineat:tñ hic ne=
scio qd maius parturit arcanum ; q alia vestimẽta sua
dicit esse diuidẽda:aliã vestem ad sortẽ nichilominus
perducẽdam. Uestimenta illa que diuisa sunt:scriptu=
ras significãt prophetarũ vel reliquarũ celestiũ lectio
nũ:quas heretici praua interpretatione diuidẽtes Pi=
lati militibus scelerata se diuisione coniũgunt. Tuni=
ca ꝓo illa que venit ad sortẽ:que eius sanctitatẽ corpo
ris ambiebat:quã dicit euangelista desuper fuisse con=
textam per totũ:catholica ꝓbatur ecclia:que nullate=
nus humano discerpẽda dat arbitrio:sed integra atq
inuiolabilis quasi ex sorte vnicuiq diuina semper lar=
gitate prestat. Ipsa est cõtexta desuper:quã nemo di=
uidit:nemo dirũpit: sed ꝑpetua stabilitate firmissime:
in vnitatis sue robore perseuerat. De qua ipsa veritas
dicit Tu es Petrus ⁊ super hanc petrã edificabo ec= Matth.
clesiam meam:⁊ porte inferi non preualebũt aduersus
eã. Quod factũ ⁊ euangelista testat: dicẽs Postq cru Matth.
cifixerunt eũ: diuiserunt vestimẽta eius sortẽ mitten=
tes. Uerũ ista sors in scripturis diuinis tam sepius cõ
memorat : vt magnũ nescio quid diuini iudicij gestare
videatur arcanũ. Scriptum est eni in leuitico:vnã sor DQS.
tem dño dari ⁊ vnam apopẽpeo.i.transmissori. Item
Moyses quibusdã tribubus trans iordanẽ terrã sor=
te diuisit. Iesus quoq filius naue:terram repromissio
nis filijs israel sorte missa distribuit. Sors quoq Io= Jone.1.
nam perdidit latentẽ. Et in Salomone legit. Contra= Prouer.
dictiones cohibet sors:⁊ inter potẽtes definit. In no=
uo quoq testamento.i.in actibus apostoloꝝ:sors Ma Act.1.
thiam designauit apostolũ. Paulus etiam ipse aposto
lus scribens ad Ephesios: sorte se dicit vocatũ ꝯm ꝓ= Ephe.1.
positũ eius : qui oĩa operat ꝯm consiliũ volũtatis sue.
Necnon ad collocenses scribẽs dicit. Gratias inquit Col.1.
agẽtes deo patri:qui idoneos nos fecit in parte sortis
sanctoꝝ in lumine. Sed cũ multa legant tam in veteri
q̃ in nouo testamento sortibus fuisse diuisa: nemo au=
sus est negare per eam diuinitus esse monstratũ:quod
mens deuota petitione supplici postulauit. [Tu autẽ
dñe ne † lõge facias auxiliũ tuũ a me: ad defensionem Al. Elõg
meã † aspice. Hic iam resurrectionẽ celerrimã depre ueris.
cat:vt perfidoꝝ mala crudelitas superuentẽti tali glo= Al. Con
ria destruat. Auxiliũ eni ipsam significat resurrectio= ce.
nẽ que vtiq lõge facta nõ est:qñ triduana ꝓuenit. Se
quit. Ad defensionẽ meam aspice. Sed que sit ista de=
fensio : cõsequẽter exponit. [† Eripe a framea † aĩam Al. Erue.
meã:⁊ de manu canis vnicam meam]. Liberari se po= Al. Deus
stulauit a morte quã subiturus erat:collato scilz resur=
recctionis auxilio. Framea eni synonymũ est nomẽ:si=
gnificans siue hastam/siue gladiũ/siue quelibet arma
per que voluit futurum crucis exitium competenter

aduertit:qꝛ per ipsam moꝛs plerūqꝫ succedit. Sed pꝛi-
mo dixit Eripe aiam meā:modo petit liberari ecclesiā
que est illi vnica/id est catholica:vt intelligatur doctri
nas nouas et cōciliabula perditoꝝ vnitatis vocabulo
respuisse:hereticos hic canib⁹ comparās:qui domesti
ca quadā feritate atrociter māsueti: cū de penetralib⁹
nr̄is exeūt ecclesiā dei moꝛdere ac lacerare festinātꝰ. Et
vt scias canes talibus hoibus aptissime cōparatos:de
manu canis dixit:qꝺ vtiqꝫ homo nō canis habꝫ. Siue
(vt quidā volunt)manu canis significat ꝑtāte mundi
istius: que ecclesiam dei lacerare moꝛdaci ac subdola
semꝑ iniq̄tate festinat. Canes autē non in malo tm̄:sed
Al. salua. etiā in bono poni/frequētia exempla testanꝰ. [† Libe
Al. vnicoꝛ- ra me de oꝛe leonis:⁊ a coꝛnibus † vnicoꝛnioꝝ humili-
nium. tatem meā]. De oꝛe leonis:de potestate diaboli dicit:
qui bene cōparaꝰ feris:qm̄ humanis semꝑ delectaꝰ exi
tijs. Sed ne foꝛte aliquibus scrupulus inde nascatur:
quare frequenter vna res ⁊ optimis ꝑsonis aptatur et
pessimis? Dicendū est ꝙ ad similes partes debeat ap-
DOG. plicari. Unāquāqꝫ rem diuersas certū est habere qua-
litates:vt leo de quo nunc sermo est:habet foꝛtitudinē
pꝛopter quā beluaꝝ rex appellaꝰ. Habet ⁊ truculentā
seuitiam:ꝓpter qꝺ ferox dicitꝰ. Quapꝛopter foꝛtitudo
Apoc.5. ei⁹ ⁊ ꝑtās chꝛisto merito cōparaꝰ: vt est illud. Uicit leo
de tribu iuda. Ferocia vero ipsius: diabolo cōpetenter
1.Pe.5. adiungitꝰ:sicut petrus apl's dicit. Sobꝛij estote ⁊ vigi-
late:qꝛ aduersarius vester diabolus sicut leo rugiēs cir
cuit/querēs quē deuoꝛet. Ita fit vt vnum animal consi
deratis eius qualitatibus:rebꝰs a se discrepātibus ra
IDI tionabiliter cōpareꝰ. Qꝺ genus locutionis: scripture
diuine foꝛsitā pꝛopꝛiū non imerito dixerimus. Sic ⁊ re
liquas cōparationes huiusmodi: pꝛesentis expositio-
nis ratio cōpꝛehendit. A coꝛnibus/id est a superbis de
summitatū suarū potestate ferientiū. Sed inspice qꝺ
addidit vnicoꝛnioꝝ/id est se singulariter erigentiū qui
nimia elatione surgētes/cōsoꝛtes ferre nō possunt:dū
soli faciendū putāt quodcūqꝫ libuerit. Talia enim ani
malia que vno coꝛnu armantur: multo foꝛtioꝛa sunt ab
his quibus duplicia tribuuntur:que greci monoceron
appellāt. Ab illa enim vnicoꝛnioꝝ suꝑbia non ferenda
humilitatē suam:que destituta oppꝛimi facile possit eri
pi postulauit. [Narrabo nomen tuum fratribus meis
in medio ecclesie laudabo te]. Post sacram passionem
dicit gloꝛiam diuinitatis toto oꝛbe vulgandā. Narra-
ETY. bo enim dicit/id est narrare facio. Fratres autē dicunꝰ:
qui diligunt ⁊ diligūtur. Nā qui pati venerat pꝛo salu-
te cunctoꝝ:quem eoꝝ non diceret fratrem? De quo lo-
Hebꝛe.2. co patenter ait apl's. Decebat enim eum ꝓpter quē om
nia ⁊ per quē oia:qui multos filios in gloꝛiam adduxe-
rat/auctoꝛē salutis eoꝝ per passionē cōsummari. Qui
enim sanctificat ⁊ qui sanctificaꝰ/ab vno oēs. Pꝛopter
quā causam nō cōfundiꝰ fratres eos vocare dicēs: Nū
ciabo nomē tuū fratribus meis. Sic ait et in euāgelio
Matth.28. post resurrectionem: Dicite fratribus meis. Et alibi.
Matth.12. Qui fecerit voluntatē pr̄is mei qui in celis est:hic me-
us pater ⁊ mater ⁊ frater est. In medio ꝓo eccl'ie lau-
dat dn̄m: q̄ se pia cōuersatione tractauerit. Ipsius em̄
pꝛeconiū est moꝛū sanctitas custodita: qm̄ nichil valet
aliq̄d boni caro facere:nisi cui diuina misericoꝛdia ꝓbi
tatē noscitur pꝛestitisse. In medio aūt dicit palam:⁊ in
cōuersatione multoꝝ: vbi recte mētis oꝑatio reliquis
fidelibus pꝛestat exemplū. [Qui timetis dn̄m laudate
Al. gloꝛifi- eum:vniuersum semē iacob † magnificate eū]. Paulo
cate. latius dn̄i passione narrata: ne coꝛda fideliū longa tri-
sticia turbarētur:venit ad tertiā partē:vbi deuotos al-
loquitur vt dn̄i dispensatione recognita laudent eum ⁊
pꝛeconia ipsius generali exultatione concelebꝛēt: qm̄
per eius passionē pꝛouenit salus fideliū ⁊ vita iustoꝛū.
Nunc intendamus ꝙꝫ suauis in timoꝛe dn̄i declaratur
affectus. Timoꝛ humanus non laudē parturit: sed vi-
tuperationē. Dei autē timoꝛ:qꝛ iustus ⁊ rectus est:lau-
dē generat/amoꝛem tribuit/ardoꝛē charitatis inflam
mat. Laudate ergo dicit qui timetis dominū/id est qui
reuerentiā habetis nominis eius: qꝛ eum non meretur
pꝛedicare:nisi qui cognoscitur ⁊ timere. Uniuersum in
partē bonoꝝ accipe:qꝛ illos tm̄ mauult intelligi:qui fi-
dei iacob deuotioniqꝫ consentiunt: superantes per reli
gionis affectū veteris hois pꝛimā natiuitatē. [Time-
at eum omne semē israel]. Semen israel nō vnius na-
tionis populus significaꝰ:sed cunctarū gentiū cogno-
scitur plenitudo:vnde ꝯstat eccl'iam colligendā. Et qꝛ
superius dixerat:laudate q̄ timetis dn̄m:nunc ad quos
timoꝛ ꝑtinere possit edicitur: ad israelitas vtiqꝫ/id est
videntes dn̄m:qꝛ nesciunt timere deū:qui heretica pꝛa
uitate cecati sunt/vel idolis scelerata mēte deseruiunt.
[Quoniā non spꝛeuit:neqꝫ despexit † pꝛecē pauperū] Al. depꝛe-
Qꝺ solent facere mūdi istius honoꝛe gloꝛiantes/sper- catione.
nere pauperes/despicere supplicantes/ causamqꝫ de
habitus qualitate metiri: vt si sit vestibus nitidus ve-
rax putetur: si amictu soꝛdidus mēdacissimus habea-
tur. Sed apud deū longe diuersum est:qui de veste nō
iudicat/qui opulentiā nō honoꝛat:sed ille ꝓces fideliū
pauperū exaudit/⁊ adiuuat egenos: Illi ꝓciosus est:
qui tm̄ fuerit sanctitate ditissimus. [† Neqꝫ auertit fa- Al. nec.
ciem suā a me:et cum clamarē ad eum exaudiuit me].
Intelligamus hunc versum:⁊ deo grās inq̄ꝫtum possu
mus deuota mente referamus. Nā cū diceret genera-
liter agēdas esse grās:qꝛ paupes diuinitas exaudire di
gnaꝰ:se intulit dn̄s chꝛistus dicēdo: Neqꝫ auertit faciē
suam a me. Sic ergo causam omniū suā fecit:sic pecca
ta mundi coꝛpoꝛis sui sanctitate deleuit: vt dum ad se
infirmitatē humanā trahit: diabolus amitteret qꝺ te-
nebat. Quid autē clamauit? Quid se dicit auditum?
Utiqꝫ vt moꝛs nostra eius exitio finireꝰ:vt peccatū ve-
teris hois redimereꝰ pꝛecio sctissime passiōis. [Apud
te laus mea in ecclesia magna: vota mea dn̄o reddam
† coꝛā timentibus eū]. Apud te significat de te: in ec- Al. in con-
clesia magna catholica scilꝫ que vniuerso terrarū oꝛbe spectu timē
diffusa est. Magna em̄ ⁊ amplitudine recte diciꝰ ⁊ ho- tium.
noꝛe. Uota vero mauult intelligi sacramēta coꝛpoꝛis ⁊
sanguinis sui que illis pꝛesentibus redduntur:q ei san-
cto timoꝛe subiecti sunt. Deniqꝫ vide q̄d sequiꝰ. [Edēt
pauperes et saturabuntur]. Hec sunt vota que suꝑius
dixit. Et considera:quia pauperes tm̄ posuit/qui mun
di istius illecebꝛas contēptu ditissimo respuerūt: nō di
uites qui seculi huius felicitate referti sunt:sed paupe-
res/id est regnū dei esurientes. Ideo enim addidit Et
saturabuntur. Saturari enim non poterant nisi quos
talis possidebat esuries. [Et laudabūt dn̄m qui requi-
runt eum: † viuit coꝛ eoꝝ in seculum seculi]. Permāsit Al. viuunt
in superioꝛibus dictis. Nā cum saturati pauperes fue- coꝛda.
rint:laudabunt dominū. Pauperes dn̄m laudant:diui-
tes semetipsos exaltant. Isti thesauraria terrena cōge
runt:illi celesti vbertate ditescunt. Facultas dispar:sed
conscientia dissimilis. Isti deniqꝫ locupletes sunt de
mūdo:illi de deo. O ꝙꝫ dissimilia vota soꝛtiti sunt. Pau
peres possident quod nunq̄ꝫ perdent/diuites tenēt qꝺ
non solum moꝛtui:sed etiam viui frequenter amittunt.
Sequitur Uiuit coꝛ eoꝛum in seculum seculi. Uiuit coꝛ
id est spes eoꝛum immobilis vegetatur. Illud em̄ ve-

raciter viuere dicimus: quod in diuinitatis gratia per-
seuerat. [Reminiscentur et conuertentur ad dominũ:
vniuerse fines terre]. Reminisci proprie illos dicim⁹:
quos post obliuionis iniuriam ad memoriẽ constat re-
disse medicinam. Sed hoc de paganis quomodo pos
sit intelligi: qui nulla sacramenta fidei ante conuersio-
nem suam vllatenus susceperunt? Sed et eos bene di
cimus reminisci: quia omnis homo deum sibi confite-
tur auctorem. Sed quando deus omnipotens esse fi-
deliter agnoscitur recte dicitur ab eis reminisci: vt ad
illum veraciter redeant / quem prius peruersa volunta
te neglexerant. Sequitur Conuertẽtur vniuersi fines
terre. Prophetia est vniuersalis ecclesie: quam nunc
constat toto orbe diffusam. [Et adorabunt in cõspectu
Al. vniuerse familie. eius: † omnes patrie gentium]. Ne quis putaret du-
bium quomodo esset ab vniuersis gentibus adorãdus
interposuit in conspectu eius: vbi nullus adorat nisi
qui de sincera fide presumpserit. Conspectus enim il-
lius non est: nisi supra fidelissimos et beatos. Dicendo
Omnes patrie gentium: nichil excepit qui cuncta con-
clusit: vt per indigenas suos et ipse quoq; patrie credã
tur esse deuote. [Quoniam domini est regnum: et ipse
dominabitur gentium]. Intendamus quid iste versus
preposteratus ostendat intelligi. Deus dominabitur
gentium: quoniã domini est regnum: quia non sunt gẽ-
tium regna: sed domini q̃ potestate sua ⁊ mutat reges
et continet. Et necesse est ipsum debere vbiq; coli quẽ
rerum dominum constat intelligi. De quo loco pater
Augustinus in libro ad Honoratum presbyterum: mo
re suo mirabiliter dixit. Ille irrisus: ille crucifixus: ille
derelictus: hoc regnum acquirit et tradit in fine deo et
patri: non vtiq; vt ipe amittat: sed vt qd̃ in fide semina-
uit / cum venit minor patre: hoc perducat in speciem in
qua equalis non recessit a patre. Probata est his di-
ctis vniuersalis ecclesia. Desinant homines donatista
rũ vanitate confundi. Non potest preualere plus fraus
DOG. diabolica / q̃ religio christiana? Necessarium est enim
inuẽto loco: hereticorum confutare nequitias: quoniã
dum illos (domino prestante) destruimus: catholice fi-
dei sensum firmamus. [Manducauerunt et adoraue-
Al. pigues runt omnes † diuites terre]. Quid est hoc qd̃ supe-
rius de corpore dñi pauperes dicit esse saturatos: hic
autem diuites terre tm̃ manducasse ⁊ adorasse confir-
mat? Scilicet vt intelligas non humiles: sed superbos
qui non habent in mansuetudine spem: sed in diuitijs
presumptionem. Nam licet eadem predicationum sa-
cramenta susceperint: tamen par non est in vtrisq; de-
uotio. Illi enim vsq; ad saturitatem comedunt / id est
vsq; ad perfectionẽ: isti sic manducant vt non magnis
desiderijs expleantur. Aliud est enim mediocriter ali-
quid velle percipere: et aliud toto mentis ardore per-
quirere. Et ideo hi non dicuntur pauperes christi: sed
Al. cadent omnes. diuites terre. [In conspectu eius † procident vni-
uersi qui descendunt in terram. Et anima mea ipsi vi-
uet]. Quia superius dixerat: diuites terre esse tepidos
christianos: nunc dicit qui ante deum procidant / id est
cadant: qui in terrenas concupiscentias carnis fragili
tate descendunt: et hominibus apparere non possunt.
Bene autem dictum est / descendunt: quia omne pecca
tum pars probatur inferior. Nam dum conuentus ec-
clesie omnes indiscrete suscipiat: ipsius conspectui no
ti sunt qui se meritorum qualitate discernunt. Animã
vero suam dicit deo viuere: quoniã hunc mundum im-
maculata conuersatione transiuit. [Et semen meũ ser-
uiet ipsi. Annunciabitur domino generatio ventura].

Semẽ opera dicit que tempore incarnationis sue ma-
nifesta fecit in terris: vt populos instrueret / secreta reli
gionis aperiret / predicatores apostolos istitueret: qui
religionem sanctam sincera fide predicarent. Annun-
ciabitur domino dicit: ab angelis (vt quidam volunt)
qui preces humanas ad dominũ referre memorantur.
Scriptum est enim in libro Thobie. Ego obtuli me- Thob.
moriam orationis vestre ante dominum. Sed figurali
ter dicitur Annũciabitur domino: scienti quippe ⁊ oia
preuidẽti. Scriptum est enim Scit enim pater vester: Matth.
ait dominus: quid vobis necessarium sit priusq̃ peta-
tis ab eo. Annunciẽt ergo angeli domino / pro ministe-
rio: non pro instructione. Generationem venturam di-
cit: que ex aqua ⁊ spiritu sancto erat dño largiente p-
creanda. Et vt ostenderet eam iustã: dicit dño esse ven
turã. Generatio enim malorũ: sibi videtur venire nõ do
mino. [Annũciabunt celi iusticiã eius: populo qui na-
scetur quem fecit dominus]. Id est euangeliste predi-
cabunt filium dei. Ipse enim est iusticia patris. Illi er
go populo predicãda est iusticia: q̃ crediturus est deo:
qui peccatorũ morte derelicta venit ad vitã / qui sic be-
neficio dei ex fide nascitur: vt in eternum viuere merea
tur. Quapropter nimis apte dictum est: christianũ po-
pulum dñm fecisse. Creauit enim quando illum de vẽ-
tre matris eduxit. Sed tunc eum a peccatis liberũ fe-
cit qñ christianũ per aquã regenerationis instituit. Ani
mo vero condendũ est: qd̃ iste ⁊ alij psalmi qui de pas-
sione dñi loquuntur: in spe christianorum maxime ter-
minantur: vt hac dispositione mirabili cognoscamus
salutem credentibus tali mysterio contributam.

Conclusio.

¶ Iste psalmus est / quem nobis paschali mu
nere solenniter decãtat eccle
sia: vt salutariter instruamur in humanis rebus etiam
beatos temporaliter ex aliqua parte a dño derelinquit
cum tñ eos ad bona eterna tuitionis sue virtute perdu-
cat. Hunc feliciter flentes audiamus: per quẽ sic possu
mus refici: si defixo animo in eodem mereamur affligi.
O dura corda iudeorũ: o insensate mentes nunq̃ oino
credentiũ: nõne hic solus psalmus ad passionẽ creden
dã sufficere debuisset / quã sic euidẽter de se veritas pre
dicauit? Et ne aliqua corde durissimis excusatio relin-
queretur: sequũtur inter aliquos de hac re psalmi: eui-
denti et manifestissima prophetatione conscripti: id est
34. 54. 68. et centesimusoctauus: vt nulli esse deberet
ambiguum qd̃ tantis preconibus cognoscit̃ fuisse vul-
gatũ. Cõtinet aũt p̃sentis psalmi numerus ⁊ alia rerũ
sacrã celestiũ. Nã cum pp̄ha daniel trib⁹ hebdomadi-
bus orationẽ suã dño iugiter immolasset: vt que essent
israelitico populo futura cognosceret / ãgeli voce rñsũ
est: ad primas p̃ces se fuisse trãmissum: sz diabolica re-
luctatiõe tardatũ: vicesimop̄mo die ad eũ potuisse de-
scẽdere: vt votis ei⁹ satisfacere potuisset. Quapropter
et hic psalm⁹ nõ imerito tali calculo noscit̃ collocat⁹: q̃
diaboli puersitate destructa / medicinalis passionis do
na reserauit. Cuius bñficio humanũ genus ab eterna
morte liberatum: ad perpetue salutis dona peruenit.

¶ Explicit expositio in psalmum. 21.

¶ Psalmus Dauid. xxij.

Dominus regit me et nichil michi
deerit: in loco pascue ibi me collo
cauit. Super aquam refectionis
educauit me: animam meam cõ-

uertit. Deduxit me super semitas iusticie:
propter nomen suum. Nam et si ambulaue-
ro in medio vmbre mortis: non timebo ma-
la quoniam tu mecum es. Uirga tua et ba-
culus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti
in conspectu meo mēsam: aduersus eos qui
tribulāt me. Impinguasti i oleo caput meū:
et calix meus inebrians ꝙ preclarus est. Et
misericordia tua subsequetur me: omnibus
diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo
domini: in longitudine dierum.

A Pte pretermittitur: vbi noui nichil est qđ re
quiratur. Hoc tm̄ cōmemorandū est: vt no-
mina tituli huius ad spiritualem (sicut pre-
fati sumus) intelligentiā perducere debea-
mus. Loquit enim per totum psalmū primi
hoīs vetustate deposita: regeneratus ex aqua et spiri-
tu sancto fidelissimus christianus grās agens: qm̄ de
ariditate peccati ad loca pascue: ⁊ ad aquā refectionis
domino sit largiēte perductus. Et notandum qꝛ vt an-
tea decalogū legis accepit: ita hic decem beneficijs se
gaudet esse ditatū. Qđ non singulis versibus dr: sed ꝑ
comata succincte narratur. Diuisio.

P Aruus quidē psalmus est: sed multis no-
scitur partibus cōtineri. Qui diuisionē in
personis non habet: sed in rebus. Ideoqꝫ
nos nō diuisiones vt in alijs psalmis: sed
ceteras numeri per singulas quasqꝫ ꝑtes
forsitan competenter affiximus. Expositio.

D Ominus regit me: et nichil michi deerit].
Uir ille sanctissimus qui per gratiā baptis-
matis innouatus: pauperem se dn̄i abiecta
seculi pompa noscebat / in conscientie cubili
letus exultat / et a dn̄o se ꝓtegi: iocunditate
dulcissima profitetur. Dicit enim regi se a dn̄o vbi est
defensio fortis ⁊ magna securitas: vbi nemo metuit ini
micum: vbi iam nullus sua imbecillitate turbat. Ad-
dendo autē Nichil michi deerit: diuitias suas pauper
ille noscebat: cum sibi a dn̄o substantiā spiritualem cre
deret nichilominus cōferendā. Sed audiam⁹ in subse
quētibus: qm̄ sit diues ista paupertas que tātis bonis
replet: quāta cōtineri regū thesauraria non merentur.
SCHE. Que figura dicit Synatrismos: latine ꝯgregatio: quo
tiens multa in vnum colliguntur: et velut pondere fa-
cto / audientiū animis offeruntur. Hoc schema siue in
laudibus: siue in vituperationibus inter oratores vio-
lentissimum haberi solet. [In loco pascue: ibi me collo
cauit]. Primam partem munerum fidelis iste quē dixi
mus gratāter exponit: qđ tn̄ ad vniuersalem christi ec-
clesiam merito cognoscimus pertinere. Asserit se er-
go in locis pascue cōstitutū / non vt caro corpusqꝫ sagi
netur: sed vt aīa celesti pabulo refecta / spūalis leticie
nitore pinguescat. Illa enim dei sunt pascua / que non
ventris digestionib⁹ dilabuntur: vbi iterꝝ iportuna non
succedit esuries: sed aīa cum semel cepit esse saturata:
in idipm̄ celesti munere ꝑseuerat. Locus autē iste qui
dicit pabuloꝝ: diuina lectio est. Nā sicut pecudū corpo
ribus pinguedinē ꝑstat ager depastus: ita ⁊ sermo diui
nus animā nouit fideliter saginare meditatus. De his
Ps. 118. pascuis saturatus eructauit ille qui dixit deo. Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel et fauum
ori meo: ⁊ his similia. [Sup aquā refectiōis educauit
me]. Scdꝫ munus sue ꝑfectionis ostēdit: dona diuina
cōparans amenitatibus huius seculi: quibus multum
humana gaudere solet infirmitas. Sed cōsideremus
per istas cōparationes: qđ magis velit intelligi. Aqua
refectionis / est baptismi lauacrū: quo aīa sterilis aridi-
tate peccati ad bonos fructus inferendos diuinis mu-
neribus irrigat. Et bene addidit Educauit: id est pau-
latim nutriuit / quasi paruulos ⁊ renatos: sicut Petrus
apl's dicit. Tanqꝫ modo geniti infantes rationabiles 1. Pe. 2.
et sine dolo lac cōcupiscite vt in eo crescatis in salutē.
[Animā meā cōuertit]. Ad gratiā tertiā venit: vbi ani
mā suam diuino bn̄ficio asserit esse cōuersam. Sed cō-
uersam dicit: qꝛ post baptismū de peccatrice facta est
iusta: de feculēta mūdissima: de ꝯtracta sine ruga: sicut
apl's dicit. Ut exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiam: Ephe. 5.
nō habentē maculā / aut rugam / aut aliqđ huiusmodi.
Merito ergo aīam suā gloriat ad christū esse ꝯuersam:
que dudū sub diabolo ꝓbabat esse captiua. Sed tunc
est salubris ista cōfessio: si non iterū incētiuis vicijs in
peccata relabamur. Uerū istā ꝯfessionē vide qđ sequi-
tur. [Deduxit me super semitas iusticie: propter nomē
suū]. Quartū beneficiū memorat: qđ est sollicitius in-
dagandū. Nam cum iusticie semitas ambulare suꝑbie
sit: cur sanctus vir illuc se gaudet esse perductū: qđ do-
minicis regulis videbat esse ꝯtrariū? Sed hic suꝑ / ta-
liter accipiendū est: quēadmodū si dicat positus est su
per populū corrigendū: quos debeat iusticie semitas
edocere: sicut ⁊ alius ꝓpheta dicit. Suꝑ excelsa statuit
me: vt vincā in claritate ipsius. Qđ autē ait: ꝓpter no-
men suū / famulus christi gaudebat se ad illam scientiā
ꝑuenisse: vt posset dn̄i iussa vulgare. Semite eī iusti-
cie / sunt duo precepta salutaria: in quibus lex et ꝓphe
talis sermo cōcludit. Diliges dn̄m deum tuum ex toto Deuto. 6.
corde tuo: et ex tota anima tua: et proximū tuum sicut
teipsum. Merito ergo suꝑ semitas iusticie deductū se
esse gaudebat: qui animi ꝯtemplatione ꝑfecerat. Ad-
didit Propter nomē suū: vt nemo diceret meritis suis
collatum: qđ diuina grā ꝓbabat esse cōcessum. [Nam
et si ambulauero in medio vmbre mortis / non timebo
mala: qm̄ tu mecum es]. Quinta succedit grā: quā re-
uera constat vnicuiqꝫ firmissimo catholico cōtributā.
Dicit eī: Et si inter hereticos ⁊ scismaticos ambulem
qui recte vmbre mortis esse dicunt: qm̄ exitij figuram
portāt cū ad iferna ꝑducuntur: nō timebo eoꝝ prauas
suasiones: qꝛ tu ꝑsentie tue me tuitione defendis: sicut
scriptū est in ꝓpheta. Nō te deserā / non te derelinquā. Josue. 1.
In isto quippe mūdo: ecclīa iter iniquos ambulat do-
nec iudicij dies bonorum malorūqꝫ sequestrator adue-
nerit: sicut ꝓpheta dicit. Spūs inquit vultus nr̄i chri- Hebre. 13.
stus dn̄s sub cuius velamēto viuimus inter gētes. Si-
ue vmbra mortis / absolute diabolus est: qui obscure no-
bis laqueos ponit: vt ꝑ nebulas ipsius decepti: in eter-
ne mortis precipitia corruamus. Sed hec nō timētur
a vero fideli: ⁊ si in ipoꝝ medio diuina misericordia fre
tus ambulare presumpserit. Cur enim vir iustus illos
timeat qui sanctos timēt: ⁊ inuicta illis voluntate de-
seruiunt? [Uirga tua ⁊ baculus tuus: ipsa me consola-
ta sunt]. Jam sexta largitate letat. Uirga enim perti-
net ad iusticiam et fortitudinem domini saluatoris: si-
cut in psalmo dicit. Uirga equitatis vga regni tui. Ba Ps. 44.
culus ad adiutoriū humanum respicit / quo ⁊ pes ipse
caute defigitur: et totum corpus nisu desuper incūben
tium sustinetur. Hoc vsi sunt patriarche. Dicit enim
iacob: In baculo meo transiui iordanem istum. Item Gen. 32.
in Exodo ait dominus filijs israel. Renes vestros ac- Exod. 12.

cingetis:tenẽtes baculos in manibus:et comedetis festinantes. Qđ multis locis reperies in auctoritate diuina. Istis ergo duabus rebus fidelis se asserit consolatum. Una est districtio que cõterit viciosos:altera gubernatio/que sustinet fidelissimos christianos. Ipsa vero dum ponit numero plurali:virgã ⁊ baculum significat que superius dixit. Sed videamus queãdmodum vtraq₃ nos cõsolari poterũt:cum res oĩno diuerse sint. Baculũ quippe non est dubiũ ꝯsolari:qui ad opem ferendam humane imbecillitati semꝑ assumit̃. De virga quid dicemus que percutit/affligit/et vicia nostra iudiciaria seueritate castigat? Consolatur plane et ipsa fideles:quãdo eos ad viam dñi adhibita emendatione perducit. Nã recte cõsolari dicimus omne qđ adiuuat:

Hebre.12. etsi ad tempus nos pro sua districtione cõtristat. Unde dicit apl's ad hebreos. Om̃ omnis disciplina ad p̃sens non gaudij videt̃ esse: sed tristicie. in posterũ autẽ multum fructũ affert. [Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me]. Septime gratulationis numerus adhibet̃:cum dicit Parasti in conspectu/id est predestinasti altare sanctũ:qđ cũcta videt eccle-

Ety. sia:qđ circũdat populus christianus. Mẽsa em̃ a mẽse dicta est:q₂ eodẽ die cõuiuia ritu gentiũ exercebantur. Ecclesie ꝑo mensa est beata cõicatio/epulatio felix/saturitas fidei/esca celestis. Uerũ istã mensam aduersus eos paratã esse manifestũ est:qui in aliqua peruersitate demersi/ecclesiã dei suo grauiter errore cõtristant.

1.Corin.11. De q̃bus apl's dicit. Qui mãducat indigne: iudiciũ sibi mãducat ⁊ bibit/non diiudicãs corpus dñi:datũ scilicet ad remissionẽ peccatoꝝ:et vitã ꝑpetuã possidendã. Memẽto aũt q₂ mẽsa ⁊ in bono ⁊ in malo ponitur:

1.Corin.10. sicut dicit apl's. Nõ potestis cõicare mẽse dñi:⁊ mense demonioꝝ. [Impinguasti in oleo caput meũ]. Octaua ponit̃ munificẽtia. Caput fidelium christus est dñs qui recte dicit̃ impinguatus in oleo:qm̃ nulla siccitate peccatoris exaruit. Caput ergo suũ in oleo asserit impinguatũ:videl₃ vñ cetera mẽbra letarent̃. Sed q̃d est hoc q₂ species ipsa benedictionis sancte frequẽter adhibet̃:vnxit ꝓphetas/cõsecrauit reges? Non imerito: q₂ arbor ipsa pacis etiã prestabat indiciũ: qđ eius specialiter munus nõscit̃ esse diuinũ/liquor arboreus/pinguedo letificãs/magnarũ gr̃a dignitatũ:cuius folia in viriditatis sue pulchritudine perseuerant. Hec etiam Noe per columbã nunciauit terris redditã sospitatẽ/vt merito tante benedictionis capax esse videatur:que fructus sui magno decore simul et vtilitate perfruitur.

Ps.44. De ipso enim et alius psalmus dicit. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultatiõis pre cõsortib⁹ tuis.

Calix me⁹ [Et † poculũ tuũ inebrians: q̃₃ † preclarũ est]. Nonũ

Al. p̃clar⁹. munus est sanguinis dñi: qđ sic inebriat vt mentem sanet a delictis ꝓhibens/non ad peccata ꝑducens. Hec vinolẽtia sobrios reddit:hec plenitudo malis euacuat. Et qui illo poculo non fuerit repletus: eterna redditur egestate ieiunus. Inuenitur etiam et in malo positum: vt Isaias ait. Et accepi de manu tua calicẽ ruine:poculum ire et indignationis mee. Addidit q̃₃ preclarũ est: vtiq₃ cũ talia conferat:vt ad celoꝝ regna perducat. De

Joan.4. quo poculo in euangelio d₂. Qui biberit ex aqua quã ego do/non sitiet vnq₃:sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternã. [Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee]. Decima pars promisse diuisionis impleta est:vbi ad cumulum se leticie desiderij magnitudo satiauit. Nam cum misericordia domini semper precedat:hic dicit Subsequetur me. Subsequitur vtiq₃ ad iusticiam:sed precedit ad gratiam conferendam. Nam si solum sequeret̃: nemo donata perciperet. Si tm̃ precederet/nullus poterat collata seruare. Grauiores sunt enim insidie quas a tergo diabolus parat:et nisi domini misericordia subsequat̃: facillime fragilitas humana decipitur. Tunc enim quãdo se aliquis vicium transisse credit:incauta magis ignoratione decipitur. Unde nimis necessarium est:vt semꝑ nos et gratia dñi precedat: et misericordia subsequat̃. [Et vt inhabitem in domo dñi:in longitudine dierum]. Finis iste pendet de superioribus dictis. Ideo enim illa professus est sibi esse cõcessa: vt ad habitandum in domo eius glorie perueniret. Ipsa est enim bonorũ omnium completiua perfectio: sicut in alio psalmo dicit.

Beati qui habitant in domo tua:in secula seculorũ laudabunt te. Domus quippe domini/futuram significat Ps. Hierusalẽ:que in longitudine dierum sine ambiguitate consistit. Ipsa est enim beatitudo ꝑpetua:⁊ sine fine leticia. Memento autem qđ in priore versu psalmi huius:idem (dñs regit me ⁊ nichil michi deerit) breuiter dixit:qđ in subsequentibus latius enumerauit. Que figura dicit̃ Epitrochasmos/id est dicti rotatio: cũ suc- Sch.
cincte ea que sunt effusius dicenda ꝑstringit. In hoc autẽ versu finali/id est Ut inhabitẽ in domo dñi:in longitudine dierum. Epiphonem/id est acclamatio nobi- Sch.
lissima nimis figura posita est:q̃ post narratas res breuiter cum acclamatione prorumpit: post omnia desinẽs in exaggeratissimã summitatẽ. Sic psalmi istius principia/media ⁊ finis:decora diuersorum schematũ luce radiantur.

Conclusio.

Mente reponamus q̃d celest₃ illa fistula decem virtutib⁹ compacta cecinerit:q̃₃ dulce melos anime salutari delectatione cantauerit:vt in hac festiuitate mysterij:non voluptas aurium: sed salubritas acq̃sita cognoscat̃ aĩarum. Numerus quoq₃ psalmi huius significat ꝑfectionem sapiẽtie. Siquidẽ,22.libros esse cognoscimus veteris testamẽti:ſm litteras hebreoꝝ quas ad plenitudinẽ diuine sciẽtie cõprehendendã cõstat humano generi tributas. Quapropter diuersis modis psalmo isti superna noscuntur conuenire mysteria.

Explicit expositio in psalmum.22.

Psalmus Dauid prima sabbati. xxiij.

Domini est terra ⁊ plenitudo eius:orbis terraꝝ et vniuersi qui habitãt in eo. Quia ipse suꝑ maria fundauit eũ: ⁊ suꝑ flumia preparauit eũ: Quis ascẽdet in montẽ dñi: aut q̃s stabit in loco sancto ei⁹? Innocẽs manib⁹ et mundo corde:qui nõ accepit in vano animã suã/nec iurauit in dolo ꝓximo suo. Hic accipiet bñdictionẽ a dño:et misericordiã a deo salutari suo. Hec est generatio querẽtiũ eũ: querẽtium faciẽ dei iacob. Attollite portas ꝑncipes vestras:⁊ eleuamini porte eternales:⁊ ĩtroibit rex glie. Quis est iste rex glorie? dñs fortis ⁊ potẽs:dñs potẽs in ꝓlio. Attollite portas ꝑncipes vestras ⁊ eleuamini porte eternales:⁊ ĩtroibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? dñs v̾tutũ ipse est rex glie.

VElum presentis tituli/iuuãte dño alacriter
subleuem⁹: vt nobis penetralia psalmi cla-
rius innotescãt. Prima sabbati significat
diem dominicũ que prima est post sabba-
tũ: quo die dñs resurrexit a mortuis. Qui
propter excellentiã tanti miraculi ꝓprie dñi nuncupa-
tur: siue qꝛ in eo mundũ cõdidit. Eo siqdem die isti secu
lo resurgẽdo dñs subuenisse cognoscit: qñ eum ꝛ fecis-
se declarat. Sed qꝛ totus psalmus post resurrectionẽ
canitur: ideo ei titulus iste premissus est: vt corda fide-
lium cõgruo moneret indicio. Diuisio.

POst resurrectionẽ dñi ꝓpheta letior effe
ctus/humanum genus alloquit: qđ varia
supstitione laborabat: Prima parte defi-
niens dñi vniuersum orbẽ esse terrarũ: vt
sicut se nullus ab ei⁹ imperio ꝓbaret ex-
ceptũ: ita nec a fide crederet alienũ. Se-
cundo loco determinans quibus virtutib⁹ p̃diti sint in
eius ecclesia constituti. Tertio dementissimos supsti-
tiosos alloquit: vt vero dño famulãtes a noxia sibi ꝑ-
uersitate discedant. Expositio.

DOmini est terra et plenitudo eius: orbis
terrarũ ꝛ vniuersi q̃ habitãt in ea]. Quã-
uis terrã ꝛ in bono ꝛ in malo poni sepe no
uerimus: hic tñ ecclesiã debem⁹ aduerte
re/q̃ dño specialiter pura mente famulat.
Nã lꝫ oĩa ab ipso sint cognita: tñ illud ipius esse ꝓprie
dicimus: qđ eũ venerant auctorẽ. Et ecclia nõ imerito
fructifera bonoꝝ terra suscipit: qꝛ nutriuit ꝛ cõtinet po
pulũ christi. Seqtur Et plenitudo eius: id est multitu-
do sancta/qua replet ecclia. Sꝫ ne terrã quã superius
dixi coangustatã putares aliquã fortasse regionẽ: nũc
dicit orbis terraꝝ: hoc est vniuersalẽ ecclesiam: que to
tius mũdi ambitu cõtinet. Intẽde vero qđ dicit: q̃ ha-
bitãt in ea/id est nõ qui cõueniũt ꝛ recedunt: sed qui fi-
ETy. xa mẽtis stabilitate perdurãt. Habitare enim manere
dicim⁹ qđ errantiũ nõ est: qđ mutabilitati nõ cõuenit.
Sed ille solus ecclíam habitat qui vsqꝫ ad obitũ suum
in fide rectissima ꝑseuerat: sicut et alius psalm⁹ dicit.
Ps̃.22. Et inhabitẽ in domo dñi: oĩbus dieb⁹ vite mee. [† Ipe
Al.quia. sup maria fundauit eã: ꝛ sup flumina preparauit eam]
Quid est sup maria fundare: nisi supra vicioꝝ hui⁹ se-
culi tremulos fluct⁹ ecclesiã firmissima credulitate so-
lidare: vt anchora fidei fundata/ꝓcellas cuiuslibet pe-
Hebre.6. riculi non pauescat? Unde ꝛ aplš dicit. Quã sicut an-
chorã habemus aĩe tutã atqꝫ firã. Simili modo: ꝛ sup
flumĩa dicit esse preparatã: qm̃ ad volũtates turbulen
tas ꝑsecutoꝝ aptatã cõstat ecclesiã: vt ei praue volun-
tates nocere nõ valeãt: quis ꝯtra eã insana mentium
p̃cipitatione consurgãt. [Quis ascendet in montẽ dñi:
aut qs stabit in loco sancto eius?] Postq̃ꝫ docuit breui
ter vniuersa dñi esse que cõdidit: nũc ꝑ iterrogationẽ
secundã ingredit partẽ: respondẽs quales esse debeãt:
SCHE. qui se ipsius desiderãt nũcupari. Que figura dꝛ Exe-
tasmos/id est exq̃sitio: cũ res cõplures diuisas: cũ in-
terrogatione exquirẽtes/singulis que cõueniunt appli
camus. Premittit ergo iterrogatiões: vt apta respon-
sio subsequat. Quis ascẽdet? Quia dicturus erat mon
tẽ/id est iusticiã: ceteras qꝫ ꝟtutes ad quas magno nisu
tẽdimus: qm̃ peccatis obuiantibus impedimur. Sed
postq̃ꝫ dixit: quis ascendet/nunc dicit stabit: quia mul-
to vtilius est in sancto loco stare: q̃ꝫ ad eius fastigium
peruenire. [Innocẽs manibus ꝛ mũdo corde: qui non
accepit in vano animã suã]. Ista est expectata respon
sio. Innocẽs manibus ꝛ mundo corde. i. cuius oꝑatio

neminem ledit: sed quantũ potest adiuuare contendit.
Et ne putares posse sufficere Innocẽs manibus: addi
dit Et mundo corde: qꝛ frequẽter disponimus ledere:
sed iuuamus nolentes: ꝛ iterũ bona volumus: sed ab eo
rum operatione cessamus. Ideoqꝫ nõ dicit illic ascẽde
re: nisi in quo vtraqꝫ potuerit inueniri. In vano xõ ac-
cipit animã suã: qui putat desiderãda que sunt/vel trã
sitoria/vel caduca. Ille autẽ in vano nõ accipit/qui se
nouit ad diuinitatis intelligentiã fuisse ꝓcreatũ/ad le-
gem dñi custodiendã/ad cogitationes vite eterne: ꝛ q̃c
quid põt supernã grãm promereri. [Nec iurauit in do-
lo ꝓximo suo]. Dicẽdo in dolo: videt sacramẽta permi
sisse simplicia. Scriptum est enim Iurauit dñs et non Ps̃.109.
penitebit eum. Legimus etiã patriarchas iurasse san-
ctissimos. Et quare dicit in euãgelio. Nõ iurabis: neqꝫ Matth.5.
per celũ: neqꝫ per terram ꝛc̃. Ueraciter iurare in veteri
testamento prohibitũ quidẽ non est. Sed qꝛ humano
generi: de infirmitate mẽtis frequenter nascitur causa
periurij. In nouo testamẽto vtilius dicit esse omnimo-
dis non iurandũ: sicut ꝛ alia similia que non contraria:
sed cognoscimus cautiora. In euangelio quippe ipse
dñs ait. Dictum est antiquis. Oculum pro oculo. Ego Ibidem.
autẽ dico vobis: non resistere malo. Per dolũ itaqꝫ iu-
rat quisquis aliter facturus est q̃ꝫ ꝓmittit: credens per-
iurium non esse decepisse nequiter credentis errorem.
[Hic accipiet benedictionem a dño: et misericordiã a
deo salutari suo]. Premisit pias obseruationes: nũc di
cit ꝛ premia. Accipiet benedictionẽ: nõ a quolibet alio
sed ab ipso dño. Ipse benedicit qui iudicaturus est: ip-
se absoluit qui incõmutabiliter dãnare potuisset. Meri
tũ ergo beneficij per magnitudinẽ voluit concedentis
agnosci. Qđ argumentum inter oratores dicitur a ꝑ- TOP
sona. Sequitur Misericordia: vt illa benedictio non ꝑ
merita: sed per indulgẽtiam domini venisse videatur.
Nullus quippe hominũ est: qui sibi misereri nõ egeat.
Donantur delicta vt veniat corona: sicut dari non põt
libertas/nisi prius seruitus fuerit absoluta. Salutaris
ergo noster est dominus christus: a quo ꝛ beatitudo tri
buitur ꝛ peccata laxantur. Nec moueat qđ superius di
xit: hic accipiet benedictionem a dño: et postea subiun
xit Et misericordiam a deo salutari suo: dum in ordine
rerum primo parcat peccatis nostris: ꝛ postea benedi-
ctionis ipsius munera subsequãtur. Hoc enim freque
ter inuenis esse variatum: vt primo misericordia ponat:
vt est illud. Deus misereatur nobis: et benedicat nos. Ps̃.66.
Iterumqꝫ conuertit: Illuminet vultũ suum sup nos: ꝛ Ibidem.
misereatur nobis. Que figura dicitur Anastrophe/id SCHE.
est peruersio: quãdo promimus ordine conuerso sentẽ-
tiam. [Hec est generatio querentium dominũ: queren
tium faciẽ dei iacob]. Que singulariter superius dixe-
rat: Quis ascẽdet in montẽ dñi: ne putares hoc ad chri
stum dñm solũmodo esse referendũ: nunc ꝛ generatiõi
christiane hoc cognoscitur applicare. Nã cum dicit:
hec est: significat/talis est illa generatio que dominum
requirit/id est que sacri baptismatis fonte renascitur:
et fidem suã pia operatione cõmendat. Sequit Que-
rentium faciem dei iacob. Quid est hoc quod ꝛ ipsum
verbum repetit: et aliud subiunxit in fine? Prius dixe-
rat generaliter querẽtium dominũ: qui se non ambiunt
preponi: sed suo ordine suoqꝫ fine contenti sunt: vt vel
minimam partem in christi regno mereantur accipe-
re. Sed quia sunt et alij nimio fidei calore feruentes: q̃
operum bonitate nonnullis preponi se volunt: addidit
Dei iacob: vt hoc in illis faciat: qđ in iacob fecisse de-
claratur: qui posterius natus/primatum fratris senio-

Al'.attolli- te. ris accipit. [† Tollite portas † principis vestri]. Ve-
nit ad tertiam partem: vbi propheta christiana religio
Al'.princi- pes vestras ne declarata: cum magna exultatione imperat diuer-
sis errantibus: quatenus prioribus claustris cõgrua fi
de patefactis: ip̃m regem dominũ in suis pectorib⁹ ad-
mittere mereantur. Auferre enim precipit portas mor
ETy. tis: que a principe diabolo posite comprobantur. Que
ideo porte sunt appellate: quia per ipsas transeunt ho
mines sua fctã portãtes: ꝛ res victuales studiosissime
deferentes. [Et eleuamini porte eternales: ꝛ introibit
rex glie]. Cõtra portas mortis decẽter eleuatas/ por-
tas dicit eternales: vt istas caducas ostẽderet/ illas si-
ne fine mãsuras. Nã adam diabolo faciẽte legẽ trans-
grediẽdo ꝑdidit: qđ christus legẽ complendo repara-
uit. Eleuate sunt em̃ porte eternales/ id est baptisma-
tis grã/ chrismatis honor/ predicatiõis salus: ceteraq̃
que christo dño veniente concessa sunt. Merito autem
appellate sunt porte eternales: per quas rex glorie di-
gnatus est itroire. [Quis est iste rex glorie? dñs fortis
et potens: dñs potẽs in ꝑlio]. Interrogat ꝓpheta ad
conuincendã perfidiam iudeoꝝ. Quis est iste rex glo-
DEF. rie? Respondet per tertiã speciem diffinitiõis: que gre-
ce dicitur peotes: latine qualitatiua: dñs fortis ꝛ potẽs
dominus potens in prelio. Q̃ si discutias: soli christo
probabit conuenire. Gloriosi enim possunt ꝛ terrarum
principes dici: rex glorie nemo põt nisi solus altissim⁹
inueniri. Huic igitur interrogationi (sicut iam dictum
est) subiuncta responsio est: vbi bene singulis verbis ar
guitur iudaici populi nefanda presumptio. Fortis em̃
cõtra illud dicit: q eum cum gladijs ꝛ fustibus tenen-
dum esse putauerũt. Potens/ quem illi quasi impoten-
tẽ pontio pilato tradiderunt. Additũ est quoq̃ potẽs
in prelio: ne illi in cõcertatione sua aliquid preualuisse
crederẽtur. Deniq̃ cum ad eum tenendũ venissent/ au
Joan.18. dierunt. Ego sum: et omnes (testante Joãne euangeli-
sta) retrorsum protinus corruerũt. Sic dñs saluator ꝑ
virtutes suas nobis euidenter edictus est: acsi proprio
Al'.attolli- te. vocabulo panderetur. [† Tollite portas † principis
vestri: et eleuamini porte eternales: ꝛ introibit rex glo
Al'. princi- pes vestras rie. Quis est iste rex glorie? dominus virtutum ipse est
rex glorie]. Hic etiam schema pulcherrimum factum
SCHE. est: qđ apud grecos dicitur Anadiplosis: apud latinos
cõgeminatio dictionis: que fit/ aut in versu/ aut in repe
titione verborum. Et qm̃ eadem reuoluta sunt: exposi-
tio superior ꝛ hic abunde sufficiat. Nam vt iudeos con
funderet/ magnificentiã dñi superius singillatim vt cõ
petebat exposuit: nunc autem breuiter culmen totius
laudis et veritatis adiecit: iam non solum fortẽ non po
tentẽ/ non in prelio magnũ: sed dñm ipsarum dicit esse
virtutum. Rex autem est glorie: qui facit se glorifican-
tes vtiq̃ gloriosos: sicut per Isaiã dicit. Glorificãtes
me ego glorificabo. Qui vnicuiq̃ potestatẽ/ virtutem
DEF. ceteraq̃ dona tribuit vt vult. Gloria enim dr celebre
preconium: ꝛ frequentata laudatio. Sunt quidẽ donã
te domino: ꝛ angeli gloriosi/ potestates/ throni/ domi-
nationes/ ꝛ alie potentissime creature: Sed nullus est
rex glorie: nisi qui ipsas cõdidit/ ꝛ cõtinet summitates.
Stupenda laus: miranda cõclusio. Nec potuit ab alio
quicq̃ dignũ dici: nisi ab ipso qui solus suam preualet
enarrare potentiã. Cognoscite magistri secularium lit
terarum hinc schemata: hinc diuersa generis argumẽ
ta: hinc diffinitiones: hinc disciplinarũ omniũ ꝓfluxisse
doctrinas: qñ in his litteris posita cognoscitis: que an
te scholas vestras longe prius dicta fuisse sentitis.

Conclusio.

Totus hic psalmus ad moralem ꝑtinet disci
plinã. Cõmonet enim vt sup̃stitio
nibus derelictis: vero ꝛ pio dño fideliter seruiat. Quid
enim iustius q̃ eum deserere qui nos in adã fecit esse
mortales? Quid beatius: q̃ illum sequi qui humanũ
genus inflictam mortẽ fecit euadere? Sed presta dñe:
vt qui portas misericordie tue lauacro sancte regenera
tionis intrauimus: nullis inde peccatis impellẽtibus
exeamus. Numerus autẽ huius psalmi ad .23. litteras
latinorum fortasse ꝑtineat/ que eloquentie proprie di-
cta concludunt: vt apud hebreos vigintidue: apud la-
tinos vnde nunc sermo est .23. apud grecos .24. habeã
tur: tamen in vnaquaq̃ lingua comprehendenda com
petens adhibetur quantitas, litterarum: sic et in isto
psalmi calculo redolet beata perfectio.

Explicit expositio in psalmum .23.

In finem psalmus David. xxiiij.

Ad te domine leuaui animã
meam: deus meus in te cõfi-
do nõ erubescam. Neq̃ irri-
deãt me inimici mei: etenim
vniuersi qui sustinent te non
confundẽtur. Cõfundantur
oẽs iniqua agẽtes: superuacue. Vias tuas
dñe demonstra michi: ꝛ semitas tuas edoce
me. Dirige me in veritate tua ꝛ doce me: q
tu es saluator me⁹: ꝛ te sustinui tota die. Re
miniscere miserationum tuarum domine: et
misericordiarum tuarum que a seculo sunt.
Delicta iuuẽtutis mee et ignorãtias meas:
ne memineris. Scdm̃ misericordiam tuam
memẽto mei tu: propter bonitatẽ tuam do-
mine. Dulcis et rectus dominus: ꝓpter hoc
legem dabit delinquentibus in via. Diriget
mansuetos in iudicio: docebit mites vias su
as. Uniuerse vie domini misericordia ꝛ ve-
ritas: requirentibus testamentum eius ꝛ te
stimonia eius. Propter nomen tuum domi
ne propiciaberis peccato meo: multum est
enim. Quis est homo qui timet dominum:
legẽ statuit ei in via quã elegit. Anima eius
in bonis demorabitur: et semen eius heredi
tabit terram. Firmamentum est dominus ti
mentibus eum: et testamentũ ipsius vt ma-
nifestetur illis. Oculi mei semper ad domi-
num: quoniam ipse euellet de laqueo pedes
meos. Respice in me ꝛ miserere mei: q vni-
cus et pauper sum ego. Tribulationes cor-
dis mei multiplicate sunt: de necessitatibus
meis erue me. Uide humilitatẽ meam ꝛ la-
borem meum: et dimitte vniuersa delicta
mea. Respice inimicos meos quoniã multi
plicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Cu-
stodi animam meam et erue me: non erube-
scã quoniã speraui in te. Innocẽtes et recti

adheserunt michi: quia sustinui te. Libera deus israel: ex oibus tribulationibus suis.

Q Uoniã tituli verba iam nota sunt: ⁊ psalm⁹
iste hebreoꝝ primus alphabeto deest: de
eius magis virtute dicendum est. Per to-
tum igitur librum: duo istorũ genera sunt
psalmoꝝ. Unum qđ integrũ alphabetum
continere monstratur: vt est centesimusdecimus: cẽtesi
musundecimus: et. 118. qui iustos (vt puto) indicant lau
des domini ipso largiente perfecta meritorum deuo-
tione cãtare: vt fuit nathanael: de quo dñs dicit in euã-
Joan. 1. gelio. Ecce vere israelita in quo dolus non est. Et hiere
Hiere. 1. mias pphetas: de quo idem dñs ait. De ventre matris
Job. 2. tue vocaui te: et in vulua sanctificaui te. Job quoqꝫ si-
militer: domini voce laudatus est. Ait enim Nunquid
considerasti seruũ meũ Job: ꝙ non sit ei similis in ter-
ra: vir iustus ⁊ simplex et rectus / timens deum / ac rece
dẽs a malo: Et ceteri q̇ tñ ipsi deo soli sunt noti. Sed
cum ad eos peruentũ fuerit / euidentius explanabitur.
Aliud genus est: qđ subtractis quibusdã litteris: osten
dit tales in ecclesia psallere: quibus nõ adeo omnium
bonoꝝ operũ arridet integritas: vt est presens psalm⁹
33. 36. et. 144. de quibus suo loco latius distinctiusqꝫ
dicet̃. Nunc autẽ nouerimus hunc: sextam ⁊ nonãdeci
mã litteras non habere: reliquas vero in textu psalte-
rij minio pingendas esse iudicaui: ne qua legẽtib⁹ con
fusa nasceret̃ obscuritas. He autem alphabeti littere:
que verba significẽt: Hieronymi patris breuiter labo-
re collecte sunt: qđ tñ scripturis diuinis non cognoscit̃
insuetum. Nam et Hieremias captiuitatem hierusa-
lem quadruplici alphabeti lamentatione defleuit: do-
cens litterarũ sacramẽta etiã rerũ nobis celestium in-
dicare mysteria.

Diuisio.

SCHE. T Oto psalmo p figurã Ethopopeiã: mira-
bili supplicatione deprecat̃ ecclesia: ne añ
conspectum dñi cõtemptibilis appareat
inimicis. Primo mẽbro deposcit: vt insti-
tuta dñi viasqꝫ ei⁹ cognoscat. Que sectio
continet supra memorati alphabeti litteras quinqꝫ.
Secũdo membro beneficia eius postulat: que sanctis
patribus a seculo cõdonauit. Hoc etiã cõtinet sequen
tes litteras sex. Tertio loco dicit / custodientes precce-
pta dñi eterna premia ꝓmereri: ꝓestans se in eadẽ vo
luntate iugiter permanere: vbi reliquas haber litteras
nouẽ. Sic totus psalmus memoratarũ litterarũ cõscri
ptione depictus est.

Expositio.

Aleph. A D te dñe leuaui aĩam meã: de⁹ me⁹ in te
Beth. cõfido non erubescã. Neqꝫ irrideant me
ETY. inimici mei]. Leuare: dicim⁹ sursum eri-
gere. Ergo de terrera conuersatione vi-
cijsqꝫ carnalibus ad deũ dicit ecclãm le-
uasse aĩam suã: ad ꝯtẽplationẽ scilꝫ cele-
stium rerũ qua semp dñm plus animus intuet̃: q2 facile
DEF. humana despicit / qui diuina cõspexerit. Erubescere est
autẽ repẽtina animi ꝑturbatione ꝯfundi: subitoqꝫ aliud
respicere q̃ꝫ credebatur euenire. Petit ergo ne minor
efficiatur in conspectu eius: que de ipsius pietate cõfi-
sa est. Irridẽt ꝗ̃ inimici / qñ iustoꝝ cõfidentiã non vi-
dẽt esse cõpletã: ⁊ si aliter cedat q̃ꝫ secuturũ esse ꝓdice
bãt. Sperat ergo mater ecclesia: vt ꝓmissa sua prestet
Gimel. dñs quatenus aduersarij eius: vnde eam irridere pos-
Al. oẽs ini sint non habeant. Ridere enim plerũqꝫ benigni: irride-
qua agẽtes re autem semper aduersarij est. [Etenim vniuersi qui
supuacue. sustinẽt te: non cõfundent̃. Confundãtur † iniqui faciẽ
tes vana]. Expectare / est sub malorum patiẽtia deum DEF.
viriliter sustinere: vt ille veniens in iudicio suo reddat /
qđ deuoti animus expetebat. Sic ⁊ alius psalm⁹ dicit Ps. 26.
Expecta dñm viriliter age: ⁊ confortetur cor tuum ⁊ su
stine dñm. Et respice: q2 per figuram Anadiplosin que SCHE.
latine dicit̃ congeminatio dictionis: sermonẽ geminat
ad decorẽ. In superiore quidẽ psalmo: in versibus fa-
ctũ est. hic autẽ in solis verbis est posita. Addidit Cõ-
fundãtur: ipsum verbũ qđ pro fidelib⁹ in fine positum
est: in parte iniquoꝝ fecit initiũ. Sed illic optat̃ ne ve-
niat: hic petitur vt emergat. Faciẽtes vana / id est que DEF.
a dño probãtur aliena. Uanũ enim dicimus: infructuo- Deleth.
sum atqꝫ vacuũ. [Uias tuas dñe † notas fac michi: et Al. demon
semitas tuas edoce me]. Inter vias ⁊ semitas: nõ par stra.
ua distãtia est. Uias enim dicimus: quas cõmeantium DEF.
generaliter licẽtia peruagat̃: que dicte sunt a vehẽdo. DEF.
Semite vero sunt que angusto calle dirigũtur: nec vul DEF.
go note sunt: sed occultis itineribus ambulant̃. Dicta
est enim semita quasi semi via. Quapropter vias dica ETY.
mus ad vite ordinem ꝑtinere: in quo ambulat ⁊ docto-
rũ cõuersatio: ⁊ simpliciũ multitudo. Semitas autẽ le
gis intelligentiã debem⁹ accipere: que ⁊ paucis note ⁊
difficultate sui probant̃ anguste. Sequit̃ enim Edoce
me. Qui sermo nõ ad callem: sed ad legẽ magis noscit̃
pertinere. [Dirige me in veritate tua et doce me: q2 tu He.
es deus † salutaris me⁹: ⁊ te sustinui tota die]. Singu- Al. saluator.
lis sermonibus: superiores sensus hic ꝟsus amplectit̃.
Dirige me: ad vitã ꝑtinet / doce ad sciam. Seqt̃ Quia
tu es deus salutaris meus: ⁊ te sustinui tota die: pfecte
breuiterqꝫ nos imbuit. Due siqdẽ res sunt: que bonos
efficiũt christianos. Prima: vt deũ nobis salutarẽ cre-
damus. Scđa: vt sub totius vite patiẽtia retributionẽ
ipsius expectare debeamus. Tota die: ac si diceret: oĩ
die scilꝫ nõ interpolato tpe: sed cõtinua vite significa-
tione ꝓlatũ. [Reminiscere miserationũ tuarum dñe: ⁊ Zai.
misericordiarũ tuarũ que a seculo sunt]. Uenit ad se-
cundũ mẽbrũ piissima humilitate sua petens: quaten⁹
ꝭm cõsuetudinẽ eius misericordiã dñi consequat̃. Hu
mano vsu ille dicit̃ reminisci: qui nunq̃ꝫ potest aliquid
obliuisci. Nã qui sibi desiderat subueniri: largitorẽ be-
neficij putat oblitum qñ aliqua fuerit dilatione tarda-
tus. Subiunxit Et misericordie tue que a seculo sunt.
In his verbis preclara nimis et regularis nobis elu- DOG
cere videt̃ sentẽtia: q2 nullus suis meritis ad ei⁹ gratiã
venit. Dicendo eñ Misericordie tue que a seculo sunt /
semp dñm misericordiarũ approbat largitorẽ: qui non
ante merita hominũ suscepit: sꝫ prius sua dona conce-
dit. Oẽs quidẽ hereses detestabili cogitatione reper-
te sunt. Pelagianũ ꝗ̃ malũ q̃ꝫ sit pniciosum hinc dat̃
itelligi: qđ tãta cognoscit̃ assiduitate redargui. A secu
lo dicit / cũ ceperit esse seculũ: qñ administrari cept⁹ est
mundus. Seculũ est eñ mundi ordo decurrẽs: qui ad DEF.
futura tendens ꝓterita deserit. Hec aliq̇ in hebdoma-
dis similitudinẽ: septẽnis annis determinãda esse pu-
tauerũt. Alij eñ secula dicta eẽ voluerũt: ꝙ in se iugi-
ter reuoluãt tpa. Et ne distinctiões ꝟboꝝ ꝓtermittere
videamur: miseratiões attinẽt ad opationes pias: mi-
sericordie vero ꝑtinẽt ad clementẽ naturã. Uñ rogat:
vt vtrarũqꝫ rerũ suaꝝ memor sit dñs. [Delicta iuuẽtu Heth.
tis et † ignorãtie mee: ne memineris. Scđm † magnã Al. ignorãtias meas.
misericordiã tuã: † memor esto mei deus]. Delictum
quidã volũt leui⁹ esse q̃ꝫ pctm̃: dictũqꝫ ab eo ꝙ viã lin- Al. non hꝫ.
quat eq̇tatis: nõ tñ in summa criminũ prauitate verset̃. Al. memẽto mei tu.
Delictũ est eñ auidi⁹ cibũ sumere: cachino incõpeten
ter resolui: ociosis verbis operã dare ⁊ cetera huiusce- ETY.

modi que grauissima non videtur esse peccata: sed tn̄
cōstat esse prohibita. Iuuentutē vero nō tm̄ floridam
etatē posuit: sed precipitationis audaciā: que in illa eta
te facillima est: dū calor animi modestiā cōuersationis
excedit. Nā multi iuuenes moꝝ grauitate maturi sūt:
econtra q̄dā senes leuitatis crimine maculant. Igno-
rantie autē dixit: qꝛ multa facimus que mala esse nesci
mus. damusꝙ plerūꝙ ignari consiliū: qđ ledat alterū.
Damus velut pro remedio egroto cibos: que vehemē
ter affligāt. Ipsam quoꝙ legē frequenter offendimus
ignorātes: quā nō licet ignorari dū eam voluerit diui-
nitas a generalitate cognosci sempꝙ retineri. Alij au
tē dicunt delicta ignorātie etiā ad paruulos ꝑtinere q̄
licet inualido sensu sopiti sint: tn̄ originali peccato pro-
bātur obnoxij. Petit ergo vt delicta iuuētutis ⁊ igno-
rātie ad vindictā reseruare nō velit: sed tanꝙ excedāt
illi: ita ad iudiciū non patiat adduci. Ideoꝙ precat ec-
clesia/ne delicta meminerit: sed potius memor sit eius
s̄m magnā misericordiā suā. [Propter bonitatē tuam
dn̄e]. Dicēdo ꝓpter bonitatē tuā dn̄e fecit intelligi: nō
propter meritū meū. Unde nulli fas est aliq̄n presume-
SCHE. re: nisi quē grauiter contingit errare. Que figura dicit
Emphasis/id est exaggeratio: sed hinc illa eiꝰ species
est: que significat id qđ nō dicit. Merito ergo illius bo
Luc. 18. nitas veraciter predicat: de quo scriptū est. Nemo bo-
Thet. nus nisi solus deꝰ. [Dulcis ⁊ rectus dn̄s: ꝓpter hoc le
Al. dabit. gem † statuet delinquentibus in via]. Dulcis est dn̄s:
qꝛ dum cunctos b̄n̄ficijs preueniat: conuersionē tn̄ de-
Matth. 5. linquētis expectat. Pluit em̄ suꝑ iustos ⁊ iniustos: vi-
tam tribuēs his qui merebant extingui. Merito ergo
dulcis dicit: a quo suauia dona prestant: sicut ⁊ aliꝰ ps̄.
Ps̄. 33. dicit. Gustate et videte: qm̄ suauis est dn̄s. Dulcis em̄
dictus est: ad similitudinē dulcium escarū: quibus ma-
xime delectat humanitas. Rectus est/q̄n post frequen
tes increpationes: ⁊ longissimas expectatiōes obsistit
malis/humiliat suꝑbos ⁊ impios: vt tandem aliq̄n sa-
piāt/⁊ se errasse peniteāt. Qđ autē legem statuit: vtiꝙ
dulcedinis ⁊ rectitudis fuit: q̄n noluit errare quos ma-
luit legis ꝓmulgatiōe corrigere. Sed ne q̄s hāc distri-
ctionē crederet ex asperitate venisse: cōsiliū late legis
exponit/id est bonitatis ⁊ dulcedinis. In via/id est in
presenti vita vbi lex ponit: in qua recte viuere cōmone
Ioth. mur. [Diriget † mites in iudicio docebit † mansuetos
Al. māsue- vias suas]. Id est animo placidos: ad promissam facit
tos. beatitudinē ꝑuenire. Directus quippe dicit: q̄ de cur-
Al. mites. uo rectus efficit. Dicēdo autē mites: excludit suꝑbos
Matth. 5. et elatos: sicut in euāgelio dicit. Beati mites: quia ip̄i
possidebunt terram. Mansuetos vtiꝙ non superbos:
qui cōtra iugum suaue: ⁊ onus leue noxia sibi libertate
recalcitrāt: sed illos docebit/qui sine murmuratione fa
ciunt que iussa cognoscunt. Inter mansuetos enim et
DEF. mites: hec videt esse distātia. Mites sunt/qui nulla fu-
roris accēsione turbant: sed in lenitate animi iugiter ꝑ-
ETY. seuerant. Mansueti autē dicunt/quasi manu consueti:
hoc est tolerātes iniurias/non reddētes malū pro ma-
lo. Uias suas dixit: sed que sint vie dn̄i subsequēter ex-
Caph. ponit. [Uniuerse vie dn̄i misericordia et veritas: requi
rentibus testamentum eius et testimonia eius]. Dum
sint incōprehensibiles vie dn̄i: aptissime eas sub breui-
tate colligit. Quis enim oꝑa eius enarrare sufficeret:
quāta potentia celestia terrenaꝙ moderetur? Sed cū
ille non potuissent enumerari: sufficienter comprehen-
sum est: vniuerse vie domini misericordia et veritas.
Misericordia: quia preuenit cūcta bonitate. Ueritas:
quia omnia sub integritate diiudicat. Sed ne hoc pu-

tares cōmuniter conferendū: sequit quibus possint ta-
lia conuenire: scilꝫ requirētibus testamentū eius: ⁊ te-
stimonia eius. Quando singulari numero dicitur testa
mentum/aut vetus significatur/aut nouum. Hic ergo
testamentū nouum debemus accipere: testimonia ꝟo
precedentiū dicta ꝓphetarum. Testes enim fuerūt sa-
crarū promissionū: quas dn̄s aduentus sui manifesta-
tione compleuit. [Propter nomē tuum domine propi
ciaberis peccato meo: † copiosum est enim]. Hoc be- Al. mul
ne ad personam refert ecclesie: cuius congregationem
ex diuersis peccatoribus constat euenisse. Propter no
men tuū dn̄e: qꝛ Iesus dicendus erat: qđ lingua nostra INT.
saluator interpretat. Nomen siquidē ipsum salutis in-
telligitur esse ꝓfessio. Sequitur Copiosum est em̄/id
est cui nō possis parcere propter se: sed ꝓpter tui nois
sanctitatem. Sed dū copiosum dicit peccatū: abundā-
tissimum esse monstrat: quoniā cursu tēporis sempꝑ au-
getur: ⁊ nisi fuerit diuina miseratione subuentū: q̄ꝫtum
vita protenditur: tantum humana fragilitate peccat.
Et memoria reconde: qđ ecclesia dicit pro parte mem-
brorū/copiosa sua esse peccata: vt qui se predicant esse
mundos (sicut catheriste) intelligant se portionē cum
sancta ecclesia non habere. [Quis est homo qui timet Mem.
dominū: legem statuit ei in via quam elegit]. Uenit ad
tertium membrū: specialiter demonstratura qui sit qui
timeat dominū: aut quali munere gratulētur. Sed mo
re suo interrogationē premittit responsura que compe
tunt: Legem statuit ei. Iste est quem volebat exprime
re. Dicit hominē accepisse legem: qui ideo noluit me-
tum adijcere: ne posset sub ignorantie securitate pecca
re. In via quā elegit: id est sanctitate propositi. [Ani- Nun.
ma eius in bonis demorabitur: ⁊ semen eius † heredi- Al. hered
tate possidebit terram]. Quia iustis hominibus exu- tabit.
tis corpore/non statim perfecta beatitudo datur: que
sanctis in resurrectione promittitur: animā tamē eius
dicit in bonis posse remorari: quoniā et si adhuc p̄mia
illa suspensa sunt: que nec oculus vidit/nec auris audi- 1. Cor.
uit/nec in cor hois ascendit: modo tn̄ futuri premij cer
tissima spei delectatione pascūtur. Sequitur Et semē
eius hereditate possidebit terram. Istud iam futurū
premium absolute significat: quando semen eius/id est
opera bona in eterna securitate recipientur: ⁊ possessio
eius nulla vlterius expulsione turbabitur. Qui em̄ ali
quid ex hereditate tenet: firmissima possessione glo-
riatur. [Firmamentum est dominus timētibus eum: ⁊
testamentum ipsius vt manifestetur illis]. In hoc ver
siculo diligenter credentium animos menteꝙ robora
uit. Primo: quia humana consuetudo mutabilis est: fir
mamentū eius dn̄m dicit futurū: vt de se dubitare non
debeat/cum tali ꝓmissione solidat. Sed vide qđ dicit
Timētibus eum. Ista em̄ suꝑbis ⁊ audacibꝰ nō ꝓmit
tit. Et intuere quā vim habeāt verba disposita. Huma
nus timor diffidentiā tribuit: diuinus autē spei firma-
mēta cōcedit. Scđm istud est amplectēdū nimisꝙ ne-
cessariū: vt lex eius ip̄ius nobis munere declaret: sine
quo nec intelligere q̄cꝙ boni possumꝰ: nec ꝑficere lau
dāda p̄ualemꝰ. [Oculi mei sempꝑ ad dn̄m: qm̄ ipse euel Aln.
let de laqueo pedes meos]. Post antefata premia bea
toꝝ: nunc ꝯtēplationē suā fuisse dicit semper ad domi-
num. Pulcherrime aūt cognoscit hec fctā diuersitas.
Solet em̄ q̄ ante pedes suos nō ituet: in laqueos irrue
re/aut in foueaꝝ hiatus icidere. Hoc aūt mirabiliter ⁊
veraciter dictū est: qꝛ si caute ambulemus/pedesꝙ no
stros dirigamꝰ: si ad dn̄m iugiter oculos eleuemus: qm̄
ille respectus ab omni nos offensione reddit alienos.

[Phe.] [Respice in me et miserere mei: qm̄ vnicus et pauper sum ego]. Egregia sibi cōparatione respōdet: qꝛ superius dixit Oculi mei semꝑ ad dn̄m: nunc dicit Respice in me: queadmodū ego ad te: et miserere mei. Nam qui ad illū semper respicit: exigit vt eū miseratus ipse respiciat. Addidit quoq; misericordie amplissimas causas: qm̄ vnicus plus amatur: pauperrimus plus dolet. Quod de persona christiani populi cōuenienter dicit eccl'ia qui vnicus est ei: qꝛ solus veracis fidei sacramēta custodit. Pauper qm̄ a mūdi illecebris segre-
[Sade.] gatus: nulla seculi ambitione refertus est. [Tribulatio
[Al. multiplicate.] nes cordis mei † dilatate sunt: de necessitatibus meis
[Al. erue.] † eripe me]. Dilatata est eccl'ie tribulatio: dum cogitationes suas per mūdi calamitates vbi est seminata distendit. Necesse est eni vt copioso fasce deprimat: qui pro multis affligit. De necessitatibus eni dicit: quas persecutorū atq; hereticoꝝ patiebat insidijs. Ibi sunt eni qui necē inferre cupiunt christianis. Suas eni re-
[Res.] cte dicebat: quas studio charitatis assumpserat. [Ui-
[Al. vniuersa delicta.] de humilitatē meam ꝛ laborē meum: et dimitte † oīa peccata mea]. Uide. i. ꝓpius respice: Humilitas est aūt ecclesie: qm̄ indisciplinatos et prauos docendo sustinet: ꝛ tectos atq; latētes patitur diuino reseruare iudicio. Labor eni ipsius est: qꝛ multis persecutionibus multaq; cōtentione fatigatur: ꝛ semper prauoꝝ obiectionibus lacessita: nulla hic optate pacis requie conquiescit. Merito ergo post tanta que patit remitti sibi peccata oīa deprecat: qꝛ pie tolerantie durissimus labor clemētia iudicis semper expectat. [Respice inimicos meos qm̄ multiplicati sunt: ꝛ odio iniquo oderūt me]. Dicēdo respice inimicos meos: pro ipsis orat vt redeāt: qꝛ quos ille respicit sine dilatione cōuertit: sicut in euāgelio petrū dn̄s respexit vt fleret. Addidit causam: qꝛ perire non debeant: qm̄ multiplicati sunt. Pauci eni crederent fortasse contēni. Multoꝝ ꝓo perditio: sine maximo dolore nō poterat sustineri. Sequitur Quia odio iniquo oderūt me. Ecclesiā reuera iniquo odio oderāt: qꝛ dū pro ipsis orationē funderet: illi tn̄ eā ꝑsequi nulla intermissione cessabāt. Et ideo addi-
[Psal. 138.] dit odio iniquo: qꝛ esse videt ꝛ iustū: sicut est illud Perfecto odio oderā illos. [Custodi animā meam ꝛ eripe
[Sin.] me: nō † cōfundar qm̄ inuocaui te]. Fidē suā petit ec-
[Al. erubescā qm̄ speraui in te.] clesia rectissimam custodiri: vt seruata ab scismaticis: nulla queat ꝑuersitate cōfundi: sed sine macula ꝛ ruga spōso suo ornata: fidei virtutibus offerat. Subiūgitur causa ꝓbabilis: qua petitionē suā cōsequit: qm̄ inuocauit dn̄m. Reuera non meret erubescere: que spem suā cognoscit in tāta virtute posuisse. Ipsum eni elegit inuocare: qui nescit pie supplicātes abijcere. [Innocen-
[Tau.] tes ꝛ recti adheserūt michi: qm̄ sustinui te † dn̄e]. In-
[Al. non hꝫ.] nocētes quidā intelligūt paruulos sacro baptismate regeneratos: qui adhuc nullis mūdanis cōuersationibus polluunt: sed in ipsa sanctitate trāseunt quā suscipere meruerūt. Rectos aūt illos accipi volūt: qui iam matura etate cōuersi: diuino munere a peccatorū sunt laqueis absoluti. Sed cū dixerimus ecclesiam varijs hoim moribus esse cōpletam: quomodo hic dicit tn̄ innocētes ꝛ recti adheserūt michi: quasi ꝛ illos nō habeat permixtos qui improbis moribus polluūt? Sed cōsidera pōdus verbi istius: vt innocētes ꝛ rectos adhesisse sibi dicat: tanq; illi fuerint sociati atq; cōglutinati: qd ab vtraq; parte moꝝ ꝓbitas videtur efficere. Reliqui autē cū labore tolerati sint potius q̄ adheserūt. Sustinui ꝓo dicit: viriliter passa sum in hoc mūdo frequentes angustias: sed vna michi fuit consolatio: te dn̄m sustinere. Et inspice vim versus istius: qꝛ innocētes ꝛ rectos ideo sibi adhesisse dicit: qm̄ sustinuit dn̄m. Alioquin si poterat tales amare: nisi ꝛ ipsa de tāta videret firmitate presumere. [Redime † me deus israel: [Al. non hꝫ.]
ex oib⁹ † angustijs meis]. Cum dicit Redime me: ad- [Al. tribulationib⁹ suis]
uentum dn̄i saluatoris exposcit: cuius sanguine redēpta: de diabolica est captiuitate liberata. Deus israel id est deus te videntiū: qꝛ ipsos reuera gratos habet: quibus conspectū sue contēplationis indulget. Subiungendo eni ex omnibus angustijs meis: nullam in se maculā desiderat inueniri: qm̄ aliter christo nō potest cōiungi sancta sponsa: nisi fuerit vt dictum est sine macula ꝛ ruga.

Conclusio.

¶ Audiamus queadmodū adhuc in angustijs huius mūdi posita: per totū psalmum ad liberatorē suū clamet ecclesia: et desinamus tribulationes impatiēter ferre: cum ipsam matrē constet pro nobis grauissimas angustias sustinere. Portemus aduersa dn̄o iuuāte viriliter: speremus de eius pietate cōstanter: qꝛ si nos in sponse partibus permanemus: deo largiēte cum ipsa simul ad eterna gaudia ꝑueniem⁹. Numerus iste etiā bis duodenus: mysteria nobis superna declarat: quod. 24. seniores indefessis vocibus: laudes dn̄o suaui modulatione concelebrent: cōmonens vt ad similitudinem eorum et nos psalmū istum frequentata deuotione cantemus.

¶ Explicit expositio in psalmum. 24.

¶ Psalmus Dauid. xxv.

IUdica me dn̄e: qm̄ ego in innocētia mea ingressus sum: et in dn̄o sperans non infirmabor. Proba me dn̄e ꝛ tēta me: vre renes meos ꝛ cor meū. Quoniā misericordia tua ante oculos meos est: ꝛ cōplacui in veritate tua. Nō sedi cū concilio vanitatis: ꝛ cum iniqua gerentibus nō introibo. Odiui ecclesiam malignantium: ꝛ cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas: et circundabo altare tuum domine. Ut audiam vocem laudis: et enarrem vniuersa mirabilia tua. Dn̄e dilexi decorē domus tue: ꝛ locum habitationis glorie tue. Ne perdas cū impijs deus animā meam: ꝛ cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego aūt in innocentia mea ingressus sum: redime me ꝛ miserere mei. Pes enim meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

CUm psalmus significet in actib⁹ nostris cōuenientiam spiritualium rerum: Dauid autem manu fortis atq; desiderabilis: totus hic textus ad perfectum aptandus est christianū: qui dn̄o largiente diuersorum laude meritoꝝ in ecclesia eius constanti aīo perseuerans: diuinis se beneficijs cōsolat. Sed tn̄ cum talis hymnus dicitur: necesse est vt ad christum dn̄m intelligētie virtute referatur.

Diuisio.

SAnctus iste quē diximus: primo modo psal-
mi: innocentiā suā respici deprecaꝛ: qꝛ cū ini-
quis hoibus non habuit portionē. Secundo
supplicat: ne hereticis aut scismaticis in iudi-
cio dñi misceatur: quoniā domum eius se dilexisse te-
status est. Expositio.

Al.ego. IUdica me dñe quoniam † in innocētia mea
ingressus sum: ⁊ in domino sperans non in-
firmabor]. Periculosa quidem iudicij vide
tur esse petitio: sed sequestratio maloꝝ: que
fit in examine dñi: cognoscitur a bono meri-
to cōpetenter optari. Quapropter non est hic detesta
bilis arrogantia meritorum: sed iusta petitio seruiētis
vt sequestretur a pessimis: ne cum malis habeat por-
tionem. Postulabat eni vir sanctus iudicia: qꝛ certus
1.Tim.4. erat de eius misericordia: sicut dicit apostolus De ce-
tero reposita est michi corona iusticie: quā reddet mi-
chi dñs in illa die iustus iudex. In innocentia ꝓ sua
ingreditur: qui sicut inferius dicit sperat in dño: nec de
suis quicꝙ viribus: sed de diuina largitate presumit.
Sequitur huius rei decora probatio: qꝛ in dño confi-
dendo infirmatū se esse non asserit. Hec est eni innocē
tia quam superius dixit. i. in dñi virtute confidere: ne
possit eū aliqua infirmitas peccatoꝝ ingrauare. [Pro
ba me dñe ⁊ tēta me: vre renes meos ⁊ cor meū]. Pro
ba ⁊ tenta: non presumptiue dicitꝛ: sed hoc emundatio
nis gratia fieri postulatur. Nam qñ ille perscrutatur ⁊
tentat: facit nos peccatū intelligere nostrum: ⁊ ad fru-
ctū penitentie peruenire. Alioquin: si nulla nos in hoc
seculo aduersitate cōmoneat: sub neglecto relinquimꝰ
ea pro quibus satisfacere deberemus. Ipse eni subse-
quenter exponit: cur se probari ⁊ tentari desideraret:
vtiqꝫ vt vrerentur renes ⁊ cor eius: quatenus delecta-
tiones ⁊ cogitationes humane verbi dñi calore purga
rentur. Qui more fornaciū viciorū sordes absumens:
aias hoim ad emundationē perfectissimi decoris ad-
ducit. Perscrutādū est aūt cur hic petat se debere ten
Matth.6. tari: cum in euāgelica oratione sit positū Ne inducas
nos in tentationē. Due sunt igiꝛ tentationes. Una dñi
qua bonos tentat vt eos cōpetenter erudiat: sicut legiꝛ
Gen.22. in Genesi Tentauit dñs Abraam. Uel illud quod di-
Deut.13. cit Moyses Tentat vos dñs deus vester. Altera ꝓ
diaboli est que semper ducit ad mortē. De qua preca-
mur: ne in eiꝰ partes cecis mētibus inducamur. Bene
ergo ꝓpheta petit dicēs: proba me dñe ⁊ tenta me: in
ista parte que dñi est: vt non in illam tentationem dia
bolicā induceretur: vbi sequitur: sed libera nos a malo
id est ab ipo diabolo. [Qm misericordia tua ante ocu
los meos est: et complacui in veritate tua]. Hoc erat:
vnde tentationum pericula non timebat: qꝛ misericor
diā eius non poterat obliuisci. Iugiter eni sibi subue-
niri facit: cui collatū beneficiū ante oculos semper assi
DEF. stit. Qua de re etiā dño cōplacuisse se dicit. Compla-
Joan.14. cere est aūt: cum sanctis dñi eternā gratiā promereri.
In veritate. i. in xpo tuo qui ait Ego sum via veritas
et vita. Aliter eni patri non potest cōplacere: nisi qui
tali fuerit credulitate firmatus. [Non sedi in concilio
vanitatis: ⁊ cū iniqua gerentibus non introibo]. Cō-
placuisse se dño egregia nimis narratiōe declarat. In
nocentiā quippe nititur ostēdere: duobus versibus re
fugiendo que praua sunt: alijs ꝓ duobus agendo que
TOP. recta sunt. Quod argumentū in topicis dꝛ ex contra-
rijs. Conciliū eni vanitatis: ⁊ congregatio innocētiū:
oino cōtraria sunt. Enumerat eni nūc que dño largien
te peregerit: vnde se cōplacuisse testatus est. Non se-
dit in concilio vanitatis: qui tractatibus iniquorū nul
la consilij sui participatione cōsentit. Fieri eni pōt: vt
hō sanctus casu aliquo ad cōciliū veniat iniquoꝝ: vbi
vel incōgrua vel vana referunꝛ. Sed dum talia cogno
uerit / neqꝫ cum eis sedet / neqꝫ delectatione aliqua cō
moratur: sed prauū studiū / aut dissuadet / aut deserit.
Quapropter cū se prius negasset sedisse cū malis: mo
do se ꝓfiteꝛ nō introisse cū pessimis. Ante eni tracta-
tū ipsoꝝ vitauit: post ⁊ facta deseruit. Introitus enim
ad scelus est: cū fieri aliquid audacter incipiꝛ. Introi-
tus eni initiū significat operationis: qđ vir sanctus a
sua cōscientia ꝓfitetur alienū. [Odiui † congregatio Al.ecc
nē malignoꝝ: ⁊ cū impijs non sedebo]. Minus fuerat malig
sancto viro malū vitasse conciliū: nisi ⁊ congregationē
odisset oimodis subdoloꝝ. Odium eni significat diui
sionē: sicut est in amore collegiū. Et cū superius se di-
xerit in vanitatis cōcilio non sedisse: modo se profiteꝛ
cū impijs se non sedere. Utrūqꝫ quidem erat oino de-
serēdum. Sed alij sunt vani / alij impij. Uani sunt qui
caducis inquisitionibus occupanꝛ: ⁊ in superflua tem
pus narratione cōsumūt. Impij aūt heretici qui que-
stionibus perfidis scripturas diuinas deprauare con-
tendūt: sicut Petrus apostolus ait Deprauantes eas 2.Pe.
ad suū interitū ⁊ perditionem. Hos ergo vtrosqꝫ iure
monet esse fugiēdos: qꝛ illi superfluitates diligunt: isti
tela peruersitatis infigūt. [Lauabo inter innocentes
manus meas: ⁊ † circuibo altare tuū dñe]. Potest ta- Al.cir
lia loqui: qui caput suū sequitur xpm: qui terrena despi dabo.
cit ⁊ celestia cōcupiscit: sicut apostolus ait Nostra aūt Phil.
conuersatio in celis est. Inter innocētes eni lauat ma
nus suas: quisqꝫ facta ꝓpria studio bone conuersatio-
nis emūdat. Et bene addidit inter innocentes: qꝛ pos-
sunt lauare manus etiā q̄ nocētes sunt: sicut fecit pon
tius pilatus: qui dum aiam suā nefanda dñi traditio-
ne pollueret: manus suas seculi istius liquore mun-
dabat. Sed spiritualiter manus lauat: quisquis actus
suos lachrymabili satisfactione diluerit. Circuibo ꝓ
dixit. i. frequenter iterabo: vt assiduitatem sanctissime
deuotionis ostenderet. Altare eni ab altitudine dictū ETY.
est: quasi alte are: vbi dño sacrificatur: vt cōspectibus
populoꝝ misericordie ipsius dona pandātur. [Ut au-
diam vocem laudis tue: ⁊ enarrem vniuersa mirabilia
tua]. Prouectꝰ ad celestia ideo illud spūali animo cir-
cuibat altare: vt concentū dñice laudis audiret. Forte
illud dicat: qđ coram ipso indefessa voce precinitur.
Sanctus Sanctus Sāctus dñs deus sabaoth. Qui Isa.6.
cū audiret ⁊ deuotione maxima cognouisset: narraret
populus vniuersa mirabilia: que hodieqꝫ in sanctarū
celebratione missarū beata canit ecclesia. [Dñe dilexi
decorem domus tue: ⁊ locū habitationis glorie tue].
Beatissimus ille quē diximus: ꝫm modum orationis
ingreditur supplicans: vt cum decorem domus domi-
ni dilexit: illis qui ab eodem alieni sunt nullatenus mi
sceatur: sed in eius ecclesia perseueret. Decorem do-
mus dicit: non pulchritudinē parietū: aut ministerio-
rum preciosissimos apparatus: sed ipsorum actuū bea
tissimam qualitatem: quibus cuncta gaudet ecclesia:
id est in psalmorum iubilatione / in precū sanctitate /
in christiani populi humillima deuotiōe. Prius enim
de vniuersali dixit ecclia: nūc venit ad sanctos in qui-
bus gloria dei habitare cognosciꝛ. De quibus apls di
cit Templum eni dei sanctum est quod estis vos. Di- 1.Cori
cendo enim habitationis locum / humani pectoris si-
gnificauit arcanū. Mirabiliter subiungens glorie tue:
quia vbicūqꝫ habitat gloria est. Gloriosum eni efficit

quicquid inhabitare dignat: ꝛ ab hospitis merito cre
Al. non hz. scit hospitij magnitudo. [Ne † simul perdas cum im-
Al. deus. pijs † animam meam: ꝛ cum viris sanguinum vitam
meã]. Juste rogat: ne cũ impijs anima eius pereat in
futuro iudicio: cũ quibus hic cõmunẽ nõ habuit actio
nem. Merito eni ab eis ibi se sequestrari petijt: a qui-
bus hic se ipse diuisit. Sanguinũ eni viri sunt: qui car
naliter viuũt: ꝛ nulla iussa celestia cõcupiscũt. Pereũt
ergo tales de futura hierusalẽ: qui pro sua impietate
damnandi sunt. [In quoꝝ manibus iniquitates sunt:
dextera eoꝝ repleta est muneribus]. Exponit qui sunt
viri sanguinũ: in quoꝝ consuetudine videmus esse ne-
quissimas actiones. Manus eni nostre significãt gñã-
les operationes quas gerimus in hac luce degentes.
Hic dextera specialiter iudicis venalitatẽ ꝓnunciat:
quã ideo dicit repletã esse muneribus: qꝛ multarũ pe-
niarũ elatione grauata sit. Et cõsidera qđ hic accipiẽ-
tes iudices vniuersaliter execraꝫ. Nam ꝛ qui iusticiã
vendit muneribꝰ/ dexterã replet: ꝛ qui nocẽtes absol-
uit: idẽ suã dexterã munerũ acceptione cõpleuit. Sic
vtrũqꝫ vt arbitror: ad virũ sanguinũ cõgruẽter aptan-
dum est. [Ego aũt in innocẽtia mea ingressus sum: re-
SCHE. dime me ꝛ miserere mei]. Schema synchrisis est: cum
causam suã quis ab aduersarijs nitiꝫ efficere meliorẽ.
Nam cũ illi accipiẽdo fallaciter gaudeãt: dexterã suã
muneribꝰ fuisse cõpletã se dicit ad innocẽtie introisse
diuitias. Ingressus eni in thesauros spũales multo ve
rius se cõsolatus est: qꝫ illi sup mundanis diuitijs gau
dere potuissent. Redime me. i. aduentus tui sanguine
precioso liberum redde: quo absolutus est mũdus qui
peccatis tenebatur obnoxius. Et miserere mei: scilꝫ in
hoc mũdo: vbi fideliter supplicantibus parcis. [Pes
Al. directo enim meus stetit in † via recta: in ecclesijs benedicam
Al. te dñe. † dñm]. Inter concutientes hereses: ꝛ mũdi grauiter
seuiẽtes angustias hoc bene vir catholicus ꝓfiteꝫ: qꝛ
pes eius imobilis ꝑdurauit: qui lꝫ iportunis tribulatio
nibus fluctuet: in parte fidei nescit quibuslibet necessi
tatibus cõmoueri. Possunt eni tales ꝛ his similes hoc
dicere: de quibus ipse dñs testimoniũ perhibet: vt est
3. Reg. 19. illud Reliqui michi septẽ milia viroꝝ: qui nõ curuaue-
runt genua ante baal. In via recta. i. in mãdatis tuis
que recta sunt: ꝛ rectos faciũt obediẽtes. Nã quotiẽs
plurali numero dicuntur eccłie: mũdi istius christiani
populi significanꝫ: qui de diuersis gẽtibus ꝓbanꝫ esse
collecti. Futura est eni vna ꝛ ꝑfecta Hierłm: que ma-
lorum sequestratione purgabiꝫ. Dicit ergo beatus iste
quem diximus: nõ in eccłia: sed in ecclesijs se dño can
taturum: qꝛ per vniuersum mundũ nomen constat esse
catholicum. Conclusio.

Considermus qualẽ nobis formã vite reli
giosus iste tradiderit. Dicit
eni ideo se hic vitasse pessimos: ne in iudicio dñi cum
malis possit esse sociatus: admonẽs vt iniquoꝝ cõsor-
tia fugiẽtes: fidelibus xp̃i spũali semꝑ charitate iũga
mur: qꝛ ex diutina hoim cõuersatione: morũ semꝑ con-
trahimus qualitatẽ. Hoc eni ꝛ sextus psalmus admo
Psal. 6. net: cũ dicit Discedite a me oẽs qui operamini iniqui-
Psal. 17. tatẽ. Hoc ꝛ .17. qui ait Cum sancto sanctus eris: ꝛ cũ
viro innocẽte innocẽs eris. Et cũ electo electꝰ eris: et
cũ ꝑuerso subuerteris. Reuera vt cognosceret ingens
malũ: qđ tam crebro mouebaꝫ esse fugiendũ. Quapro
pter studiosissime queramus gloriosum nimis aptũqꝫ
collegiũ: qđ nos virtutibus erudiat: ꝛ desiderio diuine
charitatis accendat: ne in retributione malorũ merito
fungamur pessimis: qui collegiũ hic habere noluimus
cum malignis. Quod si diligentius perscrutemur: nec
qꝫtitas ipsius numeri vacat. Nã quinqꝫ porticus fuis-
se Salomonis in quibꝰ periclitantiũ turba languebat
euangelica nobis designat auctoritas. Qui calculus
quinquies i se reductus: in vicesimaquinta summa ꝓ-
greditur. Ut sic corda fidelium psalmi istius abysso re
creentur: sicut in illis porticibus iacentium probatice
piscine lauacro egra corpora sanabantur.

Explicit expositio in psalmum. 25.

Psalmus Dauid priusqꝫ liniretur. xxvi.

Dominus illuminatio mea ꝛ sa
lus mea: quẽ timebo. Dñs ꝓ-
tector vite mee a quo trepida-
bo. Dum appropiãt sup me no
centes: vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei:
ipsi infirmati sunt ꝛ ceciderũt. Si consistant
aduersum me castra: nõ timebit cor meũ. Si
exurgat aduersum me preliũ: in hoc ego spe
rabo. Unã petij a dño hãc requirã: vt inha-
bitem in domo dñi oĩbus diebus vite mee.
Ut videã volũtatem dñi: ꝛ visitẽ templum
eius. Qm̃ abscondit me in tabernaculo suo:
in die maloꝝ protexit me in abscõdito taber
naculi sui. In petra exaltauit me: ꝛ nũc exal
tauit caput meũ sup inimicos meos. Circui
ui ꝛ imolaui in tabernaculo eius hostiã voci
ferationis: cãtabo ꝛ psalmũ dicã dño. Exau
di dñe vocem meã qua clamaui ad te: mise-
rere mei ꝛ exaudi me. Tibi dixit cor meũ ex
quisiuit te facies mea: faciẽ tuam dñe requi
ram. Ne auertas faciẽ tuã a me: ne declines
in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne de-
relinquas me: neqꝫ despicias me deꝰ saluta-
ris meus. Qm̃ pater meus ꝛ mater mea de
reliquerũt me: dñs aũt assumpsit me. Legẽ
pone michi dñe in via tua: ꝛ dirige me in se-
mita recta propter inimicos meos. Ne tra-
dideris me in aĩas tribulantiũ me: qm̃ insur
rexerunt in me testes iniqui/ ꝛ mẽtita est ini
quitas sibi. Credo videre bona dñi: in terra
viuentiũ. Expecta dñm viriliter age: ꝛ con
fortetur cor tuum/ ꝛ sustine dominum.

Tituli huius hystoria regum quidem volu-
mine latius indicatur. Nam cum Saul pec
casset deo: per sanctum Samuelem ꝓphe-
tam Dauid apud patrem suum est vnctus
in regem. Uerum hic titulus de ipsa vnctio
ne non loquitur: sed illam potius commemorare dino
scitur: quando post persecutiones Saulis voto popu
li est perductus ad regnum: cum ꝛ istum psalmum re-
rum ipsarum testificatione eum conscripsisse manife-
stum sit. Nam si illam primam vnctionem velis ad-
uertere: nullum ante ipsam psalmũ legitur fecisse. Re-
stat ergo vt istam secundam vnctionem intelligere de
beamus. Diuisio.

Um frequenter ante regnum liberaretur ab
inimicis suis acerrimis: per totū psalmū lo
quitur ꝓpheta In prima positione dn̄m se
dicens metuere ꝛ nullum alterū formidare.
Sed inter aduersa seculi vnū sibi testatur
esse suffugium: vt licet periculis corporalibus iactaretur
ipse in domo dn̄i firmissima deuotione mētis habita-
ret. Scd̄a positione multiplici clade liberatus: diuer-
sis modis gratias agit ꝛ ꝓphetie spiritu spem sibi fu-
ture beatitudinis pollicet̄. Sciendū sane hūc psalmū
scd̄m esse illoꝝ qui per actus Dauid significāt christi
dn̄i futura mysteria. Expositio.

Al. protector. Ominus illuminatio mea ꝛ salus mea: quē
timebo. Dn̄s † defensor vite mee a quo tre-
pidabo. Dum appropiant super me nocen-
tes: vt edant carnes meas. Qui tribulāt me
inimici mei: ipi infirmati sunt ꝛ ceciderūt].
Hos tres versus paulo sollicitius audiamus. Sūt eni
magne argumentationis formula cōprehensi: quam
TOP. greci Epicherema: latini executiones vel approbatio
nes vocare maluerunt. Hoc argumento vtimur: quo-
tiens rem de qua agit̄: per exemplū aliquod probare
contendimus. Causa enim hic proposita est in vno se-
mis versiculo. Dixit eni Dominus illuminatio mea et
salus mea quem timebo: dn̄s defensor vite mee a quo
trepidabo? In alio semis ꝛ vno versiculo subiūxit exē
plum: q2 minime trepidare debuisset: qn̄ illi magis ca-
dūt: qui persequi ꝓbabant̄. Ait eni Dū appropiāt su-
per me nocētes: vt edāt carnes meas: qui tribulāt me
inimici mei: ipsi infirmati sunt ꝛ ceciderūt. Sic istius
epicherematis breuiter forma ꝑfecta est. Nunc ad ex-
ponēda verba redeam9. Propheta ergo dicit exultās
se quēq3 hoim nō timere: qm̄ a deo fuerat illuminatus
ostendēs formidinē semp habere tenebras suas: qn̄ cō
tra eam ponit̄ illuminatio superna. Sequitur Et salus
mea. In quo verbo cūcta cōcludit: ꝛ valitudinē corpo
ris et aie sospitatē. Utraq3 eni sunt indicia salutis: qn̄
sustinēt videlz grauissimas passiones. Quē timebo?
Nullum hominum formidabo. Timor eni fecerat dn̄i:
ne quēq3 aliū timere potuisset. Sequit̄ Dn̄s defensor
vite mee: a quo trepidabo? Multi ꝑ act9 iniquos: acce
pta dn̄i munera perdiderunt. Quorū autem defensor
fuit dn̄s nullatenus aliquid amiserūt. A quo trepida-
bo? Interrogatiue pronunciandum est. i. a nullo: sicut
et superius posuit: quē timebo? Tales quippe interro
gationes pro abnegationib9 accipiēdas esse nō dubiū
est. Addidit Dū appropiant sup me nocētes: vt edāt
carnes meas. Truculentiū inimicorum hic vota pan-
duntur qui non solum extinguere: sed etiam auiditate
furoris: ipsas quoq3 humanas carnes cupiunt crudeli
ter deuorare. Et ideo inimicoꝝ tanta feritas proditur:
vt liberationis gratia duplicet̄. Adiecit Qui tribulāt
me inimici mei: ipsi infirmati sunt ꝛ ceciderunt. Uer-
sus iste pēdet de superiore sententia. Probatio est eni
quomodo nullū timere debuisset. Nam si ꝑsecutores
qui formidari poterāt subruerūt: quis rogo timor erit
qn̄ poti9 illi cadūt qui ipugnare videbant̄? Consequē-
ter aūt verba sunt posita. Prius fuit infirmari: post ca
dere. Et intuere qm̄ hic fideliū bn̄ficia breuiter expo-
nunt̄: vt nō illi qui passionibus premunt̄: sed illi magis
corruāt: qui innocētū sanguinē deuorare festināt. [Si
cōsistāt aduersum me castra: nō timebit cor meū]. Sa
lutari ꝓbatione cōpleta: ꝓpheta letus exultat: decorā
SCHE. Emphasim. i. exaggerationem faciens: vt si aduersus
ipsum solū castroꝝ coeat multitudo: stabilitas mentis
eius non debeat cōmoueri: dum soleāt hoies plurimo
rum oppugnatione terreri. Castra eni valida munitio
est: quā expugnare facile nō pōt ipetus irruētis. Sed
hec oia sibi dicit esse cōtēptibilia: cū vallet̄ auxiliatio-
ne diuina. [Si exurgat † in me preliū: in hoc ego spe- Al. aduersum.
rabo]. Potuerāt castra cōsistere: ꝛ in prelio non coire.
Sed nūc ipm̄ seuū certamē adijcit: vt nichil eoꝝ me-
tuere videret̄: que terribilia putat humanitas. Si exur
gat. i. si subita in me cōcertatio quasi feruēs ꝓcella ꝓ-
siliat: in eo potius sperabo victoriā. In prelijs eni cō
citatis: gloria vincētis semp apparet. Nā virtus ꝓbat̄
latere: que nō fuerit explorata certamine: sicut supius
dixit In tribulationib9 dilatasti michi. Et resipiendū
q ꝛ iste versus sic hz in capite: sicut ille prior. Que fi-
gura dr̄ Anaphora: quotiēs vnū verbū ꝑ comatū prin SCH.
cipia repetit̄. Qd̄ ꝛ in capite psalmi constat effectū. i.
dn̄s dn̄s. [Unā petij a dn̄o: hanc requirā]. Unam rem
quidē petisse se dicit a dn̄o: quā exponit inferius. Sed
videamus si vnā ꝛ nō magis oia. Calculo quidē singu
laris est: sed rerū vtilitate numerosa. Angusta preca-
tio: latū premiū. Breuiter queritur: sed grāditer impe
trat̄. Bonorū ergo mos est domum dn̄i solā expetere:
in qua bona oia continent̄. Mali aūt terrena volūtate
discissi: dum sanitatē corporis petunt: cū diuitias pre-
cant̄: cū inimicoꝝ delectiones expostulāt: petēdo fati-
gantur: ꝛ interdū peritura conquirūt. [Ut inhabitē in
domo dn̄i: oibus diebus vite mee. Ut videā voluntatē
dn̄i: ꝛ † ꝓtegar a tēplo sancto eius]. Hec est vna sup- Al' vis. templū
plicatio: quā superius expetebat. Et vide: q2 nulla ca-
stra: nullū preliū metuere debuit: qui tali se munitione
vallauit. Que sunt eni ciuitates similes/ qui sunt exer-
citus fortiores/ q3 habitare in domo dn̄i: vbi nichil hu
manū: nichil diabolicū certū est pertimesci? Et hoc nō
paruo tēpore: sed omnibus diebus vite sue. Qn̄ rogo
metuat: cui ois vita secura est? Uidet etiā voluntatem
dn̄i/ qui precepta eius intelligit/ qui puritati ipsius to
ta se mente subdiderit. Propheta eni postulat prote-
gar a xp̄i corporis tēplo: vnde ꝛ firmamētū fidei: ꝛ in-
uictū robur defensionis accipit̄. Ad illud eni peruene
rat animi virtute: quod adhuc non videbat in specie.
[Qm̄ abscōdit me in tabernaculo suo: in die malorum
protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra
exaltauit me]. Uersum hunc paulo diligētius perscru
temur. Ait eni Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo:
in die maloꝝ: significans illud tēpus: qn̄ Saule perse-
quēte: multis locis per squalentes spelūcas ꝛ montiū
secreta latitabat. Qd̄ illi reuera tabernaculum fuit: q2
mēs ipsius nūq3 a religionis pietate discessit. Sequit̄
Protexit me in abscondito tabernaculi sui. Superius
dixit abscondit: nūc dicit ꝓtexit. Abscōdi est queren- DEF.
tiū oculis nō preberi. Protegi aūt ab omni metu peri
culoq3 liberari. In abscōdito tabernaculi sui dicit. i. in
diuinitatis secreto: ad qd̄ semp deuoti animus festina
bat: dū ibi sibi esse videbat̄: vbi ei9 intentio ꝑdurabat.
Quod aūt dicit In petra exaltauit me: ad incarnatio
nē dn̄i ꝑtinet: qm̄ de eius semine natus est xp̄s: qui est
lapis adunās ppl'os angularis. [Nunc aūt exaltauit
caput meū: sup inimicos meos]. Postq3 dixit ꝑmis: q̄
de dn̄i erāt incarnatione vētura: nūc dicit de ꝑ̄sentia:
cum eū ab inimicis suis/ siue carnalib9/ siue spūalibus
constat esse liberatū. Caput meū bene mētis oculum
videmur accipere: qui reuera caput nostrum est: quo
vegetante possumus cōtueri. Nam plerūq3 illud dici-
mus caput: quod eminere monstrat̄. Super inimicos
viciosos significat appetitus: supra quos mens nostra

decenter erigitur: qn̄ diuino beneficio pura ſeruatur.
Al. circuiui et imolaui. [† Circuibo ꝛ immolabo in tabernaculo eius: hoſtiā
† iubilationis cantabo/ ꝛ pſalmū dicam dn̄o]. Decur
Al. vociferationis. ſis beneficijs que ꝛ de futuro ꝛ in preſēti ſe cognoue
rat accepiſſe: nūc gaudium ſuum mirabili narratione
deſcribit. Circuibo dicit: hoc eſt animo perſcrutabor:
qua potētia celos fecerit/ ſtellas fundauerit/ maria de
terminauerit/ terram ſtabiliuerit/ totūqꝫ mundum va-
ria virtutum laude cōpleuerit. Et cum hec omnia ani-
mo circuierit: immolare ſe dicit in tabernaculo eius
hoſtiam iubilationis. i. in eccleſia eius offerre ſacrifi-
ETY. cium laudis. Jubilationē quippe dicimus: eo ꝙ nos
iuuat laudare: qn̄ delectantes cum ſumma iocundita-
te gratias referre cōtendimus. Diximꝰ ſuperius aliud
eſſe cantare/ aliud pſalmū dicere. Cantare eſt ſola vo-
ce laudes canere. Pſalmū dicere: bonis operibus glo
DEF. riam domini predicare. Cantare enim et pſalmum di-
cere: ipſa eſt hoſtia iubilationis. [Exaudi domine vo-
cem meam qua clamaui ad te: miſerere mei et exaudi
me]. Uenit ad ſecundā poſitionem: in qua per gratia-
rum actionē: pſalmodie munus qđ promiſerat exhibe
ret: preſentia ſuperioribus iungēs. Clamauit eni cum
diceret: vt inhabitem in domo dn̄i oībus diebus vite
mee. Et cum ſuperius dixerit hoſtiā ſe iubilationis of
ferre: qꝛ diuerſa ſit munera conſecutus: nunc iterum ro
gat vt exaudiat. Nec deſiderio ſuo adhuc ſatiſfacit: ni
ſi hoc frequenti ſupplicatione rogauerit: ſcilꝫ qꝛ diui-
narum rerū nulla ſatietas eſt: ſed quāto guſtatur dn̄s:
Pſal. 33. tāto ſuauius appetitur: ſicut ꝛ in alio pſ. dicit Guſta-
Al. exquiſiuit te facies mea. te et videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s. [Tibi dixit cor meū: †
exquiſiui vultum tuum: † vultū tuum dn̄e requiram].
Cor deſideriū tacitū prodit: qđ plus audit diuinitas
Al. faciem tuam. ꝙ populorū tonātiſſimas voces: ſicut Moyſi dicitur
Quid clamas ad me: cum locutus aliquid nō legatur.
Exod. 14. Fidelis itaqꝫ vir cor ſuum dixit ad dn̄m loqui: quoniā
hoc videbat qđ cogitabat offerre. Uultum autem dn̄i
querit: qui ſe ſancta cōuerſatione tractauerit. De qui-
Matth. 5. bus dictū eſt Beati mundo corde: quoniā ipſi deū vi-
debūt. Geminat quoqꝫ qđ dictū eſt: vultū tuū dn̄e re-
quirā. Una quidē res: ſed frequentata precatio. Scie-
bat eni ꝙ precioſum eſt: qđ ardēti ſtudio totiens expe
tebat. [Ne auertas faciē tuam a me: neqꝫ declines in
ira a ſeruo tuo]. Deſideria ſua caute decēterqꝫ exequi
tur. Superiore quippe verſu profeſſus eſt vultū dn̄i ſe
deſiderāter exquirere: ꝛ qm̄ non eſt in poteſtate homi
nis ſuū obtinere deſideriū: precatur ne auertat faciem
ſuā dn̄s: quā ille magnopere poſtulabat. Ipſius enim
muneris eſt: ſe preſtare fideliſſimis contuendum. Se-
quit Neqꝫ declines in ira a ſeruo tuo. Sepe diximus
irā poni iudicij tp̄s: cū diſcernet malos a bonis. Illis
eni iraſci credit: qui infelici ſegregatiōe dānādi ſunt.
Rogat ergo ne tūc ab ipſo declinet dn̄s: qn̄ factis vul-
tum ſue maieſtatis indulſerit. Homo carnalis deū ti-
met ne peccatis ingrauātibus/ aut ſubſtātiā ꝑdat/ aut
filios amittat/ aut copia auri argētiqꝫ minuat: ſanctus
aūt vir hoc tm̄ metuit: ne a vultu dn̄i reddat alienus.
Al. es tu. [Adiutor meus † eſto ne derelinquas me: neqꝫ deſpi-
cias me deus ſalutaris meus]. Ubi ſunt qui humanis
meritis dicūt aliquid applicandū? Petit rex ꝛ ꝓphe-
ta: plenus gratia ꝛ benedictione celeſti: ne deſeratur a
dn̄o. Scit eni qꝛ ſi ille reliquerit: nulla ſe poteſtas rege
re preualebit. Nec ſemel ei petiſſe ſufficit: niſi hocipſm
ſub repetitiōe geminaret. Deſpici eni ſemꝑ addictus
eſt: nec ſecurus reddi pōt: niſi quē iudicis ſerenus ocu
lus intuet. [Qm̄ pater meꝰ ꝛ mater mea dereliquerūt

me: dn̄s aūt aſſumpſit me]. Patrem ſuū Adam primū
hoiem dicit: matrē vxorē eiꝰ Euā: vnde gn̄atio huma-
na deſcēdit. Iſti ergo reliquerūt conditione mortali:
nec enutrire valuerūt: quādo de hac luce trāſlati ſunt.
Quāuis iſtud de eiꝰ genitoribꝰ poſſit itelligi: qꝛ domū
p̄ris ſui matriſqꝫ tūc dereliquit: qn̄ a ꝓplis hebreis ad
regni culmen euectus eſt. Sequit Dn̄s aūt aſſumpſit
me: in loco ſcilꝫ veri parētis eſt. Pater eſt/ qꝛ cōdidit/
quia regit. Mater/ qꝛ fouet/ qꝛ infirmos ꝛ paruulos la-
ctat. Aſſumpſit ꝟo dixit: hoc eſt de priuata cōditione
in regno poſuit. [Legem michi † conſtitue dn̄e in via Al. pone.
tua: et dirige me in ſemita recta/ ꝓpter inimicos me-
os]. Legē ſibi ſtatui illā potius dn̄i deprecat ſaluato-
ris: qua debitores noſcit liberaſſe per gratiam. Moyſi
eni lex illo tēpore iam data erat: dn̄i aūt ſperabat eſſe
ventura: quam ſibi poſtulat debere conſtitui. In via
tua. i. in chriſto tuo qui eſt via: veritas ꝛ vita. Illo eni Joan. 14.
veniēte iuſte preſumebat: qꝛ eā ꝛ docere poterat ꝛ im-
pleri poſſe preſtabat. Semitā ꝟo iam diximus ad ſcri
pturaꝝ intelligentiā ꝑtinere. Precat ergo ꝓpheta: vt
veteris teſtamenti recte libros intelligat: ꝛ venturū in
eis dn̄m eſſe cognoſcat. Propter inimicos aūt dicit. i.
hereticos: ſiue incredulos iudeos qui eos nitebantur
praua intētione ſubuertere. [Ne tradideris me in ani-
mas † perſequentiū me: qm̄ inſurrexerūt in me teſtes Al. tribulantium.
iniqui ꝛ mētita eſt iniquitas ſibi]. Scd̄m hyſtoriā po
teſt intelligi de Saule: qui eum acerrimo odio ꝑſeque
bat. Sed qm̄ rex erat: nec poterat ſolus agere qđ iube
bat: apte numerus pluralis hic poſitus eſt. Simili mō
cum Doech idumeus eū ꝓdidiſſe legat plurali nume-
ro poſuit: teſtes iniqui. Fieri eni potuit: vt qn̄ eum regi
accuſauit: per teſtes alios dicta ſua probare voluiſſet.
Quapropter cōgrue poſitus pluralis numerus aduer
tit: qn̄ ꝑſona talis per vnū tm̄ non facile poterat accu
ſari. Teſtes ergo iniqui fuerūt doech idumeus: eiuſqꝫ
ſimiles qui eū prodiderunt Sauli a ꝓpheta achime-
lech fuiſſe ſuſceptū: ꝛ gladiū illi ſumptuſqꝫ datos: qđ
rex ſacerdotis atqꝫ filioꝝ eius morte reſerauit. Men-
titi ſunt enim dicentes: contra regem Saulem Da-
uid conſilia fuiſſe data: deūqꝫ pro eo fuiſſe deprecatū.
Quod latius regū textus eloquitur. Pulcherrime au
tem dixit ſibi: qꝛ mēdacij ſui penas recipit qui falſum
teſtimoniū ꝓferre cōtendit. Siue vt alij dicūt: idioma IDI.
eſt ſcripture diuine: vt ꝓ ſingulari pluralis numerus
apponatur: ꝛ iterū pluralis pro ſingulari numero inue
niatur adiunctus: ſicut de herode mortuo legit dictū
Mortui ſunt qui querebāt animam pueri. Uel Moyſi
de Pharaone pronūciatum eſt Quia mortui ſunt qui Matth. 2.
querebāt aīam tuam. [Credo videre bona dn̄i: in ter-
ra viuentium. Expecta dn̄m]. Poſtqꝫ multis modis
dn̄m deprecatus eſt: ne perſequentibus traderetur: ad
confidētie ſue redit auxiliū: ſibiqꝫ ipſi promittit: ꝙ bo
na videat in terra viuentium: id eſt in futura vita: vbi
bona ſunt ſempiterna. Et proprie dictum eſt terram il
lam eſſe viuentiū: quoniā iſta morientium eſt. Qui ſta RHE
tus apud oratores dicit collectiuꝰ: qn̄ ex ſcripto colli-
git id qđ ſcriptū nō eſt: vt per id doceat eſſe ac ſi ſcri-
ptum fuiſſet. Ita ꝛ hic futura premia ex antecedenti-
bus ſibi beneficijs credit eſſe ventura. Terra autē vi-
uentium: proprie ſcriptura cōmemorat diuina. Addi-
tum eſt Expecta dn̄m: ſcꝫ qui ꝓmittendo nō fallit: qui
preſtādo non imputat: ſicut Jacobus apl̄s dicit Qui Jaco. 1.
dat omnibus affluenter: ꝛ non improperat. [Uiriliter
age ꝛ cōfortetur cor tuū: ꝛ ſuſtine dn̄m]. Qm̄ ſuperio-
ri verſu crediderat videre ſe bona dn̄i: nunc dicit quē-

admodum videre possit. Hoc autem verbum/viriliter non solum viris: sed ⁊ feminis credamus esse mandatum. Nam ⁊ viri cum mollescunt animo femineo sunt: et mulieres viriles efficiuntur cum in bono proposito mentis robore perseuerant. Sequitur Et confortetur cor tuū: ne quasi lassus immurmures: ⁊ tedio fatigante desperes. Sed confidēti animo atq; securo dic Expecta dominum: qui nescit subducere que promittit. Sustine dn̄o ⁊ expecta: perfecto dicitur christiano: ac si admoneret: sustine que pateris: ⁊ quod credis expecta.

Conclusio.

¶ Inter multiplices ⁊ seuientes angustias: quid specialiter desideremus reuerēdissimus propheta patefecit: vt inhabitare christi ecclesiam modis oībus appetamus. Hoc patulis auribus audientes: assidua supplicatione deprecemur: q2 nec breuius quicq; potuit dici: nec latius īpetrari. In numero aūt presentis psalmi: ⁊ quorūdā qui subsequunt: nequaq; potuimus calculoꝝ singularem reperire rationem: sc3 qualis creatura. 26. aut vicesimoseptimo: aut. 28. numero legat aptata. Sed studiosis relinquimus: vt sm̄ exempla que dicta sunt: qn̄ non inueniunt rationem in numero singulari: tunc aliquas similitudines in partito calculo/siue bis/siue tertio debeāt indagare. Verbi gratia: vt. 26. partiatur in viginti ⁊ senario numero: et iterum. 27. in ter nouem. Tunc facilius calculis diuisis: fortasse cōpetēs ratio potuit inueniri. Quid enim interest si binas aut ternas metretas capiāt vasa psalmorū? Si dn̄o nec ibi aliquid conuenienter agnouerit: credere cōuenit celi terreq; creatorem operationes ⁊ dicta sua per diuersoꝝ calculoꝝ distribuisse sine ambiguitate virtutes: qui oīa sicut legit in pondere numero mensuraq; perfecit. Neq; enim quia gutte pluuiarum/stelle celi/vel arena maris nobis numerabilis nō est: apud illum non constat esse sub numero. Nam ⁊ si nobis probātur occulta: diuine sunt tn̄ nota potentie. Restat vt illud quod dictum est est definitione maiorum credere debeam⁹: in numeris positis atq; definitis: virtutes omnium conuenire psalmorum.

¶ Explicit expositio in psalmum. 26.

¶ Psalmus ipsi Dauid. xxvij.

Ad te dn̄e clamabo de⁹ meus ne silias a me: ne qn̄ taceas a me: ⁊ assimilabor descēdentibus in lacū. Exaudi dn̄e vocez orōnis mee dū oro ad te: dū extollo man⁹ meas ad tēplū sctm̄ tuū. Ne simul tradas me cū pctōrib⁹: ⁊ cū operātib⁹ iiqtatē ne pdas me. Qui loquunt pacē cū proximo suo: mala aūt in cordib⁹ eoꝝ. Da illis sm̄ opa eoꝝ: ⁊ sm̄ neqtiaz adinuentionū ipsoꝝ Scdm̄ opera manuum eorū tribue illis: redde retributionem eorū ipsis. Quoniā non intellexerunt opera dn̄i: et in opera manuū eius destrues illos: ⁊ nō edificabis eos. Benedict⁹ dn̄s: quoniā exaudiuit vocē deprecationis mee. Dominus adiutor me⁹ ⁊ protector meus: ⁊ in ipso sperauit cor meū ⁊ adiutus sum. Et refloruit caro mea: ⁊ ex volūtate mea cōfitebor ei. Dn̄s fortitudo plebis sue: ⁊ protector saluationū christi sui est. Saluum fac populum tuū domine: ⁊ benedic heriditati tue: ⁊ rege eos et extolle illos vsq; in eternum.

Primus dauid significare manu fortis. Et qn̄ tale nomen debuit poni: nisi cum passionis dn̄ice gloriosa certamina referunt. Fortis vtiq; manu qui per tolerantiā suā prostrauit principē tenebrarum: qui mortem moriendo superauit: qui humanum genus captiuum crucifixionis sue dispensatione liberauit. Ipsi aūt cū dicit: nullum alterū intelligi posse declarat: nisi ipsum mediatorē xp̄m dn̄m qui per hūc totum psalmū loquitur: orans ab humilitate suscepte carnis: persecutorū debitas indicās penas: nō studio maliuolētie: sed contestatione vindicte. Notandū est igitur hūc psalmum tertiū esse horū: qui passionē et resurrectionē dn̄icam sub breuitate cōmemorant.

Diuisio.

Prima sectiōe orat dn̄s christus per id quod homo est: vt eius audiat oratio futuro tēpore passionis. Scdo gratias agit: qm̄ exauditus est in his q̄ fieri postulabat. In fine psalmi subiungēs: vt sicut ipse suscitatus est potestate diuinitatis sue: ita saluus fiat populus eius nomine crediturus.

Expositio.

Ad te dn̄e † clamaui: deus meus ne sileas a me]. Al. clamabo. Christus dn̄s clamat ad patrē tēpore passionis ne ab ipso sileat: hoc est ne patienti nō annuat: sed magis respōdeat. Pulcherrima quoq; verboꝝ est facta diuersitas. Clamat homo ne sileat deus: q2 nostro silentio ille tacet: ⁊ nobis negligētibus in memoria nō habemur. Contra si dn̄o prestāte respicimus respicit/si clamamus exaudit/si diligimus amamur. [Et † ero similis descēdentibus in lacū]. Al. assi labor. Id est si silueris ero similis in mūdi huius profunditate versantibus. Lacus enim quidē hoc seculum est qui quasi delectabilis ac trāquillus creditur: sed quas pfunditates ⁊ mersuras habeat ignorat. Lacus quippe dr: q2 sub ipso terra lateat. Precatur ergo humanitas verbi: ne similis esset hoibus ceteris: q2 ⁊ si cōmunē cōditionē carnis assumpsit: excellentiā tn̄ oīm creaturarum deo vnita promeruit. De qua dicit apl's Cui aūt aliqn̄ angeloꝝ dixit: filius me⁹ es tu: ego hodie genui te? Heb. i. Siue lacū sepulchrum dicit: vbi peracta passiōe repositus est. [Exaudi dn̄e vocē † deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templū sanctum tuū]. Al. orōnis. Tempus significat sacratissime passionis: ⁊ orat vt eius audiat oratio: quod fecit anteq; traderet. Relictis enim discipulis: secessit ⁊ orauit: dicens Pater si fieri potest: transeat a me calix iste Verūtamē nō sicut ego volo: sed sicut tu vis. Matth. Quod autē dicit Ad templū sanctum: vt michi videt illā consuetudinē hebrei populi fortasse mauult intelligi: cui preceptū fuerat: vt in qualicunq; esset positus regione: ad illā partē semper oraret vbi Hierusalē nouerat cōstitutā: sicut ⁊ Danielē apud babylonē tertio in die legimus effecisse: quod necesse erat xp̄m dn̄m facere qui non venerat legem soluere: sed implere. Siue ad templū sanctū ad celū vult intelligi: qd orātes homines facere cōsueuerunt. Nam desideriū postulātiū est: vt l3 vbiq; deū esse nō ambigant/de celo sibi auxiliū venire cōfidāt. Unde ⁊ in dn̄ica orōne dicim⁹ Pater noster qui es in celis. Matth. Nō est ergo absurdū tēplum accipi celū: qm̄ dn̄i sedes diuina lectione monstratur.

Al. me. [Ne simul tradas † cū pctõribus † aiam meā: et cū
Al. non hz. operātibus iniquitatē ne ꝑdas me]. Quia moriturꝝ
se nouerat: merito petebat ne inferis tradita eiꝰ aia
cū pctõribꝰ misceret: aut cū oꝑantibꝰ iniqtatē habe
ret aliquā portionē: ſz oīno salutariter ista discretio
ab illo petit: vt nr̄a spes ad vota talia cōcitet: qd̄ re-
DOS. uera implēs hoiem a se fieri deprecat alienum. Ubi
sunt illi q̄ xp̄m putāt aiam nō habuisse? Sed hec mi-
chi vident/aut nō legere/aut q̄ legerit oimodis obli-
Al. non hz. uisci. [† Cū his qui loquunt pacē cū ꝓximo suo: ma
Al. non hz. la aūt † sunt in cordibꝰ eoꝝ]. Judeos cōmemorat q̄
Joan. 3. ei dicebāt tētātes Scimꝰ qꝛ a deo venisti magister.
In istorū ergo labijs erat pax: sed in corde malicia.
SCHE. Que figura dr̄ Ironia. i. derisio: quotiēs aliquid qd̄
sub laude dr̄: intellectū vituperationis hr̄e mōstrat.
Proximo suo de se dicit: qꝛ eis carnis origine iunge-
bat: qui iuste maledicebātur: qꝛ ꝓximū maliciose ꝑ-
dere festinarūt. [Da illis ſm oꝑa eoꝝ: ⁊ ſm nequiciā
Al. inuen- † studioꝝ ipsorū]. Judei volētes operati sunt quidē
tionum. malū: sed fecerūt nolētes bonū: vt mortem inferrent
xp̄o: qua mors ipsa finiret. Sanguinē funderēt: quo
mūdi crimina lauarēt. Ideo petit illis dari ſm oꝑa
ipsoꝝ. i. voluntatē: qꝛ vnusquisqꝫ hoc operat qd̄ vult.
Nam frequēter ⁊ prestāt qui nocere cōtendūt: vt dia
bolus facit: qui dū innocētibꝰ ingerit mortis penas:
transmittit martyres ad coronas. Expressit quoqꝫ q̄
suꝑius dixit: dicēdo ſm nequiciā studioꝝ ipsoꝝ. i. am
bitū malū: vt innoxio nocerēt ⁊ qui ad eos saluādos
Al. opera. venerat morti tradere maluissent. [Scd̄m † opera-
tionē manuū eoꝝ retribue illis: redde retributionem
eorum ipsis]. Quattuor sunt species retributionū.
Quarū vna est: cū tribuunt ab hoibus mala pro bo-
nis: sicut iudei xp̄o retribuerūt: qui cū ad eos saluan
dos venisset: illi eum crucifigere decreuerūt. Altera
cū retribuit bonū pro bono: qn̄ dicet deꝰ electis suis
Matth. 25. Uenite benedicti patris mei: percipite regnū qd̄ vo-
bis paratū est ab initio mūdi. Tertia cum retribuet
Ibidem. malū pro malo: qn̄ dicturus est impijs Ite in ignem
eternum: qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius: ſm
Luce. 6. illud Mensura qua mēsi fueritis in eadem remetiet
vobis. Quarta cum retribuit qd̄ hic dicit bonū pro
malo: vt qui ꝑsecutores extiterūt fiāt cōuersi: postea
laudatores. Uerū ista oia que de inimicis suis predi-
cit: nō sunt vota malicie: sed prescientia futurorū. Nā
Luce. 23. in euāgelio dicit Pater dimitte illis: non enim sciunt
quid faciunt. Sed vtrūqꝫ pium est. Hic eni cōminat
vt terreat: ne scelera sua presumptione desperata ꝑ-
ficiant. Ibi aūt cū patit orat: vt ad penitudinē eorū
corda perducat. Nec vacat ꝙ totiēs sententiā ipsius
terroris iterauit: vt corda lapidea magne cōmina-
tionis incēdio saluarent. [Quoniā non intellexerūt
Al. non hz. opera dn̄i: ⁊ in opera manuū eius † non cōsideraue-
runt: destrues illos ⁊ nō edificabis eos]. Superiorē
excolit sensum. Dicit enim ideo debere illis reddi: qꝛ
non intellexerūt opera dn̄i. Opera siquidē eius fuit:
vt doceret populū viam veritatis ⁊ fidei: et ex sacre
incarnationis arcano recōciliaret hoiem deo: quatē
nus vbi nō poterat viciata natura cōscendere: dn̄ice
visitationis munere perueniret. Et ne filio dei vera
docēti mens obstinata nō crederet: hoc quoqꝫ mira-
culoꝝ ingētium virtute firmauit: vt qd̄ intelligerent
iudei cōmunem hoiem non posse facere: hoc euiden-
ter agnoscerēt potētiā diuinitatis implere. Sed illi
demētes: dū tantūmodo hoiem credūt filiū dei indi
gnissime pertulerūt. Sequit Et in opera manuū eiꝰ
non considerauerūt. Utiqꝫ si cōsiderassent: expauis-
sent potius q̄ꝫ spreuissent: plorassent q̄ꝫ conspuissent:
adorassent q̄ꝫ crucifixissent. Tale eni sacrilegiū alijs
prouenire nō potuit: nisi illis qui veritatis intelligē-
tiā perdiderūt. Deus eni alios destruit ad correctio
nem: alios deijcit ad ruinā. Paulū destruxit vt in me
lius cōstrueret ⁊ de persecutore apl̄m faceret: sed im
piū Pharaonē: cū tātis mirabilibꝰ nō crederet/ de-
mersit altissimus vt periret. Sic ergo illos dicit de-
strui: vt non iterū debeāt edificari. Quod dictū sicut
sepe monuimꝰ ad ꝓphetiā potius videt pertinere q̄ꝫ
ad iracūdie qualitatē. [Benedictus dn̄s: qm̄ exau-
diuit vocē deprecationis mee]. Sciēs cōplenda esse
oia que petebat: partē scd̄e sectionis ingreditur: gra
tias agens ꝙ vindicatus sit ab inimicis suis: dū ad-
huc nullatenus extitissent. Hec figura dr̄ Prolepsis SCHE.
latine preoccupatio: qn̄ res secuture pro preteritis
ponunt. Sed discutiamus quid sibi velit dispositio
ista verborū. Benedictus dn̄s qm̄ exaudiuit: qui est
vtiqꝫ ⁊ si non exaudiat bn̄dictus. Sed benedictū ꝓ-
prie dicimus: cui gratias agimus. i. qn̄ illi bn̄dicimꝰ.
Apte ergo positū est benedictꝰ: qui exaudire digna-
tus est. [Dn̄s adiutor meus ⁊ ꝓtector meus: ⁊ in ip̄o
sperauit cor meum ⁊ adiutus sum. Et refloruit caro
mea: ⁊ ex volūtate mea ɔfitebor illi]. Adiutor ad pe
ricula vite ꝑtinet: que ip̄o adiuuāte superauit. Pro-
tector: qꝛ eū ab insidijs diabolicis sua defensiōe val-
lauit. Sed postq̄ꝫ ista facta sunt fideliter se dicit spe
rasse de dn̄o. Nam cū dicit cor meū: aie designat ar-
canū: qd̄ sacrificiū ɔstat esse iusticie. Addidit quoqꝫ
iterū adiutus sum: vt q̄ꝫtum impendebat pura deuo
tio: tātū ⁊ adiutorij cresceret magnitudo. Bene aūt
dixit Refloruit caro mea: qꝛ ⁊ primo floruit. Quippe
que ex virgine sine peccato: tanq̄ꝫ pulcherrimi floris
singulare decus emicuit: sicut Isaias dicit. Et flos
de radice eius ascendet. Refloruit ergo significat re
surrexit: quasi in ethereas auras admirabili decore
prorupit. Sequit Et ex voluntate mea cōfitebor illi:
post resurrectionem scꝫ qn̄ humana natura fuerat a
corruptione liberata: ⁊ ad inestimabilem gloriā per-
manens in verbi vnitate perducta. [Dn̄s fortitudo
plebis sue: ⁊ protector † salutarium xp̄i sui est]. Bre Al. saluta-
uis magnaqꝫ definitio: quid est Dominus fortitudo tionum.
plebis sue: merito qn̄ aduersa cuncta ipso auxiliante
superantur. Protector est etiam: qm̄ eos tegit et li-
berat ab imminentibus malis. Salutarium: ac si di
ceret iustorum: quorum salus est dn̄s. Bene autē ad-
didit christi sui: vt filiū dei debuisses aduertere. Chri
sti eni dicebantur et ceteri: quos aut vnctio regalis/
aut sacerdotalis gloria decorabat. [Saluū fac po-
pulum tuū dn̄e: ⁊ benedic hereditati tue: ⁊ rege eos
et extolle eos vsqꝫ in eternū]. Orat humanitas ver-
bi pro populo christiano: ꝓpter quē ⁊ ꝓbatur assum
pta: vt satisfactione fideli saluus fiat in hoc mundo:
vbi exposita iudeoꝝ probabat esse periculis. Bene-
dic aūt hereditatem tuā: ad futurū iudicium perti-
net: qn̄ dicendū est Uenite benedicti patris mei: per- Matth. 25.
cipite regnū: quod vobis paratum est ab initio mun-
di. Et vt charitatem suā quam precipit euidentius
approbaret: iterū petit vt in hoc mūdo deuotos po-
pulos regat/ ne carnalia ɔcupiscāt/ ne vias prauas
eligāt: sed ipsius regimine illuminati nesciant cole-
giū habere cū pessimis. Addidit Extolle eos: vt i in-
tellectu scripturaꝝ: ⁊ in oꝑe scō laudabili intētione
ꝓficiāt: quatenꝰ a terrenis vicijs purgati: ad eterna

premia perducant euecti. Et hoc petijt debere fieri vsq̃ in seculũ: scz per totũ hũc mũdũ: vbi secula sunt vsq̃ ad illud seculum eternũ: cui nullũ aliud pro sua perẽnitate succedit. Conclusio.

¶ Audistis: Psalmꝰ iste qua pietate cõclusus est. Rogauit ꝑ nobis q̃ orat ab angelis. Iudex oĩm creaturaꝝ aduocatus est noster: ꝛ vt a morte potuissemꝰ eripi: ipse magis elegit occidi. Impleta est in hoc. ps̃. ꝓdicta regula passiõis. Orauit añ traditionẽ suã: de crucifixiõe ꝓpria: ꝛ de resurrectiõe locutꝰ est. Postremo pro fidelibꝰ exorauit: vt qui ei meruerũt credere: ꝑpetua debeãt bñdictione gaudere. ¶ Explicit expositio in psalmum. 27.

¶ Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. xxviij.

Afferte dño filij dei: afferte domino filios arietum. Afferte dño gloriã et honorẽ: afferte dño gloriã nomini eiꝰ / adorate dñm in atrio sctõ eiꝰ. Uox dñi sup aq̃s: deꝰ maiestatis intonuit / dñs sup aquas multas. Uox dñi in virtute: vox dñi in magnificẽtia. Uox dñi cõfringẽtis cedros: ꝛ cõfringet dñs cedros libani. Et cõminuet eas tanq̃ vitulũ libani: et dilectus queadmodũ filius vnicornium. Uox intercidẽtis flãmã ignis: vox dñi cõcutiẽtis desertũ / et cõmouebit dñs desertũ cades. Uox dñi preparantis ceruos ꝛ reuelabit cõdensa: ꝛ in tẽplo eius oẽs dicẽt gloriã. Dñs diluuiũ inhabitare facit: ꝛ sedebit dñs rex in eternum. Dñs virtutẽ populo suo dabit: dñs benedicet populo suo in pace.

Quoniam precedẽtia verba iam nota sunt: restat vt ꝯsummationẽ tabernaculi paulo diligẽtius ꝑquirere debeamꝰ. Cõsummatio tabernaculi: ꝑfectionẽ significat eccl̃ie catholice: que iam ꝑ totũ orbẽ ꝓbat esse ꝯstructa. Tabernaculi eni noie in hoc mũdo posita declarat eccl̃ia: que cõtra carnalia vicia bella gerẽs: merito expeditionalis habitaculi nomẽ accepit. Quapropter hũc psalmũ xp̃iani dogmatis honore pollentẽ: post ꝑfectionẽ gñalis eccl̃ie / in laudẽ spũs scti ꝓpheta decãtat: vt q̄ tãta res per ꝓphetas ꝛ apl̃os beata ꝓdicatione cõpleta est: cõpetẽter eius laudibꝰ ornaret. Est eni totꝰ psalmꝰ spũs sancti laude plenissimus: ꝛ per

RDE. varias allusiones preconia eiꝰ maiestatis exoluẽs. Hoc est qđ oratores dicũt demonstratiuũ genus: qm̃ per hmõi descriptionẽ ostẽdit aliq̃s atq̃ cognoscit. Sed quid de illo a quoq̃ cõgrue poterat dici: nisi qđ de se ipse dignatur effari? Diuisio.

Cum btũs Dauid cognosceret totius mũdi terminos ad fidẽ catholicã ꝑ ꝓphetas et

2. Pet. 1. apl̃os spũs scti munere perducẽdos: sicut Petrus apl̃s dicit Nõ eni volũtate humana allata est aliqñ ꝓphetia: sed spũ sancto coacti locuti sunt scti dei hoies. Primo ordine alloq̃tur vniuersitatẽ: vt sacrificia ei deuota mẽte persoluãt. Scđo septifaria narratiõe: ꝑ varias allusiones eiusdẽ spũs scti sub magno ꝓconio ꝟtutes enumerat qđ ad ipm spãliter ꝑtinere frequẽti lectiõe declarat. Sed vt vnã potẽtiã p̃ris ꝛ filij ꝛ spũs scti esse cognosceres: tertio loco ĩhabitare dicit trinitatẽ in sancto baptismate: et virtutem ꝛ bñdictionẽ dare dñm qui ex eo renatus fuerit ppl̃o xp̃iano. Expositio.

Afferte dño filij dei: afferte dño filios arietũ. Afferte dño gloriã ꝛ honorẽ]. Cũ multitudinẽ gentiũ (sicut predictũ est) ad credulitatẽ recte fidei spũaliter ꝓpheta vẽturã esse respiceret: totiusq̃ mũdi cõsociãda illis esset adunata cõfessio: dignũ fuit iam quasi credẽtẽ ppl̃m cõmonere: vt fidei sue affectũ ꝑ sacrificia deuota mõstraret. Inuitat eni filios dei. i. qui ꝑ regeneratiõis gratiã facti sunt filij eiꝰ: vt ait Ioãnes euãgelista. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri: his q̃ credũt in noie eiꝰ. Ioan. Sed lz oĩs trinitas vnꝰ sit deꝰ: nec aliqua est in maiestate ipsiꝰ aut in natura distantia: diuersis tñ locis đr q̄ ad personas sigulas ꝓbet aptãdũ. Hic aũt spiritũ sanctũ spãliter dñm debemꝰ accipere: quẽ ĩstituit de tabernaculi perfectiõe laudare. Intẽde aũt qđ in primis nõ dicẽdo quid afferãt: ipsi se iubent offerre. i. corda sua sctã puritate lucẽtia: qđ supra oẽ sacrificiũ dño ꝓbat acceptũ. Sequit Afferte dño filios arietũ. Arietes apl̃i accipiendi sunt qui tãq̃ duces gregũ in caulas dñi ꝑduxerũt ppl̃m xp̃ianũ. Filios aũt arietũ offerẽdos dicit: quos apl̃i recta predicatiõe genuerũt: non q̄ prauo dogmate ꝓbant extranei. Arietes autẽ bene sunt apl̃is cõparati: qm̃ aĩalia ipa plurimũ frõte valẽt: ꝛ obiecta semꝑ ĩpingẽdo deijciũt: qđ ꝓdicãdo fecisse ꝯstat apl̃os q̄ diuersas suꝑstitiones ꝛ idola firmissima celestis ꝟbi quadã frõte ruperũt. Aries eni dictus est quasi a fronte ruẽs. ET. Addidit Afferte dño gl̃iam ꝛ honorẽ. Hic specialiter cõmonemur vt nullã spũs sctũs patiat iniuriã. Nã qui eũ minorẽ p̃re vel filio dicit: gl̃iam illi nõ ꝓbat afferre. Nulli eni gl̃iosum est audire q̄ minor est. Offerimꝰ ergo dño deo nr̃o. i. spũi sctõ gl̃iam purã: plenã: verã: cũ eũ ꝛ ꝯsubstãtialẽ p̃ri ac filio dicimꝰ et coeternũ atq̃ oĩpotẽtẽ sine aliqua separatiõe ꝓdicamꝰ. Sic oẽs hereses ꝑ diuersa loca scripture diuine spũs scti ꝓdicatione destructe sunt. [Afferte dño gloriã noi eiꝰ: adorate dñm in † aula sancta eiꝰ]. Alan sanct. Supra dixit ipsi afferte gloriã: mõ dicit nomini eiꝰ. Affert igit nomini sancti spũs gloriã: qui eũ facit latius innotescere qñ increduloꝝ corda cõuertit: nomẽq̃ illius dilatat ꝑ multitudinẽ plebis turbasq̃ ppl̃oꝝ: qđ magis ad docẽtiũ videt ꝑtinere cautelã. Sed nec illud iudices ociosum: q̄ afferte quarto repetijt. Hec figura đr Epimone: latine repetitio crebra sermonis SCR. que multa colligit vniꝰ verbi iteratione decursa. Sequit Adorate dñm in aula sctã eius. i. colligite eũ in cõsciẽtia vr̃a mũdissima. Ipsa est eni aula regalis ꝛ habitatio spũs scti: sicut dicit apl̃s Quia tẽplũ dei 1. Cor. estis: ꝛ spũs dei habitat in vobis. [Uox dñi sup aq̃s: deꝰ maiestatis intonuit / dñs sup aquas multas]. Uenit ad ordinẽ scđm i quo ꝑ figurã Epimone: quã superiꝰ diximꝰ: frequẽter ꝑ capita ꝟsuũ vnũ repetẽs ꝟbũ preconia spũs scti septẽnaria virtute cõcelebrat: qđ suis locis iuuãte dño conabor exponere. Primꝰ iste eiusdẽ rei ꝟsus est Uox dñi sup aquas. i. spũs sapientie. Ipe eni legẽ ꝯdidit: qua credẽtiũ turba regeret. Nã legũt tabule testamẽti: digito dei scripte. Deut. Digitꝰ aũt dei spãliter ĩtelligit spũs sctũs. Qđ ꝟo dixit sup aquas ppl̃os significat: sicut et alter ps̃ ait. Saluũ Psal. me fac dñe: qm̃ intrauerunt aque vsq̃ ad aiam meã.

Apoca.15. Et in Apocalypsi legitur Ciuitas sedēs super aquas
multas. Quapropter istis allusiōibus hoc significari
manifestū est spiritum sapiētie legem populis condi-
disse. Sequit̃ Deus maiestatis intonuit. Hoc etiā ꝑti
net ad spiritū sapiētie. Dicit em̃ quando diem iudicij
predicauit/cū gehēne penas inestimabili terrore ꝑdi-
xit: vt non tam loqui/q̃ꝫ intonare videret̃. Subiunxit
etiā Dñs super aquas multas: id est sup populos gen
tiū diuersarū: quas ꝓphetarū atq̃ꝫ apostolorū predi-
catiōe lucratus est. Sic et in isto comate populos si-
gnificauit: quos etiā intelligi supius maluit. [Uox dñi
in virtute]. Miranda breuitas tria verba q̃ꝫ magnam
expleuere sentētiam. Uocē dñi in virtute/spiritū dicit
intelligētie: q̃ aduersaria cuncta deijcit atq̃ꝫ ꝓsternit:
sicut legitur Et nō est qui possit resistere volūtati tue.
Hester.13. Merito ergo vox dñi in virtute esse dicitur: cui nullis
obstaculis obuiat̃. [Uox dñi in magnificētia]. Hic spi
ritus cōsilij redolet. Quid eniz illo magnificētius qui
corde illuminato sentiri facit: vt appetāt̃ bona/ꝛ pessi
ma queq̃ꝫ fugiant̃: prestatq̃ꝫ vt de impio ꝑficiat̃ pius/
de captiuo liber/de seruo filius? Qđ illis ꝓuenire nō
dubiū est: quos spūs sanctus potentia sue maiestatis
inuisitat. [Uox dñi cōfringentis cedros: et confringet
dñs cedros libani]. Hic spūs virtutis elucescit: q̃ con
fringit supbiam que in se cōfidit: ꝛ humilitatem erigit
que de eius bonitate presumit. Cedros eniz supbiam
debemus accipere: que se in altitudinē eleuans/ꝓce-
ras huius arboris summitates imitat̃. Maxime: q̄ꝛ et
lignū ipsum nō est vtile nisi succisuz fuerit. Nullus em̃
in sua radice manēs ꝓficuos generat fruct⁹: sicut nec
elatio detestabilis que peccatū intulit mūdo. Hāc su
Jaco.4. perbiam vox dñi refringet: dicēdo Deus superbis re-
1. Pet.15. sistit: humilibus autē dat gratiam. Repetit quoq̃ꝫ Et
cōfringet dñs cedros libani. Sed q̃ꝫuis superioribus
hec similia videātur: tñ vno verbo addito libani/non
paruā videnť indicare distātiam. Cedri em̃ que alibi
nascunť non omnino ꝓcere sunt. In libano autē tales
inueniunť: vt omnes altitudines arborū superare vi-
deātur. Ergo mūdi istius nobiles ac reges/q̃ reliquos
hoīes tāq̃ꝫ humilia fruteta despiciūt: virt⁹ diuina cō-
fringit/quando paupes ꝛ humiles eligit. Isti em̃ vir-
tute superanť: illi inter diuitias suas aut cogitationi-
bus gemūt/aut turpi ambitiōe soluunť. Ponūtur etiā
Ps.103. cedri ꝛ in bonā partem: sicut in alio psalmo dicit: Ce-
Al.eas. dri libani quas dñs plātauit. [Et cōminuet † eos tan
Al.dilect⁹ q̃ꝫ vitulum libaui: ꝛ † dilectū sicut filios vnicornium]
quēadmo- Et hic quoq̃ꝫ versus ad spiritū virtutis pertinet. Uitu
dum filius. los autē libani sacrificijs frequēter antiquitas offere-
bat: qui ꝓpter luxuriam dulciū herbarū pingues erāt
DOG. admodū et decori. Eos mauult mūdanis summitati-
bus cōparare: que sic cōminuende sunt tanq̃ꝫ illi q̃ sa-
crificijs videbanť offerri. Nam ꝛ ipsi sunt victima: dū
conuersi christo dño nitidis mentibus offerūtur. Sed
ne sibi hoīes duram legem quererenť impositā: etiam
dilectū filium dei dicit esse moriturū. De quo scriptuz
Mat.3. est Hic est filius me⁹ dilectus: in quo michi bene com
placui. Propter incarnationem em̃ factus est sicut fi-
lius vnicorniorū: id est iudeorum singulariter se extol-
lentiū. Siue vnicornes appellati sunt iudei: q̄ꝛ vnum
tm̃ videnť accipere testamentū. Sic ergo christum di
cit carne moriturū/sicut ꝛ filios iudeorū: qui inestima
bili pietate cōditionem nostrā in morte suscepit: vt no
bis de nobis immortalitatem prestaret. [Uox dñi in-
tercidētis flammā ignis]. Spiritū scientie significat:
qui omne consiliū vel calorem cōtrariū intercidendo:
id est diuidendo disjudicat. Ille em̃ iudeorū ignitos ꝛ DOG.
flammeos tumultus sciētia sue maiestatis extinxit: vt
qđ scelerati fecerant velut ad solum hoīem negandū
in humanā salutem ꝛ gloriā verteret. [Uox dñi cōcu- Al. desertū.
tiētis † solitudinē: et cōmouebit dñs desertū cades].
Hic spiritum pietatis demōstrat: qui fallaces cogita
tiones/ꝛ inepta hominū vota cōcutiens: ad veritatis
studium correctos attrahit. Et bene errores eoꝝ soli-
tudinem vocauit/qm̃ habitatorem nō habēt deū: nec
ipsi in prauitatib⁹ suis diutius manere possunt: quan
do eas aut lamētabili morte deserūt/aut felici cōuer-
siōe derelinquūt. Sequit̃ Et cōmouebit dñs desertū
cades. Hoc adhuc ad spiritū pertinet pietatis. Sed
hunc locū narratio libri Exodi diligenter exponit: re-
ferēs cum Israeliticus populus in cades venisset/ni-
miaq̃ꝫ siti loci ariditate laboraret/Moysen iussu dñi
ꝑcussa petra subito illis aquarū copiam cōtulisse: mi-
roq̃ꝫ modo facta est terra irrigua/que arida siccitate
iacebat squalida. Per hanc ergo similitudinem dicit
pctōꝝ corda durissima in aquas sapiētie posse dissol-
ui: iterumq̃ꝫ illud exēplū cades in humanis cordibus
esse faciendū. Sepe em̃ desertum ponit̃/vbi et infide-
les populi conuenire noscunť: sicut in euangelio dicit
Uox clamātis in deserto. Non em̃ Joannes predica- Mat.3.
re poterat in deserto/vbi null⁹ audiret: sed desertū ap
pellati sunt/qui adhuc necdum fidei dona ꝑceperāt.
[Uox dñi preparantis ceruos ꝛ reuelabit cōdensa: et
in tēplo eius omnes dicent gloriam]. Septimū dicit
spiritū timoris dñi. Cerui em̃ sunt timidi quidem: sed
venenosa sorbētes. Et merito illis cōparati sunt: qui
et diuinitatē timent/ꝛ cōtraria queq̃ꝫ deuorāt: nec ab
eis possunt decipi vel noceri/qui aduersum ecclesiam
dei fellita noscunť altercatione resistere. Cōsignatus
est (vt superius diximus) spiritus septiformis: quem ꝛ
supputatione facile colliges/ꝛ operatiōe cognosces.
Sed hūc spiritum sanctū vnum atq̃ꝫ eundē debemus
accipere: cuius has quas diximus (testante Isaia) se- Isa.11.
ptem cōstat esse virtutes: id est spiritus sapiētie/spiri
tus intellectus/spiritus cōsilij/spiritus virtutis/spiri-
tus sciētie/spiritus pietatis/spirit⁹ timoris dñi: distri-
buēs vnicuiq̃ꝫ ꝓut vult. Nec moueat q̄ꝛ vbiq̃ꝫ vocem
spiritus sancti dicit esse sermonē. Hoc em̃ verbū vni-
uerse trinitati cōstat aptatū. Nam patris legimus vo
cem: cū dicit Hic est fili⁹ meus dilectus in quo michi Mat.3.
cōplacui. Itē filij dicētis Saule Saule quid me per- Act.9.
sequeris? Similiter ꝛ in actibus apostoloꝝ de spiritu
sancto legit̃ Segregate michi Paulū et Barnabam Act.13.
in opus qđ vocaui eos. Sed hanc cōmunionē verbo-
rū sanctissimus Augustinus ꝯtra Arrianos scribēs:
in vno libro vtili adunatione collegit: vt equalitatem
substātie/vel potētie indiuidue trinitatis omnis pru-
dēs possit agnoscere: quando et ipsa verba ꝓbat esse
cōmunia. Reuelauit etiā timor dñi condensa: quando
ignoratiōe deposita/ad intelligētiam diuine legis de-
uoti populi cōuenerūt. Pro qua re in ecclesia ei⁹ oēs
referūt gloriam: ꝓut vnusquisq̃ꝫ prefati spiritus septi-
formis dona suscipit. Gloria em̃ (sicut dictū sepe me- DEF.
minimus) laus est facta celebratione multorū. [Dñs Al. inhabi-
diluuium † inhabitat: et sedebit dñs rex in eternum. tare facit.
Dñs virtutē populo suo dabit: ꝛ † benedicet † popu- Al. dñs.
lum suū in pace]. Decursis virtutibus spiritus septi- Al. pplo suo
formis: in tertio ordine ad trinitatis complexionē mi-
rabili dispositione peruenit. Dicendo eniz in his duo-
bus versiculis: tertio dñs ostēdit sanctam trinitatem
diluuio: id est aquis baptismatis inhabitare: sicut in

Mat.28. euãgelio dictum est Eũtes baptizate omnes gẽtes in nomine patris ⁊ filij et spirit9 sancti. Sed queramus cur hic diluuium ꝑ sacris fontibus positum est. Merito: qm̃ illud qd factum est sub Noe/baptismatis sacri gerebat imaginẽ. Nam sicut istud purgat aĩas sordibus peccatorũ:ita ⁊ illud diluuiũ mundi crimina probrosa deleuit. Merito ergo ꝓ baptismate diluuiũ positum est:ad cuius similitudinem cõstat effectũ. Nam ꝙ tertio dñs repetijt sine distinctione personarũ licet intelligi. Primo dictuz de spiritu sancto Dñs diluuiũ inhabitat. Sequit Et sedebit dñs rex in eternuz: hoc autẽ de filio recte intelligimus. Dñs virtutem populo suo dabit:de patre cõpetenter aduertimus. Populo suo/significat christiano: quẽ de sacri baptismatis munere cõquisiuit. Subiũxit etiam Et benedicet populũ suũ in pace. Nõ dixit benedicent/sed benedicet: q: vnus est dñs deus noster. In pace/ꝓpter illud euã
Joan.14. gelij Pacem meã do vobis:pacem meã relinquo vobis. Una est eniz pax ⁊ patris/⁊ filij/⁊ spiritus sancti.

Conclusio.

Meminerimus ꝙ ingenti turba psalmus iste tonuerit:vt detrectatores spiritus sancti nõ possint ignorãtie excusatiõe defendi. Nam potentia ipsius septiformi distributiõe laudata est: vt nichil ibi inferius/ nichil cognosceres esse diuisum: q: sancte trinitatis vnitas in fine declarata est. Desinat hereticorum insana perfidia vanas cõmouere calumnias:legant Didymum/legant beatum Ambrosium:ceterosꝗ patres qui de hac re perfectissima disputatione dixerunt. Afferant induidue trinitati gloriam ⁊ honorem. Nec faciant in equalitate distantiam:si perduci non eligunt ad ruinam.

Explicit expositio in psalmum.28.

Psalmus cantici in dedicationem domus Dauid. xxix.

Xaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Dñe deus meus clamaui ad te: ⁊ sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno animã meaz:saluasti me a descẽdẽtibus in lacũ. Psallite dño sancti eius: et cõfitemini memorie sanctitatis ei9. Quoniã ira in indignatione eius: ⁊ vita in voluntate eius. Ad vesperũ demorabitur fletus:⁊ ad matutinũ letitia. Ego autẽ dixi in abundantia mea:non mouebor in eternũ. Dñe in voluntate tua:prestitisti decori meo virtutẽ. Auertisti faciem tuã a me: ⁊ factus sum conturbatus. Ad te dñe clamabo: ⁊ ad deũ meũ deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dum descẽdo in corruptionem? Nũquid confitebitur tibi puluis:aut annunciabit veritatem tuam? Audiuit dñs/⁊ misertus est mei: dñs factus est adiutor me9. Cõuertisti planctum meũ in gaudium michi:conscidisti saccum meum:⁊ circũdedisti me letitia. Ut cantet tibi gloria mea ⁊ nõ cõpungar: dñe deus meus in eternum confitebor tibi.

Salmi cantici cognita significatio est: nũc cõsideremus cur posita sit domus dedicationis. Domus/significat Dñici corporis tẽplũ. Dedicatio ꝟo resurrectionẽ eiusdez dñi christi. Tunc em̃ corpus eius in eternã gloriam/potestatẽꝗ perductum est:sicut in euãgelio ipse dicit: Data est michi omnis potestas in celo et in terra. Dedicare quippe dicimus/cuz nouitas domus alicuius in vsum celeberrimũ deputatur. Domus autem Dauid/ꝓpter semen eius est posita: vnde saluator noster carnis traxit originẽ. Ista domus est/que nũc apertis foribus labiorum leta decãtat Exaltabo te dñe:que fabricata est nascendo:sed in sancta resurrectione cognoscitur dedicata. Mat.

Diuisio.

Ex noster dñs christus pria narratiõe post resurrectionẽ gloriosaz patri gratias egit: q: eũ de mũdi istius aduersitate liberauit: sanctis iubens laudem dicere dño: quãdo vniuersa in eius potestate sunt posita. Secũda se dicit a sua cõstantia non mouendũ: insuꝑ addens preconia diuinitatis a viuis potius/non a mortuis esse soluenda. Tertia redit ad resurrectionẽ suã let9 ⁊ exultãs:qm̃ carnis fragilitate deposita/in eterna maiestatis sue gloria perseuerat: more suo preteritũ dicens qd nouerat esse vẽturũ.

Expositio.

Xaltabo te dñe qm̃ suscepisti me:nec delectasti inimicos meos super me]. Dñs christus patri gratias agit:per dispensationẽ qua resurrexit a mortuis. Nã exaltabo dicit:latius innotescere facio/quod sancta verbi incarnatiõe/ gloriosaꝗ resurrectione cõpletum est. Quanti em̃ ante hoc tẽpus dñm spiritualiter cognoscere potuerũt:nisi eius aduẽtu veritas ꝓmissa claruisset? Sed homo ideo exaltare valuit nomen altissimi: qm̃ ab eodẽ constat assumptus. Nã queadmodũ potuisset aut occulta dei ꝓdere/aut iudicia dei futura narrare: nisi virtute celesti qua preualuit sua/patrisꝗ secreta reuelare? Sequit nõnulla questio. Nec delectasti inimicos meos super me. Quomodo em̃ non sunt delectati inimici ei9:quãdo eũ colaphizantes dicebãt: Prophetiza nobis christe:quis est qui te percussit? Et iterũ stantes ante crucem:dicebãt Uah qui destruit templũ: et in triduo reedificat illud? Quemadmodum etiam non sunt delectati:quando super vestimenta eius miserũt sortem? Sed hec fugitiua/inanisꝗ letitia:in penitudinẽ illis/tristitiamꝗ cõuersa est:dum eum post triduũ viderũt resurgere: quẽ sperauerũt cõmunẽ interitũ reperisse. Delectasti vero posuit ꝓ delectari fecisti. Que figura dicit Hypallage:quotiens aut genus/aut verbi declinatio cõmutatur. Super me autẽ dixit/postꝗ de hoc mũdo trãsiuit. Tunc em̃ et inimici tristes effecti sunt: et deuoti gaudio magno floruerũt. [Dñe deus meus clamaui ad te:⁊ sanasti me]. Quemadmodũ sanatus est qui nõ legitur egrotasse? Sed occulte ille egrotabat/quando vniuersum hoiem sua incarnatiõe suscepit:qui erat obnoxius ⁊ morbis/et mortibus. Sed q: in illo sanati sumus:sanatũ se ipse ꝓfitetur. Tunc em̃ saluatus est dñs christus: quãdo carnem fragilitatis nostre resurgendo/in eterne vite gaudia collocauit: ⁊ omnes salui facti sunt/q in ipso fideliter crediderunt. [Dñe † abstraxisti ab inferis animã meã: saluasti me a descẽdẽtibus in lacum]. Quid dicimus de illis qui dñm christum animã habuisse non credũt? Ecce ipse totiẽs clamat ad inferos se humana lege perductum

Mat. Ioh.

exindeqꝫ animam suam potestate sue diuinitatis ab-
stractam. Et vide: qꝛ abstractam dicit. s. qm̄ claustris
inferni diruptis/ad celum vsqꝫ perducta est. Descen-
dentes vero in locum sunt: qui in seculi istius iniquita
te versant. Et bene dixit Descēdētibus: quasi in ꝓfun
dum eūtibus: qui pressi pondere peccatorū/altissima
ꝓfunditate deuorantur. Sed quomodo saluatus est/
quē constat occisum? Saluatus est vtiqꝫ a talibus: id
est ab eorū cōmunione liberatus est cum resurrexit a
mortuis/ꝛ mors ei vltra nocere non potuit. [Psallite
dn̄o sancti ei9: ꝛ cōfitemini memorie sanctitatis eius]
Post resurrectionem suam cōuenienter precipit san-
ctis psallere: vt resurgente capite membra letarētur:
maxime cum spes eoꝝ tali dispensatione firmata sit:
qm̄ et ipsos constat in letitia resurgere/quos contigit
ei9 predicationi credidisse. Memorie sanctitatis eius
dixit: qꝛ nostri memor esse dignatus est qui in vmbra
mortis quasi in dēsa peccatorū caligine versabamur.
Non em̄ nos illius memores fuimus qui nos creauit:
sed ille nostri potius quos creauit: sicut ipse in euāge-
Joan.15. lio dicit: Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Et
ideo confitenda ꝛ glorificanda est memoria sanctita-
tis eius: que humanū genus in recordationē suā de-
ducens/quod nos saluare potuisset effecit. [Qm̄ ira
in indignatiōe eius: ꝛ vita in volūtate eius. Ad vespe
rum demorabit fletus: ꝛ ad matutinū letitia]. Parti-
bus suis intelligamus hūc versum: in quo malorū re-
tributionē/iustorum premia/passionis sue tristitiam/
resurrectiōis leta cōmemorat: eoqꝫ fit vt cum fuerint
distincta/nesciant cōfusionis iniuriam. Sed cū nostra
ira (sicut legitur) mortē operetur: in primo comate per
tropologiam hoc de dn̄o dicitur: qꝛ reuera indigna-
tio illius mors est vtiqꝫ peccatoris. Dignatio enim est
quando nos clemēter suscipit: indignatio/cū nos ira-
tus abijcit: non qꝛ ille irascitur/sed de eius auersione
mors euenit: que de ira humana ꝓcedit. Sequitur Et
vita in voluntate eius. Nichil potest dici prestantius.
Nam sicuti in indignatione mors/ita in volūtate eius
vita esse dinoscitur: que tn̄ non in meritis nostris/sed
TOP. in ipsius voluntate cōsistit. Hoc argumentū in Topi
cis dicitur ex cōtrario. Adiecit Ad vesperum demo-
DEF. rabitur fletus. Vesperum dicimus: cū peracto die sol
occidit/ꝛ noctis tenebre consequunt. Quod accidisse
cōstat ecclesie: quando christus dn̄s noster est perem
ptus. Tunc em̄ vere demoratus est fletus: dum ꝑ tri-
duum fidelium turba cōgemuit/ꝛ mundi ipsius natu-
ra cōcussa est: vt ꝛ ipse orbis cum humano genere dn̄i
DEF. lugere videretur exitium. Matutinum vero dicimus:
quādo discedētibus tenebris crepusculū ceperit elu-
cere. Quo tēpore resurrectio dn̄i (euangelio teste) vul
gata est. De qua parte beatis creuisse cōstat sine du-
bitatione letitiam. Sic in vno versu tantarū rerū in-
gens explicata perfectio est. [Ego autem dixi in mea
abundātia: non mouebor in eternū]. Postq̄ de resur-
rectione sua gratias egit: ꝛ sanctis psalmodiā saluta-
riter imperauit: secūda narratione redit ad passionis
gloriosissimā causam: ꝛ que illo tempore secū cogita-
uerit/pius doctor edicit. Nunc videamus que sit ista
abundātia: per quam se nullatenus mouendū esse ꝓfi-
tetur. Abundantia erat filio semper virginis Marie:
Joan.1. quod verbum caro factum est/et habitauit in nobis.
Quid em̄ illa gratia copiosi9: que habere meruit ple-
Col.2. nitudinē deitatis? Sicut dicit apostolus: In quo ha-
bitauit om̄is plenitudo diuinitatis corporaliter: id est
verissime substantialiter atqꝫ perfecte. Jure ergo di-
cebat in eternum se moueri nō posse: cui sua maiestas
cōfidentie dona prestabat. [Dn̄e in volūtate tua pre-
stitisti decori meo virtutē. Auertisti faciem tuā a me:
ꝛ factus sum cōturbatus]. In hoc versu euidēter ex-
ponit: vnde illa fuerit abundantia/que nō potuit com
moueri. Virtutem quippe de se humana natura ha-
buisse non dicit: sed desuper sibi asserit contributam.
Nam decorem ipsius ꝓbat illud exemplum: Specio- Ps.44.
sus forma pre filijs hominū. Sed ista immaculata et
sole clarior humanitatis pulchritudo copulata verbo
virtutem accepit qua miracula magna faciebat: sicut
in euāgelio ipse testatur dicēs: Sicut pater habet vi- Joan.5.
tam in semetipso: sic dedit ꝛ filio habere vitā in semet
ipso. Sequit ꝓbatio sententie superioris. Auertisti fa
ciem tuam a me: ꝛ factus sum cōturbatus. Ac si dice-
ret Tu michi dedisti ꝫm carnē que habeo: vt te auer-
so fuerim cōturbatus. Hec autē dicēs perniciosas ho
minū elationes intercipit. Nam quemadmodū pecca
tor de se audeat presumere: cū immaculata sanctitas
virtutē sibi/ac decorem a dn̄o prestitum fateat? Hoc
argumentū in Topicis dicitur a cōsequētibus. Nam TOP.
cum auertit faciem suam diuinitas: cōsequens erat vt
carnis turbaretur infirmitas. [Ad te dn̄e clamabo: ꝛ
ad deum meū deprecabor]. Qꝛ modo dixit dn̄e/mo-
do deū: vna sententia est. Nā hoc est ad dn̄m clamare:
quod deum fuisse deprecatum. [Que vtilitas in san-
guine meo: dū descendo in corruptionē? Nūquid con
fitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatē tuam?]
Immaculata verbi incarnatio ceptis precibus perse
uerat. Ab ipsa em̄ parte dicitur Si descēdero in cor-
ruptionem: id est ad putrefactionem: cui lege genera-
li cūcta caro subiecta est: qualis erit spes fideliū/qui
me sub triduana celeritate resurgere crediderūt? Pe-
tit ergo nō vt moriatur/sed ne caro ipsius corruptio-
ne resoluta nullum signū ꝓmisse maiestatis ostendat:
ꝓpter illud quod alibi dicit Non dabis sanctū tuū vi Ps.15.
dere corruptionem: ꝛ incipiat non esse vtilitas mundi
in salutifero sanguine dominice passiōis. Cōfessio ve-
ro hic laudem significat: quā vtiqꝫ offerre nō possunt/
qui in puluerem cōmuni morte soluūtur. Sequit Aut
annunciabit veritatē tuam. Illam videlicet/quā post
resurrectionē discipulis dixit: Ite predicate hoc euā- Mar.16.
geliū omni creature. Et qui crediderit/et baptizatus
fuerit saluus erit: qui autē non crediderit/cōdemnabi
tur. [Audiuit dn̄s/et misertus est mei: dn̄s factus est
adiutor meus]. Venit ad tertiam narrationē: in qua
iam de sua resurrectione gaudēs/eterne beatitudinis
gratificatiōe mulcetur. Sed quemadmodū factus sit
adiutor/ipse cōsequenter exponit: et ideo nostra ver-
ba non debent adijci: vt cursus ipse dictorū ꝓpria ma
gis expositione declaret. Hoc schema dicitur Ephe- SCHE.
xegesis: latine explanatio: vbi ꝑora dicta verbis sub-
sequētibus exponunt. [Conuertisti planctum meū in
gaudium michi: cōscidisti saccum meū/ꝛ † precinxisti Al. circūde
me letitia]. Planctus ad mortē attinet: gaudium ad disti.
resurrectionē: quod iam vtrūqꝫ constat impletū. Sac DEF.
cus vero est textura grossissima atqꝫ aspera: in huma
nos vsus/laboresqꝫ deputata: qui carni humane con-
gruēter aptatur. Cōscissus est ergo saccus: id est cor-
pus ipsius: cum ꝑ nobis ipse mori dignatus est. Ante
eius quippe exitum mors nos tortuosis ligaminibus
ambiebat: ꝛ velut aliquod frumentū insolubili carce-
re tenebat inclusos. Sed vt intelligas saccū ꝑ tristi-
tia mortis fuisse positū: cōtra hūc dicit de resurrectio
ne Precinxisti me letitia. Perpēde verbū precinxisti.

Cingulũ significat qđ ad iudicis pertinet dignitatē.
Nam cuncta potestas in ipso vocabulo noscit̃ cõstitu
ta. Sic eñ cinctũ dicimus iudicem: quãdo eiꝰ fasces/
honoresqꝫ declaramus. Et vide: qꝛ non dicit Cinxisti:
sed precinxisti: id est supra omnes potestates ⁊ virtu=
Philip.2. tes eleuasti: ꝓpter illud apostoli Et dedit ei nomē: qđ
est sup omne nomen. [Ut cãtet tibi gloria mea/ et non
cõpungar: dñe deus meus in eternum cõfitebor tibi].
De superioribus pēdet iste versiculus. Ideo eñ pre=
cinctũ se dixit esse letitia: vt humanitas cãtaret deita
ti/ que est eius gloria. Cãtare autē diximus ad mētis
letitiam ꝓprie ꝑtinere. Gloria vero christi/ patris ma
Mat.3. iestas est: a quo audiuit Hic est filius meus dilectus:
in quo michi bene cõplacui. Et qꝛ semel ꝓ mũdi salu=
te cõpunctus: id est crucifixus est: nulli se vlteriꝰ sub=
iacere memorat passioni: quippe q̃ carnis fragilitate
deposita in maiestatis sue gloria ꝑseuerat: sicut dicit
Roma.6. apostolus. Christus surgēs a mortuis iam nõ morit̃:
mors ei vltra nõ dominabit̃. Sed ne predictã cantile
nã putares existere tēporalem: in eternũ se cõfiteri di
ETy. cit. Confitebor autē hic accipiendũ est a parte mem=
brorũ: quasi cõfabor: id est cum sanctis eterna te voce
laudabo. Quod absolute creditur esse venturũ: cũ il=
la ciuitas Hierusalem fuerit dedicata: quando iustis
omnibus indeficiens ꝓmittitur psalmodia. Sic enim
frequenter ꝓmittit se facere christus/ qđ facturus est
Ps.34. populus vtiqꝫ christianꝰ: sicut est ⁊ illud Cõfitebor ti=
bi dñe in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

Conclusio.

¶ Paruus quidē psalmus/ sed celestis doctri=ne vbertate repletus est: habens in versibus gratiam breuitatis/ et in sensibus extensas omnino latitudines. Hic eñ sancte resurrectiõis gratia dicitur: hic passio dñi gloriosa memorat̃: vt nulla tribulatio passionis terreat/ quos resurrectionis spes magna letificat. Et intuere ꝓpter gratiam nouitatis hic ordinē fuisse cõuersum: vt inciperet a resurrectione: quam post passionem dñi constat euenisse.

¶ Explicit expositio in psalmum. 29.

¶ In finem psalmus Dauid. xxx.

IN te dñe speraui nõ confundar in eternũ: in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me. Esto michi in deum ꝓtectorem/ ⁊ in domum refugij: vt saluũ me facias. Quoniã fortitudo mea/ ⁊ refugium meũ es tu: et ꝓpter nomen tuum deduces me/ et enutries me. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt michi: quoniã tu es ꝓtector meꝰ. In manus tuas commēdo spiritum meũ: redemisti me dñe deus veritatis. Odisti obseruantes vanitates superuacue. Ego autem in dño speraui: exultabo et letabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animã meam. Nec cõclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos. Miserere mei dñe quoniã tribulor: cõturbatus est in ira oculus meꝰ: anima mea ⁊ vēter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea cõturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis. Qui videbant me foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanqꝫ mortuus a corde. Factus sum tanqꝫ vas perditum: quoniã audiui vituperationem multorũ commorantiũ in circuitu. In eo dum cõuenirent simul aduersum me: accipere animam meam cõciliati sunt. Ego autē in te speraui dñe/ dixi deus meus es tu: in manibꝰ tuis sortes mee. Eripe me de manu inimicorũ meorũ: et a persequētibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuũ: saluum me fac in misericordia tua: dñe non confundar quoniã inuocaui te. Erubescant impij ⁊ deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa. Que loquũtur aduersus iustum iniquitatem: in superbia ⁊ in abusione. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe: quam abscondisti timētibus te. Perfecisti eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominũ. Abscondes eos in abscõdito faciei tue: a conturbatione hominũ. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarũ. Benedictus dñs: quoniã mirificauit misericordiam suã michi in ciuitate munita. Ego autem dixi in excessu mētis mee: ꝓiectus sum a facie oculorum tuoꝝ. Ideo exaudisti vocem orationis mee: dũ clamarem ad te. Diligite dñm omnes sancti eiꝰ: quoniã veritatē requiret dñs: ⁊ retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite/ ⁊ cõfortetur cor vestrum: omnes qui speratis in dño.

VErba que titulus cõtinet/ ad dñm christũ frequenter diximus esse referenda: cui totus psalmus aptandus est: quando eius passionem/ resurrectionēqꝫ decantat. Loqui ei ex nostra humilitate dignatꝰ est/ q̃ etiã sustinuit humani corporis passionē: ꝑ sua nos eloquia bonus magister erudiēs: vt et nos imitãtes rerũ celestiũ disciplinã/ humiles ac deuoti nostri capitis dicta sequeremur. Intuendũ est vero psalmũ hũc quartum esse eoꝝ: qui de passione et resurrectione dominica breuiter faciunt mētionem.

Diuisio.

PEr vniuersum psalmũ verba sunt dñi saluatoris. Primo ingressu precatur patrē/ vt de malis imminētibus liberet̃: ac deinde exauditũ se indubitãter exultat. Secundo redit ad passionē suã: actũqꝫ rei per allusiões varias mirabili narratiõe describit. Tertio generaliter agit gratias pro se/ ⁊ populo fideli: qm̃ vniuersali ecclesie misericordie sue dona largitus est: commonēs etiã sanctos vt in charitate dñi perseuerēt: qui ⁊ bonorũ premia/ ⁊ malorũ retributiones superius audierunt.

Expositio.

IN te dñe speraui non confundar in eternū: in tua iustitia libera me † ⁊ eripe me]. Perscrutandū est quemadmodū frequenter similia dicta suaui varietate repetanť. Orat christ⁹ patrem ex natura humanitatis assumpte: ne de sua spe deiectus/ humane insultationis patiať opprobria: addēs In eternum: vbi eius cōtemplatio fixa/ et incōmutabilis permanebat. In tua iustitia: id est qua cōsueuisti subuenire rogantibus: q̄ firmissime de tua maiestate cōfidunt. Libera/ ad pericula huius mūdi pertinet amouenda. Eripe/ ad celeritatem respicit auxilij: ne illa resurrectio mūdo saluberrima tardareť. Eripe autē/ constat a rapiendo compositum. Quapropter merito implorauit iustitiam dñi: q̄ se nouerat per iniquos passurū. O vere mirāda ⁊ diuina cōmutatio Accepit necem: reddidit salutē. Pertulit iniurias/ tribuit honores/ dolorē sumpsit/ cōtulit sospitatē: ⁊ solus/ ⁊ summe pius qui dulcia prestitit cū amara susceperit. [Inclina ad me aurē tuam: accelera vt † eripias me. Esto michi in deum ꝓtectorem]. Inclina dixit aurē tuam/ ꝓpter membrorū suorū humilitatem: vt q̄m per naturā suā humana conditio ad diuinitatem non poterat attingere/ ad eam diuinitas inclinata descēderet: quod omnipotētis verbi incarnatiōe ꝑuenit. Unde merito petebatur/ qđ adhuc minime ꝓbabatur effectū. Sequiť Accelera vt eripias me. Id est festina resurrectionem dare celerrimā: nō illam morosam quā generalitas adhuc noscitur sustinere. Hec autē frequētia petitionis docet nos ab oratione nō debere suspendi: etiā cū nobis credimus aliqua posse cōcedi. Petit quoqꝫ vt ab hui⁹ seculi importunis insidijs diuina virtute ꝓtegať: ne pateat inimicis derelicta simplicitas: sicut scriptū est in Isaia ꝓpheta: Sicut agnus coram tondēte se sine voce: sic nō aperuit os suum. [Et in domū refugij: vt saluū me facias]. Domus est refugij/ gloriosa resurrectio: postq̄ꝫ iam nulla imbecillitate cōcutiť/ sed incorruptibili maiestate perfruiť. Nam tūc saluus fuit: cū mors ei vltra preualere nō potuit. Ita qđ timet ex nobis: qđ confidit ꝓprie diuinitatis est. Domū quoqꝫ refugij/ ad ecclesiā catholicā dicunt aliq̄ ꝑtinere: vbi a parte membroꝝ petit se saluū fieri: q̄m in ipsa reuera omnis christianus saluus efficiť: sicut in arca Noe crescente diluuio/ soli salui facti sunt qui feliciter intrare meruerūt. [Q̄m † firmamentū meū/ ⁊ refugium meum es tu: et ꝓpter nomen tuum † dux michi eris/ ⁊ enutries me]. Firmamentū pertinet ad tolerāda que passus est: refugium ad finem malorū: quādo istius seculi iniquitates gloriose mortis fine superauit. Sequiť Et ꝓpter nomen tuū dux michi eris. Propter nomē suum dñs dux erat humanitati: q̄m illud latius ꝑ vniuersas gentes fecit agnosci saluberrima predicatione vulgata. Siue hoc a mēbris accipiendū: sicut supra iam dictū est. Dux em̄ noster veraciter diciť: quando illū sequimur/ et predicationis eius vestigia nō vitamus. Addidit etiā enutritū se quousqꝫ ad perfectionē catholicā ecclesia ipsius munere ꝑueniret. [Educes me de laqueo † isto quē † occultauerūt michi: q̄m tu es protector me⁹ † dñe]. Occultatus est quidē ab inimicis laqueus: sed non qui christo esset occultus/ nec in mortē deceptus incidit: sed sciens eam ꝓ nostra liberatione suscepit. Ergo laqueū occultauerunt iudei christo: q̄ tm̄ hominē credētes/ occultis eum perdere machinabanť insidijs. Unde se dicit educendum: id est resurrectiōis beneficio ad superna velociter eleuandū. Sed oīa consilia iudeorū dicit esse frustranda: q̄ (dño ꝓtegēte) nulla potest aduersitas preualere. [In manus tuas commēdo spiritū meū: redemisti me dñe de⁹ veritatis. Cōsideremus cur hic sermōes ipsi sint positi: quos euāgelij textus eloquitur. Nam ⁊ ibi sic ait: In manus tuas cōmendo spiritum meū: et inclinato capite reddidit spiritū. s. vt ⁊ hic euꝫ cognosceres fuisse locutū: qui post tot secula eadeꝫ erat in cruce positus verba dicturus. In manus tuas/ in veritate tua: qua benigna ⁊ iusta semꝑ operaris. Commēdat itaqꝫ patri inestimabilem thesaurū: animā videlicꝫ illam/ que voluntates ipsius pura intentiōe faciebat. Dignū ergo fuit: vt tanto susceptori talis commēdaretur spiritus. Redemptū se deinde esse testificans. Sed videamus quo precio? Illo. s. quo apl's dicit Semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs. Uides q̄ꝫ magnū precīū fuit/ vt maiestatē suam vsqꝫ ad carnē hominis inclinaret: seqꝫ exinaniuit/ vt celestibus humana copularet. Sed vt istū dñm euidenter aduerteres/ addidit quis esset: id est deus veritatis. Illorū em̄ specialiter deus est/ qui veritatem diligūt: nec in aliqua falsitate misceňť. [Odisti † omnes obseruātes vanitatem: superuacue. Ego autē in dño † sperabo]. Illa reddunť semꝑ odiosa/ que ꝓbantur esse cōtraria. Iuste ergo veritas oderat vanitatem: q̄ vanitas in falsitate versať. Cui rei ipse tribuit expositionē: dicēs Superuacue: que nō solum vacua/ sed etiā superuacua dicta est merito: quādo fructuosam intelligentiam tollens alienat a dño. Et quādo prius dixit dñm odisse vanitatem: id est seculi istius desideria trāsitura/ nūc se dicit amare verissima. Que sunt ista verissima? Sperabo in dño: vbi nichil vanum/ nichil superuacuum est: sed totum fixum atqꝫ integrū perseuerat. Uerū istam rem que causa consequiť? [Exultabo/ ⁊ letabor in tua misericordia. † Quia respexisti humilitatem meam]. In hoc ⁊ superiore versu iterum cathegoricus syllogismus enascitur: cuius definitionem/ partesqꝫ in primo psalmo iā diximus: qui etiā hoc loco simili ratione colligiť: id est Ego in dño speraui. Ois sperans in dño exultabit: ⁊ letabiť in misericordia eius. Ego igiť exultabo/ ⁊ letabor in misericordia ei⁹. Pulchrū plane dicēdi genus in breuitate cōplecti: qđ nulla possit aduersitate dirumpi. Nunc psalmi verba tractemus. Exultare/ est cū magni animi alacritate gaudere. Letari/ est tēperata mentis affectiōe mulceri. Sed cōsideremus quotiens cōmonemur: in humanis viribus minime cōfidendum. Nā quemadmodū (vt supra dictū est) quisq̄ꝫ de se debeat presumere: vnde sancta incarnatio legitur abstinere. Quapropter execrāda est pelagiane prauitatis intentio: dū illa tentat ꝓ̄sumere que cognoscere debuit spiritum sanctum totiēs ante damnasse. Intendamus etiā qui dicit humilitatē suā fuisse respectā: ille videlicet qui celū terrāqꝫ/ ⁊ creauit ⁊ cōtinet: cui potestates suꝑne seruiūt. Sed ideo erat in altissimo humilitas: q̄ illi et humanitas veraciter adherebat ab ipsa conceptione perfecte. Ait nanqꝫ. [† Saluam fecisti de necessitatibus animā meā. Nec conclusisti me in † manus inimici †]. Necessitas diciť ab eo quod in nece sit posita: id est i mortis angustijs constituta. Nam quādo peccatorum laqueis innodamur: nec ab eis possumus nostra virtute solui/ necessitas appellatur. Ergo tunc de necessitatibus liberata est anima dñi saluatoris: cū a peccatis reddita est modis omnibus aliena. Sequitur Nec conclusisti me in

Marginal notes (left column): Al. non hꝫ. — ETY. — Al. Eruas. — Isa. 53. — Al. Fortitudo mea. — Al. deduces me. — Al. hoc. — Al. absconderunt. — Al. non hꝫ.

Marginal notes (right column): Luc. 23. — Philip. 2. — Al. non hꝫ. — Al. speraui. — Al. Q̄m. — SYL. — DEF. — Al. saluasti. — Al. manib⁹. — Al. mei. — ETY.

manus inimici. Ipsa erat necessitas quā superius di-
xit: si potestati diabolice delictis tradetur obnoxius.
Conclusi sunt em̄ quasi carcere penali: qui illi⁹ seuissi-
mi manibus ambiūtur. Nec cōclusisti ergo dicit: q2 li-
ber effectus est a potestate diaboli: sicut ipse in euan-
Joan.14. gelio ait Ecce veniet princeps mundi huius: et in me
nō inueniet quicq̄. [Statuisti in loco spacioso pedes
meos. Miserere mei dn̄e qm̄ tribulor]. Post liberatio
nis sue decursam exultationem / ad secūdum venit in-
gressum: vbi de passione sua multa dicturus est: vt eā
frequēti memoria pijssimus cōmoneret / quā p omniū
salute suscepit. Satuisti dicit: hoc est firmasti: quia la-
psum sustinere nō poterat / qui mundi vitia non habe-
bat. In loco spacioso: id est libero: et a potestate dia-
boli semper excepto. Ipse em̄ liber locus est / quē ho-
stis ille non insidet. Ipse spaciosus / quē ille non occu
pat. Et intende: q2 non dixit in via / sed in loco spacio-
so: id est in patria virtutū / in regione beatorū. Via em̄
legitur angusta iustorū. Pedes autē suos dicit virtu-
tes morales: p quas hunc mundū fixis gressibus am-
bulauit: quibus diaboli aduersitas impedire non po-
tuit. Sed q̄uis mundū inculpabiliter ambularet / ne-
cessariū fuit vt eius infirmitatibus diuina gratia sub-
ueniret: ne imbecilla caro a celestis pposito integrita-
te discederet. Ideo sequitur Miserere mei dn̄e qm̄ tri
bulor. Lege em̄ humani corporis tribulationi sue po
Mat.26. stulat subueniri: sicut et in euangelio dicit: Tristis est
anima mea vsq3 ad mortē: et his similia. Siue pedes
suos apostolos dicit: qui in loco spacioso: id est p vni-
uersalem ecclesiam certissima stabilitate fidei cōstite
rūt. [Cōturbatus est in ira oculus meus: anima mea /
SCHE. ꝛ venter meus]. Per hos quatuor versus figura Dia
typosis est: que latine expressio dicitur: vbi rebus / pso
nisve subiectis ꝛ forme ipse / et habitus exprimuntur.
Incipit em̄ describere qualis fuerit periculi magnitu
do. Ac si diceret Confusus est animus meus: cum me
insequentiū furor appeteret. Iram siquidē posuit / ini
micorū indignationē. Oculus autē / intellectū signifi
cat: quem semp cōturbamus atq3 cōfundimus / quan
do imminētia pericula formidamus. Venter vero no-
ster alu⁹ est: in quo edulia deglutita recōdimus. Qui
apte memorie comparat: q2 sicut ille trāsmissas escas
recipit / sic ꝛ memorie sinus notitias rerū competēter
assumit. Conturbatū ergo dicit ventrem: id est memo
riam suam: vbi habebat reposita / que illi dn̄s de sua
clarificatiōe pmiserat. Sed cum videret caro sibi im
minere pericula: consequēs fuit eam trepidatione tur
bari. Et nota: q2 se cōturbatum frequēter dicit: despe-
rasse nusq̄. Quod ideo ab ipso dictū est: vt nobis hāc
imitandi formulam magister celestis ostēderet. Nam
cōturbatio humanitatē familiariter petit: diuine au-
tem sanctitati desperatio puenire non potuit. [Quo-
niam defecit in dolore vita mea: ꝛ anni mei in gemiti-
bus]. Hinc est illa cōturbatio / carnisq3 met⁹: q2 in do-
loribus vita defecerat. Verbū autē ipsum defecit: lon
DEF. gas ꝛ grauissimas significat passiōes. Deficere ei est
paulatim minus facere: et ad finem perdēdo aliquas
valitudinis minutias peruenire. Quod vite humane
accidere posse manifestū est: que ad terminum mortis
vsq3 perducit. Superiora vero declarans / subiungit
Et anni mei in gemitibus: qd multitudinem significat
vtiq3 dierum. Considera q dixit In gemitibus: quia
nō fuit leuis dolor vbi continuus gemitus insonabat.
Siue hoc magis ad martyrū pertinet passiones: qui
in capite merito intelligūtur: qm̄ ipsi mēbra sunt chri

sti. Et cōsidera: q2 nō in vocibus / sed in gemitibus po
suit: vt deo fieret amplius notū / quod hominibus vi-
debatur occultum. [Infirmata est in paupertate vir-
tus mea: ꝛ ossa mea cōturbata sunt]. Virt⁹ animi infir
matur in paupertate: qm̄ omnibus bonis indiget hu-
mana fragilitas. Quid em̄ illa pauperius / que nichil
idoneum de se habere cognoscit? Ossa vero fortitudo
est: qua compago corporis sustinet. Quod vtrūq3 pul
chre positum est ad exprimēdam imbecillitatē huma
ne substantie: q2 neq3 in animi robore / neq3 in carnis
spe vlla debet esse presumptio: sicut Propheta dicit:
Maledictus qui cōfidit in homine / ꝛ ponit spem car- Hiere
nem brachij sui: ꝛ a dn̄o recedit cor eius. [Super oēs
inimicos meos factus sum opprobrium: † et vicinis Al.
meis † nimiū: et timor notis meis]. Non vacat quod Al.
super omnes / ꝛ nō inter omnes ait. Super omnes ini
micos meos / per modū exaggeratiuū dicitur: qm̄ dū
essent illi vere opprobriū / christus dn̄s innocens atq3
immaculatus inter eos habebatur opprobriū: qui se
nefario scelere polluebāt. Sequit Factus sum oppro
brium: non q2 ego vere opprobrium fui / sed qm̄ ab il-
lis putabar esse qd nō eram: qui deceptis vanis per-
suasionibus errauerunt. Cōtra probum dicimus im-
probum: id est inhonestū / atq3 indecorū. Opprobriū
autē / significat valde abominabile facinus: quod dn̄o
saluatori inter iniquos iudeos euenisse manifestū est:
cum dicerent: Hic homo a deo non est / qui sabbatum Joan
non custodit. Et alibi: Samaritanus es / ꝛ demonium Ibid.
habes. Vicinos autē illos dicit / qui ei vicinitate fidei
ppinquabant: qui adhuc non crediderant / sed crede-
re disponebant: sed vidētes eum in cruce pepēdisse / a
credulitatis vicinitate remoti sunt: dū pati videbant
quem adorandum esse putauerant: ignari cum fideli-
ter predicta necessario cernerent consecuta / tunc ma-
gis a firma credulitate suspensi sunt. Et nota q prius
dixit Inimicos: deinde Vicinos: nūc accedendo per-
uenit ad notos. Notos autē / apostolos significat: qui
passione ipsius omnino turbati sunt. De quibus scri-
ptum est Percutiam pastorē: ꝛ dispergētur oues gre Zach
gis. Sic figura Diatyposis per hos quatuor versus SCHE
(sicut diximus) decenter impleta est. [Qui videbant
me foras † fugiebant a me: † excidi tanq̄ mortuus a al. fu
corde]. Et in isto / alteroq3 versu qui sequitur: Figura al. ob
est Metriasmos: que latine dicit mediocritas / quo- datus
tiens rem magnam mediocri relatione pferimus. Di SCHE
cit enim et nunc Qui videbant me foras fugiebant a
me: scz qui minus scripturis credentes / dn̄m viderunt
in cruce positum: foras a deitate ipsius exierunt: spe-
rantes spem suam morte ipsius fuisse finitā. Siue he-
reticos significat: qui audiētes in ecclesia scripturas
diuinas / videntesq3 magnalia foras exeūt ad iniquas
predicatiōes fugiētes veritatem: in qua minime per-
seuerare patiuntur. Bene autē sequitur Excidi tanq̄
mortuus a corde. Nō enim a fidelibus mortuus dici-
tur: cuius deitas impassibilis veraciter estimat. Ex-
cidi a corde: id est a mente infideliū: qd solet illis con-
tingere qui defunctos homines obruēdo / cum corpo-
re simul eorum memoriā / recordationemq3 sepeliūt.
[Factus sum † sicut vas perditum: quoniā audiui vi- Al. tan
tuperationē multorū † circūhabitantium]. Vas per- Al. cō
ditum est / quod fractum ad nullos vsus necessarium rantium
semper abijcitur: ita ꝛ Jesus mortuus quasi fractum circum
vas abijciēdus putabatur a perfidis. Quid enim di-
ci poterat mediocrius / q̄ vt illa maiestas omnipotēs
testis fragilibus equaretur? Sed hec sic a dementibus

putata perpende. Ceterū in illo semper fuit omnipo=
tentia singularis: et diuina plenitudo mirabilis: sicut
Col.2. apostolus dicit In quo habitat om̄is plenitudo diui=
nitatis corporaliter: id est substantialiter ⁊ manifeste.
Diuinitas enim esse non potest corporalis. Sequitur
Quoniā audiui vituperationem multorū circūhabi=
tātium. Significat perfidos iudeos: qui synagogam
circūhabitant/non inhabitant. Circum enim a circui
tu/peccatores vult intelligi. De quib⁹ in alio loco ait:
Ps.11. In circuitu impij ambulant. Merito ergo tales circū
habitantes dicuntur: qui legem dei non spiritualiter/
sed carnaliter aduertere maluerunt. Sic per hec ver
ba lucentia tenebrosa facinora iudaici populi subtili=
Al.couenirent. ter indicant. [In eo dum † cōgregarētur † omnes si=
mul aduersum me: † vt acciperent animā meam con=
Al.non hz. ciliati sunt. Ego autē in te speraui dn̄e]. Reddamus
Al.accipe. ordinem verborum: vt planius intelligātur sibi dicta
coherentia. Dum simul omnes cōgregarentur aduer
sum me: in eo cōciliati sunt vt acciperent animā meā.
In eo cōciliatam dicit partem maximā iudeorum vt
dominū neci traderent: quando omne scelus grauius
est/quod consilio geritur plurimorum. Nam dicendo
Omnes simul/non vult paucos intelligi: vt sceleratā
turbam illam vltio debita subsequatur. Ut acciperēt
animā meā significat: vt adimerent/siue tollerēt. Mi=
rabilis ⁊ sanctissimus ordo dictorū. Cum inimici cir=
cūhabitarent synagogam/et spem suam haberent in
viribus suis/se dicit sperasse de dn̄o: sciēs q: potestas
eorum nulla erat/et insidijs talib⁹ semetipsos magis
interficere conabant. [Dixi tu es deus meus: in mani
Al.fortes mee. bus tuis † tempora mea]. Dn̄s christus dicit Tu es
deus meus: sed a parte. s. humanitatis assumpte: que
(sicut ait inferius) ⁊ tempori subiacebat/et morti. Nō
enim quemadmodū inimici putabāt/eorum persecu=
tione vitam suam finiēdam esse cōmemorat: sed in po
testate poni dn̄i tempora vite sue. Ipso enim creante
viuimus/ipso disponente vegetamur: eodem etiā iu=
bente trāsimus. Unde necesse erat vt spem fixam ha=
beret in dn̄o: qui vitam/mortēq; suam in eius esse po=
Al.non hz. testate notescebat. [† Libera me/⁊ eripe me de manu
Al.illustra inimicorū meorū: ⁊ a persequentibus me. † Illumina
faciem tuam super seruū tuum]. Ipsum rogat qui po
test aduersantium vitam cōstringere: hominūq; corda
p̄ sua mirabili dispensatione cōuertere. Prius eñ di=
xit Inimicorum: id est iudeorum: subiūgit Et a perse=
quētibus me: hoc est paganis/vel a diuersis hereticis
qui ecclesiam dei fraudulentis machinationibus inse
quūtur. Sequit Illumina faciem tuam super seruum
tuum: id est fac videre: q: super me dignaris intende=
re: vt sicut de moriēte desperant/ita de resurgēte con=
fidant. Nec offendaris: qd̄ audis a dn̄o dici Seruum
tuū. Omnia siquidē verba talia humanitati sunt spe=
Ps.115. cialiter applicāda: sicut in alio loco dicit Ego seruus
tuus/⁊ fili⁹ ancille tue. Ubi sunt qui duas naturas di=
cere nolunt in dn̄o saluatore? Nam quemadmodū ali
ter sibi conuenire potest ista diuersitas: vt in vna/ea=
dem persona: et dominū intelligas celi/et obnoxium
passioni. [Saluum me fac in tua misericordia dn̄e: nō
confundar qm̄ inuocaui te]. Dicendo In tua miseri=
cordia saluum me fac/negat meritū suum. Ad instruē
dos eñ nos semper eadem repetit: nec de amabili cō
fessione satiatur: q: fastidium non habet dulcedo veri
tatis. Subiungit etiam Dn̄e non confundar: qm̄ inuo
caui te. Mirabilis ac perfecta predicatio/ que habet
et humilis supplicationem: ⁊ credentis inuiolabilem
firmitatē. Rogat ergo ne pretermissus confundatur.
Sed quomodo se credit audiri? Quoniam inuocaui
te. Dominum siquidem fideliter inuocare mereri est/
non iniuria: quando nullatenus potest decipi/qui ab
ipso se presumit audiri. [Erubescāt impij/⁊ deducan=
tur in infernum: muta † efficiantur labia dolosa]. Su Al.fiant.
periore versu dixit Non cōfundar: quoniam inuocaui
te: hic optat cōuersa vice vt illi potius erubescāt qui
inuocant idola: ⁊ ceteri qui se simili impietate comma
culant. Ipsos enim conuenit erubescere/quos habet
eterna pena torquere. Nam cum hic nō credunt pro=
missum iudicium dei: dolosa labia/blasphema ⁊ gar=
rula sunt. Quādo autem manifestationē resurrectio=
nis agnouerint/seq; respexerint in graui periculo con
stitutos/velociter obmutescūt: nec iam in procacia di
cta prosiliunt/que nimio terrore claudūtur. [Que lo=
quuntur aduersum iustum iniquitatem: in superbia/⁊
in † contemptu]. Illa labia exponit dolosa/que supe Al.abusiōe.
rius obmutescere dinoscentie virtute predixit: que in
hoc seculo loquūtur aduersus iustum: id est christum.
Dignum nomen/aptumq; vocabulum: qui merito iu=
stus dicitur: q: via/vita/⁊ veritas comprobatur. Sed Joan.14.
contra tale/tantumq; nomen pulchre ponit iniquita=
tem. Nam sicut lux obscuritati contraria est: sic iusti=
tie iniquitas videtur aduersa. Loquitur enim falsi=
tas contra veritatem: quando iudei Messiam procla
mant adhuc esse venturum: quando Arriani creatu=
ram dicunt dominū creatorem: quando pagani Sa=
turnū/Jouem/Uenerem: ceteraq; portenta stulte nu=
mina profitētur esse celestia. Addidit In superbia et
contemptu: scilicet quoniā disputant superbi de humi
litate christi: cum dicūt dominū celorum carnis assu=
mere nō potuisse substantiam. Contemptores autem
despiciunt immortalis credere dn̄i passionem. Nam
cum audiunt flagellis cesum/alapis verberatum/tra
ditum manibus impiorū/statim in blasphema verba
p̄siliunt: nequaq; intelligentes salutare cōsilium: non
q: minus potuit altissimus in pōposis honoribus hu=
ius seculi gloriosissimus apparere: sed declinare de=
cuit per que humanum genus suum nequiter contem
psit auctorē. [Quā magna multitudo dulcedinis tue
dn̄e: quam abscondisti timentibus te]. Ad tertium ve
nit ingressum: vbi diuersis modis enumerat quāta be
neficia dn̄s se timentibus largiatur: commonens vt
omnes sancti diligant dominū: quoniam esse cōstat ⁊
nostrum iudicem/⁊ in futuro beneficiorum omniū lar
gitorem. Sed cōsideremus huius versus verba quid
habeāt. Multitudo dulcedinis est: q: multis premijs
dn̄i suauitas indicatur. Dulcis est cum corrigit: dul=
cis dum parcit: dulcis cum credentibus eterna pre=
mia cōpromittit. Sed intellige q̄ eis tantū dulcis est
qui de ipsius sapore gustauerint. Ceterū dulcedo ad
eos non potest peruenire/ qui gustū eius minime con
tingere meruerunt: sicut ⁊ alius psalmus dicit Gusta Ps.33.
te et videte: quoniam suauis est dn̄s. Sequit Quam
abscondisti timētibus te. Non q: sanctis ideo abscon
dita est vt eam minime cōsequerentur: sed q: in futu=
ro iudicio p̄mittitur manifesta/que hic sentit abscon=
dita. Recte autem intelligimus absconditam/vt eam
desideria humana plus appetant: quia solet fastidiri
omne quod subiacet: ⁊ vile plerūq; creditur/quod si=
ne aliqua difficultate prestatur. Sed hoc qd̄ ait Ab=
scondisti/omonymon est. Significat etiam et negata:
vt est illud: Gratias tibi ago pater domine celi et ter= Luc.10.
re: q: abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: ⁊

Al. non hz. reuelasti ea paruulis. [†Et perfecisti † sperãtibus in
Al. eis qui te:in conspectu filiorum hominũ]. Dulcedinem illam
sperant. quam absconderat timentibus se: perficit in illis qui
constanti animo eam desiderãter exquirunt. Hoc est
enim vere sperare: si nos cõtingat aliquid firma men=
tis integritate presumere. Adiecit etiam In conspe=
ctu filiorum hominũ: id est in illa resurrectione gene=
rali: quando sanctis suis premia promissa restituet/ et
faciet cognoscere vniuersas gentes suos certissimos
Al. abscõdi= fuisse sermones. [Abscondes eos in † abdito vultus
to faciei tue. tui: a cõturbatione hominum. Proteges eos in taber
naculo tuo: a cõtradictione linguarum. Benedictus
Al. michi. dñs: quoniam mirificauit misericordiam suam † in ci=
Al. munita. uitate † circunstantie]. Uenit ad enumerationes be=
neficiorum: que sanctis suis dñs copiosa miseratione
SCHE. largitur. Quod schema nobilissimum dicitur Syna=
trismos: latine cõgregatio: vbi in vnum aut multa cri
mina/ aut multa beneficia colligunt. Quod inter vio=
lentissimas figuras accipitur: quia cõgregatio rerum
cause prestat augmentum. In expositiõe quippe do=
minice dulcedinis perseuerans: Primo dicit Abscon
des eos in abdito vultus tui: a conturbatione homi=
num. Secundo: Proteges eos in tabernaculo tuo a
contradictione linguarum. Tertio: plenitudinem be=
neficij ipsius euidenti laude compleuit dicẽs: Bene=
dictus dñs: quoniam mirificauit misericordiam suam
in ciuitate circunstantie. Nunc ad exponenda verba
veniamus. In abdito vultus dñi dicit: id est in illa re=
surrectione/ quando omnes iusti contẽplationis eius
Mat. 5. premia cõsequentur: sicut legitur Beati mundo cor=
de: quoniam ipsi deum videbunt. A conturbatiõe ho=
minum/ malorũ scilicet: dicit etiam fidelissimos occu=
lendos/ quando iam in eterna beatitudine locabunt:
vbi purissimã veritatem nemo fecilenta volũtate con
turbat/ sed bonitas rerum in suis splendoribus perse
uerat. Et ꝙ pulchre regalem conspectum dicit in ab=
dito: reuera/ quia cõtemplationem eius qua iusti per=
fruunt impij non viderũt. Homines enim hic/ omnes
persecutores et scismatici significantur: qui hic con=
sueuerunt terrere populum christianum. Sed cum il=
luc peruẽtum fuerit supra dei famulos sceleratorum
conturbationes locum dicit vlterius nõ habere: quip
pe quos a se constat esse diuidendos. Illi enim mit=
tuntur in eternam penam: iusti vocantur ad requiem
sempiternam. Sed ne tñ futuri premij promissio fra=
gilia corda turbaret: secũdo capite dicit eos esse pro=
tegendos. Nam per tabernaculum sepe diximus ec=
clesiam catholicam significari: que in isto mundo cer=
tamina sustinens/ expeditionalis habitaculi noĩe vo=
citatur. Superius enim dixit Abscondes: hic prote=
ges. Ibi enim abscondentur/ vbi ab impijs nõ viden=
tur: hic vere proteguntur/ vbi malorum improbitas
minime nocere permittitur: quãdo illese anime iusto=
rum sub qualibet corporis afflictione seruantur. Ter
tio letatur homo celestis: qui ⁊ mediator est dominus
Iesus christus gaudio spirituali: qr incarnatione ver
bi mundo salutaria dona prouenerunt. Ciuitatem cir
cunstantie/ hierusalem localem debemus aduertere:
que in medio gẽtium constituta/ quasi templum fidei
probabatur existere. Ab hac enim circuniecte natio=
nes christiani dogmatis regulas suscipere meruerũt:
et velut purissimo fonte patefacto celestis vite sunt
muneribus irrigati. In hac ergo ciuitate mirificauit
dominus misericordiam suam: quando ibi et docere/
ibi miracula facere/ ibi ⁊ pati pro hominum salute di=

gnatus est. Ibi quoqz gloriã sue resurrectionis osten
dit: vt merito dictum sit: quia in hierusalem potẽtiam
suam miram fecit: vbi declarare tam ingentia sacra=
menta delegit. [Ego autẽ dixi in † pauore meo: pro= Al. exc
iectus sum a † vultu oculorum tuorum]. Patri dicit mẽtis m
filius a forma serui/ speraui: quia ne gratia tua desere Al. fac
ret/ cum passionis tristitia preualeret. In pauore vti=
qz mortis: a vultu oculorum tuorum: id est a conspe=
ctu misericordie tue. Et pulchre vultum dedit oculis:
quia ipsi ꝙ maxime significant voluntates animorũ.
Uultus enim dicitur ab eo ꝙ cordis velle per sua si= ETy.
gna demonstrat. Sic oculi diuinitatis cum respiciunt
suam gratiam pollicentur. [Ideo exaudisti vocẽ ora
tionis mee: dum clamarem ad te]. A domino ideo se
dicit exauditum: quia humiliter/ non desperanter mo
re humanitatis dicebat esse contemptum: cui non po
terat tardari gratia: de quo vox paterna dictura erat
Hic est filius meus dilectus in quo michi bene com= Mat. 3.
placui. Dum clamarem ad te: quando in passione vo=
ce magna dixit Deus meus/ de⁹ meus: quare me de= Mat. 27
reliquisti? Constat enim his clamoribus exauditum
fuisse: quando et resurrectionis gloriam consecutus/
et ad patris est videlicet dexteram collocatus. [Di=
ligite dominum omnes sancti eius]. Pro collatis sibi
beneficijs hymno decurso/ sanctos cõmonet vt amẽt
dominum: quatenus auctorem tanti beneficij mem=
bra diligant/ cum sibi in capite prestitum fuisse cogno
scant. Diligite dominum dicit: iam tanqz amicis/ non
tanqz seruis. Seruorum est enim formidare: amico=
rum diligere: sicut ipse in euangelio dicit: Si feceritis Joan. 15
que ego precipio vobis: iam non dicam vos seruos/
sed amicos. Sed hoc precipit sanctis: quia ipsorum
est amare dominũ/ qui non diligunt mundum. [Quo=
niam veritatem requiret dominus: et retribuet † his Al. non
qui abundanter † faciunt superbiam]. Ne putaretur Al. fac
hereticorum blasphemias dominum posse neglige= tibus.
re/ dicit veritatẽ requiret dominus: quam illi nesciunt
falsis erroribus illigati. Sequitur Et retribuet his qui
abundanter faciunt superbiam. Ideo enim discutit
vt vindicet: ideo requirit vt puniat. Et bene addidit
Abũdanter: quia illis non retribuet qui se celeri emẽ=
datione conuertunt. Illis autem superbis qui copio=
se delinquunt/ ⁊ precepta domini iniqua presumptio=
ne despiciunt: in ipsis est sine dubitatione resecandũ.
Sed hic superbiam/ non vnum vicium debemus ac=
cipere: quoniam ex superbia nascitur quicquid morũ
prauitate peccatur. Scriptum est eniz Initiũ omnis Eccl. 10
peccati superbia. Et merito cunctis vicijs tale nomen
constat impositum: quia non solũ in arrogantes vin=
dicat: sed etiam in omnes qui regulam pie conuersa=
tionis impugnant. [Uiriliter agite/ et confortetur cor
cor vestrum: omnes qui speratis in domino]. Hic vir=
tus totius psalmi/ et sacre colligit passionis vtilitas.
Nam cum dixisset Diligite dominum sancti eius: qui
capiti vestro et crucifixionem contulit/ ⁊ gloriã resur=
rectionis attribuit: ad postremum per definitiuã sen=
tentiam dicit Uiriliter agite/ ⁊ confortetur cor vestrũ
omnes qui speratis in domino: scilicet ne predictis
passionibus terrerentur: sed ad imitationem glorio=
sam fidelium se corda roborarent: quam sciebant ad
mundi medicinam salutariter introductam. Hec fi=
gura dicit Epiphonema: id est acclamatio: que post SCHE.
narratas res breuiter cum exclamatione prorumpit.
Quapropter exhortatio ista bonorum est: ne se a re=
cto proposito carnis imbecillitate subducãt. Uiriliter

agite: id est in bonis operibus constantissime perdurate: nec feminea mollitie deficiatis: qui corda vestra dn̄o cōstanter offertis. Sic enim sustinentiū pectora roborantur: si spem suam in dn̄i virtute confirment. Hoc autem preceptū viris feminisqꝫ cōmune est. Uiriliter enim omnis sexus agit: qui nescit mollissimis facilitatibus immutari. Et respice quemadmodum partes illas passionis sue in toto psalmo seruauerit. Prius dixit orationem: inde passio secuta est: ad postremum leticiam fidelium constantiāqꝫ commonuit: ne tali munere suscepto: vlterius inimica fidei possit preualere cunctatio.

¶ Conclusio.

¶ Peracta est tā magni psalmi salubris et decora ꝯtextio: vbi ⁊ imbecillitas humanitatis exprimit̄: ⁊ beneficia diuina monstrantur: vt cōsiderans fragilitatē suam nemo superbiat: respiciēs aūt misericordiā diuinā nullatenus expauescat. Numerus quoqꝫ psalmi erecte supputationis culmē ostendit: premia quoqꝫ fideli coniugio compromittit: vt cum se anima huic predicationi beata ꝯuersatione sociauerit: trigenaria remuneratione ditescat. Huic etiā numero et alia sacramenta cōueniunt. Triginta siquidem annorū Joseph dn̄s legitur in egypto constitutus. Triginta etiā annorū saluator noster vitale baptisma intinctꝰ aquis Jordanicis consecrauit. Est quoqꝫ in his decadibus sancta trinitas: que fidei nostre inuiolabilem regulam tribuit ⁊ salutem.

¶ Explicit expositio in psalmum. 30.

¶ David intellectus. xxxi.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorū tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dn̄s peccatū: nec est in spiritu eiꝰ dolus. Quoniā tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniā die ac nocte grauata est sup me manus tua: cōuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: ⁊ iniusticiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: ⁊ tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno. Ueruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Intellectum tibi dabo et instruam te: in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus. In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui nō approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.

Cum omēs psalmi generaliter dicti sint ad intellectum: vt eos sensus noster agnosceret: ne viuendi regulas ignoraret: Merito querendū videtur: cur in hoc titulo posuerit: David intellectus? Primo meminit: David/propter dn̄m Christum: qm̄ ad ipsum respicit quicquid penitens iste dicturus est. Deinde intellectꝰ ideo sequitur: quia nisi misericordia dn̄i suffragante peccata nostra intellexerimꝰ: ad penitētie studiū venire non possumus. In alio psalmo quippe dictū est: Delicta quis intelligit. Hoc est enim qd̄ dicit: intellectus: vt cū nos intelligere diuinitas prestiterit peccata nr̄a: pro eis diluendis studiosissime supplicemꝰ. Ps. 18.
Non enim pro illo errore quis supplicat: quē prorsus ignorat. Nā ⁊ cū dn̄s Christus in quarta parte locuturus sit: primo versu sic inchoat: Intellectū dabo tibi: vt istius penitētis merito intellectus in titulo premissus sit: cui etiā diuina voce ꝓmittit̄. Sed licet sint et alij penitētiū psalmi: tamē ꝓpter subtilitatē distantie diuersa titulorū significatione notati sunt. Primus enim qui in sexto ponit̄/ꝯtinet: In finē in hymnis pro octaua David: qm̄ ille totus ad futuri iudicij pertinet timorē. Iste ꝟo merito tali est titulo prenotatus: qui se deterioratū tardius intellexit: qr̄ peccata que ⁊ cōfestim prodi debuerant dn̄o: se diutius tacuisse confessus est. Status aūt principalis huiꝰ cause cōcessio est: que cūctis penitentibus datur. Cōcessio est enim vbi aduersarijs oīa cōceduntur: ⁊ per solas lachrymas supplices defenditur reus. ANE. DEF.

Diuisio.

In prima parte psalmi penitēs loquit̄ peccatū suum euidenter agnoscens: penā sibi merito districtionis indicens: qm̄ noxia facinora credidit occulēda: vbi breuiter principiū ⁊ narratio cōtinet̄. In secūda parte sola correctio est. Nam cū se ꝓpria ꝯfessione damnauerit: a dn̄o sibi credidit esse parcendū. Tertia parte penitudinis bona cōmendans: etiam sanctos in hoc mundo asserit dn̄o supplicare. In quo sibi merito testatur esse refugiū: vbi ⁊ penitētis istius verba finiuntur. Quarta: dominus Christus ad eius ꝟba respondens: sperantibus in se misericordiam pollicetur: ne supplicātis integritas negligi aliqua dissimulatione putaretur. Que quattuor partes interiectis diapsalmatibus diuiduntur: quas in diuisionibus sequi nostri constat esse propositi.

Expositio.

Beati quorū remisse sunt iniquitates: ⁊ quorū tecta sunt peccata]. Penitens iste propria facta cognoscēs: ⁊ ad exempla illius publicani: qui tunso pectore oculos nō leuabat ad celū: totis viribꝰ humiliato corde suspirans: nec inuocare maiestatē presumpsit: sed beatos dicit eos quibꝰ remisse sunt iniquitates. Hic absolutionē desiderās peccatorū: nec tamē audēs similia postulare. Merito ergo vocat eos beatos: qui hec ante meruerūt. Hec enim species octaue definitionis est: que grece dicitur ακτα αφαιρεσιρ του ενεντιου: latine per priuantiā contrarij. Beato siquidē peccata contraria sunt. Et quoniā hic dicit remissa: cōpetenter sub hac formula definitionis beatū virū cōstat expressum. Inter iniquitates ꝟo ⁊ peccata: sanctus Hieronymꝰ in hoc psalmo hanc differentiam facit: Iniquitates dicēs: que ante susceptā fidē: siue per ignorantiā: siue per scientiam cōmittuntur. DEF.
Pctā ꝟo hec esse definiens: que post cognitionē fidei vel grām baptismatis ꝯtrahunt̄. [Beatus vir cui nō

Al. spiritu ímputabit dñs peccatuꝫ:nec est in † ore eius dolus].
Et hũc beatũ eadẽ species definitionis amplectitur.
Sed scire debemus Alios esse quibus peccata repu
Act. 9. tantur: vt Paulo dictũ est: Saule Saule: q̃d me ꝑse=
Joan. 8. queris? Et adultere mulieri in euãgelio: Uade ⁊ am=
plius noli peccare. Alios aũt esse manifestũ est: qui=
Job. 2. bus peccata non reputat: vt Job. De quo dictum est:
Nũquid considerasti seruũ meũ Job: ꝙ non sit ei si=
milis in terra: vir iustus et simplex et timens deũ? Et
Joan. 1. Nathanael: de quo ait: Ecce vir israelita in quo do=
lus non est. Quapropter illã partẽ votis suis elegit:
in quo nulla sollicitudine mordeatur. Oẽs tamẽ per
gratiã diuine misericordie ad hec dona ꝑueniunt: si=
1. Joan. 1. cut Joãnes apl̃us dicit: Si dixerimus quia peccatũ
nõ habemus: nosipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis
nõ est. Sequit̃ aũt: Cui nõ imputabit dñs pctm̃: scilꝫ
in cuius ore dolus non est: At est qui nulla sibi remis=
sione placuerit: et cũ sit peccator: ipse se predicit esse
sanctissimũ: quo morbo maxime laborat humanitas:
sed sua potius delicta cognoscẽs: in humilitate satis=
factionis iugiter ꝑseuerat. Ipse enim dño placet: qui
sibi displicet: quia dum nos culpamus veriloquium:
cum nos volumus laudare mendaciũ est. Hactenus
fuere principia: in quibus misericordiã boni iudicis
ꝑ humilitatẽ nimiaꝫ desiderauit acquirere. Sed nos
in parte ista diuisionẽ nõ ponimus: quia diapsalma=
ta sequimur: que silentio spirit⁹ sancti noscuntur esse
diuisa: dũ ⁊ illa seruare possumus: ⁊ ista minime pre=
terimus. [Qm̃ tacui inueterauerunt oĩa ossa mea: dũ
clamarẽ tota die]. Peracto igit̃ breuiter vt compete
bat exordio: nũc penitens iste ad narrationẽ compen
diosissimã venit: quam bene quidã cor: quidã animã
causarũ esse dixerũt: qm̃ per ipsas agnoscit̃ quicquid
in negocioꝝ virib⁹ medullitus cõtinetur. Dicit enim:
Qm̃ nõ sum tibi ꝯfessus delictũ: omnis firmitas mea
in infirmitate cõsenuit: more vulneris corporalis: qđ
si nõ aperitur ad curã in putredinẽ seruatur occultũ.
Ossa enim (sicut sepe diximus) significãt animi firmi=
tatẽ: que merito inueterasse dicunt̃: qm̃ vlcus nõ fue=
rat salutari medico publicatũ. Sequit̃ aũt: Dum cla
marẽ tota die. Cũ superius se dicat tacuisse: hic iterũ
se clamasse profitet̃. Sed tacuit diuinitati cui iugiter
supplicare debuisset: clamauit qui ꝑ spatia longi tem
poris de suã iustificatione locut⁹ est. Tacuit ergo qđ
loqui fas fuit: locutus est qđ tacere debuisset. Sic fa
ctũ est vtrũqꝫ culpabile: q̃uis videat̃ esse diuersum.
Memẽto autẽ: ꝙ tota virtus huius psalmi cõtra hoc
execrabile humani generis vitiũ probat̃ opposita: ne
quis dño putet absconditũ: qđ in ꝯscientie sue pene=
tralibus recõdit occultũ. [Qm̃ die ac nocte grauata
est suꝑ me manus tua]. Peccatori grauis manus est
que flagellat: ⁊ ponderosa que vindicat. Die ac nocte
cõtinuũ tẽpus significat: vt merito sensa fuit grauis
que a castigationis pondere nõ recessit. Aliter enim
feliciter non esset humiliatus: nisi eum manus diuini=
tatis imprimeret. Manus enim ꝑ tropologiã opera=
tionẽ significat: q: hoĩm vsus est manib⁹ operari. Di=
uinitas enim nõ manib⁹ aliq̃d agit: sed volũtatis sue
virtute oĩa disponit ⁊ ꝑficit. [Cõuersus sum in erum=
Al. mea na †: dum † ꝯfringit̃ † michi spina]. Hoc est qđ supe=
Al. ꝯfigit̃ rius dixit: Grauata est suꝑ me manus tua. Erũnosus
Al. non hꝫ enim dicit̃ valde ruinosus. Ruina q̃ppe appellata est:
ETY. quasi repetens ima. Cõuersus ergo fuerat in erũna:
qui ceciderat de suꝑbia: vt qui ante clamauit per ela
tionem: nunc cõfiteatur dño per humilitatẽ. Cui ideo

salutis spes redijt: qm̃ in suis operibus mortifera fa=
cta cognouit. Spina est enim: que totũ corpus erigit
atqꝫ recõtinet. Hec pro suꝑbia merito posita est: que
ꝯfracta nõ deijcit ad interitũ: sed erigit potius ad sa=
lutẽ. Hoc argumẽtũ dicit̃ a necessitate: quãdo cause
grauissime premittunt̃: vt ad ꝯfessionẽ ꝑficuã corre=
ctus animus adducat̃. [Delictũ meũ cognitũ tibi fe=
ci: ⁊ iniusticiã meã nõ † operui]. Sicut superius dixe
rat vnde fuerat vulnerat⁹: ita nũc veniens ad secũdã
partẽ: refert vnde curã dño largiẽte ꝑceperit. O ige=
niosa simplicitas: ⁊ mira tergiuersatorib⁹ cautior pu
ritas. Illi dicit̃ delictũ fuisse manifestatũ: cui nichil
occultũ est: ad quẽ plus clamat causa q̃ꝫ lingua: qui
et si ab hoĩe nõ audiat: certius oĩa nouit q̃ꝫ ille qui fa=
cit. Sed hoc est cognitũ facere: in cõfessionẽ delicta
perducere. Operire est autẽ vtile aliquid silentio te=
gere: aut cordis dissimulatione celare. Hoc faciunt
stulti: qui putant deũ ignorare posse qđ agũt. Cõtra:
Qui illũ nouerũt res oẽs habere manifestas: ad hu=
milẽ ꝯfessionẽ ⁊ penitẽtie vota descẽdũt: ne iudicẽ pa
tiant̃ infensuꝫ: qui ꝓpitiũ habere poterãt aduocatũ.
Delictũ ꝓ quidã leue putauerũt esse peccatũ: quasi
negligentius derelictũ. Iniusticiã aũt immane aliq̃d
seuũqꝫ cõmissuꝫ. Sed hic puritas ꝯfitẽtis ostẽdit̃: vt
nec illud passus sit celare: qđ credebat̃ fore veniale.
[Dixi: † ꝓnunciabo aduersum me † iniusticias meas
dño: et tu remisisti impietatẽ † cordis mei]. Hic ma=
gna pietas diuinitatis ostendit̃: vt ad solã ꝓmissionẽ
deuotionis subito peccata laxauerit: quãdo sic iudi=
cat pium votũ: queãdmodũ opationis effectũ. Dixit
enim in corde suo dño nõ tacere que gesserat: ⁊ tanq̃ꝫ
iam cũcta ꝓdiderit: ita illi remissa sunt q̃ voluit con=
fiteri: merito quãdo aliquẽ sola voluntas aut absol=
uit: aut punit. Pronunciabo dicit: publice fatebor: vt
alios ad imitationẽ trahat pia fidelisqꝫ cõfessio. Se=
quitur de accusatiõe ꝓpria salutare remediũ: quãdo
pepercit iudex cum sibi nõ parceret reus. Impietas
autẽ cordis fuit: quia tacere decreuerat: vt illi se cre=
deret celatũ: qui anteq̃ꝫ fiãt oĩa potest habere notissi
ma. [Pro hac orabit ad te oĩs sanct⁹: in tẽpore opor=
tuno]. Peracto igitur principio: narratione vel satis=
factione: venit ad ꝯclusionẽ deprecationis sue: in qua
sic cõmendat venie postulationẽ: vt eam etiã sanctis
oĩbus dicat esse cõmunẽ: merito qm̃ q̃ nõ est a pecca=
tis alienus: in supplicationib⁹ debet esse permixtus.
O medicina salutaris: ꝯtra morbos omniũ peccatoꝝ
diuersa remedia prestant̃ egrotis. Hoc vno antidoto
si pura mente sumitur: delictoꝝ oĩm venena vincunt̃.
Addidit: In tempore oportuno: in ista scilicet mundi
vita: vbi cõuerti fas est. Nã in inferno (sicut superius
in sexto psalmo dictũ est) nemo ꝓficue dño cõfitetur.
[Uerũtamen in diluuio aquarũ multarũ: ad eum non
approximabunt]. Cũ superius sanctus iugiter orare
testetur: nũc pietatẽ istã negat diuersis suꝑstitionib⁹
concedendã. Diluuium enim aquarũ multarũ: est er=
ror hominum pessimorũ: qui varijs prauitatibus flu=
ctuantes: multiplices sibi doctrinas cõstituunt: quas
a vero magistro nullatenus acceperũt. Que sentẽtia
maxime hereticos arguit: qui in diluuio peruersita=
tis sue tẽpestuosas et naufragas excitãt questiones.
Et hi ad eum nõ approximabũt: qm̃ a vera religione
discedũt. Que figura dicit̃ Metaphora: id est trãsla=
tio: cum mutatur nomen aut verbum ex eo loco vbi
proprium est: in eum in quo aut proprium deest: aut
translatũ proprio melius est. [Tu † michi es refugiũ

Al'.meum Al'.tribu-latione Al'.erue DEF. † a † pressura que circūdedit me: exultatio mea † redime me a circūdantib⁹ me]. Refugiū est: ad qd̄ cōfugitur vt pericula declinent. Sed iste non ad solitudines inuias: nō ad munita castroꝝ: nō ad hoīs auxilia cōuolauit: sed ad deū qui circūeuntes spirituales inimicos poterat dissipare. Deinde gaudiū suum dicit dn̄m: a quo sibi nouerat esse parcendū. Nam qd̄ ait: Redime me: nūquid ille aurū dat vt liberet? Sed dedit sanguinē preciosum: nullis diuitijs: nullis opibus conferendū. Sed paulo sollicitius indagemus: quid nobis verba ista denūcient. Nam cū dicit: Exultatio mea: accepti beneficij videt̄ esse ꝓfessio. Dū subiungit: Redime me: adhuc periclitātis indicat timorem. Sed quia iam gaudebat in spe: ꝛ adhuc timebat ī re: cōgrue vtraqꝫ subiūcta sunt. Possumus enim animo gaudere: cū mala presentia nouimus fine celerrimo termināda. Addidit: A circūdantibus me: siue vitijs carnalib⁹: siue spiritib⁹ immūdis: qui nos ꝑdere precipiti velocitate festināt. Finita est cōclusio penitētis in timore presentiū: et spe futuroꝝ. Uenite oratores qui negocia humana artificiosa subtilitate tractatis videte reū se lachrymis diluentem: audite peccatorē cōfessionib⁹ absolutū: intelligite sententiā principis: nō salutē hoīs impetere: sed potius peccata damnare. Ista sunt tribunalia q̄ nullus redimit: ista sententia que nichil sub ambiguitate decernit. Tali modo potius causas vestras defendite: qui negando veritatē cū criminibus consuestis delicta vestra miscere. Cōuertite ordinē seculariū iudicioꝝ: orationē vestrā ab epilogis incipite: peruersas flebiliter narrate miserias: correctionē ꝓtinus veraciter intimate: ꝛ tunc meremini gaudentes concludere: qd̄ flentes feliciter inchoastis. Hinc enim intelligetis quid differat ordo iste saluatoris: quādo nichil potest sustinere cōtrariū qd̄ terminatur in gaudiū. Nūc videamus in parte finitima quid ei dn̄s ipse respondeat. [Intellectū dabo tibi ꝛ instruā te in via hac qua ingredieris: firmabo sup̄ te oculos meos]. Uenit ad quartā partē: vbi sermo dn̄i quasi mellifluus imber irrorat. Sed consideremus q̄ȝ apte: q̄ȝ misericorditer Christus introductus est loquens: vt ipso iudice promittente: spes penitentibus certior appareret. Sed quid dicit in primis? Intellectum dabo tibi. Uides quia peccatores nō habēt intellectū: nisi quādo eū dn̄s cōuersis propitiatus indulget. Intelligere est enim bene agere: ꝛ ad mādata dei vota cōuertere. Ipse enim intellect⁹ est: quē tituli veritas indicauit: quē penitentibus potestas dn̄i clementer infundit. Addidit: Et instruā te: quasi nescientē doceā: quasi inermē gladio vite salutaris accingā. Ante enim cū dn̄o culpas taceret fuerat cōsilio destitutus: nūc aūt instruitur quādo cōtra se ꝓnunciare prestante dn̄o cōmonet̄. O penitētie inestimabilis medicina: que non solū a peccatis absoluit: sed etiā sanctoꝝ ꝓmia beata ꝯcedit. Uia est enim quā ingressus fuerat seruire dn̄o: prioris actiōis prauitate damnata: via que nō habet errorem nisi cū ab ipsa receditur: via pacis ꝛ veritatis quā beate virtutes cōmeant: vbi nulla facies peruersitatis accedit. Sequitur: Firmabo sup̄ te oculos meos: id est dirigā in te lumē intelligentie mee. Nam qui recte sapiens est: et mādata dn̄i sincera mēte perfecerit: iuste eius oculos sup̄ se habere perhibet̄. Quapropter aduertam⁹ quali gloria penitētiū exaltetur humilitas: vt dn̄i oculos supra se firmatos audiant: cū ei satisfacere velle festinant. [Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus quib⁹ non

DEF. (beside "propitiatus indulget")

est intellectus. In freno ꝛ chamo maxillas eoꝝ constringe]. Hic iam ḡnaliter humanū genus cōmonet: ne vagis subdatur errorib⁹. Sed ꝑscrutemur: quare iste cōparationes sint posite? Equus sine discretione sessoris seruit arbitrio: et a quocunqꝫ fuerit ascensus excurrit. Mulus autē patiēter accipit sarcinas quib⁹ fuerit oneratus: ꝛ ꝓ hoc vterqꝫ intellectū nō habent: q᷑ nec ille eligit cui obediat: nec iste quib⁹ onerib⁹ in grauet̄ intelligit. Prohibet ergo huiuscemodi hoīes diabolicis fraudib⁹ insidere: ꝛ vitioꝝ onerib⁹ pregrauari: ne male obediendo superbie magis partib⁹ addicantur. Uerum istis talib⁹ quid dicit esse faciendū? Scilicet qd̄ aīalibus imprudentib⁹. Hic enim cōparationib⁹ stultos homines veritati subdidit inuitos. Nā qd̄ ait/in freno: ad equū ꝑtinet. Frenū eīm a fero ETY. retinēdo dictū est. Ferū quippe antiqui caballū dixerunt. In chamo ad mulū respicit. Ergo hec duo animalia supradicta cohibent ista retinacula: vt ad arbitriū iubētis incedant: ne suis voluptatib⁹ efferantur. Maxille ꝓo adminicula sunt aīaliū: quib⁹ esca manditur: vt corporis vita ꝓcuret̄. Ipsas ergo maxillas: per figurā allegoricā dicit inobedientib⁹ debere constringi: id est copias victuales parcius dari: vt ieiunioꝝ necessitate cōclusi: creatoris subdant̄ imperio. Allegoria est enim: sicut sepe iam dictum est: quando SCHE. aliud dicitur: ꝛ aliud significat̄. Et qm̄ diximus in hac parte dn̄m Christū loqui: Cōstringe dicit patri: quia sancte trinitatis vnū velle: vna potestas: vna cooperatio est. [Multi nō approximant ad te. Multa flagella † peccatoꝝ]. In predictis adhuc cōparationibus Al'.pctōris ꝑseuerat. Necesse est eīm vt animalia indomita ꝛ frenū accipiant et flagella patiant̄: donec recto tramite viam carpere cōsuescant. Ordo aūt verboꝝ talis est: multa flagella sunt peccatoꝝ: qui nō approximāt ad te. Sed dicēdo: qui nō approximāt: ostendit quosdā peccatores dn̄o ꝓpinquare: qui licet delinquāt imbecillitate carnis: a pijs tn̄ precib⁹ non recedūt. Illi eīm qui cōtumacie spiritu a dn̄o secedunt: tanq̄ȝ pauescentes obiecta: nec volentes ire per semitas rectas: multa flagella sustinēt: vt qd̄ nō faciūt sponte: plagis adhibitis cogantur implere. Sed ista flagella sunt: que nos celeriter sanant: que nos velociter liberant: ꝛ in viā veritatis adducunt. [Sperantes autē in dn̄o misericordia circundabit]. Reuera diuina iusticia: non sperantibus flagella: sperantibus aūt in se misericordiam pollicetur: sicut ꝛ Ezechiel propheta dicit: Ego Ezech.18. dn̄s qui non sum maloꝝ memor tm̄: vt se auertat homo a via sua maligna: et ab omnibus iniquitatibus quas fecit: ꝛ viuet. Et bene dixit: circundabit: vt non sit locus relict⁹ vnde possit ad eos diaboli hostilitas introire. [Letamini in dn̄o ꝛ exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde]. Hic potest fieri cathegoricus syllogismus: vt artis dialectice regule ī quoddā diuinarū scripturarū seruitium: quasi fugacia mancipia reuocentur. Omnis iustus letatur in domino. Omnis qui letat̄ in dn̄o recto corde est. Om̄is igitur SYL. iustus recto corde est. Meminerim⁹ aūt syllogismos vsurpandos non esse frequētius: quia diligens lector creberrime reperit in scripturis sacris: vnde eos si possit eijcere: ꝛ in formā similitudinis quam prediximus collocare. Sufficit autē nos: q̄ȝuis rarius ostendisse inter logicas artes hanc quoqꝫ partem scripturas diuinas: ꝛ sic nō specie: virtute tamen ꝓculdubio continere. Regulariter autem admonet: vt non in se DOG. iusti: sed letentur in dn̄o. Nā qui in se gaudet: fallaci

ſicut ſepe dictū eſt preſumptione decipitur: qui ꝟo in
DEF. dño letatur: perpetua delectatione perfruitur. Letari eſt enim tacite mentis ſuauitate mulceri. Exultare eſt cōcitati animi feruore gaudere. Sequitur: Et gloriamini omnes recti corde. Et hic quoqꝫ per figuram
SLHE. Apochinu: id eſt a cōmuni iungendū eſt: in domino gloriamini: ſcilicet vos ei eſſe ſubiectos: ſeruitiumqꝫ ipſius libertatem veſtram credite vel honorem: dum vos inde noueritis ad eterne beatitudinis pmia peruenire. Conſiderandum eſt etiam q gratia varietatis ſupra dixerit / iuſti: nunc recti corde. Omnes enim iuſti ⁊ recti ſunt corde: et rurſus recti corde ſunt ſine dubitatione iuſtiſſimi. Quapropter cū hec diuidi nequeant: non eſt dubium cauſa varietatis appoſita. Mater eſt enim ſatietatis: eiſdem verbis frequenter geminata repetitio. Conſideremus autē quid penitens iſte meruerit: vt ipſe illi manifeſta voce reſponderet: cui totis viribus ſupplicauit. Ille pauloante proſtratus: ille qui peccatorū fuerat mole compreſſus: inter iuſtos annumeratur: inter rectos corde recipitur: vt quāto prius ſatiſfaciendo fuerat humiliatus: tanto poſt veniam videatur excelſus. Quapropter iam ipſe beatus eſt: qui hic ſententia pijſſimi iudicis noſcitur abſolutus. Concluſio.

Conſideremus modo virtutē pſalmi huius: qd decē verſib9 ſupplicando diuinum meruerit ſine aliqua dilatione reſponſum. Forte decalogi cōmonens operationem: vt ſicut ille cuſtoditus vocat ad premiū: ita ⁊ hec compuncto corde fuſa precatio ad indulgentie nos vota perducat. Legam9 ergo ſeduli: ⁊ cordis cōpunctione plangamus. Quis enim maiore auiditate meditandus eſt: niſi in quo voce tanti iudicis peccata ſoluta ſunt? Hoc enim iſte pcipuū: iſte cōtinet ſingulare: qd alij penitentiū in concluſione pſalmi inſtinctu diuine compunctionis exultant: hic ꝟo ipſe miſericordiam: ipſe leticiā pmittit: cui cum magno deſiderio ſupplicatur. Quapropter aſſidue nobis ⁊ grata importunitate rogandus eſt: qui etiā premiſſa nobis in euāge-
Luce.xi. lio parabola pollicetur: Petite ⁊ dabit̄ vobis: querite et inuenietis: pulſate ⁊ aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: ⁊ qui querit inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Unde quis iam rogo debet de fideliſſima ſupplicatione diffidere: cum regalis pietas dignata nos fuerit trina promiſſione firmare?

Explicit expoſitio in pſalmum. xxxi.

Pſalmus Dauid. xxxij.

Exultate iuſti i dño: rectos decet collaudatio. Confitemini dño in cithara: i pſalterio decē chordarū pſallite illi. Cantate ei cāticū nouū: bene pſallite ei in vociferatione. Quia rectū eſt verbū domini: ⁊ omnia opera eius in fide. Diligit miſericordiam et iudicium: miſericordia domini plena eſt terra. Uerbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis virtus eoꝝ. Cōgregans ſicut in vtre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos. Timeat dominū omnis terra: ab eo autem cōmoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit ⁊ creata ſunt. Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum: ⁊ reprobat conſilia principum. Conſilium autem domini in eternū manet: cogitationes cordis eius in generatiōe ⁊ generationē. Beata gens cuius eſt dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem ſibi. De celo reſpexit dñs: vidit omnes filios hominum. De preparato habitaculo ſuo: reſpexit ſuper omnes qui habitant terram. Qui finxit ſingillatim corda eorū: qui intelligit omnia opera eorū. Non ſaluatur rex per multā virtutē: ⁊ gygas nō ſaluabitur in multitudine virtutis ſue. Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autē virtutis ſue nō ſaluabitur. Ecce oculi domini ſup metuentes eum: et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Ut eruat a morte animas eoꝝ: et alat eos in fame. Anima noſtra ſuſtinet dominū: quoniā adiutor ⁊ protector noſter eſt. Quia in eo letabitur cor noſtrum: et in nomine ſancto eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.

Hic titulus oĩo not9 eſt: ⁊ ideo lector ſequatur in eo expoſitionē priorē. Illud tñ neceſſario cōmonemus: q2 in hoc pſalmo hortat̄ ꝑpheta per cōparationes quaſdā ad pſalmodiā eccleſiam fidelē: enumerās potētiā factaqꝫ creatoris: vt ad laudes ei9 auidius feſtinet: cū virtutē ipſius pietatēqꝫ cognoſcit. Diuiſio.

Per totū quidē pſalmū propheta loquitur: ſed in prima ſectione cōmonet iuſtos: vt in dño debeant tota mentis alacritate gaudere: qui creaturas ſuas mirabili potentia dinoſcitur continere. Secūda ſectione exclamat / beatū eſſe qui ad eius culturam meruit pertinere: ſignificans tempora chriſtiana: in quibus erat multitudo gentiū creditura. Expoſitio.

[Gaudete iuſti in dño: rectos decet collaudatio]. Beatus Dauid eccleſiā catholicā ab hereticoꝝ cōtagione diſiungens: rectos cōmonet chriſtianos: vt nō in terrenis delectationibus: ſed gaudeant ſemꝑ in dño: vbi gaudia cōtinua ſuauitate perfecta ſunt. Nam cū preſentis ſeculi afflictione deceant / dicit̄ iuſtis: gaudete. Sed quo gaudio niſi illo quo dñs monet: Cum vos perſecuti fuerint homines: ⁊ dixerint oĩe malū aduerſum vos mentientes propter nomen meū: gaudete et exultate q2 merces veſtra copioſa eſt in celis. Sic ⁊ aplꝰs gaudendum nobis inceſſanter affirmat. Ait enim: Gaudete in dño: iterū dico gaudete. Nam iſta repetitio illud ſignificat: vt ⁊ hic in afflictionibus gaudeamus: et in illo regno perpetua pace letemur. Unde ⁊ dñs in euangelio dicit: Iterū videbo vos: et gaudebit cor veſtrū: ⁊ gaudiū veſtrū nemo auferet a vobis. Addidit qꝫ: Rectos decet collaudatio. Sed qui ſunt iſti recti: in ſecunda parte dicturus eſt. Nam

Alte tate Matt. Phil. Joan.

quod ponit: rectos decet collaudatio: ostēdit prauos
hereticos dicere nō posse: sicut ⁊ alius ꝓpheta dicit:
Eccle.15. Nō est speciosa laus in ore peccatoris. Collaudatio
ETY. ꝙ̄o multoꝝ ore vna laudatio est: dictū ꝓpter vnitatē
ecclesie quā predicat vbiqꝫ seruari. Cum dicit/decet:
significat hoc aptū: hoc esse ꝯueniens: vt q̄ dn̄i laudē
decantat: similiter illi et fidei rectitudine et actuum
probitate cōplaceat. [Confitemini dn̄o in cithara: in
psalterio decē chordarum psallite ei]. Isti sunt iusti:
quos superius dixit: ⁊ qui sanctis actibus laudes dn̄i
DEF. deuota modulatione decantant. Cithara est (sicut in
prefatione iā dictū est) lignei vētris in imo sita cōca-
uitas: que sursuꝫ chordarū fila trāsmittēs: sonis dul-
ETY. cissimis percussa ꝓloquit̄. Que ideo tale nomē acce-
pit: qm̄ cita iteratione ꝑcutitur. Huic merito compa-
rantur opera que de terrenis reb⁹ ad supernā gratiā
porrigunt̄: id est dū esurientē pascim⁹: dū nudū vesti-
mus: dū egrotū visitamus: ⁊ cetera que licet videan-
tur carnalia: diuinitatis tn̄ amore peragunt̄. Cithari
zamus quoqꝫ: cū in passionib⁹ nostris: vel damnis se-
Job.1. curi aut leti dicim⁹: Dn̄s dedit dn̄s abstulit: sicut do-
mino placuit ita factū est: sit nomen dn̄i benedictū.
Psalteriū ꝙ̄o decachordum esse diximus: qd̄ ordine
ꝯuerso aluū cithare in superiorib⁹ habet: vnde ad in-
feriorē partē canora fila descēdūt. Cui p̄cepta deca-
logi ꝯueniēter aptant̄: q2 ſm formā instrumēti huius
de supernis venientia dn̄i iussa suscipimus. Et ꝯside-
ra: q2 solū est instrumentū musicū: qd̄ pro excellentia
sui decachordū dicat̄. Nō enim hoc de cithara vel de
alijs huiusmodi instrumentis lectū esse meminimus.
Decachordū vero psalteriū: sicut veteres dixerūt: et
illud nobis indicat sacramentū: vt referamus tria ad
Exo.20. deū: qui trinitas est: id est Primū qd̄ ait: Non habe-
bis deos alienos corā me. Secundū: Non facies tibi
sculptile. Tertiū: Non assumes tibi nomen dei tui in
vacuū: In quo iūgit ⁊ de sabbato. Septē ꝙ̄o que se-
quuntur ad dilectionē dixerūt ꝓximi pertinere: id est
Honora patrē tuū ⁊ matrē: Nō occides: Nō mecha-
beris: Non furtū facies: Non loqueris ꝯtra proximū
tuū falsum testimoniū: Non cōcupisces domū proxi-
mi tui: Nec desiderabis vxorē eius ⁊c̄. Sic totius de-
cachordi psalterij virtus perfecta nobis ⁊ honorabi-
lis indicat̄. Psallimus quoqꝫ et decē chordis: quādo
in quinqꝫ sensibus carnalibus: ⁊ in quinqꝫ spūalibus
DOG. ꝓbabili nos cōuersatione tractamus. Verū ista que
dicim⁹ nō sunt extra nos posita: sicut in musica disci-
plina. In nobis est cithara: ī nobis est psalteriū: Im-
mo ipsa organa nos sumus: quādo ad similitudinem
eoꝝ per gratiā dn̄i: actuū nostrorū qualitatē tracta-
mus. Hoc aūt ⁊ illo exemplo datur intelligi: vbi ait:
Ps.55. In me sunt de⁹ vota que reddā laudes tibi. Hec aūt
et his similia sicut sepe diximus tropicis allusionib⁹
educuntur. [Cantate ei canticū nouum: bene psallite
Al. vocife- ei in † iubilatione]. Nouū canticū dicit incarnationē
rationis dn̄i: qua mundus salutari exultatione completus est:
qua angeli canoris vocibus personarūt: laudātes ⁊
Luce.2. dicentes: Gloria in altissimis deo: et in terra pax ho-
minibus bone volūtatis. Monet ergo vt nos eadē ⁊
dicere debeamus ⁊ credere. Sequitur: Bene psallite
ei in iubilatione: id est bonis operibus deū inuocate.
DEF. Iubilatio est enim gaudiū cum feruore animi ⁊ cla-
more indistincte vocis expressa. In qua iubilatione
nō potest bene psallere: nisi qui bone studiū cōuersa-
tionis adiunxerit. Et inspice salutarē doctrinam: que
nos ita premonet vt ante deū inoffense psallere de-
beamus: qui renes nostros ⁊ corda cognoscit: ne ma-
gis inde grauius possimus offendere: si scelerati atqꝫ
subdoli ad tāta mysteria videamur accedere. [† Qm̄ Al. Quia re-
rectus est sermo domini ⁊ omnia opera eius in fide]. ctū est ꝙ̄bū
Hic incipit per demonstratiuū genus laudes dn̄i di- ALHE.
uersa relatione discurrere: vt oīa nobis opera ipsius
et precepta dulcescerent. Rectus est itaqꝫ sermo dn̄i:
ad dirigēdos scilicet hoīes. Veraciter enim rectus di
citur: qui rectos facit. Epitheton mirabile: veriloquū
verbū. Per legē siquidē diuinā corrigimur: per ipsaꝫ
a nostra prauitate separamur. Et regulariter tūc vi-
uimus: quādo eius iussionib⁹ obedimus. Hec quinta
est species definitionis: quā greci Cata antilexin: la- DEF.
tine ad verbum dicimus. Vna enim parte orationis
definitum est quid sit sermo dn̄i: hoc est rectus. Sub-
iungit: Et omnia opera eius in fide. Vtiqꝫ quando in
illis operatur: qui ipsius dono fideles esse meruerūt:
sicut in euangelio ait: Fides tua te saluam fecit. Non Luc.7.
enim opera dn̄i mulier illa meruisset: nisi precessisset
fides per gratuitā largitatē. [Diligit misericordiā et
iudicium: misericordia dn̄i plena est terra]. In hoc ⁊
sequentibus versibus: per tertiā speciē definitionis:
que grece peotes: latine qualitatiua dicitur: dominū
declarat narrādo que fecerit: vel que quotidie facit.
Illas enim res dicimus diligere: quas sepius opera-
mur. Ita hic de dn̄o canitur: Diligit misericordiā et
iudiciū: quasi nō ⁊ prudentiā ⁊ temperantiā diligat.
Sed quia istam nobis frequēter indulget: ipsam di-
citur omino diligere. In hoc ergo mundo diligit mi-
sericordiā: vbi eam longe lateqꝫ disseminat: videlicet
vbi sustinet peccatores: vbi blasphemos patiēter ex-
pectat: vbi vitam prestat indignis: ⁊ his similia: que
pietati superne constat oīmodis applicanda. Diligit
quoqꝫ iudiciū: cum pios sequestrat ab impijs: et me-
rita eorū equitatis qualitate discernit. Sequitur vbi
illā quā superius dixerat misericordiā largiatur: cū
misericordia dn̄i plena est terra. Isti vtiqꝫ que mise-
ros continet vbi diaboli oppugnatione laboramus:
vbi a mandatis celestibus carnis imbecillitate sub-
trahimur. Tūc enim quā misericordiā postulare pos
sumus: cum iam nullis necessitatibus ingrauamur:
Hic ergo misericordiam queramus: de qua vniuer-
sa terra impleta est. [Verbo dn̄i celi firmati sunt: ⁊ spi
ritu oris eius omnis virtus eoꝝ]. Quāuis et ad con-
ditionem rerū versus iste pertinere videatur: tamē ⁊
spiritualiter decēter accipitur. Verbo dn̄i: hoc est a fi
lio dei: celi firmati sunt/id est apostoli: siue sancti sta-
biliti sunt: qui orbē terrarū salutari p̄dicatione com-
plerent. Sequitur: Et spiritu oris eius omnis virtus
eorum. Vtiqꝫ/quando ab spiritu sancto eorū doctri-
na veniebat. Virtus enim ⁊ ad miracula pertinet que
faciebant: et ad legē dn̄i quā gentibus predicabant.
Nam si diligētius perscrutemur: ⁊ sanctā hic signifi-
cat trinitatem. Dicendo enim verbo/ filium declarat:
adiungendo dn̄i/patrem dicit: spiritu oris eius: vtiqꝫ
spiritū sanctū vult intelligi qui ante tempora de pa-
tre processit: Et vt in tribus personis manifestam in-
telligeres vnitatē/eius dixit: non eoꝝ. [Congregans
sicut in vtrē aquas maris: ponens in thesauris abys-
sos]. Quod ait: Congregans sicut in vtrē aquas ma
ris: si ad lr̄am velis aduertere: clausum significat ma
re littoribus. Nā si hoc spiritualiter velis agnoscere: ETY.
vter est exutū pecoris tergus: quod vsibus humanis
deseruit ad liquores aliquos cōgregandos. Hic vter
ecclesie comparatur: quia sicut iste susceptas aquas:

siue aliquid tale complectiť:ita ꝛ illa adunationē po=
puli credētis includit. Aque ꝓo maris:populū signi=
ficant christianū:qui in mūdi salo fluctuante cōcuti=
tur. Abyssum ꝓo dicimus nimis aliquid profundum:
qđ altitudine sua humanos in se descendere nō per=
mittit aspectus. Ergo in thesauris suis:id est sapien=
tie ꝛ sciētie ponit altitudines ꝓfundas: vt ꝓbet quis
eius scripturas studio pietatis inq̄rat. [Timeat dñm
Al. non hꝫ ois terra:ab ipso aūt cōmoueantur † vniuersa: ꝛ oēs
Al. inhabi † qui habitāt orbem]. Terra hic durū significat per
tantes oia peccatorē:q̄ merito terra diciť: quia celestis gra=
tie largitate fraudať. Ergo peccator iste terren⁹ qui
amare nescit:timeat dñm: vt si nō desiderio premioꝝ
a peccatis abstinet:saltē vindicte ꝯsideratione reuo=
cetur. Dicēdo eñ Ab ipso:indicat ꝛ a diabolo cōmo
ueri:de quo ꝛ Esaias dicit: Hic est q̄ cōmouebat ter=
rā. Quapropter ꝓpheta merito petit a dño oia com
moueri : q₂ oē qđ ei⁹ ordinatione disponiť: reb⁹ semꝑ
vtilib⁹ applicať. Sed licet prius dixisset gñaliter oia:
nūc descēdit ad hoies. Nā q̄uis vniuersa ei⁹ imperio
administrari egeāt:maxime humanū genus qđ a na=
tura sua deprauatū surripiētibus vitijs: culpis ꝓbať
obnoxiū. [Qm ipse dixit ꝛ facta sunt : ipse mandauit
et creata sunt]. Reddit causam q̄re a dño debeāt oia
cōmoueri: q₂ eoꝝ ipse creator est: ꝛ necesse est vtiliter
administret existentias : qui eas dignatus est creare
per gratiā. Dixit ꝛ facta sunt : significat initium rerū
quādo vniuersa filij ipsius imperij iussa proruperūt.
Ipse mādauit ꝛ creata sunt. Per ꝓphetas vtiqꝫ mā
dauit legē per quā fideles dño volēte creati sunt. Vi=
des q̄ꝫ salubriter ꝓpheta a deo petijt oia cōmoueri:
qui solus creaturarū suarum potest esse misericors.
[Dñs dissipat cōsilia gentiū:reprobat aūt cogitatio=
nes populoꝝ: ꝛ reprobat ꝯsilia principū]. Dissipat re
uera cōsilia que mala vel pessima sunt:nā bona semꝑ
adiuuat atqꝫ cōfirmat. Nimis apta suis causis verba
iūguntur. Dissipauit ꝯsilia gentiū:quādo eas in ido=
loꝝ cultura nō ꝑmisit diutius ꝑmanere. Reprobauit
cogitationes populorū : quia licet voluntas iudeorū
in nece dñi nefanda cōpleta sit : resurrectione tamen
ipsius ꝯstat esse reprobata. Post etiā de principibus
dicit:siue de tyrānis : qui legē dñi seuis persecutioni=
bus impetebāt:siue de spiritib⁹ īmundis:quoꝝ ꝯsiliū
Al. autem semꝑ in malo est. [Cōsiliū † ꝓo dñi manet in eternū:
Al. genera cogitationes cordis ei⁹ in † seculū seculi]. Sicut ho=
tione ꝛ ge= minū praua consilia dixit esse frustranda : ita nunc in
neratione eternū dicit dñi permanere disposita. Peccator enim
et mortalis homo caduca sapit: eternus dñs nulla re
prehendenda cōstituit:sicut Esaias dicit: Omne con
silium meū stabile erit : ꝛ omnia quecūqꝫ cogitaui ef=
ficiā. Idē ꝛ Hieremias dicit: Si non esset testamen=
tum meū in custodia die ac nocte:precepta celi ꝛ ter=
re non dedissem. Cōsiliū ꝓo ipsius bene intelligimus
incarnationis arcanū:qđ ad cōsulendū humano ge=
neri cōstat esse cōcessum. Hoc nulla etate dissoluitur
sed in eternū manet:quia triumphalis mors dñi:dia=
bolicū perenniter extinxit exitiū. Cogitationes autē
cordis eius : significat predestinationē in qua cuncta
reposita sunt:que vel fuerūt: vel sequentibus seculis
futura succedunt. Hic enim gestat ordinē rerum:qui
DOS. permanet in seculū seculi. Cui sentētie illi merito ce=
dunt:qui vnā naturā in Christo dño mentiuntur. Nā
si cōsiliū eius stabile est: ꝛ cogitationes cordis ipsius
permanēt in seculū seculi. Cōstat autē incarnationis
arcanū:eius cogitationē eiusqꝫ fuisse consiliū:necesse
est vt forma humanitatis assumpte:vnus fili⁹ in dua=
bus naturis distinctis : perfectis atqꝫ adunatis sicut
cepit in vnitate persone semꝑ existat. [Beata gens
cuius est dñs deus † eoꝝ:populus quē elegit in here=
ditatē sibi]. Venit ad scđm membrū:in quo dicturus
est qđ in primo versu ꝓposuit:qui sint recti: aut quos
decet dñi collaudatio. Gentem itaqꝫ dicit pertinentē
ad Hierusalē celestē: quā adunatā cōstat ex omnibus
gentib⁹. Ipsa vtiqꝫ beata est:a qua deus vere coliť: ꝛ
oim dñs adorať: id est qui eos protegit:ac gubernat.
Hereditas quidē diciť ꝛ cū dimittiť alteri et cū adiť.
Sed populus christianus hereditas est acq̄sitionis:
nō dimissionis:quia eū auctor suus possidet:quē pre=
dicationibus sanctis ꝛ precioso sanguine cōquisiuit.
[De celo respexit dñs: † ꝛ vidit omnes filios hoim].
Hic aduētus dñi futurus exprimitur: per figurā que
grece Idea:latine species diciť:quando velut effigiē
rei future oculis offerentes : animi votū ad audiendi
studiū ꝯcitamus. De celo eñ ꝓspexit dñs : quādo ꝓ=
prij filij donauit aduentū. Non eñ homo respexit ad
dñm:sed dñs ꝓspexit ad hoiem. Prospicere est siqui=
dē porro positū cōspicere. Qui reuera peccatis erat
diuisus: ꝛ qđ dictu nefas est:reddit⁹ fuerat a suo crea
tore longinquus. Nam qđ ait: ꝛ vidit:grām significat
miserentis. Illos enim videre dicimus:quibus ꝛ ali=
quid prestitū esse declaramus. Et ꝯsidera q₂ nō dicit
visa peccata : sed filios hominū. Nā cū delicta respi=
cit punit:cū hominē intueť absoluit:sicut in. 50. psal=
mo dicturus est. Auerte faciē tuam a peccatis meis.
Et alibi : Ne auertas faciē tuā a me. Unde nobis in=
telligēda atqꝫ retinenda est salutaris ista diuersitas.
[De preparato habitaculo suo : respexit super oēs
qui habitant † orbem]. De futuro corpore dñi tunc
dicebat. Nam dum omnia que ordine veniente succe
dunt:in predestinatione fuerint cōstituta: quāto ma=
gis incarnationis eius miraculū ante secula ꝓbatur
fuisse dispositū : qđ periclitanti mūdo quē disposue=
rat facere poterat subuenire. [Qui finxit singillatim
corda eoꝝ:qui intelligit † in oīa opera eoꝝ. [Finxit
corda:quibus intelligentie sue dona largitus est. Fin
gere enim dicimus chiroplastos:qui formulas quas=
dam ad operationis sue vota componūt. Sic et dñs
mentes iustorum format atqꝫ disponit : vt ad miseri=
cordie sue dona ꝑducat. Singillatim : id est diuisim
atqꝫ distinctim. Corda eoꝝ:scilicet sanctorū : sub dñi
timore viuentiū. Sequitur : Qui intelligit in omnia
opera eoꝝ. Intelligit vtiqꝫ quādo actib⁹ bonoꝝ pre=
mia digna restituit. Dicendo ꝓo:in omnia opera : si=
gnificat cogitationes:dicta vel facta:quib⁹ bonū ma
lūqꝫ semper operamur. [Non † saluabiť rex per mul=
tam virtutē: † nec gygas † saluus erit in multitudine
† fortitudine sue]. Regē dicit hominē cōtinentē: qui
q̄uis regat corpus suum miseratione diuina a vitijs
carnalib⁹: tamē saluus fieri non potest dū de sua vir=
tute presumpserit. Iuste enim virt⁹ humana deseriť:
quando datū bonū atqꝫ ꝑfectū non largitori deo:sed
proprijs viribus applicatur. Idē gygantē vult intel
ligi:qui virtutū magnitudine roboratur: qui ꝯtra im=
manitatē diaboli assidua dimicatione confligit. Qui
merito gygas esse diciť:a quo talib⁹ spiritib⁹ obuiať.
Sed iste quoqꝫ qui iam gratia dei suffragāte multos
spiritus fugat:saluus esse non poterit:si velut gygas
superbie vitio subleuatus (quo fragilis raptatur hu=
manitas) de meritorum suorum virtute presumpse=
rit. Sed q̄uis gygas latino sermone terrigena dicať

Pſ.18. tamen ⁊ in bono poni manifeſtū eſt. Legitur enim de
Al. Fallax Chriſto: Exultauit vt gygas ad currendā viā. [† Fal
ſus equus ad ſalutē: in abundantia autē virtutis ſue
Al. salua- non † erit ſaluus]. Equū ponit ꝓ felicitate mūdana:
bitur que hoīes ſic portat: tanꝗ̄ ſi equinis geſticulationibꝰ
peruehant̄. Hec aūt humana ſpes ſic decipit: quēad
modū falſus equus: qui cū iactando ſe gradit̄: ruinā
ſubito quā non opinatur incurrit. Et quare ſit falſus
equus: exponit. Ille eṁ dū cāpos appetit: dū pedes
preꝓpera feſtinatiōe ꝑmiſcet: ſalutē ſeſſoris ſui nō
valet cuſtodire: q̄ꝛ feruida nimis incauta ſunt: ⁊ q̄ ſub
modeſtia nō gradit̄: ruinoſis caſibus ſemꝑ exponit̄.
ETY. Falſus eṁ dictꝰ eſt equus: eo ꝙ ſolet in ſe fallere pre-
Al. metuē- ſumētes. [Ecce oculi dn̄i ſuꝑ † timētes eū: † ſperātes
tes in miſericordia eius]. Oculi dn̄i ponunt̄ ꝓ voluntate
Al. ⁊ in eis diuina: quia quos gratos habemꝰ: ipſos ſine dubita-
qui ſperāt tione reſpicimus. Ecōtra ab illis aſpectꝰ auertimus:
ſuper qui noſtris mentibus horruerūt. Ergo oculi dn̄i ſunt
ſuꝑ timentes eū: q̄ꝛ pietas ipſius eos ꝓtegit quos ſe
timere cognoſcit. Sed qm̄ dixit de timentibꝰ: opor-
tune ſequit̄ de amantibꝰ: quia vtrūq̄ in dn̄i dilectiōe
ↄiunctū eſt. Nā qui deū bene timet ⁊ amat: qui bene
amat ⁊ timet. Res iſte in humanis actibꝰ diuidūtur:
ceterū in celeſti deuotiōe ſociate ſunt. Qui ſint enim
timentes exponit: id eſt ſperātes in miſericordia eiꝰ.
TOP. Qđ argumentū dicit̄ ab adiūctis: Adiūctū eſt enim
timere dn̄m: ⁊ ſperare in eo: Que res mutua ⁊ inſolu
Al. eruat bili ſocietate cōnectit̄. [Ut † eripiat a morte animas
eoꝝ: ⁊ alat eos ī fame]. Duo iſta ſunt vota fideliſſimi
chriſtiani: vt in futuro iudicio eripiat̄ a morte perpe-
tua: ⁊ hic ſpiritualibꝰ alimonijs trāſigat̄. Eripit enim
a morte animas iuſtoꝝ: cū eas tollit de poteſtate dia
boli: cū per indulgentiā efficit liberos: quos peccati
dn̄atio fecerat eſſe captiuos. In fame autē eos alit:
qm̄ in hoc mūdo vbi bonarū rerū indigētia eſt: ſp̄ūali
ETY. cibo nutrire nō deſinit quos redemit. Alimentū q̄p-
pe dictū eſt: quaſi mentis nutrimentū. In fame enim
ſunt poſiti: qui ſe celeſtiū rerū deſiderio ſemꝑ accen-
dunt. O fames illa multū ſatura: ⁊ ſine penuria ꝓba
biliter ſemꝑ auida. Eſuriunt eṁ beati: nō quia dn̄ica
dape ieiuni ſunt: ſed q̄rendo iugiter inardeſcūt: quia
Matth.5. dn̄i appetitione ꝓficiūt: ſicut euangeliſta dicit: Bea-
ti qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiā: qm̄ ipſi ſaturabūtur.
Al. non hȝ [Anima † aūt nr̄a ſuſtinet dn̄ȝ: qm̄ adiutor ⁊ ꝓtector
noſter eſt]. Cum dicit ſuſtinet: patientiam ſignificat
chriſtiani: vt inuitati iuſti: futuris p̄mijs ↄſtāti animo
perſeuerēt. Sed intelligamus qualis iſta virtus eſt:
quā ſeruare totiēs cōmonemur. Patiētia eſt ſiquidē:
que glorioſos martyres facit: que fidei noſtre bona
cuſtodit: que oīa vincit aduerſa: non colluctando ſed
ſuſtinēdo: nō murmurādo ſed grās agendo. Hec de-
ceptricē luxuriā cōprimit: iram feruidā vincit: vaſta-
tricē humani generis inuidiā tollit: māſuetos efficit:
benignis cōpetenter arridet: purgatoſq̄ hoīes ad il-
la premia futura cōponit. Ipſa eſt que fecem totius
voluptatis abſtergit: ipſa eſt que limpidas aīas red-
dit. Per ipſam Chriſto militamus: per ipſaȝ diabolū
vincimus: per ipſam beati ad celoꝝ regna ꝑueniunt.
Luc.21. Scriptum eſt enim: In patientia veſtra poſſidebitis
animas veſtras. Sequitur: Qm̄ adiutor ⁊ protector
noſter eſt. Adiutor eſt: dū ad eū ipſius gratia ſuffra-
gante conamur accedere. Protector: dum reſiſtimus
aduerſario. Securus ergo ſuſtinet deū: qui tali pro-
miſſione fulcitur. Et cōſidera: quia poſt oīa precepta
patientiā ponit: vt viriliter cuncta toleremus: qui de

tam magni premij largitione ↄfidimus. [† Et in ipſo Al. Quia
letabitur † cor noſtrū: ⁊ in nomine ſancto eius † ſpe- in eo
rabimus]. Ne quis de predicata patiētia muſitaret: Al. cornu
ne quis ſe tedioſa volūtate ↄfunderet: ſequit̄ magni- Al. ſpera-
ficū ⁊ ſuauiſſimū munus: quia ipſa expectatio habet uimus
premiū ſuū: quādo ipſe ſuſtinens letat̄ in dn̄o. Addi-
dit: Et in noīe ſancto eius ſperabimꝰ: id eſt in Chriſto
quē patienter ſanctiſſimus ꝓpheta ſuſtinuit: et leta-
batur eſſe venturū. Sperabimus aūt: cōtinuū tēpus
oſtēdit: quia nō eſt fas ibi deſinere: vnde ſemꝑ poteſt
anima feſſa recreari. [Fiat dn̄e miſericordia tua ſuꝑ
nos: † ſicut ſperauimus in te]. His verbis incarna- Al. quēad-
tionem dn̄i deſiderabat impleri: quā flagranti ſpiritu modum
magnopere ſuſtinebat. Sed intēde ꝙ̄ copioſum mu-
nus eſt qđ ditauit genus humanū: qđ angelorū cho-
ros leticie iocūditate compleuit: qđ etiā ipſa inferna
ſenſerūt. Petit enim deſideria ſua debere fieri vt poſ
ſet perfectiſſimus inueniri. Addidit In te: vt omnes
ſuperſtitiones: oēs prauitates excluderet: cum ꝓ
domino ſupplicaret. Concluſio.

¶ Quam melliflue voces audite ſunt: ꝙ̄ ſalubri
ter nobis pſalterium celeſte cantauit.
Tales ſiquidē mandatoꝝ chorde ſonuerūt: vt ſi eas
interius auribꝰ recipiamus: ⁊ nos in eis dauitice lyre
curatione purgabimur: fietq̄ nobis Saulis illa mun
datio: vt fugatis īmundis ſpiritibꝰ: abluta mēte dn̄o
ſeruiamus. Habēt enim beati muſicā ſuā: que anime
fidelis intrat auditū: cuius nō deficit ſonus: cuius nō
laſſat̄ intentio. Relinquite ergo ſpectaculoꝝ amato-
res mortiferas voluptates: ad hec magis gaudia: ad
hec myſteria cōuenite: vt cithara et organū virtutes
excitāt: non deſideria praue voluptatis inſtigant.

¶ Explicit expoſitio in pſalmum. 32.

¶ Pſalmꝰ Dauid cū mutauit vultū ſuū co-
rā abimelech: ⁊ dimiſit eū: ⁊ abijt. xxxiiij.

Benedicam dn̄m in omni tem
pore: ſemper laus eius in ore
meo. In dn̄o laudabitur ani-
ma mea: audiant manſueti ⁊
letentur. Magnificate dn̄m
mecum: ⁊ exaltemus nomen
eius in idipſum. Exquiſiui dominū ⁊ exaudi
uit me: ⁊ ex omnibus tribulationibus meis
eripuit me. Accedite ad eum ⁊ illuminami-
ni: et facies veſtre non confundentur. Iſte
pauper clamauit et dominus exaudiuit eū:
et de omnibus tribulationibus eius ſalua-
uit eum. Immittit angelus domini in cir-
cuitu timentium eum: ⁊ eripiet eos. Guſta-
te ⁊ videte quoniā ſuauis eſt dominus: bea-
tus vir qui ſperat in eo. Timete dominum
omnes ſancti eius: quoniam non eſt inopia
timentibus eum. Diuites eguerunt et eſu-
rierūt: inquirentes autem dominū non mi-
nuentur omni bono. Uenite filij audite me:
timorem domini docebo vos. Quis eſt ho-
mo qui vult vitā: diligit dies videre bonos?
Probibe linguam tuam a malo: ⁊ labia tua
ne loquantur dolum. Diuerte a malo et fac

bonum: inquire pacem et persequere eam. Oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum. Vultus autē domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriā eorum. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Juxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit. Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberabit eos domin⁹. Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Mors peccatorum pessima: ꝛ qui oderunt iustum delinquent. Redimet dominus animas seruorum suorū: et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Cum hystoria tituli istius regū lectiōe pandatur: superfluū est copiā fontis illius in hac breuitate deriuare: ne nobis totā areolam pagine vnius loci effusa relatio complere ac tegere videat̄. Sed rem cū oībus suis breuiter intimam⁹. Cū Saul ꝑsequeret̄ Dauid cōfugit ad achis regē: ibiqꝫ dum esset inuidia faciēte suspectus: industriose mutauit vultum: ita vt saliuis ora cōpleret: quaten⁹ inerguminus estimat⁹: miseratione faciente dimitteretur illesus: que tñ sicut ꝛ alia per illū virū magni sacramenti qualitate pacta sunt. Significabat eñ saliuas: hoc est scripturas diuinas in barba: id est in fortitudine magna decurrere. Sed propter significātias rerū: pro achis ad quē fugerat Dauid: mutatū nomen est: abimelech: qđ indicat patris mei regnū. Hoc ad dñm Christū bene pertinere manifestū est: per quē gloriosus pater seruitiū mūdi sanctissima deuotione suscepit. Sed cū dicit: Dimisit euꝫ: regē significat abimelech. Et abijt: hoc est ad alias partes se ꝯtulit: quia ibi ceꝑat (vt diximus) esse suspect⁹. Presens autē psalm⁹: tertius est eoꝝ in qb⁹ ꝑ actus Dauid significant̄ dñi Christi futura mysteria: quintus alphabeto secūdus esse noscat̄.

Diuisio.

Per totū psalmū verba ꝓphete sunt: alphabeti hebreas lr̄as: excepto sextā: in capitib⁹ versuū per ordinē ponens. In prima parte benedicere se dñm cōpromittit: admonens mansuetos vt cum ipso in eius laudib⁹ perseuerent. Predicti autē alphabeti hec pars quattuor litteras cōprehendit. Secūda: ad cōuersionē fidelium q̄ sint bene meritoꝝ premia nō tacent̄: que cōtinet lr̄as sex. Tertia: quasi filios admonet: a quib⁹ se delictis debeāt abstinere: hec habet litteras quattuor. Quarta iustos dicit de oībus tribulationib⁹ eruendos: et impios debitas penas esse passuros: ne ī periculis suis aliqua dubietate mollescerēt. Hic etiā residue septē lr̄e prenotantur. Et memēto: sicut in .24. psalmo iam dictū est: hunc alphabetum imperfectum illos indicare: qui laudes domini nequeunt plenissima operuꝫ integritate cantare.

Expositio.

Aleph
Al. dñm

Benedicā † dño in omī tꝑe: semꝑ laus eius in ore meo]. Tēpus hoībus nouimus esse diuersum: modo tribulationibus asperuꝫ: modo gaudio blandū. Ergo in omī tēpore bñdicendū dñm ꝓpheta denūciat: quādo et aduersa patimur: et collata felicitate gaudemus: sicut iusti fecerūt atqꝫ faciunt dñi amore flagrantes. Sed quintus debitum atqꝫ ꝓficuū sit vt creatura suum semꝑ laudet auctorē: tamē ꝓpter humanitatis diuersos actus: pene impossibile nobis videtur psalmodie laudes dño iugiter ꝑsonare: sed ī ore hoīs iusti semꝑ laus est dei: quādo talia vel cogitat vel loquit̄: vt nulla redargutione culpet̄. Quicquid enim ex patiētia: ex charitate: ex simplicitate: ceterisqꝫ virtutibus: vel loquimur: vel mente gestamus: iure diuinis laudibus applicat̄. Ipsius enim preconiū est: qui donat ore ac corde honesta meditari. Laus enim a lauro dicta est q̄ solebat coronare victores. Hec mystice saliue sunt quas tituli similitudo predixit: hec ꝟba que scripturarū diuinarū virtutē videbant̄ exprimere. [In dño laudabitur anima mea: audiant mā sueti ꝛ letentur]. Pulcherrime vno comate dilectio famulātis expressa est. Nō enim vel in se: vel in diuitijs: sed in dño suā animā dicit esse laudandā. Tūc enim gloriat̄ fidelis seruus: qñ laudabilē dñm habere cognoscitur. Scit enim ad se referri bonū: cū dñs eius fuerit multo rumore predicatus. Nā si quis hodie dño detrahat: deuot⁹ famulus quo furore succendit̄? Qua stomachatione cruciat̄? Datū est enim fidelib⁹ seruis: vt aut de fama dñoꝝ aduersa seuiant: aut de ꝓspera opinione cōgaudeāt. Sequit̄: Audiāt mā sueti ꝛ letentur. Non dixit lege docti: nō ieiunātes: nō psallentes: sed mansueti letent̄: qui charitate precipua habere rerū oīm tēperantiā cōsueuerunt. [Magnificate dñm mecū: ꝛ exaltemus nomen eius in † inuicē]. Utilitas ista carnalis singulariter perfrui desiderat: qđ delectatione auida cōcupiscit. Spiritualis autē gratia nō vult sola facere: qđ multis proficit ad salutē: ne inter officia sanctitatis detestabilis inuidia misceat̄. Qđ nūc versus iste explanat. Uocat eñ fratres: hortat̄ populos obedientes: vt nomē dñi gloriosa societate magnificent. Sequitur: Et exaltemus nomen eius in inuicē. Suauis cōmonitio: iustissima regula: vt ab oībus in vnū fiat: qđ sancte vnitati ꝯstat offerri. In inuicē ꝟo: significat cōpositos choros: qñ ꝛ psalmodiā dñi alterna sibi successione respondēt. Que figura dicitur Energia: id est imaginatio: que actū rei incorporeis oculis subministrat. [† Inq̄siui dñm ꝛ exaudiuit me: et ex oībus tribulationib⁹ meis eripuit me]. Ut inuitatus populus ad psalmodiā dñi festinaret: nūc dicit que sibi exinde bona ꝓuenerint. Inquisiui dñm: non spacio longo terrarū: nō per locoꝝ latitudines forte distentas: sed in corde vbi si maiestatē ipsius cogitamus: ibi eā presentē modis oībus inuenimus. Et intende quid dicat: Inquisiui dñm ꝛ exaudiuit me: qm̄ intellect⁹ eius vniuersa cōplectitur: nec corporalib⁹ sensib⁹: sed spūalib⁹ virtutib⁹ operat̄. Sequit̄ quātū deū quesisse ꝓfuit: qñ eū ex oībus liberauit āgustijs. Quis enim sufficeret particulariū tāte petere: quāta iste simul meruit impetrare? Dicēdo enim Ex oībus: nichil relictū est qđ remansisse suspiceris aduersum. [Accedite ad eū ꝛ illuminamini: ꝛ † vultus vestri nō erubescent]. Prius laudes ꝓmisit: choros ordinauit: nunc in scđa parte ꝛ ad ipsam cōmunicationē ꝑplos hortatur accedere: vt ecclesie future ritū monitor spiritualis infunderet. Accedite: non dicit̄ ebriosis: non adulteris: nō superbis: sed sobrijs: castis atqꝫ humilibus christianis: qui illuminari de sacra perceptione mereant̄: sicut apl's de ipsa cōicatiōe testat̄. Quicūqꝫ manducauerit panē aut biberit calicem dñi indigne: iudiciū sibi mādūcat ꝛ bibit: nō dijudicās corp⁹ dñi. Probet aūt seipm̄ homo: ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de

calice bibat. Studendū est ergo: vt qui ad eū accedit
ita se humili satisfactiōe moderetur: vt illuminari po
DEF. tius q̃ʒ cecari posse videat. Vultus aūt (sicut sepe diximus) significat p̄sentiam: que pōt mutato colore cōfu
sionē pati/si ei celestia munera subducant. Fideles er
go nō erubescunt: qm̄ impetrāt. Erubescere eñ dece
pti est: q̄ ad sua desideria nō valet ꝑuenire. Quidam
hoc sic estimant sentiendū: facientes exinde non mini
1. Tim. 2. mā questionē. Nā cū ap̄ls dicat Qui solus habet im
mortalitatē/et lucē habitat inaccessibilē: hic quomo
do ponit accedite ad eū ⁊ illuminamini? Sʒ hoc com
pēdio ipsius veritatis absoluit. Inaccessibilis ei⁹ lux
dicit: quādo substātie ipsius singularis et omnipotēs
natura declarat. Ceterū cuʒ se gratia sancte diuinita
tis infundit: ⁊ ad eū accedit: ⁊ illuminatio beata pre
Joan. 1. stat. Unde dictū est ⁊ alibi Qui illuminat omnē homi
Zai. nem venientē in hunc mūdū. [Iste pauper clamauit
Al. de. et dñs exaudiuit eum: ⁊ † ex omnibus tribulatiōibus
Al. salua- eius † liberauit eū]. Dicendo iste/spiritualē pauperē
uit. designat: qui nō tm̄ mūdanis opibus/sed vitioꝝ vber
tate vacuat. Iste pauper est/qui accedēs ad deū illu
minat: iste cui⁹ vultus nō erubescit: qui quādo clamat
ad dñm/salubriter ⁊ competēter audit: ⁊ tunc ꝓuenit
vt liberet: nō ab vna tribulatiōe/sed ex omnibus mū
danis angustijs. Quod accidere solet iustis/quando
in sancta cōuersatione aīas reddunt: ⁊ de seculi istius
clade confusa/ad securitatē perpetuam transferūtur.
Perpēde etiā ꝙ hic hebrei alphabeti sit littera trāsili
ta. Pro sexta ei septima posita est: Qđ ad illud (vt pu
to) referendū est: qđ supra memoraui: hunc psalmū si
gnificare quidē sanctos viros: qui tm̄ non totis operi
bus ꝓbātur esse perfecti. Ego eñ non inueni patrum
Heth. definitā de hac parte sentētiam. [Immittet † angelū
Al. angel⁹ dñs in circuitu timentiū eū: ⁊ eripiet eos]. Ne crede
domini. retur dñs fideles suos posse negligere: p̄senti eos ora
culo cōsolat. Et inspice medicinale verbū quod dicit
Immittet. Nam ꝓpter insolētiam humane fragilita
tis nō palam facit: sed occultis immissiōibus operat:
vt te nesciēte ꝓ salute tua qđ expedire possit accipias
Angelus aūt minister est volūtatis diuine. Quapro
pter si vis te angelum fieri/fac qđ precipit: vt liberes
periclitantē/subuenias anxio/eripias innocentē: ⁊ ce
tera que diuina iubet auctoritas. Tunc eñ spiritu an
geli sumus: quādo ministri superne voluntatis effici
Thet. mur. [Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dñs: beatus vir
qui sperat in eo]. Redit ad dñi sanctissimā cōmunica
tionē: nec desinit sepi⁹ dicere vnde nouit mortalibus
ꝑpetue vite gaudia ꝓuenire. Gustate nō pertinet ad
palatū/sed aīe suauissimū sensum: q̄ diuina cōtempla
tione saginat. Nam vt ipsuʒ gustū intelligeres/sequit
Videte: qđ vtiqʒ nō ad os pertinet/sed ad inspectiuaʒ
sine dubio qualitatē: vt cū tale corpus accipimus/vi
te nobis cōcedi gratiam cōfidamus. Et vt ipsaʒ com
municationē nō ad corpus cōmune traheres/dñm di
cit esse suauē: qui in ea salutem hominibus ꝓ sua pie
tate cōcedit. Vita eñ nostra que reuera de⁹ est: q̄ car
nem sumptā ex virgine maria sibi vniuit/eāqʒ ꝓpriā
fecit: viuificatricē eam esse ꝓfessus est: sicut ait in euā
Joan. 6. gelio Amen amen dico vobis: nisi māducaueritis car
nē filij hoīs/⁊ biberitis sanguinē eius: non habebitis
in vobis vitā eternam. Que licet ex humana natura
sumpta sit: nō tm̄ eam vt vnius hoīs ex nobis estimare
debemus peccati alicuius cōtagiōe pollutā: sed odo
rabilem/salutiferā/viuificatricē: que peccata dimittit
ꝓpter verbum cui adunata est (sicut in euangelio ipse

dñs dicit: Ut sciatis q̄r potestatē habʒ filius hominis Mat. 9.
super terram dimittēdi peccata) et ad ꝑpetue vite re
gna ꝑducit. Subiungit itaqʒ absolutam/firmāqʒ sen
tētiam beatū esse virum/qui sperare nō desistit in do
minū. Precipua res que tam frequēter iterat: vt nun
q̄ʒ illud desinamus expetere/qđ tanta cognoscit assi
duitate predicari. [Timete dñm omnes sancti eius: Joth
qm̄ † nichil deest timētibus eum]. Timorē dñi omni Al. non est
bus sanctis imperat: ne quis q̄ʒuis bene meritus a sa inopia.
luberrima intētione discedat. Sed quid vtilitatis ti
mor ei⁹ habeat/consequēter ostēdit dicēs: Qm̄ nichil
deest timētibus eū. O breuis sentētia/o immēsa pro
missio. Possunt aliquid egere: quibus diuitie/quibus
salus corporis/quibus regna tribuuntur. Solus ipse
nichil indiget/q̄ dñi timore ditatus est. [Diuites egue Caph.
runt et esurierūt: inquirētes autē dñm non † deficient Al. minuet.
omni bono]. In vno versu terrarum diuites ⁊ paupe
res christi magnifica cōtrarietate distinxit. Ait enim
Diuites eguerunt ⁊ esurierūt. Quādo egent diuites?
Quando fidē nō habent rectam? Quando esuriunt?
Quādo minime dñi corpore satiāt? Tales ergo diui
tes egent: et saturati ventre/spiritu semper esuriunt.
Quid eñ habeant qui deum nō habēt? Subsequitur
Inquirētes autē dñm non deficiēt omni bono: q̄r nul
lo bono deficiunt/qui spiritali desiderio ꝑfruunt. Nā
cum diligimus dñm/in ipso omnia reperimus. Unus
est qui queritur: sed in quo omnia cōtinentur. O lucrū
mirabile/o compendiū singulare. Cur nos ꝑ diuersa
fatigemus? Ad ip̄m ergo vnanimiter festinemus: post
quē cuncta bona vltra nō querimus/sed tenemus: si
cut ap̄ls dicit: Scimus qm̄ diligētibus deum omnia Roma. 8.
cooperātur in bonum. Hoc argumētū dicit ex cōtra TOP.
rio. Contrariū est eñ egere diuites: ⁊ pauperes nullo
bono deficere. Argumentū est autē argute mētis iu DEF.
dicium: qđ per indagationes ꝓbabiles rei dubie ꝑfi
cit fidem. [Venite filij/audite me: timoreʒ dñi docebo Lamech.
vos]. Peractis sollēnibus que ad sacramēta ecclesie
ꝑtinebant: nunc venit ad tertiā partem vbi illos allo
quitur/q̄ prima fidei rudimēta ꝑcipiunt. Dicendo eñ
Venite: significat eos intra ecclesiā non fuisse. Quod
etiam cōfitentibus nūc dicitur: quādo ad fidē veniūt
christianā. Vox paterna sonat/vox pietatis admonet
vt vltro dicentē audiamus/quem tacētem exquirere
deberemus. Sed q̄ʒ suauis/q̄ʒ vtilis timor est ad quē
filius inuitat. Cum dicit Docebo vos: admonet ne pa
uescamus ꝙ audiuimus timorē. Nō est eñ timor iste
qui formidet: sed qui diligat. Timor humanus ama
ritudinē habet: iste dulcedinem. Ille ad seruitium co
git: iste ad libertatem trahit. Postremo ille claustra
metuit: hic celorū regna patefecit. Merito ergo timo
rem istū sic vtilem ꝓfessus est: vt auida mente discat.
[Quis est homo qui vult vitā: † et cupit videre dies Mem.
bonos?] Talis interrogatio ꝓposita est: quaʒ omniū Al. diligit.
sequat assensus. Quis est eñ qui possit dicere: aut vi
tam nolo/aut dies bonos videre nō cupio? Sed vti
nam sic vitā perpetuā quereremus: sicut in ista tēpo
rali corda defigimus. Bonos aūt dies nō istos dicit/
in quibus caducis delectatiōibus occupamur: sed il
los qui vere boni sunt/⁊ in summa sanctitate versant.
[† Cohibe linguam tuā a malo: ⁊ labia tua ne loquāt Nun
dolū]. Hoc est velle videre dies bonos: si lingua no Al. ꝓhibe.
stra aliquid non loquat incompetēs. Malum est eniʒ
omne ꝓhibitū: ⁊ quicquid veritati repugnat/tali ap
pellatione discernit. Intende vero subtilius: q̄r prius
cohiberi dicit linguā: quā cū loqui volumus anterius

cōmouemus. Addidit Labia ne loquanť dolum:que
lingue motū ꝓtinus cōsequūtur: ꝛ quasi quadā armo
nia sociata amborū modulamine human⁹ sermo per=
DEF. agiť. Dolus est aūt/quando fallimus audientē: vt qđ
credit ad auxiliuꝫ inferre videatur incōmodū. Quod
merito ꝓhibetur: qꝛ pure cōscientie contiat semꝑ ad=
Samech. uersum. [Diuerte a malo ꝛ fac bonū: inquire pacem ꝛ
al. ꝑsequere † sequere eam]. Ad videndos dies bonos nō sufficit
tm̄ a malis actib⁹ abstinere: nisi nos pietas cōpellat
ꝛ bona ꝑagere. Naꝫ primus virtutis gradus est/aliē=
na nō querere: sed iterū superior/egētibus ꝓpria non
negare. In illo culpā refugimus: in isto palmā pieta=
tis acquirimus. Nam pupillo nō nocuisse/aut paupe=
rem non expoliasse abstinentia est: que ad premiū so=
la non sufficit. In illa quippe iudicatione soli audiūt
Mat. 5. Uenite benedicti patris mei: percipite regnum qđ vo
bis paratū est ab initio mundi: qui gratiā dn̄i ipso in=
spirante diuersa largitione mercati sunt. Uides ergo
necessario additū Et fac bonū. Ipsum est siquideꝫ qđ
nos liberat atqꝫ cōmendat. Sciens aūt ꝓpheta in hoc
agone seculi cū corpore pacem fidelissimos nō habe=
re: ꝛ cū suis vitijs hic illis continuū esse certamen: pul
cherrime dixit Inquire pacē: vt qꝫuis eam hic nō ha=
beāt: tm̄ semper ab eis studiosissime perquirať. Et nō
ꝓmisit ꝙ hic possit quoquo modo cōprehendi: sed im
perat Sequere eā/quasi precedentē. Nā quare sequē
da est: nisi qꝛ hinc fugit. In futuro autem sperāda est:
qm̄ ibi perpetua stabilitate cōsistit. Queramus ergo
seduli/sequamur intēti: qꝛ illic eam inuenire non possu
mus: nisi hic diligētius inquiramus. Que tunc cōpre
Ain. hendi dabiť: quādo ipsum cōspicimus pacis auctorē.
Al. Oculi. [† Uultus autē dn̄i super iustos: et aures eius in ꝑces
eorū]. Uenit ad quartā partē: vbi vsqꝫ ad finē duplici
populū predicatione confirmat: modo iustoꝝ premiū
narrās: modo impiorū peccata castigās: vt ab vtraqꝫ
parte cōmonitus/ seruire discat dn̄o populus acquisi
SCHE. tus. Quod schema dicitur Paradigma/efficacissimū
plane figure genus: quando duplici vtilitate ꝑcipitur
qđ sequamur. Cum eniꝫ dicit Oculi dn̄i super iustos/
continuā gratiā diuinitatis ostendit: vt aspectus im=
mobilis suꝑ eos esse videatur. Subiūgit quoqꝫ exau=
ditiōis velocissimā celeritatē: quādo aures dn̄i para=
tas in eoruꝫ preces esse cōmemorat. Que em̄ illis ad
obtinēdū fiat mora: cū in ipsis qui exaudire possit in=
habitat? Sed licet frequēter exaudiat peccatores: iu
stis tm̄ multo amplius ꝓmittitur/quādo in preces eo=
PHE. rū paratas aures habere monstrať. [Uultus autē dn̄i
suꝑ facientes mala: vt perdat de terra memoriā eoꝝ]
Exposita iustorū gratia: nūc conuertiť ad penas ma=
lorū. Et ne dicerent pessimi Iustos attendit: nos aūt
non respicit: seculari iam facimus qui ab illo conspici
non meremur. Pronūciat vultum dn̄i: id est intellectū
esse supra malos. Quos sic attendit vt non respiciat:
sic non respicit/ vt tm̄ eorum facta cognoscat. Timea=
mus ergo malū facere/quod eius scientiam nouimus
nō latere. Et cōsidera: qꝛ in istis dicitur Suꝑ faciētes
mala: vt falli non possit cōiuncta vicinitas. Intellige
vero ꝙ vtrosqꝫ videt: sed eos euentu dispari contueť:
iustos vt audiat/peccatores vt perdat. De terra vero
dicit: id est de futura patria: quā soli deo placiti possi=
debunt. Memoria eoꝝ peribit: qꝛ non erit iniquoꝝ in=
ter iustos vlla cōmemoratio. Illos enim in memoria
nos habere dicimus: quibus aliqua prestare desidera
mus. Nam qui de memoria dn̄i exeunt: ad eterna sup
Sade. plicia sine dubitatione perueniunt. [Clamauerūt iu=
sti/ ꝛ dn̄s exaudiuit eos: ꝛ ex omnibus tribulatiōibus
† liberabit eos]. Iterū redit ad iustos: de quibus pau Al.
lo lati⁹ dicit vt populos enarrata dona reficiāt: quos
maloruꝫ pena terruerat. Discutiamus quid sibi velit
ista sentētia. Iustos dicit clamasse ad dn̄m: ꝛ semper
ꝓfitetur auditos. Quid ergo de martyribus dicimus
quos de supplicijs tyrannorū minime cōstat esse libe
ratos? Liberati sunt plane: quādo ad celorum regna
ꝑducti/omnibus tribulationibus ꝓbantur exuti. Cla
mor em̄ iustorum non solū ad temporalē: sed maxime
ad eternā vtilitatem semper auditur. [Iuxta est dn̄s Cop.
his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu salua=
bit]. Et iste versus pertinet ad dona iustoꝝ. Mos dn̄i
ꝛ humana cōsuetudo diuersa est. Nam qui vult altio
ribus vicinus fieri erigitur: tēdiť vt possit fastigia cel=
sa cōtingere. Dn̄s em̄ altissimus attingi non potest: ni
si per humilitates videlicet inclinatas: nec ad dulcia
eius gaudia nisi per amaras lachrymas peruenitur.
Siue vt alij dixerūt: Iuxta significat nō loco/sed au=
xilio. Inspiciendum est quoqꝫ qđ dicit Qui tribulato
sunt corde. Multi em̄ tribulātur/sed non ex corde: vt
queruli fatui qui peccata nō deflent/sed mūdana eos
damna cōtristant. Illi autē corde tribulanť/qui alie=
na mala suas faciunt esse miserias: qui mundū lugen=
tes/generalibus cladibus affligūtur. Ipsos itaqꝫ sal
uabit: qui se humillimis cōuersationibus subdiderūt.
Et intende: qꝛ non dicit verbis humiles: quod habet
plerūqꝫ nequitia peccatorū: sed spiritu/sicut in euan=
gelio dicit Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorū est re= Ma.
gnum celorū. [Multe tribulationes iustorū: et de his Re.
om̄ibus liberabit eos dn̄s]. Et hic ꝛ alter versus ad=
huc iustorum bona cōmemorāt. Aptum em̄ fuit plus
de ista parte loqui: ne fragilia corda mortaliū iterato
sepius timore succūberent. Multe reuera tribulatio=
nes sunt iustorū: qꝛ eos diabolus validius insequitur
ꝛ homines per inuidiam frequenter affligūt. Deinde
impi⁹ tribulari potest/si quid aduersum solus ipse pa
tiať: iustus vero et ꝓprijs passionibus affligiť/et alijs
charitate compatiť. Sed cum subiungiť Et de omni=
bus his liberabit eos dn̄s: potentia creatoris ostēdi=
tur: qꝛ liberationē eius tribulationū impedire non po
test multitudo. Unde colligitur oēm iustū multis qui=
dem tribulationibus onerari: sed de omnibus indubi
tanter absolui. [Dn̄s custodit omnia ossa eorū: vnum
ex his non contereť]. Ossa dixit fidelium firmitatem:
id est patientiam/mā suetudinem/et ceteras virtutes
que perire in sanctis nequeunt: qꝛ dn̄i custodia seruan
tur. Ipsa sunt em̄ que cōminui non possunt: qꝫuis cor
porea ossa frangātur. Nam si ad litteram cōsideres:
nō minima questio videtur oboriri: quomodo latrōis
illius ossa cui dn̄s dixerat: Hodie mecū eris in para= Luc.
diso: non sunt cōtrita que a militibus leguntť esse con=
fracta: et multorū martyrū corporali cōditione repe=
ris esse violata? Sed hoc omne neuuꝫ dubietatis ex=
cludit: si ossa virtuteꝫ fidei/ ꝛ robur anime sentiamus.
[Mors peccatorū pessima: ꝛ qui oderunt iustū delin= Sim.
quent]. Mortem peccatorū illam dicit/que ab homi=
ne nō potest intueri: quam non solū malam/sed etiam
pessimā ꝓfitetur esse. Reuera pessima: qm̄ eam eter=
na pena comitatur. Nam si ad istam mortē respicias
que nostris oculis patet: frequēter inuenis diuitē pec
catorem pomposis apparatibus decenter efferri: quē
sic familia plāgit/vt piū fuisse humanis auribus men
tiatur. Amici etiam eū impēsis lachrymis ꝓsequunť:
vt reuera putes bonorū aliquem ereptū: qui magna

cognoscitur lamentatione defletus. Quid de preciosis referamus odoribus: quibus et post mortem eorū mansura corpora cōdiuntur? Quod tanto studio/tanto apparatu peragit: vt in funeribus ipsoꝝ superstitū vita recreetur. Ubi est ergo peccatoꝝ mors pessima? Scȝ in inferno vbi recepti penas patiuntur eternas.
Luc. 16. Quanta em̄ pompa (vt credimus) purpuratus ille diues ad sepulchra perductus est: qui guttam aque frigide ab lazaro paupere postulauit? Et nota ꝙ in isto
ETY. nomine asperitas mortis ipsius explanatur. Pessima enim dicta est: quasi pessum data. Subiūxit quoqꝫ Et qui oderūt iustum delinquēt: id est qui dominū saluatorē nefando odio habētes: mandata ipsius suscipere noluerūt. Nam ⁊ istorū mors pessima est: sicut ⁊ il-
Tau. loꝝ de quibus superius dixit. [Redimet dn̄s animas
Al. delinquent. seruorū suorū: et non † derelinquet omnes qui sperāt in † eum]. Quam bene in spe bonorū psalmus iste fi-
Al. eo. nitus est: vt malorū collegia deserentes/ad bona potius futura tēdamus. Redimet dn̄s: scȝ sanguine precioso: qm̄ qui in ipso recte crediderit/a peccatoꝝ debita captiuitate redimet. Animas/frequēter scriptura ponit pro hominibus: sicut in Exodo scriptum est:
Exod. 1. Descenderūt in egyptum anime septuagintaquinqꝫ. A parte enīȝ meliore bene totus homo suscipit. Sed vide: q̄r seruorū suorū dicit/non iniqua libertate viuētium. Addidit quoqꝫ Et non derelinquet scȝ tanq̄ pastor bonus q̄ oues suas sedula pietate custodit. Sed geminauit promissionis omnino cautelam. Nō enim dicit nullum derelinqui: sed omnes qui sperant in eū. Nā derelinquet illos qui spem suam aut in ꝓprijs viribus: aut in alicuiꝰ hominis presumptiōe posuerūt.

Conclusio.

¶ Peracta sunt psalmi huiꝰ sacrosancta mysteria: vbi sic missarum ordo completus est/vt eum cōscriptum putes temporibus christianis. Hic enim et hymnorū ordo decursus est: hic ad cōmunionē deuotus populus iubet accedere: hic inuitant venire q̄ prima fidei rudimenta suscipiūt: vt nichil tante rei deesse sentias/cum tñ nullum horū tunc ꝓuenisse cognoscas. Hic etiam genus humanū et iustorum bonis inuitatur: ⁊ malorū vltiōe terretur. Hoc est qđ titulus ille precinuit/quando dauid ante abimelech vultū mutauit: vt ⁊ nos nostram voluptatem vtiliter cōmutantes/ad tutissimā dn̄i ecclesiā catholicam cōfugere debeamus. Est etiaȝ calculus iste qua dn̄s etate passus est: in qua et nos lectione patrū resurgere credimur. De qua pater Augustinus in enchiridion libro suo multipliciter (vt solet) diligēterqꝫ tractauit: vt nulli sit dubium psalmū tātis virtutibus cōsecratū/memorie nostre sacculis velut thesaurum celestem frequenti meditatione condendum.

¶ Explicit expositio in psalmum. 33.

¶ Ipsi Dauid. xxxiiij.

Iudica dn̄e nocentes me: expugna impugnātes me. Apprehende arma ⁊ scutū: et exurge in adiutoriū michi. Effunde frameā et cōclude aduersus eos qui persequuntur me: dic anime mee salus tua ego sum. Confundant et reuereant: querētes animā meā. Auertantur retrorsum ⁊ cōfundantur: cogitantes michi mala. Fiant tanq̄ puluis ante faciem venti: et angelus dn̄i coartans eos. Fiant vie illorum tenebre ⁊ lubricum: et angelus domini persequens eos. Quoniā gratis absconderunt michi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerūt animam meam. Ueniat illi laqueus quem ignorat: et captio quā abscondit apprehēdat eum: ⁊ in laqueū cadat in idipsuȝ. Anima autē mea exultabit in domino: ⁊ delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicēt: domine quis similis tibi. Eripiēs inopem de manu fortioꝝ eius: egenum ⁊ pauperem a diripiētibus eū. Surgētes testes iniqui: que ignorabam interrogabant me. Retribuebant michi mala ꝓ bonis: sterilitatem anime mee. Ego autēȝ cum michi molesti essent: induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animā meaȝ: et oratio mea in sinu meo cōuertetur. Quasi proximum/⁊ quasi fratrem nostrū sic complacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt et conuenerunt: congregata sunt super me flagella et ignoraui. Dissipati sunt nec compūcti: tentauerūt me subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. Domine quando respicies/restitue animam meam a malignitate eorū: a leonibus vnicam meā. Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Non supergaudeāt michi qui aduersant michi inique: qui oderunt me gratis/⁊ annuunt oculis. Quoniam michi quidem pacifice loquebantur: ⁊ in iracundia terre loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suū: dixerunt euge euge viderūt oculi nostri. Uidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me. Exurge et intende iudicio meo deus meus: ⁊ dominus meus in causaȝ meam. Judica me ſm iustitiam tuam domine deus meus: ⁊ nō supergaudeāt michi. Non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre: nec dicant deuorabimus eum. Erubescant ⁊ reuereātur simul: qui gratulātur malis meis. Induantur confusione ⁊ reuerētia: qui maligna loquūt super me. Exultent ⁊ letentur qui volunt iustitiam meam: ⁊ dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuā: tota die laudē tuam.

Non grauat breuiter interdū dicta repetere: vt legētis animus ad memorie necessaria studia reuocetur. Dauid (sicut diximꝰ) duas significatiōes amplectitur: manu fortis/⁊ desiderabilis: qđ vtrunqꝫ dn̄o saluatori certum

est cōuenire. Manu fortis est: q2 mortis nostre captiuitatem cū impio auctore psirauit. Desiderabilis est: qm̄ aduentus eius nobis bona inestabilia pollicetur. Cātatur ergo psalmus iste a persona dn̄i saluatoris: qui se petit ab inimicorum persecutiōe liberari. Ipsi eniz vbi cōmemorak in titulo: christum cōmonet intelligi. Qui congrue Dauid dicik: qm̄ bene huic tota expositio istius nominis applicatur. Diuisio.

Per totū hunc hymnū verba sunt dn̄i christi a dispensatione qua passus est. Primo membro psalmi persecutoribus retributionē postulat debere restitui/ optans illis cōtraria: que tamen ad conuersionem eorū sint nichilominus pfutura. Secundo de resurrectione sua gaudet: z iudeorꝫ iniquitates exprobrās/ actum proprie passionis exponit. Tertio promittit se per vniuersum orbem terrarum in membris suis paterne potentie confiteri/ qui eum ab inimicis suis resurrectionis beneficio liberauit: deprecans vt confundātur peccatores/ z exultent in magna gloria fideles. Expositio.

Iudica dn̄e nocētes me: expugna impugnātes me]. Assumpta pro nobis clamat infirmitas: vt damnētur nocentes: id est diabolus cum ministris: quod nouerat esse ventură. Malos em̄ iudicari/ damnare est: q2 nequeūt in disceptatiōe liberari/ qui semp prauis actionibus pbātur impliciti. Sed hoc (vt dictū est) ad diabolum pertinet cum sequacibus suis: per quos puenit iudaice voluntatis iniquitas. Nam cum ipse precipiat Pro inimicis vestris orate: hominibus non potest cōuenire sentētia. Ipsos ergo petit debere dānari: quos virtute presciētie sue nouit ad penitudinis remedia non venire. Nam in subsequentibus vbi venit ad homines: cōuerti eos desiderat/ non perire. Adiecit etiam Expugna impugnātes me. Qui impugnat superare cōtēdit: qui expugnatur omnino victus est. Merito ergo spiritus immūdi impugnatores dicunk: q2 licet sanctos vincere nequeant: contendere tñ cum eis improba voluntate non desinunt. Expugnat autē dn̄s qui solus preualet implere: cuius certamen triūphus est/ z omnis pugna victoria. [Apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium michi]. Arma

ETy. ab arcendo dicta sunt: q2 per ea hostes violentissimos arceamus. Et ideo hoc humana cōsuetudine dicitur que armat manū/ vt opprimat inimicū. Ceterū arma z scutum sola voluntas est dn̄i: qua ptegit periclitantem/ z expugnat aduersum. Hanc eniz tropologiam

Ephe. 6. dicit z apostolus: Scutum fidei/ et galeam salutis/ et

ETy. gladium spiritus. Scutū eniz dictū est quasi sculptū: quod in ipso antiqui sua facta signabant. Nam q2 dicit Apprehendite: nūquid a deo sumik ad tēpus peregrina defensio? Semper illi paratus est exitus rerū qui pbatur omnipotēs: nec quasi de quiete exurgere creditur/ qui nunq̄ iacuisse declarak. Arma igik pertinent ad indumenta ferrea: per que salus humana defendik: scutum ad repellēdos ictus inimici: vt frustrata tela cadant/ que fuerant in exitiū hominis destinata. Precak ergo dn̄s christus a natura humanitatis sue: vt z salus eius muniri debeat/ z inimici voluntas suis ausibus efferatur. [Effunde frameam/ z cōclude aduersus eos q̄ me persequūtur: dic anime mee salus tua ego suz]. In scripturis diuinis framea multas cōtinet significationes. Intelligik em̄ z gladius: intelligitur hasta regalis: intelligitur z dolus: intelligitur z

vindicta: hic tñ vult accipi aīam suaz: que reuera aduersarijs framea fuit. Per ipsaz quippe gestum est: vt idolorꝫ cultus sacrilegus interiret: vt diaboli vinceretur iniquitas: vt mortis ipsius potestas percussa succūberet: cū ante toto orbe libera potestate regnaret.

Nam z in alio psalmo iam lectuz est Eripe aīam meā ab impio frameā tuam. Effunde ergo frameam: id est aīam meā dilata/ munere tue pietatis indulto. Cōclude: hoc est passione mea/ z lege tua cōpleta: quā predixeras per pphetas. Petit etiaz anime sue a dn̄o dici Salus tua ego suz: q2 verba ei9 nouit sine aliqua difficultate cōpleri]. Confundank z reuereank † inquirentes animā meā. Auertank retrorsum: et † erubescant qui cogitant michi mala]. Hic iaz vbi venit ad homines: nō maledictio funditur/ sed correctio postulatur. Confundi est facta sua erubescere: z in meliorē sentētiam cōmutare. Nam z illi cōfusi dicuntur/ qui cōuincunk ad penam. Sed vt magis hoc ad cōuersionē intelligere debuisses/ addidit Reuereātur: id est emendati colāt quem persequendū esse putauerāt. Inquirētes animā meā in malam partem dicik: qui sic querūt/ vt eam nō venerari velint: sed a corpore segregare festinent. Nam queri animā christi z in bonā partē positum est: vbi ait Perijt fuga a me/ z nō est q̄ requirat animā meā. Auerti autē retrorsum nō dicitur: nisi illis qui corrigendi iudicank. Nam z Petro apostolo qui salutez christi humanitus vindicabat: dixit Redi retro sathanas: nō vt periret/ sed vt dn̄i voluntatē felici emendatiōe sequeretur. Ergo quos retrorsum redire vult: nō illos optat intentionē pessimā sue voluntatis efficere: sed potius se sequi vbi non pbank errare. Qui cogitāt michi mala: siue de iudeis/ siue de hereticis/ siue potest accipi de paganis. Omnes em̄ male cogitāt: qui preter religionem catholicam asserere aliqua praua intentiōe festinant. [Fiant tanq̄ puluis ante faciem vēti: z angelus dn̄i † affligens eos]. Puluis terrena quidē: sed nimis arida/ tenuisq3 subsiātia est: que vento flante in sua sede manere nō sinitur/ sed in auras liquidas eleuak. Ita voluntates peccatorū cū veritatis fuerint inspiratione cōmonite/ a terrenis vitijs subleuāk: z ad virtutes ethereas (prestāte dn̄o) perducunk. Sic ergo malis optak vt ad vitā celestem felici emendatiōe perueniāt. Angelū dicimus superne virtutis nūcium: per quem diuina iussa complenk. Iste ergo angelus conuersos affligit: vt in illā patriā felicem humilitatis munere perducank. Sed afflictio ista beneficiū est: quando in locum magni muneris vt emergat optatur. [† Fiat via eorum tenebre et lubricum: z angelus dn̄i persequens eos]. In contrarium verti peccatoribus omnia postulauit: vt via ppa que illis videtur lucida vel fixa/ cum in eadem delectabiliter commorātur: fiat illis tenebrosa quā horreant: z lubrica/ vt in eadem diutius stare non possint: sicut et Hieremias ppheta dicit: Et pp̄ter hoc facta est via eorꝫ lapsinosa in tenebris: z supplantabunk/ z cadent in ea. Quod si adhuc in malis suis decreuerint immorari/ virtus dn̄i persequatur: quatenus eos in sceleribus suis herere nō faciat/ qui ad interitus sui vota festinant. O multarū contrarietatum magna felicitas: quātis votis hic petitur vt aduersitas psperrima prebeatur? [Qm̄ gratis absconderunt michi interitū laquei sui: † vane exprobrauerunt animā meam]. Gratis reuera: quibus nichil mali fecerat. Huc figura dicik Synchrysis: cum cōparatione quadam iustiorem causam nostram q̄ aduersarij demonstramus. Illud

Ps. 16.
Al. q̄rētes
Al. ꝯfundētur cogitantes.
DEF.
Ps. 141.
Mar. 8.
Al. coartās
Al. Fiant vie illorum
Hiere. 23.
Al. super uacue.
SCHE.

enim gratuitum dicimus/qđ nō alicuius rei cōpensa=
tione tribuit. Absconderūt michi: vt illi putabant qui
diuinitatis eius potētia non credebant. Nā quid po=
test abscondi cui nichil occultū est? Ille enī et ꝓdito=
rem suū in cena designauit: et passionē anteꝙ̄ ꝓueni=
ret edocuit: nec quicꝙ̄ fuit qđ ei abscōderet/ qui oīa
sue voluntatis dispensatiōe patiebatur. Bene aūt di
ctum est Interitum laquei sui: qꝛ ille laqueus nō mo=
rientis erat/ sed peccantis magis interitus. Nam qđ
sequitur Uane exprobrauerūt animā meā/ significat
false accusauerūt: quando iudaicus populus dn̄o sal=
uatori dicta veracia quasi crimē aliquod imputabāt.
Mat. 26. Clamabant enī vesani mendaciter: Hic est q̄ dicebat
Joan. 2. Destruam templū hoc: cū ille dixerit Destruite tem=
plū hoc/ ⁊ in triduum edificabo illud. Quid enī plus
vanū/ q̄ illud ad culpā prauitatis studio velle conuer
tere: quod predicabat omnibus ad salutem? [Ueniat
Al. illi. † illis laqueus † quē ignorāt: ⁊ captio quam † occul=
Al. ignorat tauerunt apprehendat † eos: ⁊ in laqueū † incidāt in
Al. abscon idipsum]. Pia retributio/ vindicta salutaris: vt qꝛ illi
dit. laqueum parauerūt/ qui credebāt posse nesciri. In il=
Al. eum. lam tēdiculam incidāt/ quam sensus peccatoris igno
Al. cadat. rat: scꝫ vt nexu veritatis astricti reddant potius abso
luti. Sequit Et captio quā occultauerūt apprehēdat
eos. Que est illa captio/ nisi mors dn̄i saluatoris: que
occultis machinata ꝓbat insidijs? Apprehendat eos
quasi fugientes ꝓtinus consequat: ⁊ illud totum effi=
ciat: ne derelictis suis sceleribus obruant. Et nota ꝙ
hic in bonam partē ponit laqueū: vt mandatis dn̄i ca
pti/ in idipsum celesti gratia perseuerēt. Sic orat cui
gratis laqueus occultabat exitij: qui malū ꝓ malo nō
reddidit: sed in cruce posit9/ ꝓ suis ꝑsecutorib9 exora
Al. et. uit. [Anima autē mea exultabit in dn̄o: † delectabit
Al. saluta= super † salutare eius]. Postꝙ̄ de spiritibus immūdis
ri suo. que illis erant emersura cōpetenter edixit: ⁊ ꝓ pecca=
toribus more sue pietatis orauit: venit ad secundum
membrū/ vbi ⁊ letitiā ꝓprie mentis exponit: ⁊ passio=
nis ordinem lucidissima veritate narrauit. Pria quip
pe sancte anime beatitudo est exultare in dn̄o: qꝛ totū
illic conquirit/ cum mens ibi purissima destinat. Nam
qui letat in dn̄o: nec gaudium eius aliquando deficit/
nec suauius quicꝙ̄ qđ amare possit inueniet. Quid er
go sequit istam exultationem? Scꝫ qm̄ delectabit su=
per salutare eius. Salutare aūt est dn̄i maiestas ver=
bi: vnde salus egredit/ ⁊ vita prestatur: fons misericor
die/ supplicantiū remediū/ remissio peccatorū. [Oīa
ossa mea dicent: dn̄e quis similis tibi?] Ossa nec sen=
sum/ nec vocē habere manifestū est: sed (sicut frequen=
ter diximus) fortitudo animi/ ⁊ cōstantia mētis debēt
intelligi: que merito ossibus cōparant: qꝛ sicut illa cor
pus cōtinent/ ita ⁊ hec sanctas corroborat volūtates.
Dicant ergo hoc sacramentū ossa/ non caro: id est fir=
mitas/ nō remissio: qꝛ talem hymnū non potest nisi so
la mentis dicere fortitudo. Quis/ negatiuū est: qꝛ ne=
mo potest esse similis/ cum sit sancta trinitas singula=
ris. Multū quippe est creatura a creatore dissimilis.
Illa deniꝙ̄ seruitriste dominat. [Eripiēs inopem de
Al. diripiē= manu fortiorū eius: egenum ⁊ pauperem a † rapiēti=
tibus. bus eū]. In isto versu exposuit qđ supius dixit: quis
similis tibi? Nā cū diabolus manu sua teneret pene
totum genus humanū: de illa potestate qua tenebat
obnoxiū constat incarnatione verbi fuisse liberatum.
Addidit quoꝙ̄ Egenū ⁊ pauperem: vt hec tria in vnū
collecta/ conditionē generis humani pressā calami=
tatibus indicarēt. Inops ergo dicit: qꝛ mortalis effe=

ctus est. Egenus: qꝛ in laboribus et sudoribus panem
quesiuit. Pauper: qm̄ de illa sapientia ⁊ puritate de=
iectus/ solam tenuē et vmbratilem ratiūculam possi=
debat. Nā quis dicat eos vere sapuisse: qui auctoris
sui ꝓbabātur sciētiam nō habere? Sed hunc talem ꝑ
incarnationē suam liberasse: q̄ mirabile/ q̄ est omni=
modis singulare: vt merito dicat Dn̄e quis similis ti=
bi? Et memēto ꝙ supra De manu fortioris/ diabolum
significat: qui vtiꝙ̄ fortior hominibus erat. Inferius
A rapientibus eum/ spiritus immūdos intelligi vult:
qui potestati diabolice nefanda deuotione commili=
tant. [† Exurgentes testes iniqui: que ignorabam in= Al. surgētes
terrogabant me]. Postꝙ̄ dixit multiplices calamita
tes quibus premebat humanitas: vt se ab ea nō red=
deret alienum/ quā ꝓ nobis assumere sua pietate di=
gnatus est: nūc ꝓpriam cōmemorat passionem. Te=
stes igit qui subito impetu beluino cōsurgunt: nec mo
derate adducūt in mediū: sunt sine dubitatiōe falsissi
mi/ quos vno verbo potenter designat: dicēs Iniqui.
Reuera iniqui: qui erant cōtra veritatem/ iustitiamꝙ̄
locuturi. Iūgit Que ignorabam: id est que me dixisse
omnimodis nesciebam. Sic enī de illis dicimus/ qui
se dn̄i beneficio recta cōuersatione custodiunt: nescit
mentiri/ nescit rapere/ nescit opprimere. Ignorabat
enī dn̄s blasphemare: quod ei princeps sacerdotum
scissis vestibus imputauit: quādo dixit Uidebitis filiū
hominis sedētem ad dexteram patris. Et subsecutus
est princeps iudeorū Blasphemauit: quid adhuc ege Mat. 26.
mus testibus? Sed quale testimoniū fuerit subsequē
ti verbo declarauit: vt eos nō diceret cōuicisse/ sed in=
terrogasse: quasi nō de sua integritate ꝯfisus/ sed alie=
na voce sollicitus. De quo loco Mattheus euangeli=
sta sic ait: Nouissime autē venerunt duo falsi testes: et Ibidem.
dixerunt: Audiuimus hunc dixisse Possum destruere
templū hoc ⁊c̄. [Retribuebāt michi mala pro bonis:
sterilitatem anime mee]. Nō potuit aliquid nec bre=
uius/ nec elegāti9 dici. Beneficia dn̄i/ actusꝙ̄ iudeoꝝ
singulis sunt sermonibus explicata: id est mala ꝓ bo=
nis: scꝫ qꝛ dum ille vitam credentibus contulisset/ isti
mortē reddere maluerūt. Quod retributionis genus
malorū omniū ꝓbatur extremū. Sterilitas quoꝙ̄ ani
me fuit: quādo magister bonus in ipsis fructū fidei re
perire nō potuit: nec pectora eorum credulitatis ger=
mina reddiderunt/ que saxeo stupore durata sunt. Sꝫ
ne iudei se leuiter estiment addictos huic sterilitati: ⁊
in ficulnea illa (euāgelio teste) maledixit: in qua fruct9 Mar. xi.
omnino non reperit. [Ego autē cum michi molesti es=
sent † induebam me cilicio]. Ciliciū fit ex hedis aspe Al. indue=
rum/ setigerūꝙ̄ tegumētum: qui ad delicta iure refe= bar.
runt: qm̄ et iudicio dn̄i in peccatorū parte sunt positi.
Ergo dn̄s qꝛ carnem peccati assumpsit: cilicium se in=
duisse cōmemorat. Nam si hystorice accipias/ nunꝙ̄
eum legis vsum fuisse cilicio. Ergo dum iudei ꝑ contu
melias ⁊ insidias essent molesti: ille diuinitatē suam
carnis velamine tenebrosis mētibus occulebat: qꝛ nō
merebātur agnoscere/ quē tali impietate tractabant.
Hoc schema Metriasmos: id est mediocritas dicitur SCHE.
quotiens rem magnā humili voto deijcimus. Quam
figuram ⁊ in hoc/ ⁊ in subsequētibus versibus diligēs
lector agnoscis. Et considera verbū celestis patiētie.
Non dicit Cum me persequerent: sed cum michi mo=
lesti essent. Quod solemus dicere in leuibus causis:
vbi aliquid importune suggestū tediosa voluntate su
scipimus. [† Et humiliabam in ieiunio animā meam: Al. non hꝫ.
⁊ oratio mea in sinu meo cōuertet]. Ieiuniū dn̄i fuit:

quādo nefanda obstinatione duratos nō inueniebat/
quos in epulas spirituales assumeret. Hec ei fuit ste=
ETY. rilitas anime ipsius: qđ ⁊ ieiuniū. Ieiuniū eñ dictum
est quasi inediū: quod abstinētes diutius ad mediam
Mat.4. vsqꝫ perducat. Ieiunauit ergo dñs: qꝛ se ei incredula
turba subtraxerat. Potest etiam et ieiuniū corporale
dño cōuenire: qm̄ quadraginta diebꝰ ⁊ noctibus ieiu=
Isa.58. nauit in mōte. Sꝫ illo perfecto ieiunio/de quo Isaias
dicit: Solue omne vinculum iniquitatis: dissolue obli
gationes vehementiū cōmutationū: dimitte afflictos
in remissione: ⁊ omnē retributionē iniquam dirumpe.
Frange esurienti panem tuū: ⁊ pauperes sine tecto in=
duc in domū tuam. Si videris nudū cooperi: ⁊ dome
sticos seminis tui nō despicies. Tunc erūpet matuti=
nū lumen tuū: ⁊ sanitas tua cito orieꝶ. Et precedet an
te te iustitia tua: ⁊ maiestas dñi circūdabit te. Et tunc
clamabis: et deus exaudiet te: adhuc te loquēte dicet
assum: ⁊ cetera que textus ille mirabilis celesti mune
re polliceꝶ. Ita magister bonus qđ ꝓphetarū predi=
xerat libris: humanitus euidētibꝰ mōstrauit exēplis.
Addidit quoqꝫ secretiorē causaꝫ: que bene euāgelica
similitudine reseratur. Dicit eniꝫ dñs discipulis suis:
Mat.10. Intrantes autē in domū: salutate eam dicentes Pax
huic domui. Et siquidem fuerit domus illa digna: ve=
niet pax vestra suꝑ eam: si autē non fuerit digna/pax
vestra ad vos reuerteꝶ. Talis est ⁊ ista oratio que fun
debaꝶ a dño. Nam cū eam detestabiles iudei minime
suscipere mereren̄ꝶ: in sinu eius: id est in secreto pecto
ris: vnde fuerat egressa remeabat. Si eñ in pectori=
bus fuisset operata: nō cōuersa vtiqꝫ/sed diceretꝶ effu=
Al.quasi. sa. [† Sicut ꝓximū † sicut fratrem nostrū ita compla
Al.⁊ quasi. cebam: tanqꝫ lugens ⁊ contristatus sic humiliabar].
Quantū ad eloquētiam latinā ꝓximo/⁊ fratri cōpla=
cuisse nos dicimus: sed hic mutatꝰ est nominū casus.
Pro ablatiuis eniꝫ accusatiui sunt positi. Que figura
SCHE. diciꝶ Antiptosis: quando casus ꝓ casu ponitur. Dicit
ei sicut de ꝓximo/sicut de fratre nostro: ita michi com
placebā: id est de eorū affinitate gaudebā: qui me ho=
stiliter insequebanꝶ. Ipsa est eñ perfecta retributio:
si ꝓ odio gratia/si beneficium ꝓ lesione presteꝶ. Com
placebat eñ in illis dño: quādo eos docebat ne delin
querēt/quādo ꝓ ipsis patri in cruce positus supplica
bat. Sequiꝶ Tanqꝫ lugens ⁊ cōtristatus sic humilia=
bar. Illa dñi sanctitas/⁊ impēsa charitas quā doce=
bat: quis sicut fratres ⁊ proximos se iudeos dilexisse
testet: contristatū se tñ iuste cōmemorat: qꝛ in cunctis
fidem inuenire nō potuit/ quā magnopere querebat.
Si quis eñ nobis bene velit: necesse est vt contristeꝶ/
quādo in nobis nō potest reperire qđ querit. [Et ad=
Al.super. uersuꝫ me letati sunt ⁊ cōuenerūt: cōgregata sunt † in
Al.ignorauí me flagella: et † ignorauerūt]. Cum christus dñs pie
contristareꝶ: iudei impia libertate letabanꝶ. Sed di=
uersa erit ista retributio: Christꝰ gaudebit de tristitia
sua: iudei de ꝓpria erūt exultatione cruciādi. Nā bea
Mat.5. ti sunt q̇ ꝓpter iustitiam lugent: ⁊ miseri q̇ inepta gra
tulatiōe superbiūt. Exponit etiā casuꝫ pessime cecita
tis: qꝛ in dñm suū tormēta preparabant/que in ipsos
erāt iustitie cōpēsatiōe reditura. Hoc est eñ qđ dicit
Al.dissipati ⁊ ignorauerūt: qꝛ in eos habuit cōuerti/qđ corporali=
Al.subsan= ter innocēti videbātur ingerere. [† Dissoluti sunt/nec
nauerūt me compūcti: tentauerūt me/⁊ † deriserūt derisu: stride=
subsannatio runt in me dētibus suis]. Post impie temeritatis ex=
ne frendue= cessuꝫ dicit que iudeis acciderint: nec tñ obstinationē
runt super. eoꝝ cōmemorat potuisse cōuerti. Dissoluti sunt vtiqꝫ:
Luc.23. cuꝫ passiōe dñi sol tenebras accepit/terra cōtremuit:

velum tēpli scissum est: ⁊ cū hec tanta fuerint ostensa
miracula: non sunt tñ cōuersi faciente duritia. Tenta Ibidē.22.
uerūt vero quādo dixerūt: Dic nobis si tu es christꝰ:
Deriserūt/ quādo crucifixo imputabant: sicut Mat= Mat.27.
theus euāgelista testaꝶ. Similiter et principes sacer=
dotū deridentes eū/cum scribis ⁊ phariseis dicebant
Alios saluos fecit: seipsuꝫ saluū facere nō potest. Ge
nꝰ aūt istud locutiōis tunc adhibeꝶ/quādo res aliqua
copiosissime significaꝶ impleta: vt benedicēs benedi=
cam te/maledicēs maledicam te/edificans edificabo
te/⁊ his similia. Quod argumētū diciꝶ notatio: cū ex TOP.
verbi positiōe eliciꝶ similitudo sermōis. Sequiꝶ Stri
derūt in me dētibus suis: qđ fit a seuis hoībus/quādo
ratione vincunꝶ. Nam cū eis ꝓ veritate verba defece
rint/tūc impatiēter dentibus fremūt: suasqꝫ volunta=
tes tacita interminatiōe denūciant. Sed hoc totū ad
magnā humani generis edificationē referꝶ: ne mēbra
sibi existimēt onerosum pati/ qđ caput suū sustinuisse
cognoscūt. [Dñe qñ respicies/restitue animā meaꝫ a
† malefactis eorū: a leonibus vnicā meam]. Quādo Al.mali
respicies/ꝓ consuetudine infirmitatis humane diciꝶ: gnitate.
cui morosum videꝶ quodcunqꝫ futurū est: que mox vt
cupit aliqd festinat implere. Restitue vero dixit: quasi
ereptā redde: hoc est presta resurgere malefactis: qꝛ
iniuste ꝓbatur occasus. A leōibus eñ/a potestatibus
cruentis atqꝫ crudelibus significat. Unicā/quidā car
nē dñi aduertere voluerūt: que licet sit ista cōis/vni=
ca tñ facta est: qꝛ de virgine/qꝛ sine peccato/qꝛ socia=
ta est verbo: hoc est dei filio. Siue vnicā/catholicam
ecclesiā intelligamus: que in toto mūdo vna est/⁊ de=
lectatiōe magna vnica nuncupaꝶ: a qua hereticoꝝ cō
uēticula omnimodis excludunꝶ. Nam vt ꝓbes ipsam
dici vnicā/sequēs versus ostēdit: q̇ de ecclesia locutu=
rus est. Et respice rerū ordinē pulcherrime fuisse ser=
uatum. Prius ꝓ resurrectiōe sua deprecatus est: que
reuera iam cōtigit: dehinc postulauit de ecclesie libe=
ratiōe: que tempore iudicij ab omni erit inquietudine
munienda. [Confitebor tibi † dñe in ecclesia magna: Al.non
in populo graui laudabo te]. Uenit ad tertiū mēbrū:
vbi iam percepto munere resurrectiōis/ꝓfitetur se in
toto orbe dño confiteri. Duas diximus esse confessio=
nes: vnā laudis/alteram penitētie. Sed hic vt preco=
nialē debuisses aduertere: paulopost sequiꝶ Lauda=
bo te. Magna vero ecclesia/est populus christianus:
recte fidei tenax/q̇ amplitudine sui totius mundi spa=
cia comprehēdit. Sequiꝶ In populo graui vtiqꝫ fru=
ctuoso: q̇ non in leuibus paleis/sed in frumētalibꝰ gra
nis noscitur cōstitutus. Quem veniēs aura tentatio=
nis de area christi nō abijcit: sed ventilationibus pur=
gaꝶ potius q̄ lōge ꝓijcitur. Quapropter in graui po=
pulo laudatur dñs: a leuibus autē/⁊ fide vacuis vtiqꝫ
blasphemaꝶ. [Non † insultent in me q̇ aduersanꝶ mi= Al.supga
chi inique: q̇ oderunt me gratis/⁊ † annuētes oculis] deāt mich
Ordo verborū talis est. Non insultent in me q̇ aduer Al.annu
santur michi inique annuētes oculis: q̇ oderūt me gra
tis. Insultāt heretici/quādo aliquos de numero fide=
lium sancta perdit ecclesia. Aduersanꝶ inique: quādo
de pereuntiū errore letantur. Hoc ne fiat/pia dñi in=
tercessiōe deposciꝶ. Sequitur Qui oderūt me gratis:
hoc est quibus nichil nocui. Inaniter siquidē execra=
tur: cui lesionis causa nulla premittiꝶ. Annuētes aūt
oculis dixit: quod solet fieri quādo volūtatē nostram
tacita ⁊ dolosa significatione declaramus: et vbi vo=
ce ꝓdi nolumus/ oculorū quempiam nutibus admo=
nemus. [Quoniā michi quidē pacifice loquebantur

Al. in iracū dia terre loquētes dolos. ⁊ † super iram dolose cogitabāt]. Predicitur iudeorū nefanda dolositas: que nō nostris/ sed verbis euāgelicis indicet. Pacifice loqui videbant: quando dicebant Magister scimus qꝛ verax es/ ⁊ viam dei in veritate doces: licet tributum dari cesari: an nō? Sed potest dolum cogitare etiam qui non disponit occidere: vt si quis pecuniam/ aut possessionem primo machinetur auferre. Sed addidit Iram: vt dolus eorū exitialis fuisse declaret. Hoc ad illud refertur: quādo dolosam machinationem tractabant. Oportet vnum ꝓ omnibus mori. [† Dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri]. Dilatauerūt vtiqꝫ os suum/ quādo clamabāt Crucifige/ crucifige: iam non annuētes oculis/ non dolose cogitantes: sed aperta ⁊ libera voce damnantes. O scelestū facinus. Negauit iudex fieri quod populus clamabat impleri. Sequūtur verba letaliter letantium iudeorū: ac si dicerēt Bene/ bene: videmus de te quod desiderabamus efficere: vt dissuasor plebis cum latrōibus in cruce penderes. En mira patiētia: in quo erat summa potestas. Nunquid nō valuit ad cōfundendos inimicos viuus descēdere de crucis patibulo: qui mortuus die tertia resurgere potuit de sepulchro? Sed nō conueniebat diuine virtuti ad verba insultantiū cōmoueri: vt amplius erubescerent/ dum omnia predicta cōstarent. Sed q̄uis iudeos Euge euge dixisse in euangelio nō legatur: similia tamē insultationum verba locuti sunt: vt vna res per sermonū varietates veraciter ꝓbetur esse narrata. Euge euge/ per figuram dictum est Epizeuxis: quādo sine aliqua interpositiōe in vno versu verba geminant. [Uidisti dñe ne sileas: dñe ne discedas a me]. Ad hec ⁊ ista tria verba pertinēt: que superius dinoscūtur esse narrata. Uidisti: hoc est probasti completa que cōtra me preuideras esse cogitanda. Sic enim dicimus/ quando aliquid in memoriam reuocare desideramus: vidisti q̄ crudelis extitit michi: vidisti quanta in me fecerit latronis improbitas. Ne sileas: id est non differas dare sentētiam: qđ vtiqꝫ tacendo non potest fieri/ sed loquendo. Nam ꝙ dicit Ne discedas a me: a parte accipiendum est humanitatis que subiacuit passioni. [Exurge † dñe/ et intēde iudicio meo: deus meus/ et dñs meꝰ in causam meā]. Sicut sepe dictum est ab humana cōsuetudine: exurge dicitur illi qui semper vigilat: semper intentus est. Et cum iugiter omnia respiciat: tunc tamen putat intendisse dū vindicat. Iudicio meo quod pertulit a iudeis: iudicium sine iure: tormēta sine scelere: mortem sine peccato. Bene autē dixit meo quod reuera pertulerat. Pulchre siquidem dixit In causam meam respice: non in penam. Pena enim sceleratis videbatur esse cōsimilis: causa vero talis cum nullo poterat esse cōmunis. Sed que est ista causa que a deo petebatur intendi? Scilicet vt qui dare venerat salutem humano generi: ab insanis ⁊ perfidis ꝓbaretur occidi. [Iudica me dñe ꝺm † misericordiam tuam deus meus: et non † insultēt in me inimici mei]. Quamuis haberet optimam causam qui peccata nō fecerat: tamen se petit ꝺm misericordiā iudicari: vt nobis ostenderet precationis exemplū/ qui tale nō poteramus habere negocium. Sequitur quoqꝫ Et non insultēt in me inimici mei: scilicet ne dicant quod insultantiū potest habere nequitia: id est potuimus/ fecimus/ egimus: sed precatur vt mala sua potius salutariter tristes defleant/ q̄ se exitialiter implesse cōgaudeant. [Non dicant in cordibꝰ suis euge euge anime nostre: nec dicant † absorbuimus eum]. Expressit insultationem quam superius fecerat sentiēdam. Non dicant euge euge: id est bene bene. Uerba sunt em̄ ista scelerata mente letantium: que iam dicere non possunt/ dum compūctionibus affligunt. Damnent ergo malam conscientiā suā: ne possint penalem subire sentētiam. O ingens ⁊ immensa pietas creatoris/ nō patitur eos letos tēporaliter relinqui: ne debeant eterna calamitate percelli. Absorberi est autē/ in corpus alterius subita celeritate transmitti. Quod accidit illis qui aliquibus superstitiōibus deglutiti: a vere fidei viuacitate discedunt. Sed hoc petit ad informandos fideles: ceterū ineffabili eius puritati talia non poterant euenire. [Erubescant ⁊ reuereant simul: qui gratulantur malis meis. Induantur † pudore ⁊ reuerētia: qui maligna loquūtur aduersum me]. Digna vindicta/ pena sufficiens. Nam q̄ erubescit actus suos/ ꝓpria estimatione dānatus est: et se vltore torquetur/ qui vinculo confusionis inuoluit. Potest tamen aliquis erubescere/ ⁊ reuerentiam nō habere. Hic autē addidit Et reuereantur simul: vt cōuersionis eorū indicia declararet. Reuerentia est em̄ dñi timor cum amore permixtus. Quod illis ꝓuenit/ qui voluntate sincerissima confessionis munera cōsequuntur. Sequit Induantur pudore ⁊ reuerētia. Quasi quodam cilicio penitētie/ quasi veste lugubri pudorem cōtra audaciam ponit: quā habuerūt furentes: reuerētiam contra impudētiam falsitatis: vt duabus virtutibus curēt/ que duobus cōmisere criminibus. Magna enim dixit locutos: id est superba modum ꝓbitatis excedētia: sicut beatus Ioānes in apocalypsi cōmemorat Uidi os loquēs magna aduersus dñm. [Exultent ⁊ letētur qui volunt iustitiam meam: ⁊ dicant semꝑ magnificetur dñs qui volunt pacē serui eius]. Postq̄ de ꝑsecutoribus sufficiēter edictum est/ venit ad partem fidelium: illos optans salubri penitudine cruciari: istos summa beatitudinis exultatione compleri. Et illud respice ꝙ merita eorum/ ipsa quoqꝫ verba distinguūt. Persecutores em̄ solēt dicere Euge euge anime nostre: quod tēporale gaudium/ ⁊ fugitiua letitia est. Beati vero dicūt Semꝑ magnificetur dñs: qđ eternum/ atqꝫ perpetuum est. Illi animabus suis mūdanas conferūt voluptates: isti ad dominū ꝓpria vota cōuertunt: ⁊ exultationē suam nō in se/ sed in eius laudibus ponunt. Qꝛ autē dixit Serui eiꝰ/ ad humilitatis respicit formā: qꝛ in assumpta carne humilitas est/ in maiestate ꝓ potētia. Sic vtrūqꝫ perfectum atqꝫ verissimū: vnus est dñs christus. Qui ergo volunt pacē serui eius? Scilicet qui a vitijs reddūtur alieni: ⁊ in cōtinentie bono/ diuino munere animi tranquillitate versant. [Et lingua mea meditabitur iustitiā tuam: tota die laudē tuam]. Lingua ipsius meditata est iustitiam: quando nouū testamētum populis predicauit. Tota die (sicut sepe dictum est) vniuersum vite tēpus ostēdit. Sed qꝛ humanitati impossibile videtur deum cōtinuata voce laudare/ ad intellectum nos bonorū actuū transferamus: qꝛ semꝑ deum laudat/ q̄ in omni volūtate sua diuina iussa cōsiderat.

Marginal notes: Mat. 22. — Joan. 11. — Al. Et. — Luc. 23. — SCHE. — Al. non hꝫ. — Al. iustitiā — Al. supgaudeāt michi. — Al. deuorabimus. — DEF. — Al. ꝯfusione — Al. super. — Apoca. 13.

Conclusio.

Consideremus christum dñm per totum psalmū quanta nobis dispensatione loqui dignatus est. Fecit em̄ ab oratione principium: sicut ⁊ in alijs similibus psalmis. Deinde passionis ⁊ resurrectionis sue ventura narrauit. Postremo finit in spe magna fidelium: vt dubium non sit et hunc psalmum prefata regula fuisse conclusum.

Quapropter gaudeamus in cladibus: exultemus in periculis. Naz cur a fidelibus seruis debet refugi: qđ ille rerum dñs pro omniũ salute sustinuit? Notãdum preterea secundũ hũc esse psalmũ eorum qui passionem ⁊ resurrectionem dñi latius intimare noscuntur.

¶Explicit expositio in psalmum. 34.

¶In finẽ seruo dñi psalm⁹ Dauid. xxxv.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: nõ est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Uerba oris eius iniquitas ⁊ dol⁹: noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo astitit omni vie non bone: maliciã autem nõ odiuit. Dñe in celo misericordia tua: ⁊ veritas tua vsq; ad nubes. Justitia tua sicut mõtes dei: iudicia tua abyssus multa. Homines et iumenta saluabis dñe: quemadmodũ multiplicasti misericordiam tuam deus. Filij autem hominum: in tegmine alaruz tuarũ sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Pretende misericordiam tuam sitientibus te: ⁊ iustitiã tuam his qui recto sunt corde. Non veniat michi pes superbie: et manus peccatoris non moueat me. Ibi ciciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt / nec potuerunt stare.

Hec omnia nomina bene intelligũt de dño saluatore. Nã et in finẽ / ipsum significat. Et seruo dñi: de ipso dicitur q̃ formam serui accipiens / factus est obediens vsq; ad mortẽ: sicut Isaias ꝓpheta de ipso dicit: Ecce seruus meus: suscipiã eũ. Psalmus vero et Dauid frequẽti expositione iã nota sunt: que ideo ad personam dñi pertinere noscũtur: qm̃ ei cõuenire ipsorũ nominũ expositio declarat.

Philip. 2.

Isa. 42.

Diuisio.

Totus psalmus a persona ꝓphete dicitur. In primo membro cõtemptores legis vehemẽter accusat: eosq; dicit non habitare cum dño: cõmemorans eorũ impias voluntates. Nec moueat ꝙ post tituli tale principiũ ab insipiẽtibus facere delegit initiũ. Commendat em̃ vehemẽtius bonorũ partẽ: quando prius premittit / quod grauiter horreat. Secũdo sub laude dñi collata beatorũ premia describunt: eosq; domus dñi vbertate cõpleri. Breuiterq; i ruina maloꝝ psalmus iste cõcluditur: ne quis putaret fortasse tentandũ / qđ tãta execratiõe nouerat accusatũ. Quapropter subtilitatẽ eius paulo diligẽtius ꝑscrutemur. Est em̃ nõnulla difficultate cõtextus.

Expositio.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: nõ est timor dei ante oculos eius]. Duo sunt genera peccantium. Unum / ꝙ credens legi: ꝑ infirmitatẽ carnis non valet que sunt iussa cõplere. De quibus dicit Salomon: Corpus enim qđ corrũpitur aggrauat animã: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensuz multa cogitãtẽ. Aliud vero est audax / desperatũ / blasphemũ: quod sibi proponit libera voluntate delinquere cõtemnens omnia: sibiq; remurmurans deũ putat non curare mortalia. Quapropter dixit iste talis apud se rem sceleratam / quam publice nõ est ausus ꝯfiteri: ⁊ ideo ista cogitat / vt sibi ipse licẽtiam videatur tribuere peccatoꝝ: quatenus sub immensitate delinquat / qui metum iudicis abijciendũ esse decreuit. Sequitur Non est timor dei ante oculos eius. Cogitationẽ dicit iniquorũ / qui putant timorem dei nõ esse in conspectu eius: id est non curare deum vt homines eum debeãt formidare: sed (vt quidam errãtes philosophi dixerũt) mũdũ potius credũt casibus regi / q̃ supernis administratiõibus ordinari. Siue de iniusto dicitur non esse timorẽ dei ante oculos eius: qui talia dicere sacrilega volũtate presumit. Deniq; sequitur. [Qm̃ dolose egit in cõspectu eius: vt ñ inueniret iniquitatẽ suam ad odium]. Sceleratus iste de quo dictum est: Non est timor dei ante oculos eius: neglexit operam legi dare / vt intelligeret persuasionẽ suam esse falsissimã. Sed contemnẽs dicta salutaria: veritatem studuit omnimodis ignorare. Is ergo dolose egit in cõspectu dei: vt suã iniquitatem ad odium refugeret inuenire: credẽs per ignorantiam precepti se posse defendi. Pulchre autẽ definitũ est peccata nostra esse iniquitatẽ ⁊ odium: qm̃ illa odisse debemus / per que ad eterna supplicia ꝑuenimus. [Uerba oris eius iniquitas ⁊ dolus: noluit intelligere vt bene ageret]. Sermonibus iniquorũ conuenienter data est finitiua cõplexio. Uerba enim eoꝝ sunt iniquitas ⁊ dolus. Itaq; que numerare nõ poterat: duobus sunt sermõibus explicata. Iniquitas ꝑtinet ad blasphemiã: dolus ad ꝓximum decipiendum. Sed quid rogo sibi residuũ faciat: qui peccare in deũ ⁊ in ꝓximũ non recusat? Cum vero dicit Noluit intelligere vt bene ageret: illos significat q̃ ex aliqua parte sapientie igniculum perceperũt: ⁊ a vero intellectu suo vicio declinãtes / ꝑuersis se erroribus polluerũt. Hoc ⁊ ad demẽtissimũ populum iudaicũ cõpetenter aptatur: ad quem dñs venerat / ⁊ ille sanari detestabili obstinatione cõtempsit. Nam imprudentie plerũq; venia datur: volũtario vero maleficio vltio semper iusta succedit. Quod argumentum dicitur ab ingenio: quando non per ignorãtiam / sed maliciosa voluntate peccatur. [Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo: astitit omni vie non bone: maliciam autem nõ odiuit]. In exponendo adhuc viro pessimo perseuerat. Ait enim Iniquitatem meditatus est: id est errorẽ longa meditatione tractauit: libros scilicet faciẽdo peruersos: vt non tm̃ ipse delinqueret / verumetiam posteritas eodẽ auctore peccaret. In cubili suo: id est in corde proprio. Cubile enim a cubando dictũ est: vbi animus noster inhabitans bonum / malũq; meditatur. Astitit vero dicit omni vie non bone: id est seculi istius vitam / quã non transiuit vt reliqui confitentes: sed in eadem commoratus / atq; defixus est: ad cumulum quoq; intulit peccatorum. Maliciam autem non odiuit. Hic maliciam vult intelligi cũctorum criminum matrem: in vno verbo concludẽs / quod latius videbatur effusum. Hanc igitur affectare piaculum est; quã non solum vitare precipimur / sed merito eam odisse cõpellimur: quatenus tantum facinus perpetua execratione damnemus. Memento autem ꝙ a capite psalmi huius per quattuor versus figurã posuit Synatrismos:

Sapien.

Al. inuenitur iniquitas eius

TOP

ETY

SCHE

que vno tractu atq; circuitu crimina multa cõcludit.
[Domine in celo misericordia tua: et veritas tua vsq;
ad nubes]. Dinumeratis cogitationib⁹ hominũ pes-
simorũ: secũdo membro ad laudem dñi transitũ facit.
Nam q̃uis et in terra ⁊ in mari ⁊ vbiq; sit misericor-
dia eius: hic tamen specialiter in celo dicit: id est in ce-
lestib⁹ creaturis ⁊ sanctis hominibus: vbi copiosius
dona manauerũt. Ueritatem etiam cõmemorat iusto-
rũ: que in istius seculi agone versatur. Diximus enim
superius nubes prophetarũ predicationibus compa-
ratas: quia sicut ille terris victuales aquas depluunt:
ita ⁊ isti fidelibus animabus imbrẽ salutis emittunt:
vt fructũ dent fidei que steriles fuerant ariditate pec-
cati: vt ipsum reuera intelligamus celestibus virtuti-
bus misericordiam facere: quem per apostolos ⁊ pro-
phetas humano generi veritatẽ cognoscimus presti-
tisse. Et intuere laudem hanc: contra impiorũ vitupe-
rationem cõmuniter introductã: vt demonstratiuũ ge
nus vtrisq; partibus explicatis euidẽtius appareret.
Al. dei [Justicia tua sicut montes † dñe: iudicia tua abyssus
Al. saluabis multa. Homines ⁊ iumenta † saluos facies domine].
Quãuis vsus habeat: Justicia tua sicut montes dei:
multo tamẽ absolutior est Hieronymi fida translatio:
que dñe magis q̃ dei posuit. Justicia tua beatos dicit
apostolos: qui capaces dñi iusticie deuotis sensib⁹ ex-
titerunt. Quos merito montib⁹ cõparauit: qm̃ summe
veritatis lumen in ipsis primordijs haurientes: humi
libus populis sanctis predicationibus infuderũt: Si-
cut montes qui sole orto radios noue lucis excipiunt:
et ad cõualles terrarum refusa claritate transmittunt.
Abyssus hic in bono posuit: profunditates eius diui-
DEF. nis iudicijs cõparando. Abyssus est enim ꝓfunditas
aquarũ: quã nec metiri: nec intrinsecus ex toto videre
preualemus. Quis enim magni pelagi: aut internã cõ
spiciat: aut spacia latissima cõprehendat? Sic diuina
iudicia nec mẽte complecti possumus: nec ratione ali-
Rom. xi. qua definire ꝓualemus: sicut apls dicit: Quã incõpre
hẽsibilia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie ipsius?
His tamen oibus vnũ nomẽ appositũ est: abyssus/ id
est profunditas: que non valet apprehendi. Exponit
etiã quare iudicia eius abyssum dixerit: merito quãdo
peccatorib⁹ iumentorũ se inordinatã volũtate tractan
tibus beneficia sue pietatis indulget. Hoc autem que
mens: que ratio comprehendat: supplicationẽ peniten
tium ad premia transire iustorũ? Uides ergo dñi iudi-
cia: profundis abyssis aptissime cõparata. [Queãd-
modũ multiplicasti misericordias tuas deus. Filij au-
Al. tegmie tem hominũ in † protectione alarũ tuarũ sperabunt].
Nũc latius per varias enumerationes exponit: quod
superius breuiter dixit: Judicia tua abyssus multa.
Queãdmodũ: admirantis aduerbiũ est: id est q̃ subli-
miter: q̃ potenter misericordias tuas largitate mira-
bili ꝯtulisti: vt ⁊ peccatores ad premia venire faceres:
et iustos sperare promissa dona sancires. Et nota q̃ su
perius homines dixerit: nunc autẽ filios hominũ po-
nit. Homines plerũq; dicuntur: qui necdũ primi ho-
minis vetustate deposita: in originalis peccati crimine
perseuerant. Nam ⁊ ipse Adam qm̃ primus est/ homo
dicitur: non filius hominis. Filij autem hominũ sunt:
qui gratiã baptismatis consecuti: in nouam progeniẽ
prestante dño renascuntur. Nam ⁊ ipse christus filius
hominis dictus est: vt reuera cuius premia suscipiũt:
eius ⁊ nomine decorentur. Ale vero sunt domini pre-
cepta noui ⁊ veteris testamenti: in quorũ protectione
iustus oĩs sperare cognoscitur: dum eis obedire mon-
stratur. Hec similitudo tracta est competẽter ab aui-
bus: quarũ pulli teneri spem suam in maternarũ ala-
rum protectione ponere consuerunt. Quo exemplo ⁊
simplicitas sperantis ostenditur: ⁊ blãdissimi benefi-
cij cautela declaratur. [Inebriabunt ab vbertate do-
mus tue: ⁊ torrente † volũtatis tue potabis eos]. Ine- Al. voluptatis
briabuntur: sermo tractus est a parte bonorum: de ho-
minũ consuetudine vitiosa: qui vino nimio gurgitati
mentis oppressione torpescũt. Sic ista celestis ebrie-
tas memoriam intercipit seculariũ rerum: et carnalia
ita facit a mente discedere: tanq; vini crapula: que hu-
manos actus a nostris sensib⁹ alienat. Sequitur etiã
vnde talis prouenire possit ebrietas: scilicet ab vber-
tate domus tue: id est ab euthetis spiritualib⁹ sancte
matris ecclesie. Ipsa est enim domus que cõdita sua
inaniter nescit expendere: que sic vniuerso mũdo suf-
ficit: vt plena semper exuberet. Ebrietas sobria: vino-
lentia gloriosa. In qua potator peccat: si eam potius
ambire despiciat. Torrentẽ ꝟo diximus esse fluuium DEF.
velocem: qui pluuiarũ subita inundatione descendit.
Cui bene cõparatur sapientia christi: quia subita est: ⁊
ita rapida vt ad finem quem vult sine aliqua tarditate
perueniat. [Qm̃ apud te est fons vite: ⁊ in lumine tuo
videbimus lumẽ]. Quã salutariter aperit: q̃ potenter
exponit quid sit illud qđ superius ait: inebriabuntur.
Christo dño dicit: quoniã apud te est fons vite: id est
initium omnium bonorũ ⁊ origo virtutũ: vnde perfe-
ctissime complemur/ quãdo aliqđ munus ab eius pie-
tate suscipim⁹. Debriat etenim nos vita potabilis: cũ
bone cõuersationis studiuz de sacris predicationibus
hauserim⁹: sicut Esaias dicit: Haurietis aquas de fon Esa. xii.
tibus saluatoris. Uerũ in cõsuetudine mortaliũ/ aliud
est lumẽ: aliud fons: imo ⁊ cõtraria sibi sunt: quia fons
aque flãmarũ lumen extinguit. Apud deum ꝟo vnum
est: quia quicquid dixeris ⁊ verũ est: ⁊ adhuc minus.
Dicimus enim deũ lumen: quia omnẽ hominẽ venien
tem in hunc mundũ illuminat. Fontem/ quia sitientem
et inanẽ satiat. Montẽ/ quia fortis ⁊ excelsus est. Uiã/
quia rectus est. Magistrũ/ quia doctor est vite eterne.
Petram/ quia fundamentũ et firmamentum esse pro-
batur ecclesie: ⁊ cetera que leguntur in litteris sacris.
Uerũtamen in his omnibus vnus intelligitur domi-
nus Christus. Sed vt versum istum perfecte ac dili-
genter intelligere debeamus: sciendum nobis est hoc
nomen luminis totius trinitatis esse cõmune. Legi-
tur enim: Deus lux est: ⁊ tenebre in eo nulle sunt. Ergo 1. Joan. i.
quia pater ⁊ filius ⁊ spũs sanctus vnus est deus: recte
animaduertimus de tota trinitate esse dictum: Deus
lux est ⁊ tenebre in eo nulle sunt. Unde versus iste me-
rito de saluatore dicitur: In lumine tuo videbimus lu
men: patris scilicet et spiritus sancti: quia per ipsius
predicationem factum est: vt tota nobis trinitas ma-
nifesta cõstaret. [Pretende misericordiã tuam † scien- Al. sitientibus
tibus te: et iusticiam tuam his qui recto sunt corde].
Pretende dixit: id est preroga: presemina: longe lateq;
diffunde: vt possint scientes te in isto seculo tutius am
bulare. Isti autem scientes dominũ: multipliciter in-
telligendi sunt. Sciunt enim dominũ: qui sanctã tri-
nitatem corde firmissimo cõfitentur: qui regulas celi-
tus datas nulla intellectus sui prauitate distorquent.
Ad postremũ ipsi soli veraciter norunt deum: qui ca-
tholice fidei non deserunt vnitate cõpleri. His rogat
pretendi misericordiã: vt ⁊ in isto seculo sub dñi pie-
tate degant: ⁊ in futuro iudicio premia digna recipiãt.
Hoc enim significat iusticiã tuam his qui recto sunt

corde: quia ibi iustissime ad dexterã collocabũtur: qui
hic recta mente prestante dño viuere meruerũt. [Non
veniat michi pes sup̄bie: ⁊ manus peccatoris nõ mo=
ueat me]. Orat vt gressus mentis a iusto tramite non
recedat: ne in superbiam erectus cadat qui tutissima
humilitate cõstiterat. Nec vacat ꝙ pedem hic singu=
lari numero posuit. Certum est enim in vno nos pede
cõtinue stare nõ posse. Qui cõuenienter superbie da=
tus est: qm̃ elatum hominẽ diutius non preualet con=
tinere. Pes aũt pro affectu mẽtis est positus. Nam si=
cut gradientes de loco ad locũ transferimur: sic a dño
separamur quando nos elata cogitatione diuidimus.
Hoc enim maximũ cõstat esse peccatũ: vnde angelus
cecidit: per qd̄ Adã a paradiso ꝓbatur exclusus. Ma=
nus ṽo peccatoris est: male suadentis opatio: que tũc
nos a fidei firmitate mouet: cum iniqua disceptatione
sollicitat. [Ibi ceciderũt qui operant̄ iniqtatẽ: expulsi
sunt nec potuerũt stare]. Ibi/vbi superius dixit: pede
sup̄bie scilicet ⁊ praua suasione nequitie. Bene aũt po
suit: Ceciderũt: ac si diceret: in profundã foueam cor=
ruerunt. In illo enim pede: non staturus sed casurus
innititur. Quis enim dubitet eos posse corruere: qui
vno tm̃ (vt supra dixi) vestigio subleuantur? Quẽ vel
si nullus impellat: lassitudine sua fit ꝓnissimus ad rui=
nam. Sed tamen hũc pedẽ nõ vni dat vitio: sed oĩbus
qui operant̄ iniquitatẽ. Nam ꝗuis alij ex crudelitate:
alij ex libidine: alij ex cupiditate: alij ex inuidia diabo=
li ꝓlabuntur: oẽs tamẽ in sup̄bie vitio cadũt: quia dñi
iussa cõtemnũt. Nã sicut obediens dicitur: qui multis
iussionibꝰ obsecũdat: sic multifaria dñi precepta con=
TOP. temnens: sup̄bus veracissime nũcupat̄. Qd̄ argumen
tum dicit̄ a genere. Genus enim est sup̄bia: vnde oĩa
Eccle.10. vitia exorta noscunt̄: sicut scriptura dicit: Initiũ oĩs
peccati sup̄bia. De istis aũt sequitur: Expulsi sunt: nec
Matth.25. potuerũt stare. Expellunt̄ vtiq̄: qm̃ audiẽt: Ite in ignẽ
eternũ. Nec potuerũt stare: qꝛ nõ illis licebit dñi iussa
differre: sed illic statim precipitant̄ ab angelis: vbi eis
parata est flãma penalis. Conclusio.

Repetere libet superiora psalmi: quo decore
prolata sint. Dicuntur enim quãta
famulis suis gratia diuina prestiterit: vt vsq̄ ad plenis
simã satietatẽ felici vbertate ꝑuenerint. O laudabilẽ
nimis ebrietatẽ: o votis oĩbus expetendã vinolentiã:
vnde modestia nascitur: ⁊ plena mẽtis integritas obti
netur. Non hinc titubatio: non cõfusio: nõ mẽtis alie=
natio: nõ caligo tenebrosa succedit: sed tãto anima sa=
nior redditur: q̃nto illa ebrietate completur. Bibamus
ergo hũc potũ auidi: nequaq̃ labijs carnalibꝰ: sed pu=
rissimo cordis affectu: de quo non leticia tẽporalis su=
mitur: sed eterne vite gaudia conquiruntur.

Explicit expositio in psalmum.35.

Psalmus ipsi Dauid. xxxvi.

Noli emulari in malignanti=
bus: neq̄ zelaueris facientes
iniquitatem. Quoniã tanq̃
fenum velociter arescent: et
quẽadmoduz olera herbarũ
cito decident. Spera in dño
et fac bonitatẽ: et inhabita terrã ⁊ pasceris
in diuitijs eius. Delectare in dño: ⁊ dabit ti
bi petitiones cordis tui. Reuela dño viam
tuam ⁊ spera in eo: et ipse faciet. Et educet
quasi lumen iusticiam tuam: ⁊ iudiciũ tuum
tanq̃ meridiem: subditus esto dño ⁊ ora eũ.
Noli emulari in eo qui ꝓsperatur in via sua:
in homine faciẽte iniusticias. Desine ab ira
et derelinque furorẽ: noli emulari vt mali=
gneris. Qm̃ qui malignãtur exterminabun
tur: sustinentes autẽ dñm ipsi hereditabunt
terrã. Et adhuc pusillũ ⁊ nõ erit peccator: et
queres locũ eius ⁊ non inuenies. Mansueti
aũt hereditabũt terram: ⁊ delectabuntur in
multitudine pacis. Obseruabit peccator iu
stum: ⁊ stridebit sup̄ eũ dentibus suis. Dñs
aũt irridebit eum: qm̃ ꝓspicit ꝙ veniet dies
eius. Gladiũ euaginauerũt peccatores: in=
tenderũt arcũ suũ. Vt decipiant pauperẽ ⁊
inopem: vt trucidẽt rectos corde. Gladius
eoꝝ intret in corda ipsoꝝ: ⁊ arcus eorũ con=
fringatur. Melius est modicũ iusto: sup̄ di=
uitias peccatorũ multas. Qm̃ brachia pec=
catorũ cõterentur: cõfirmat aũt iustos dñs.
Nouit dñs dies immaculatorũ: ⁊ hereditas
eorũ in eternũ erit. Non cõfundentur in tẽ=
pore malo: ⁊ in diebus famis saturabuntur.
Inimici ṽo dñi mox vt honorificati fuerint
et exaltati: deficientes quẽadmodũ fumus
deficient. Mutuabitur peccator ⁊ nõ soluet
iustus autẽ miseretur ⁊ tribuet. Quia bene=
dicentes ei hereditabũt terrã: maledicẽtes
autẽ ei disperibunt. Apud dñm gressus ho=
minis dirigetur: ⁊ viã eius volet. Cũ cecide
rit non collidetur: quia dñs supponit manũ
suã. Iunior fui etenim senui: ⁊ nõ vidi iustũ
derelictũ: nec semen eius querens panẽ. To
ta die miseretur ⁊ cõmodat: ⁊ semen illius in
benedictione erit. Declina a malo ⁊ fac bo=
num: et inhabita in seculũ seculi. Quia dñs
amat iudiciũ: ⁊ non derelinquet sctõs suos:
in eternũ cõseruabuntur. Iniusti punient̄: ⁊
semen impioꝝ peribit. Iusti autẽ heredita=
bunt terrã: ⁊ inhabitabũt in sclm̃ sclĩ sup̄ eã.
Os iusti meditabit̄ sapientiã: ⁊ lingua eius
loquetur iudiciũ. Lex dei eiꝰ in corde ipsius:
et nõ supplantabũtur gressus eius. Cõside=
rat peccator iustũ: ⁊ querit mortificare eum.
Dñs aũt nõ derelinquet eũ in manibꝰ eius:
nec dãnabit euz cũ iudicabitur illi. Expecta
dñm ⁊ custodi viã eius: ⁊ exaltabit te vt he=
reditate capias terrã: cũ ꝑierint peccatores
videbis. Vidi impiũ superexaltatũ: ⁊ eleuatũ
sicut cedros libani. Et trãsiui ⁊ ecce nõ erat:
et q̃siui eũ: ⁊ nõ est inuentꝰ locus eiꝰ. Custo=
di inocẽtiã ⁊ vide eq̃tatẽ: qm̃ sunt reliq̃e ho=
mini pacifico. Iniusti autẽ disperibũt: simul

**reliquie impioꝝ interibũt. Salus aũt iusto-
rum a dño: ⁊ protector eoꝝ in tempore tribu
lationis. Et adiuuabit eos dñs et liberabit
eos: ⁊ eruet eos a peccatoribus: et saluabit
eos quia sperauerunt in eo.**

De verbis tituli istius non est qđ nouiter di-
cere debeamus: sed intentionẽ psalmi ma-
gnopere debemus aperire. Totus enim ad
mores ꝑtinet corrigẽdos. Instruit quippe
ecclesia: que nũc introducitur ad loquendũ:
preceptis salutarib⁹ genus humanũ ne mortiferis er-
roribus misceatur: Malos pena deterrens: bonis pre-
mia cõpromittens. Quod doctrine genus oĩno effica-
cissimũ est: vt ⁊ superbi humilientur: ⁊ humiles digna
cõsolatio ꝓsequatur. Est etiã alphabeti hebrei ordine
digestus: minus habẽs lr̃am sextãdecimã: quã sicut in
superiorib⁹ iam dictũ est: ad illos estimamus esse refe-
rendũ: quib⁹ deest aliq̃d de perfecta cõuersatione san-
ctorũ. Nam cum oẽs littere apud hebreos significan-
tias suas habeant: credere fortasse dignũ est: cui deest
aliquod elementũ: eũ quoq; significationẽ ipsius non
habere. Dicant studiosi fortasse meliora: nobis tamen
diutius ꝑquirentib⁹: cõcessum nõ est aliud inuenire ꝙ
diximus. Memento ꝟo qđ istoꝝ alphabetoꝝ iam ter-
tius psalmus est: qm̃ ⁊ ipsi ad septenariũ numerũ ten-
dunt: qđ suo loco dicendũ est. Diuisio.

Per totũ psalmũ sicut dictũ est: ecclesie vox
introducitur ad populũ corrigendũ. Prima
positione commonet ne malignantes quisq;
debeat imitari: sed quicquid boni sperandũ
est a dño postuletur: qui nouit ⁊ profutura cõcedere: et
perenniter mansura prestare. In qua hebrei alphabe-
ti: sex littere continentur. Secunda dicit peccatores:
maxima hic cruciatione torqueri: quoniã in suis acti-
bus nichil simile boni se habere cognoscunt. Hec ha-
bet litteras septem. Tertia profitetur: nunq; se iustũ
vidisse derelictũ: malorũ penas ⁊ premia bonoꝝ vtili
commutatione permiscens. Ista pars residuas habet
Aleph litteras octo. Expositio.

Al. in mali- Noli emulari † iter malignãtes: neq; † emu
gnantib⁹ latus fueris facientes iniquitatem]. Prin-
Al. zelaue- cipiũ psalmi: id est Noli emulari inter ma-
ris lignantes: neq; emulatus fueris facientes
iniquitatem. Quoniã tanq; fenũ velociter
SYL. arescent: et sicut olera herbarũ cito decident: cathe-
gorici syllogismi qualitate formatũ est ita. Qui ma-
lignantur et faciunt iniquitatẽ tanq; fenum velociter
arescent: ⁊ sicut olera herbarũ cito decident. Oẽs qui
tanq; fenum velociter arescent et sicut olera herbarũ
cito decident nõ sunt emulandi. Non igitur emulan-
dum est inter malignãtes ⁊ facientes iniquitatẽ. Per
SCHE. figurã Ethopeã ꝓhibet nos sancta mater ecclesia: ne
maloꝝ actibus delectati: eoꝝ cateruis societate pesti-
fera misceamur. Multos enim sollicitat cohors nefan
da peccantiũ: ⁊ delectatione quadã decipimur: quãdo
cũ plurimis delinquere festinam⁹. Deinde sequitur: vt
nec singillatim imitemur insanos: dũ eos forsitan cre-
dimus esse felices: qui ad tempus libertate criminum
perfruuntur. Emulari vero hic significat malos actus
imitari: cum se dies perdidisse putant: qui tardam sibi
maloꝝ licentiam prouenisse suspirant. Nam ⁊ in bono
1. Corin. 12. verbũ hoc ponit apl's dicens: Emulamini charismata
Al. quẽad- meliora. [Qm̃ tanq; fenũ velociter arescent: ⁊ † sicut
modum. olera herbarũ cito decident]. Reddita est causa ꝓba-
bilis: quare sequi non debeamus quos scimus scelerate-
ter esse perituros. Fenũ / pulchra res est dũ viret: dum
floret: sed cũ aruerit mutato ꝓtinus colore marcescit.
Sic sunt impij: qui quasi florida leticia relucẽtes pre-
maturo fine siccantur. Primo feno comparati sunt vt
arescerẽt: nũc agrestib⁹ olerib⁹ vt deciderẽt. Nõ enim
dixit: olera hortoꝝ sed herbarũ: vt significaret potius
illa vilissima que per agros sponte nascuntur. Olera
enim ab olla dicta sunt: vbi collecta decoquunt̃. Qua- ETY.
propter fenũ mũdi nobilibus cõparemus: qui ⁊ facile
ꝓficiunt: ⁊ viriditatis magna quasi gratia vestiuntur.
Olera herbarũ / mediocres ponantur et humiles: qui
per loca inculta copia pullulante cõsurgunt: ⁊ nature
sue agrestẽ atq; hispidã retinẽt qualitatẽ. Sed ⁊ illud
velociter arescit: ⁊ ista cito decidũt. Sed dicat aliq̃s:
Quãdo hoc illis euenire credendũ est? Scilʒ tẽpore
iudicij: quãdo splendor estatis arridet: cũ ad cõsuetu-
dinẽ arboꝝ oĩs homo fruct⁹ suos aperit. Seculũ enim
istud similitudo est hyemis: vbi factorũ nostroꝝ omne
germẽ inclusum est: nec potest de eis iudicari que pro-
bantur abscondita. Quapropter in his duob⁹ versib⁹
etiã illud argumẽtũ declarat̃ eximiũ: qđ dicitur Epi- TOP.
cherema: latine executio siue argumẽtũ: que rei dubie
fidẽ per exempla ꝯfirmat. Ostensum est enim cito im-
pios cadere per fenũ ⁊ olera. [Spera in dño ⁊ fac bo- Beth
nitatẽ: ⁊ inhabita terram ⁊ pasceris in diuitijs eius].
Postq; malignantes studiose censuit euitandos: nunc
quomodo facere debeam⁹ admonet. Primũ siquidem
cõmonet vt speremus in dño. Hoc introitus fidei: hoc
initiũ salutis est. Sequitur: Et fac bonitatẽ: quia sicut
legitur: Fides sine operib⁹ mortua est. Inhabita ter- Jaco. 2.
rã: hoc est in sancte ecclesie visceribus ꝑseuera: qm̃ fi-
deles nunq; decet ab ipsa discedere. Et ne forsitan di-
ceret̃: quid ꝓderit si ista faciamus? Sequit̃ totius rei
magna cõpensatio. Pasceris in diuitijs eius. Pasce-
ris ad saturitatẽ pertinet ⁊ ad suauitatẽ perennẽ. In
diuitijs eius: id est in christi domini contemplatione:
qui solus inestimabile premiũ ꝓbatur ecclesie. O pa-
stus ille mirabilis: non corporis defectiua refectio: sed
inextricabilis animi fortitudo. Inde saginantur fide-
les: cibus qui quantũ satiat: tantũ beatã famem semꝑ
exaggerat. [Delectare in dño: ⁊ dabit tibi † petitionẽ Al. petitio-
cordis tui]. Delectatio ⁊ corporalis dicit̃ et spũalis. nes
Illa nutrit vitia: ista virtutes. Delectare cum dicit in
dño: suauẽ tibi vult esse eius recordationem: vt ames
quẽ times: vt desideres quẽ vereris: vt ambias que-
rere quẽ pauescis. Sequitur: Et dabit tibi petitionem
cordis tui. Respice q2 cordis dixit: nõ carnis: qđ ad sa
pientiã solet referri. Cordis enim petitio est fides: cha
ritas: intellectus dei ⁊ opera actuũ bonoꝝ. Ipsa enim
cõsueuit ꝓpitius annuere: q̄ solet pijs predicationib⁹
admonere. Ita singulis quibusq; sentẽtijs ad eternã
vitã informat̃ anim⁹ christiani. [Reuela dño viã tuã: ⁊ Gimel
spera in eo ⁊ ipse faciet]. Uelũ quoddã est dẽsitas pec
catoꝝ: vnde via: id est vita nr̃a tenebrosi amict⁹ circũ-
datiõe vestita est. Hãc reuelam⁹: qñ delicta nr̃a prom-
ptissime cõfitemur. Reuelauit enim Paulus apl's viã
suã: qñ dixit: Caro cõcupiscit aduersus spiritũ: ⁊ spũs Gal. 5.
aduersus carnẽ. Sperauit autẽ in dño dum clamaret:
Infelix ego homo: q̃s me liberabit de corpore mortis Rom. 7.
huius? Gr̃a dei per Jesum christũ dñm nr̃m. Adiecit:
Et ipse faciet: Ipse qui oĩpotẽs est: ipse qui manu for-
tis est: ipse reuera cuius oĩa iussionib⁹ obsecũdant. Et
qualia sunt que ille facit: ꝑ Ephexegesin positã subter SCHE.
explanat. [Et educet † tanq; lumen iusticiam tuam: et Al. quasi

Al. tanq̄ iudiciuz tuū † sicut meridiē]. Exponit quod superius
dixit: Et ipse faciet. Lumē solis colores nobis corpo-
rales ostendit. Fulgor dei: operū nr̄oꝝ qualitates exa-
perit: vt iusticia nr̄a: id est fides quā habemꝰ in christo
DEF. sic reluceat: q̄tenꝰ spūalibꝰ possit apparere cōspectibꝰ.
Educere est enim aliq̄d de tenebris ad lumē trahere:
hoc est de seculi istius caligine ad illā futuri iudicij ꝑ-
ducere claritatē: vbi oīa palā fiunt: nec vlterius tene-
brosis latibulis occulunt. Quapropter iusticia nostra
quā deo donāte nūc habemꝰ in fide: tūc humanis con
spectibus apparebit: ⁊ tanq̄ lumen proferetur cū spes
Col. 3. nostra christus ostendet: sicut dicit apl's: Cū christus
apparuerit vita vestra: tūc ⁊ vos apparebitis in gl'ia.
SCHE. Tanq̄ meridiē: per Hypbolen dictū est. Significat
enim clarissimā ⁊ purissimā lucē. Tūc nāq̄ sol orbem
terrarū nimia claritate ꝑfundit: ⁊ cūctas mūdi partes
Deleth ꝑspicuo fulgore collustrat. [Subditꝰ esto dn̄o ⁊ † ob-
Al. ora secra eū. † Ne emulatꝰ fueris eū: qui ꝓsperatur in via
Al. noli emu sua]. Subditꝰ esto dn̄o: etiā qui ab eius fide videt alie
lari in eo nus: potestate dn̄ationis nō electione iudicij. Sed vt
hoc de sanctis dictū debuisses agnoscere Sequitur:
Et obsecra eū. Quod vtiq̄ facere nesciūt: nisi qui pia
ETY. dn̄o deuotiōe famulant. Obsecrare quippe significat
obsequēter rogare. Et nota ꝙ hec duo regulariter po-
sita sunt: vt ⁊ bene agamus: ⁊ semꝑ rogemus: sicut di-
Rom. 12. cit apl's: Orationi instantes: necessitatibꝰ sanctoꝝ cō-
municātes. Redit etiā ad illā cōmonitionē vnde psal
mus fecit initiū: vt peccatorē florentē fidelis non de-
beat imitari. Nam ideo additū est: In via sua: vt non
sanctos: sed criminosos intelligere debuisses. Christi
enim via sola bona est: nr̄a vero peccatis obnoxia. Nā
hoc q̄d dicimus: ⁊ sequēs v̄sus euidēter ostēdit. [In
Al. iniusti- hoīe faciēte † iniquitatē]. Hic declarauit q̄d superius
cias dixit: Qui ꝓsperat in via sua: hoc est in hoīe faciente
iniq̄tatē vel nequitiā: cuius actꝰ turpis est ⁊ fecilenta
He negocia. [Desine ab ira ⁊ derelinque furorē: † ne emu-
Al. noli emu leris vt nequiter facias]. Desine illi dicit qui adhuc
lari vt mali- in sano animi tumore remurmurat: qui inflāmatus ira
gneris. et indignatione blasphema verba ꝓfundit: vt sibi feli-
citatē negatā seculi cōquerat: quā habere pessimos cō
DEF. tuetur. Ira est (sicut ⁊ alibi diximus) que celeri motu
animū succendit. Furor: qui diutius perseuerat. Ergo
vtraq̄ nos iubet deserere: per que ad culpā possumus
peruenire. Addidit: Ne emuleris: vt nequiter facias.
Nequitiā veteres definierūt volūtariā esse malitiā: in
quā non casu incidimus: sed spontanea delectatione
ETY. versamur. Hāc frequēter ꝓhibet ne quis velit imita-
ri. Neq̄ enim dictus est: nequaq̄/id est nullo tempore
Al. mali- aptus. [Qm̄ qui † neq̄ter agūt exterminabunt: † qui
gnantur v̄o expectāt dn̄m: ipsi † hereditate possidebūt terrā].
Al. sustinē- Duplex causa ꝓponit ⁊ timoris ⁊ muneris: vt emulari
tes autē pessimos minime cupiamus. O homo: q̄d illos imitari
Al. heredi desideras: quos perire ꝓspectas? Audis a matre que
tabunt te diligit: q̄re cū bonis non gaudeas: ne te cū pessimis
ETY. perire ꝯtingat? Exterminari: est foras terminos ꝓijci:
id est ab illa dei ciuitate fraudari. Sed ne solus metꝰ
imbecilla hoīm corda turbaret: subiūgit etiā spem bo-
noꝝ dicēs. Qui v̄o expectāt dn̄m ipsi hereditate pos-
sidebūt terrā: scilꝫ qui despiciūt felicitatē impioꝝ: nec
sibi volūt munera presentia ꝯdonari: sed expectāt dn̄i
saluatoris aduētū. Ipsi eius hereditate gaudebūt: id
est que legibus venit: que secura ⁊ eterna est. Posside-
būt terrā: hoc est ciuitate dn̄i futura potientur: quā iu-
stis viris diuina pietas pollicet. Quapropter ordinē
supni chirographi cōsideremus: pollicita suis tēpori

bus expectemus: ne dū volumus ꝓmissa festinātēr exi
gere: cause nos videamur amissione mulctare. Pēdet
aūt versus iste de superioribꝰ. Unde dicit: ne emulatꝰ
fueris eū qui ꝓsperat in via sua. Que figura dicit Hy SCHE.
perbaton: cū suspēsus ordo v̄boꝝ inferius explicatur.
[Et pusillū adhuc: ⁊ non erit peccator: ⁊ queres locū. Vau
eius † nec inuenies]. Pusillū: exiguum aliq̄d paruūq̄ Al. et
significat: q̄d ꝯstrictis digitis manu possit includi. Pu ETY.
sillū enim: a pugno dicit. Hāc breuē atq̄ vltimā etatē
in remedio laborantiū eccl'ia pollicet: ne longe credat
vbi fidelis fatigari posse cognoscit. Pusillū v̄o/dicit
tēpus q̄d restat vsq̄ ad diē iudicij: quod cōparatione
preteritoꝝ dierū oīno paruissimū est. Et nō erit pecca
tor: non quia ipse qui peccauit nō erit: sed peccare iam
desinet. Locū enim eius istū mundum significat: qui
peccatoribꝰ fauet: ꝓpterq̄ ipsis amicus est: vbi tanq̄
in domicilio suo delicta vernare manifestū est. [Man- Al. he
sueti autē † possidebūt terrā: ⁊ delectabunt in multitu tabun
dine pacis]. Mansuetos appellamus: manu ꝯsuetos: ETY.
id est patientes ⁊ mites: qui alienas iniquitates tole-
rant: non vt ipsi aliquē grauare presumant. Sed vide
quāta vis sit istius nominis: vt cū multarū virtutū ca-
pacē esse deceat christianū: ad ꝑfectionē totius boni
explicandā cōstet edictū. Hos dicit possessuros Hie-
rusalem futurā: de qua sepe iam dictū est. Ciuitas que
semꝑ bonoꝝ suauitate cōpleta est: vbi eius habitato-
res nō mercibꝰ degūt: sed diuina delectatione pascun-
tur. Non ibi quisq̄ laborat vt viuat: sed ex toto quietꝰ
accipit q̄d beatus animus cōcupiscit. Ibi oculis cor-
dis beata esuries saginat. Ibi anima solo visu reficit:
quādo quicquid ad eius ꝑtinet desideriū dn̄ici vultus
contēplatione prestat. Sequit: Delectabunt in multi-
tudine pacis. Hic iā veritas ipsa ꝑfecte beatitudinis
indicatur: vt semꝑ suauiter sentiatur omne q̄d est: nec
aliquādo possit desinere q̄d delectat. Nā vt ostēderet
ipsam delectationē nulla ꝯtrarietate dissolui: addidit:
In multitudine pacis. Pax enim futuri seculi est: vbi DEF.
nichil aduersum: nichil potest esse ꝯtrariū: sed vno mo
do cōceptū gaudiū suauissime ꝑseuerat. [Obseruabit Zai
peccator iustū: ⁊ † fremet suꝑ eū dētibꝰ suis]. Quāuis Al. stre
de peccatoribus ⁊ iustis psalmi huius cōtexta videat bit
esse relatio: tamen huic loco non importune facimus
diuisionē: quādo inter ipsas similitudines nouum ali-
quid introductuꝫ esse sentitur. Quapropter sit nobis
hic secūda partitio. Superius enim dixerat fideli nō
debere impios emulari: nūc dicit peccatoribus supra
iustos inuidia faciente torqueri. Diuersa quippe volū
tas: iusto odium parat. Nam quādo illū videt scelera-
tus bonis operibus operam dare: ille se credit specia-
liter accusari. Stridet dentibus: fremit animo: ⁊ cuius
non potest mores subuertere: vitā ipsam protinus co-
natur auferre. Obseruabit: quasi de occultis insidijs
cū dolore respiciet. Dentibus enim fremere furentiū
beluarum est: quas imitatur iracundus dum proximo
minatur interitū. Atq̄ ideo pudor est illos emulari:
qui bonis inuident alienis: dum extremū se estimat
quem inuidie reatus accusat. [Dn̄s autē irridebit eū:
quoniā ꝓspicit ꝙ veniet dies eius]. Mirabilis nobis
forma consolationis ostendit. Quis enim debet dele-
ctari eius pompa: cuius periturū nouit audaciā? Naꝫ
si nolumus aliquo zelo cōfundi: sequamur hoc q̄d dn̄s
facit. Irrideamꝰ eū cuius preuidemꝰ occasum: iudice-
mus infelicia q̄ deꝑhendimus esse ꝑitura. Firmissime
credamꝰ talia: qm̄ a v̄itate nobis ꝓmissa sunt. Sic fiet
vt peccator irrisus abscedat: qui se fugitiua felicitate

Heth prelactitat. [Gladiũ euaginauerũt pctõres: ⁊ † teten
al. itẽderũt derũt arcũ suũ. Ut † deijciant inopẽ ⁊ pauperẽ: vt tru
al. decipiãt cident rectos corde]. Gladius peccatoris est quilibet
dolus appetẽs lesionẽ. Nã ⁊ ille qui inopẽ spoliare cõ
tendit: ꝑuerse cõsilij sui gladiũ educit: ⁊ ille qui praua
suasione desiderat decipere aĩas innocẽtes: ensem pes
sime cogitationis ostẽdit. Euaginauerũt autẽ: signi=
cat nudauerũt: vt qđ ante erat in cogitatione tanꝙ in
vagina recõditũ: post eductũ reuelatis cogitationibꝫ
appareret. Arcũ enim tẽdere: nõ statim sagittare est:
sed paratũ atqꝫ intentũ designat operi fraudulẽto ex=
pectantes tẽpus: quãdo possint simplices innocentes
decipere. Sequit: Ut deijciãt inopẽ ⁊ pauperẽ. Quid
intersit inter inopẽ ⁊ pauperẽ: non longe prediximus.
Pulchre aũt dictũ est vt deijciant: quasi stantẽ ⁊ fidei
robore perdurantẽ. Deijciuntur enim: dũ eis tenebro=
sus ⁊ morti similis error infundit. Addit: Ut trucidẽt
rectos corde. Hoc de martyribꝫ potest itelligi: q̃ recti
sunt corde: sed carne trucidãtur. [Gladius eoꝝ intret
in corda ipsoꝝ: ⁊ arcus eoꝝ ꝯfringatur]. Bene dicitur
gladius quicq̃d conat extinguere: qñ ensis expletiuũ
ETy. genus armoꝝ est ad mortis effectũ. Gladius eñ dicit
qui fit ad hostiũ clades. Et vt scias gladiũ istũ de co=
gitatione venisse: reciproca sententia dixit: Intret in
corda ipsoꝝ: vnde scilꝫ venerat: ⁊ ꝑuersis grassabatur
insidijs. Arcũ diximꝫ occultã designare maliciã que
cõtra innocẽtissimos parabat. Sed hãc ꝯfringi dixit:
quia nõ erat fidelibꝫ in aĩe parte nocitura. Et respice:
qm̃ ipsa verba que in facinoribꝫ posuit: eadẽ ⁊ in vin=
dicta geminauit: ꝑpter illã scilꝫ euãgelij sentẽtiã. In
Luc. 6. qua mensura mensi fueritis: in eadẽ remetietur vobis.
Thet [Melius est modicũ iusto: suꝑ diuitias peccatoꝝ mul
tas]. Pia mater quasi bonos filios osculans atqꝫ com
plectens: adhuc in eoꝝ cõsolationibꝫ ꝑseuerat: suadẽs
melius esse modicũ iusto suꝑ diuitias peccatoꝝ. Sed
intendamus quid sit modicũ: quia ipsum est qđ efficit
magnos. Modicũ hic sentiat humilitas: in qua dũ se
animus noster cohibet: mũdi preciosa trãscendit. Con
tra: Diuitie sunt peccatoꝝ multe: id est cõgestio crimi
nũ ⁊ abũdantia peccatoꝝ. Unde ꝙtũ sit melius: esti=
memus modicũ istud iuste ꝑcipere: ⁊ molẽ tantoꝝ sce=
lerũ nõ habere. Illud siquidẽ ad celoꝝ regna ꝑducit:
istud aũt demergit in tartarũ. Hoc argumentũ tractũ
TOP. est ex ꝯtrarijs. Cõtrariũ est enim modicũ iusti ꝙ diui=
tie multe peccatoris. [Qm̃ brachia peccatoꝝ ꝯterent:
cõfirmat aũt iustos dñs]. Brachia iniquoꝝ: superbas
significãt actiões: in quibꝫ impij presumũt dũ nulla ra
tionis ꝯsideratione flectuntur. Et nõ dixit: franguntur
qđ vno ictu poterat ꝑuenire: sed ꝯterent: id est assidua
tritura minuunt: dũ semꝑ grauius sit ꝑ partes iminui
ꝙ subita clade consumi. Sed sicut impios tali inter=
minatione debilitat: ita iustos bona ꝓmissione cõfir=
ETy. mat. Confirmare enim est: in animi afflictione positũ
ꝯsolatorio sermone roborare. Quod si bene respicias:
tali dicto totius psalmi virtus expressa est. Istis enim
omibus sententijs agitur: vt ⁊ presumptio peccatoris
deijciatur: et iusti animꝫ subleuetur. Que figura dicit
SCHE. Paradigma: id est exemplũ hortantis vel deterrẽtis.
Quod hic quoqꝫ factũ est: cũ iustos inuitat prosperis
Ioth et peccatores terret aduersis. [Nouit dñs † vias ima
Al. dies culatorũ: ⁊ hereditas eoꝝ in eternũ erit]. Immacula=
toꝝ vias humana ignorãtia nõ potest intueri: quia car
ni imꝑspicabilis est via coangustata virtutũ: dñs aũt
qui eas condidit integerrima qualitate et quantitate
cognoscit. Sed his talibꝫ quid ꝑuenire possit exponit.

Hereditas eorũ in eternũ erit. Hereditas eoꝝ est ce=
lestis Hierusalem: eterna pace ditissima. Que merito
totiens ꝓmittitur: vt vere pollicitationis ambiguitas
auferatur. In eternũ erit: ꝑpter mundanas heredita=
tes adiectũ est: que eterne esse non possunt. Illa enim
perpetua cõceditur: qm̃ sine fine prestatur. [Nõ cõfun
dentur in tẽpore malo: ⁊ in diebꝫ famis saturabũtur].
Malũ tempus: significat diem iudicij: quãdo omnis
caro sollicita actuũ suorũ retributionẽ compensatio=
nẽqꝫ formidat. Sicut alibi dicit: In die quãdo omnis
caro rediuiua resurget et recipiet ꝭm compensationẽ
que formidat. Sed sicut alibi dicit: In die mala libe=
rabit eum dñs. In isto ergo tẽpore non cõfundent im=
maculati: quibus per gratiã satisfactionis peccata di=
missa sunt. Sequitur: Et in diebus famis saturabunt.
Dies famis: tẽpus huiꝫ mũdi significant: quãdo beati
esuriunt iusticiã. Nãqꝫ in resurrectione iustis non est
tẽpus famis: sed bonorũ omniũ eterna satietas. Ergo
in hoc mũdo iusti possunt esurire: vel querere iusticiã:
saturabuntur scilicet per scripturas sanctas: per exem
pla dominica: ꝑ retributiones sepissime repromissas:
quibus epulis fideles satiat christianos. Quapropter
deuotis ꝓmittitur ꝑfecta securitas: vt in futuro iudi=
cio nõ erubescant: ⁊ in hoc mundo competentia dona
percipiãt. [Qm̃ peccatores peribũt. Inimici ꝟo do= Caph
mini mox † honorificati fuerint et exaltati: deficien= Al. vt
tes † vt fumus deficiẽt]. Cõsiderandũ est quia in hoc Al. quẽad=
versu vna ꝓbatione posita: mox alia subsequit. Dicit modum
enim: Qm̃ peccatores peribunt. Et iterũ: Inimici ꝟo
dñi mox honorificati fuerint: deficient. Que figura di
citur Epexergasia: quotiẽs vni cause duas ꝓbationes SCHE.
apponimus. In illo siquidem iudicio peribũt pecca=
tores: quos cibo spũali minime cõstat esse completos.
Nam hic a semetipsis satiati: ⁊ locupletes estimantur
quoꝝ omino ieiuna ⁊ inanis est: ꝙuis copiosa satietas
videlicet que vsqꝫ ad hoc perducit vt pereãt. Et nota
quia peccatores perituros esse confirmat: id est in illa
iudicatione dãnandos. Nã inuenies impios qui pene
toto vite sue tẽpore mũdanis delectationibus ꝑfruun
tur: Cur ergo dicit mox? Qm̃ qui ruinosam altitudi=
nem ascendit: statim a veritate cadit: quia tũc incipit
perire cũ nititur ruitura cõscendere. Deficientes enim
poterant ⁊ aliter deficere: vt indiciũ eoꝝ aliquod for=
tasse remaneret: addidit: Tanꝙ fumus: vt nulla pars
actuũ eoꝝ residua esse noscatur. Nam sicut iste de flã=
mis egrediens: per aera extollitur sinibus cõglobatis:
et ꝙto magis altius euolat: tanto celerius euanescit:
sic peccata tenebrosa ⁊ leuia: ꝙto se amplius erigunt.
tanto velocius dissipant. Qđ aũt ait: Deficientes de=
ficient: argumentũ est qđ dicit a cõiugatis. Hec autẽ TOP.
verba ex seipsa nascunt: ⁊ orta ab vno sibi cõsona simi
litudine deriuantur. [† Mutuat peccator ⁊ nõ soluet: Lamech
iustus aũt miseretur ⁊ † cõmodat]. Mutuat peccator al. mutuabit
qñ dei verbũ audit: ⁊ non illud suis operibꝫ reꝑsentat. Al. tribuet
Hoc est enim nõ soluere: iussa minime diuinitatis im=
plere. Mutuatur etiã qñ dei bñficia diuersa suscipit: ⁊
nullã gratiarũ restituit actionẽ: sed cõtra proteruus ⁊
tanꝙ nichil acceperit semꝑ ingratus est. Iusti ꝟo cau
sa diuersa est. Nã ꝙuis hic pauca suscipiat: pia deuo=
tione plura restituit largienti: in oibus grãs agẽs pau
pertatẽ sibi datã diuitias putat. Dolores quoqꝫ ipsos
et calamitates amplectitur: qui spe futuri premij ꝯtra
ipsas quoqꝫ mortes patientia interueniente confligit.
Et intende qđ dicit: Miseret ⁊ cõmodat. Hoc ad ele=
mosynas pertinet largiendas: vbi prius misericordia

precedit: ꝛ post humanitas benigna subsequit. Et con
SLMHE. sidera: qm̄ p figurā Diaphoresis: per quā fit differen-
tia psonarū: inter iustū ꝛ impiū contrariā sibi distan-
Al. Quia tiam facit. [† Qm̄ benedicētes † eū possidebūt terrā:
Al. et here- maledicētes aūt † illū disperiēt]. Sicut superius per
ditabunt figuram Diaphoresim peccatorū ꝛ iustorū voluntatē
Al. et dispe diuisit: ita ꝛ nunc per eandē figurā: eoꝝ retributiones
ribunt et premia segregauit: ne cōfusum relinqueret qđ nul-
la sibi vicinitate cōgrueret. Nam qui benedicūt dn̄m:
id est qui in oībus gratias referūt: ꝛ eius mandata cu-
stodiunt: terrā illā viuentiū accipient possidendā: de
Ps̄. 141. qua ꝛ alius psalmus dicit: Portio mea in terra viuen-
tium. Maledicentes aūt ꝛ blasphemi: vel dei legibus
inobedientes ab illa patria submouentur: nō quia ipsi
Mem nō erūt quos penalis flāma torquebit: sed qm̄ a iusto-
Al. apud dn̄z rum pmissa beatitudine disperibūt. [† A dn̄o gressus
Al. diriget hominis † dirigent: ꝛ viā eius † cupiet nimis]. Intel
Al. volet ligamus ppositā causam. Hominū gressus per se tor-
tuosi semp ꝛ praui sunt: quippe qui in iniquitatib9 cō
cepti ꝛ in delictis pgeniti sumus. Sed tūc a patre lu-
minū dirigimur: qn̄ fidei regulā in qua gradiamur ac-
cipimus. Dirigimur plane: cū sine erroribus ambula-
mus. Sed quo nos ducit ista directio? Videlicet vt ad
perfectā fidē et eterna premia veniamus. Uerum iste
christianus qui iam corde directus fuerat: viā dn̄i cu-
piet nimis: id est ipsum dn̄m saluatorem supra omnia
plus amabit: qui vere nostra est via: veritas et vita.
Al. non hz. [Cū ceciderit † iustus nō † cōturbabitur: qꝛ dn̄s † fir-
Al. collidet mat manū † eius]. Cū ceciderit: non in peccatū intel-
al. supponit ligas: quia iustū dixit: sed in manibus peccatoꝝ: in ca-
Al. suam su aspero: qui frequēter sanctis diabolo insidiante con
tingit. Sed vt tibi satisfacere videaris: considera quia
cū in eodez versu dicat ceciderit qđ ad pedes respicit
subiungit firmandam manum cadentis: cuius magis
debuit confortari vestigiū vt post lapsum surgere va-
luisset. Unde euidēter apparet: cadere istud esse: in im-
pioꝝ incidere ditionē. Manū quippe huius: id est con
siliū operationēq; cōfirmat: nec turbari potest captus
Nun qui aduersa seculi huius subire decreuit intrepidus.
Al. iunior [† Iuuenior fui † et senui: et non vidi iustū derelictū:
Al. etenim nec semen eius † egens pane]. Peruentū est ad tertiā
Al. querēs sectionē: vbi si vnum hominē loqui putes: breue ꝛ an-
panem gustū tēpus ostenditur: nec dei laudib9 oīno sufficiēs:
sed magis introducte vox reddat ecclesie: que ab ini-
tio seculi vsq; ad finem verā nobis probat esse senten-
tiā. Iuuenior fuit: quādo initia legis in ipso ptoplasto
primeua suscepit. Senuit: id est ad honorabiliorē ve-
nit etatē: quādo nouissimis temporibus suscipere me-
ruit dn̄m redemptorē. Nam ꝛ euāgelista Ioannes in
1. Ioan. 2. epistola sua sic ait: Filioli: nouissima hora est. Sed per
hec tempora que totius mūdi ambitus excurrit: iustū
se non dicit vidisse derelictū. Ita fit: vt longū tempus
per ecclesie verba designatū esse videatur. Quid igi-
tur dicimus de illis iustis qui in latronū manibus in-
ciderunt? de ipso quoq; iusto iustorū: qui clamauit in
Matth. 27. cruce: Deus meus deus meus quare me dereliquisti?
Sed vt omnē nodū contrarietatis euadamus: iustus
derelictus nō est: sed spūalibus bonis nō tēporalibus:
vt putatur auxilijs: quibus tūc premia reuera collata
sunt: quādo tormēta seculi superare potuerūt: ipso te-
Matth. 5. stante: Beati qui psecutionē patiuntur pter iusticiā:
qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Simili modo dicit: nō se vi
disse semē iusti egens pane. Qđ si ad litterā accipias
nec hoc poterit ꝯstare qđ dicit. Legimus enim famis
causa Abraā: Isaac ꝛ Iacob mutasse pūincias. Unde

dubiū non est eguisse pane: quos propter penuriā loci
cōstat exteras expetisse regiones. Sed redeamus ad
interiorem hominē: ꝛ vera nobis sententia salutariter
apparebit. Semen vniuscuiusq; hoīs operā esse dixi-
mus: quam seminat ꝛ metit: siue bonā siue malā. Ergo
opera iusti pane nō indiget: hoc est ꝟbo dei quo satia-
tur: quo reficitur: quo intus reuera viuit et pascitur.
Sic fiet vt cōcordantia reddantur que sibi videbātur
esse cōtraria. [Tota die miseretur ꝛ cōmodat: ꝛ semē Samech
eius in benedictione erit]. Tota die dicit: toto tēpore
vite sue. Dies enim singulari numero frequenter ap-
ponitur: vt totius vite tempora declarētur. Quale est
illud primi psalmi: Et in lege eius meditabitur die ac
nocte. Ita fit: vt cum pauca dicimus: plurima sentia-
mus. Miseretur ꝛ cōmodat. Siue elemosynas dicit:
vbi ante misericordia tangit animū et sic aperit ma-
num. Ipsa est enim perfecta elemosyna: que prius a se
inchoat: et sic ad alteri9 iuuamina venire festinat. Si-
ue magis illum cōmodare dicamus spūalia bona: que
affluēter dei possidet pauper. Cōmodat plane iustus:
vnde oīno diues est: de doctrina: de pietate: de iusticia
de patientia: ceterisq; bonis quib9 pfruitur mens illa
sanctissima. Sed ne crederes iustū interdū velle mu-
tuari: posuit Tota die. O diuitie inestimabiles: que in
tota vita copiā suā affluentissime largiuntur. Merito
non deficit dare: qui a christo semp se nouit accipere.
Sequitur: Et semen eius in bn̄dictione erit. Similis
est ꝛ iste locus superioribus. Nam si semen velis filios
intelligere: multi sancti filios genuerunt luxuriosos ꝛ
impios. Sed semen dicit operā: que ab homine dono
superno velut frumentale semen aspergitur. Hec reci
pitur in bn̄dictione: qꝛ seminata est in bona volūtate.
Nā semē opera nostra esse intellexit apostol9 cū dicit:
Qui seminat in carne: de carne metet corruptionem: ꝛ Gal. 6
qui seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternā.
[Declina a malo ꝛ fac bonū: ꝛ inhabita in seculū scl'i].
Duobus modis vitā nostrā pia mater instituit. Pri-
mus est: vt mala declinemus: quia peccatori bonarū
rerū repente esse nō potest appetitus. Secūdus: vt bo
na faciamus: propter qđ a vituperabili actione cessa-
uimus. Declinemus ergo mala que nostra sunt: ꝛ facia
mus bona que christi sunt: quia dn̄s in iudicio iustos
suos nō vocat ad premiū quia pauperib9 nil tulerunt:
sed ideo coronat qꝛ nudos vestierūt: visitauerūt infir-
mos: ꝛ esurientes sitientesq; pascere delegerūt. Uides
ergo: quia nō sufficit christiano a malis abstinere: nisi
etiam bonū nitatur quadā opatione pficere. Uerū hec
precepta q̇d sequitur? Et inhabita in seculū seculi: vt
tali pmissione cōfisus futura p̄mia spe certissima iam
possidere videat. Seculū vero seculi: significat eternū
regnū qđ nulla successione mutabit. [Quia dn̄s amat
iudiciū: ꝛ nō derelinquet sanctos suos: in eternū con-
seruabuntur]. Audiens hoc verbū: Ama ꝛ tu iudiciū:
fac iusticiā: vt iuuāte dn̄o recta volūtate cōtineas: vt
bonis tuis ipse congaudeas. Ille enim auctor iusticie
nō potest illos derelinquere: qui eius eligūt precepta
cōplere. Et intēde pmissionē: qꝛ nō dicit iustos in tem
poralib9 rebus nequaq; deserendos: sed eos in eternū
cōseruandos esse pnunciat. Hic enim visualiter cōser
uari nequeūt: qui tribulationib9 supplicijsq; lacerant.
Audiant cupidi vite huius: qui sibi longeuos annos
postulare noscuntur: non in hoc seculo: sed in eternum
conseruandi sunt qui dn̄o placere cōtendunt. [Iniusti Al. in
punientur ꝛ semen impioꝝ peribit]. Frequēter sensus
iste repetitur: vt amplius que sunt ventura credantur.

Diuina siquidem miseratio: dum nos mauult gehēne
penas euadere: dignatur sepius admonere. Et sicut su
perius iustoꝝ semen: id est opera in benedictione dixit
esse mansura: ita hic impioꝝ actus perire confirmat
Peribūt sane: quādo ⁊ ipsum delictū ⁊ locus noscitur
interire peccātiū. Nam perire opera infideliū: nō tam
nostris verbis: ꝙ̄ Salomone dicente ꝓbabimus. Di-
Sap. 5. cturi sunt enim in iudicio: Quid nobis ꝓfuit suꝑbia:
aut quid diuitiarū iactantia cōtulit nobis? Trāsierūt
omnia illa tanꝙ̄ vmbra. Uides perire quicq̄d hominē
perdit: ⁊ sola consistere que regno dn̄i faciunt perma-
Al. aūt he- nere. [Iusti † hereditate possidebunt terram: ⁊ inha-
reditabūt bitabūt in seculū seculi super eam]. Sicut assidue in-
crepatur vt corrigat: ita frequenter munera pollicetur
vt erigat. Utraq; enim sicut dixim⁹: efficacissima sunt
instrumenta doctrine: vt malos vindicta: bonos pro-
ETY. missa premia subsequantur. Terra ergo ista appellata
est: eo ꝙ cōmeantiū pedibus atteratur. Ad cuius simi
litudinē ⁊ illa futura terra vocitatur: non quia teratur
que iugiter manebit illesa: sed vocabulum perdit: qm̄
ipsa permanebit qualitatib⁹ immutatis: sicut ⁊ celum
et corpora nostra credimus innouanda: que licet noua
erunt: hisdē tamē nominib⁹ appellabunt. Adiectū est:
Et inhabitabūt in seculū seculi sup eam: ne istam cre-
derés que aliquādo deserenda est. Nec vacat: quia nō
dixit in ea: sed sup eā. Secretū enim videtur vt puta-
mus ipsius habitationes exponere. Et ideo dictū est:
sup eā: quia spūali corpori nō erit necesse terrā graui
1. Thessa. 4 calcare vestigio. Sicut apostol⁹ dicit: Deinde nos qui
viuimus qui reliqui sumus: simul rapiemur cū illis in
nubibus obuiam christo in aera: et sic semp cum dn̄o
erimus. [Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua
eius loquetur iudicium]. Narratio hec per figuram
SCHE. Characterismon: que latine informatio vel descriptio
dicitur: tēpus beate resurrectionis ostendit. Nō enim
dicit: meditatur: sed meditabit de futuro. Os hic cogi
tationē debemus accipere: quia de lingua sequit quid
loquatur. Meditabitur ergo sapientiā: nō scripturarū
lectione: sed cordis purissima visione. Ibi enim nō lit
teris sapientia colligitur: sed celesti largitate inelabo-
rata prestat. Et lingua eius loquet iudiciū: quia sermo
ibi nequaꝙ̄ a cogitatione dissentiet: sed sicut cor medi
tabitur sapientiā: ita lingua loquetur per cuncta iusti-
ciam. Hic est ille celestis ⁊ beatoꝝ modus: vt merito
in ꝯsortio angeloꝝ recipiantur: qui se nullo errore con
fundunt. Loquetur ergo iusti lingua iudiciū: cum veri
ETY. luminis fuerit manifestatione cōpletus. Iudiciū enim
dictum est: quasi iuris diciū: qꝺ in eo ius dicatur. Non
enim sancti semp iudicabūt: dum constet vnū dn̄i esse
iudicium: sed in eternū iuste locuturi sunt: quos reue-
Sade ra diuina virtus amplectitur. [Lex dei eius in corde
ipsius: et non supplantabuntur gressus eius]. Uides
quēadmodū nobis perfectio future beatitudinis indi
catur: vt nichil aliud homo in corde recipiat: nisi volū
tatē dei qua beatus efficitur: per quā ad tantū culmen
ascendit: cui gratias indesinēter acturus est. Dei eius:
significat qui eū de mundi istius clade liberauit. Hoc
enim ꝓnomen grām indicat dn̄i Saluatoris. Nam cū
sit oīm deus: ipsius ꝓprie dicitur quē liberare dignat.
Cum dicit: In corde ipsius: sensum beati vniuersum
tali bono significat esse cōpletū. Huius itaq; gressus
supplantare nemo preualebit: qm̄ iam ⁊ originale pec-
catū desinet: ⁊ diabolus decipiendi licentiā nō habe-
ETY. bit. Supplantare enim dicim⁹: plantis foueas preten
dere: ne possit incedens firmū reperire vestigiū. Hoc

ibi nullatenus constat esse faciendū: vbi secura ⁊ eter-
na sunt om̄ia: sicut in. 55. ps̄ dicturus est: Qm̄ eripuisti Ps. 55.
aīam meā de morte: oculos meos a lachrymis: pedes
meos a lapsu. [Considerat peccator iustum: ⁊ querit
† perdere eum]. Adhuc ista dicunt de futuro iudicio. Al. mortifi-
Cōsiderare est enim aliquid alta deliberatione cōspi- care
cere: ⁊ vsq; ad rerū viscera ꝑuenire. Nam in die resur- ETY.
rectionis peccator perpendet iustum: ⁊ dicet in corde
suo: Nonne iste est qui egebat: quem in contemptu ha
buimus ⁊ derisu: ⁊ modo eū cernimus sup nos electū:
et in summa gloria cōstitutū? Hoc est peccatorē iustū
cōsiderare. Querit autē perdere eū: ad consuetudinē
dicitur delinquentiū: quoniā ⁊ in illo seculo festinant
iustū perdere: vbi iam cognoscuntur nocendi licentiā
non habere. [Dn̄s autē nō derelinquet eū in manibus
eius: nec damnabit eum cū iudicabitur † ille]. Consi- Al. illi
derá quēadmodū ordinē istum futuro seculo deputa-
uit: vt dicat in potestate inimici iustum vlterius non
esse tradendū. Quod in isto seculo frequēter euenit vt
martyres relinqueret persecutoꝝ manibus carnaliter
occidendos. Tunc enim famulos suos iam non dere-
linquet arbitrijs impiorū: sed in eterna pace positos
possidebit ab omni periculo liberatos. Nec damnabit
eum cū iudicabitur ille. Non damnat iustū: cum iudi-
cat impiū: sed discretione meritorū iustum beatitudo
suscipiet: illū debita pena torquebit. [Expecta dn̄m ⁊ Coph
custodi † vias eius: ⁊ exaltabit te vt † inhabites terrā Al. viam
cum perierint peccatores videbis]. Superioribus re- Al. heredita
bus diligenter expositis que ad eternā poterant bea- te capias
titudinē ꝑtinere: redit ad iustū cōsolans eū ⁊ dicens:
Tu qui iam credidisti ad que bona euehi possis: con-
fidenter expecta dn̄m: id est patienter age. Et qualis
sit ipsa patiētia: nō tacet. Nō eñ ocioso dicit expecta
sed laboranti: qui vias dn̄i: hoc est sacratissima p̄cepta
custodit. Apte queq; sua reddidit suis. Terrā illam
nisi exaltatus non potest possidere: quia sic sancta: sic
magna: sic celestis est: quā nemo ꝑualet nisi bene me-
ritus adipisci. Sequitur: Cū perierint peccatores vi-
debis. Duplici ratione iustoꝝ gaudia cumulant. Pri-
mū cū senserint in quātis sint iocūditatib⁹ collocādi.
Deinde cū viderint penas peccatorū: exultabunt am-
plius ab eterno se supplicio liberatos. Tūc enim gra-
tior fit qualitas muneris attributi: qm̄ cōspecta fuerit
penalis aduersitas. Ergo hoc dicit: videbis: hoc est qꝺ
nūc credis: tunc absolute cognosces: ⁊ letaberis illis
digne pereuntib⁹: te in summa beatitudine per gratiā
dei collocatū. [Uidi impiū superexaltatū: ⁊ eleuatum Res
† sup cedros libani]. Hic ꝯtra prauissimū morbū: ple Al. sicut
nissima medicina prestat. Dicunt enim quidā: Si deo
talia displicerent: peccatorib⁹ tanta felicitas minime
prouenirent. Ideoq; per Energiam (que actum rei in- SCHE.
corporee narratiōe representat) vidisse se dicit impiū
creuisse: nō ad honorē: sed potius ad ruinā. Eleuantur
enim hic tales supra iustos: quia illi sunt humiles/ isti
suꝑbi. Sed isti in iudicio cadent: illi feliciter erigērur.
Et quia dixerat: Superaltatū: ne putares eū tm̄ su-
pra humiles euectū: addidit: Et eleuatū supra cedros
libani: vt ipsis quoq; ꝓceris cacuminibus celsior ap-
pareret: cuius profectus ideo tm̄ extollebatur: vt eius
irremediabilis ruina monstraret. Hoc etiā de diabo-
lo intelligi fas est: de quo Iohel ꝓpheta testat dicēs:
Et eū qui ab aquilone est effugabo a vobis: et eijciā in Iohel. 2.
terra sitienti ⁊ deserta: et exterminabo faciem eius in
mare illud primum: ⁊ posteriora eius in mare nouissi-
mum. Gratias agimus domine dispositionibus tuis.

Nam quid iste liber faceret: qui mundū religatus af-
fligit? [Et transiui ⁊ ecce nō erat: ⁊ quesiui eum: ⁊ non
est inuentus locus eius]. Duobus modis mūdus iste
transitur: siue cū deseritur meliori cōuersatione: siue
cum a mortuis fine relinquitur. Ergo qui trāsierit ad
deum sanctissima cōuersatione: potentē iam nō videt
peccatorē: quādo infirma videt oīa: de quib⁹ gloriatur
humanitas. Quesiui enim dicit: hoc est in memoriam
reduxi: quia tunc iusti recordantur maxime peccatoꝝ:
miseratione dn̄i in melius imutant̄: dolentes quia mi-
seri ab eis malis actibus segregant̄. Locus enim pec-
catoꝝ mūdus iste dinoscitur: in quo ⁊ scelera ꝑficiūt:
et fugitiua felicitate cumulantur. Sed vtiq; locus iste
Sin cū eoꝝ ꝓsperitate dissoluitur: quādo totius orbis cor-
Al. inocētiā ruptibilis gloria terminatur. [Custodi † veritatē ⁊ vi
de equitatē: qm̄ sunt reliquie homini pacifico]. Dum
nos precipit custodire veritatē: admonet ne in mūda-
nis rebus curā habere debeamus. Custodire etenim
solet non nisi qui semper assiduus est: qui hoc cogitat:
hoc loquitur: hoc retractat: nulloq; momēto ab ea sol-
licitudine segregatur. Sed que est ista veritas? Utiq;
Joan. 14. deus qui dixit: Ego sum veritas. Ergo si deum custo-
dias: ille te sine dubitatione custodit. Dicit etiam: Et
vide equitatē: dei videlicet. Nam que sit equitas: con-
sequēter exponit. Ait enim: Qm̄ sunt reliquie homini
pacifico. Intendamus quēadmodū hunc sermonem
intelligere debeamus. Reliquie sunt homini pacifico:
quādo spes eius dn̄i remuneratione peragitur. Reli-
quum est enim: vt post hanc vitā eterne beatitudinis
premia cōsequat̄. Sūt ergo reliquie pacificoꝝ: quādo
spem certissimā tunc habere incipiūt: cū ad percipien
DEF. da dn̄i dona perueniunt. Pacificus aūt dicitur: qui in
hoc mundo inter discordantes pacem facit: studioq;
mansuetudinis: nec ipse indecoris certaminib⁹ impli-
catur. Et nota quia in beatoꝝ loco ponit̄: cui hec virt⁹
domini pietate prestatur. [Iniusti aūt disperibūt: si-
Al. iteribūt mul reliquie impiorum † peribūt]. Sententie dantur
apte disparibus. Nam sicut iusti post hanc vitam spe
maxima gratulantur: ita iniusti finita luce dispereunt.
Siue vt quidā volunt: reliquie significant memoriam
bonoꝝ: quā iustus vir in hoc mundo post obitū dere-
linquit: dum de actuū suoꝝ probitate laudatur. Quod
vtiq; martyribus ꝯtigit: qui pro veritatis testimonio
felices aīas reddiderunt. Hoc mereri nullatenus pos-
sunt: qui nullū vestigium dignū memorie sue derelin-
des dei ad iudicium ꝑtinet futurū: in quo oīa veraciter Tra[...]
eternus moderator examinat atꝙ diiudicat. In secu=
lum seculi: qm̄ quicq̄d cōstituerit/ nulla poterit tēporis
successione dissolui. Uirgā vero regulā diuine signifi=
cat equitatis que veraciter recta dr: qꝛ nulla prauitate
curuatur. Uirga ista iustos regit/ impios percutit/ cōti
net veraciter supplicātes. Sed hec virga non de cespi
te arboris egreditur: sed ab ipsius deitatis virtute ꝓce
dit. Fortitudo inuicta/ eq̄tas rectissima/ inflexibilis di=
sciplina. De qua in alio quoꝙ psalmo dicendū est. Uir Ps. [...]
gam virtutis tue emittet dn̄s ex syon: dn̄aberis in me=
dio inimicorū tuorū. Hanc enim virgā regij honoris
insigne sceptrū dicebat antiquitas: designās in ea vir
tutum regē dn̄m saluatorē. [Dilexisti iusticiā et odisti
iniquitatē: propterea vnxit te deus deꝰ tuus]. Ipsa est
virga recta: amare equitatē et odisse nequitiā. Nemo
enim perfecte diligit iusticiā: nisi qui ⁊ actus pessimos
execratur: qm̄ diuersis qualitatibus eodē tēpore non
est in vno locus: nec pōt ipso momēto ibi nigrū videri:
vbi candor insederat. Nā ⁊ presentia lucis: noctis ab=
sentia est. Sic ⁊ veritatis amor est odiū falsitatis. Un=
de a quibusdā pulchre definitū est. Substātia est con= Vo[...]
trarioꝝ capax: sed nō vno tēpore. Sed his rebus que
premia sint reddita subter exponit. Propterea vnxit
te deus deꝰ tuus. Unctus Christus: ⁊ regē significat ⁊
sacerdotē: qꝛ dignitates iste sumebant ꝑ sacratissimas
vnctiones. Nā ⁊ ip̄m nomē christi a sancto chrismate Et[...]
vocitatur. Sed ab illa parte vnctus dr: qua dispēsatio
ne ⁊ natus: ⁊ mortuus: ⁊ resurrexisse veraciter dr Chri
stus. Ceteꝝ deitas eius nullo munere: nullo honore in=
diguit adiuuari. Repetitio autē ista: qua dicitur Deus
deus/ preconiū magne dilectiōis ostēdit. [Oleo leticie
pre cōsortibus tuis. Myrrha ⁊ gutta ⁊ casia a vestimē
tis tuis]. Duplici modo vnctionē illā sanctā prouenis=
se significat. Oleū leticie/ est peccati maculā nō habe=
re: vnde se cōsciētia semꝑ exhylarat: qn̄ nulla recorda=
tionis asperitate mordetur. Pre consortibus tuis: pre
filijs hominū dicit: quos ⁊ ipse in euāgelio fratres ap=
pellat. Ideo autē dictū est: Pre consortibus tuis: quo
niā hanc benedictionem supra omne humanuꝫ genus

cognoscitur accepisse: vt cunctos singulariter ceteros
vngere debuisset. In illo enim fons est benedictionis:
a quo prout ipsi visum fuerit: per vniuersos electos cō
petenter emanat. Sed hec oīa carni cōueniūt: cui piis
simum et gloriosissimū verbum vnitum est pro salute
cunctorum. Sequitur Myrrha et gutta ⁊ casia a vesti
mentis tuis. Sepe diximus: species terrenarum rerū
indicia nobis celestium demōstrare virtutū: quia non
poteramus quicq̄ de illa maiestate cognoscere: nisi no
bis de ipsa aliquid per mundanas similitudines appa-
reret. Et ideo posteriora versiculi istius prima fronte
declaremus: vt noīa que precedunt clarius elucescant.
Sanctū dn̄i corpus: quoddā deitatis fuisse cognoscit
vestimentū. Nam sicut vestibus cooperiunt membra
mortalium: ita ⁊ maiestas verbi: infidelium oculis car-
nis velamine videbatur abscondi. Ab hoc ergo vesti-
mēto/id est incarnationis arcano: cōgrue venisse dicit
myrrha gutta ⁊ casia. Myrrha mortē significat quam
pro hominū salute suscepit. Gutta vero que dr̄ amo-
niaca: duricias curat ab aliqua necessitate ꝯtractas: q̄
pulchre incarnationi dn̄i comparat: q̄r duriciā cordis
humani sancta predicatione dissoluit. Casia que a no-
stris fistula dr̄: redēptio generis humani ꝑ aquā baptis
matis indicat: qm̄ hoc herbe genus aquosis locis dici
tur inueniri. His rebus etiā odor inest suauis: vt meri-
to sancte incarnationi ⁊ virtus herbarū ⁊ odoris suaui
Canti. i. tas cōparet: sicut in canticiscanticoꝝ spōsa dicit. Post
odorē vnguentoꝝ tuoꝝ curremus. [A domibus ebur-
neis: ex q̄bus te delectauerūt filie regū in honore tuo]
In quarto modo: a ꝑsona sponse laus sumitur christi.
Dicit em̄ ꝓpheta: vn̄ veniat sponse gloriosissima pul-
chritudo: que ad dn̄i dexteram locata cōsistit/id est A
domibus eburneis: qđ significat ornata palatia: q̄ co-
pioso ebore vestiuntur. Sed ebur: nō ad solas diuitias
itelligamus aptatū: s; qm̄ elephas cuius hec ossa sunt
nimie castitatis asseritur: qui inter quadrupedia ⁊ sen-
su plurimū valet: ⁊ tēperanter miscetur femine sue: ⁊ cō
iuge secunda non vtitur. Hoc pudicis feminis decen-
ter aptatū est: quia ille in domibus eburneis mansisse
noscuntur: que per castitatē christi dn̄i precepta secute
sunt. Hanc enim translationē ꝓbauerūt doctissimi pa
tres: Augustinus ⁊ Hieronymus. Ex q̄bus te delecta
uerunt dicit/id est ad te non proprio cucurrerunt iudi-
cio: sed tua delectatione perducte sunt. Filie regū/siue
hominū fideliū qui regunt corpora sua et ꝑducunt fi-
lias que sacro baptismate generant/siue imperantiū:
qđ frequenter cōtingit: vt relicto palatij dn̄atu fibulis
pricipū eligant diuina seruitia. Ideo enim addidit In
honore tuo: vt religiosam mentem tali designaret iudi
cio. Non enim in honore patrum suorū delectate sunt:
sed in honore dn̄i saluatoris. [Astitit regina a dextris
Al. circun- tuis in vestitu deaurato: † circūamicta varietate]. Mi
data. rabili thorum relatione describit. Que figura dicitur
SLHE. characterismos: hec latine (sicut sepe diximus) descri-
ptio vel informatio noiatur. Ante oculos em̄ intelligē
tie reddit: que aspectu corporeo non videntur. Prius
enim sponsi pulchritudo laudata est: Postea virt⁹ eius
asserta. Tertio sedes ipsius potestasq̄ narrata est. Et
quia nuptiale gaudiū agebatur: odoris suauissimi spe-
cies sub mysticis interpretationibus noscunt adhibi-
te. Quarto dicit ipsius quoq̄ regine vnde veniat mi-
rabilis pulchritudo: tunc ad diuinā dexteram ornata:
preciosis virtutibus collocatur: vt ois anima fidelis in
supnā contēplationē porrecta/celestia vota cōspiciat:
sciatq̄ qualem illi in terris debeat exhibere reuerētiā
quā in celo sic intelligit honoratā. Ipsa est regina que
in canticiscanticoꝝ dicit: Osculet me osculo oris sui: ⁊ Canti. i.
cetera que mysticis enigmatibus ille text⁹ eloquitur.
Et considera: q̄r sedē superius laudauit dn̄i saluatoris.
hic autē a dextris astitisse reginam dicit: q̄r dextera ho
norabilis pars est spōsi: quē caput cōstat esse ecclesie.
Sequitur In vestitu deaurato. Aurum ad charitatis
debemus aptare fulgorē: qua virtute circūdata sancta
resplendet ecclesia. Et ne solam ibi itelligeres esse cha
ritatē: In vestitu dixit deaurato/nō aureo. Deauratū
em̄ dicimus/qn̄ supducta species auri in aliqua mate-
ria glutinatur. Ideo aūt supra ꝟtutes alias gr̄a chari
tatis apparuit: q̄r oia ei⁹ fulgor excellit. Addidit Cir-
cūamicta varietate. Perscrutemur cur ecclesia dei de
vestis varietate laudetur: cui totum simplex conuenit
atq̄ vnum? Sed hic varietatem/aut linguas multipli
ces significat: (quia omnis gens ꝭm suam patriā in ec-
clesia psallit auctori) aut virtutum pulcherrimā diuer-
sitatē. Ornat enim auro apostoloꝝ/argento propheta
rū/gēmis virginū/cocco martyrum/purpura peniten-
tium. Ista est ergo varietas vnitatis: que oculis domi
ni ex omnibus gētibus pia conuersatione placitura cō
texitur. [Audi filia et vide ⁊ inclina aurē tuam: ⁊ obli-
uiscere populum tuum ⁊ domū patris tui]. Spōsi lau
de cantata/nunc sponse preconia totidem modis: sed
longe submissius atq̄ humiliter offerunt. Decebat em̄
vel secundo gradu illaudatam non relinquere: que tali
ac tāta meruit copulatione gaudere. Prim⁹ ergo istius
laudis modus est a specie: sicut inferiore versu declara
tur. Nunc ad exponenda verba veniamus. Stanti er-
go ad dexteram domini vbi beatorum locus est: dicit
Audi/id est prophetas: qui icarnationē domini vera-
ci professione cecinerunt: quatenus audita crederet: et
credita mox videret. Filiam vero merito propheta vo
cat ecclesiam: quia eius predicationibus sanctis geni-
tus est populus christianus. Et vide/sub gratulatione
dicendum est: qm̄ sponsus qui tibi promittebat adue-
nit in quo est amor: gloria ⁊ gaudium tuum. Sequitur
Et inclina aurē tuam. Qđ oportebat ecclesiā facere:
vt honorabiliter ꝓphete verba ꝑciperet. Obliuiscere
vero dixit populū tuum/id est desere: et a tuis animis
aliena effice cōuenticula paganorum: siue supstitiōes
insanissimas iudeoꝝ. Domum Babyloniam significat
que cōtra ecclesiā christi nequissimis figulis gaudet: ⁊
in hoc mundo possidens confuse plebis animum par-
tem sibi vendicat ꝑditorum. Patris tui/diabolū dicit:
qui reuera illam confusionis domum ꝭm nominis sui
interpretationē noscit possidere. Sed cōsidera q̄ hec
ecclesia tunc ibi morabatur: cum celestis spōsi gratiā
non haberet: vnde fusca legitur. Tunc autē nimia pul-
chritudinis decore ꝑfusa est: quando eam dn̄s de gēti-
bus est dignatus eligere. [† Quoniam concupiuit rex Al. et cōcu
† speciē tuā: † q̄r ipse est dn̄s deus ⁊ adorabūt eū]. Hic piscet.
est modus laudis quē superius dixim⁹ ab specie. Rex Al. decorē
itaq̄ iste saluator est dn̄s: qui cōcupiuit ecclesiā preua- tuum.
ricationis culpa in sorte diaboli constitutam: quā spe- Al. quoniā
ciosam fecit ipse/non repperit: sed feda erat. Fetebat/
cum eam tenebat iuasor: pulchra facta est/cum ad suū
remeauit auctorem. De qua legitur Que est ista que
ascēdit dealbata? Et considera q̄ hec sponsa quasi si-
mili laudatur initio: sicut superius de sponso dictū est.
Speciosus forma pre filijs hominum. Sed ille in spe-
cie sua habere dictus est pulchritudinem singularem:
hec vero ideo pulchra est: quia sibi eam sociauit spon-
sus. Sic totum varie distincteq̄ dicitur: Quis ipsis li-

neis et sponsa laudatur. Sequitur Quia ipse est domi
nus deus tuus. Non ille quem patrem dicebas: nõ qui
te fecerit tenebrosam: sed iste est dñs deus tuus q̃ pri-
stinam submouens feditatẽ: pulchritudinẽ tibi cõtulit
nuptialẽ. Infertur quoqȝ sentẽtia salutaris: Et adora-
bunt eum / id est oẽs populi qui te sua cõgregatiõe san
ctam ecclesiã reddiderũt: ipsi adorabunt non te sed do
minũ: q̃r honor tuus in illo est: et beatitudo tua est eius
Al. Et — gloria sempiterna. [† Filie tyri in muneribus: vultum
tuum deprecabunt oẽs diuites plebis]. Venit ad scdʒ
modũ in quo superius de sponso dicit: Intẽde p̃spere
procede ⁊ regna. Hic aũt dignitas est eccl̃ie deuotos
populos dño supplicare: et sicut ibi potẽtia sponsi de-
scribit: ita ⁊ hic gloria sponse de christi honore declara
tur. Tyrus ciuitas est non longe ab hierosolymis con
stituta: sed filiarum istius vocabulo ciuitatis animas
mauult significare fideliũ. Non eñ sola tyrus filias p̃-
tulit fideles: sed etiã totius mundi adunata diuersitas.
SCHE. — Quapropter hoc schema dicitur A parte totum. Filie
itaqȝ gentiũ in muneribus vultũ deprecant ecclesie: q̃ñ
elemosynas pia voluntate distribuũt. Ipsa sunt enim
munera: que diuinitati nimiũ p̃bant accepta. Tũc eñ
in vultũ ecclesie / id est in christiani populi faciẽ intẽdi-
mus: q̃ñ maiestatẽ christi pijs fletibus exoramus. Oẽs
diuites plebis: iungendũ est superioribus: vt sit istud
SCHE. — Hiperbaton / id est trãscẽsio. Filie tyri: oẽs que sunt di
uites plebis in muneribus vultũ tuũ deprecabunt. Or
do eñ hic verboꝝ preposteratis sermonibus explana-
Al. regis. — tur. [Oĩs gloria eius filie † regum ab intus: in fimbrijs
aureis circũamicta varietate]. Vides queãdmodũ in
ecclesie preconio p̃seuerat. Gloria est siquidẽ ecclesie:
q̃ñ filie principũ / siue iustoꝝ cõuertunt ad dñm: ⁊ secre
ta se cupiũt deuotiõe cordis offerre. Abintus eñ signi
ficat secreta sensuum non cõcrepantiã labioꝝ: vbi ite-
rior homo tacita cogitatiõe reuoluit: q̃d ad diuina my
steria p̃tinere cognoscit. Sic enim ⁊ in canticis cãtico-
Canti. 2. — rũ de ecclesia dictũ est: Introduxit me rex in cubiculũ
IDI — suum. Istã locutionẽ: filie regum abintus inter p̃pria
legis diuine cõnumera / quam in cõmune non inuenis.
Sequitur In fimbrijs aureis circũamicta varietate.
Fimbrie sunt finitima vestium: que in stamine colligate
tanq̃ȝ capillorum segetes dependent: per quas homi-
num vita significatur extrema. Hec non deaurata (vt
supra) sed nunc illi esse aurea p̃fitet: q̃r in fine tota p̃fe-
ctio est vbi charitas non tanq̃ȝ deaurata conspicit: sed
iam plenissima tanq̃ȝ aurea reperitur. Circũamicta ve
ro varietate dicit: p̃pter varias virtutes fideliũ / quas
superius cõstat expositas. Quibus diuersitatibus in-
duta: necesse est discolori amictu catholica vestiat ec-
clesia. Hoc et vestis illa significauit aaron: que auro /
purpura / bysso / cocco / hyacintoqȝ cõtexta est. [Addu-
centur regi virgines post eam: proxime eius afferẽtur
tibi]. Sicut tertio spõsus a iudicio predicatus est: ita
et hic tertio loco a membris suis sponsa laudat. Et vi-
deq̃ȝ potenter ordinẽ seruat. Adducentur regi virgi-
nes post eam / post ecclesiam vtiqȝ: q̃r prius fuit vt eius
vnitas diceretur: et post enumeratio partium distincta
proueniret. Et intuere q̃d dixit Adducentur: vt domi-
ni gratia declaretur: qua nos ad se adducit / quãdo nos
Joan. 6. — miseratus aspexerit: sicut in euangelio dictum est. Ne-
mo venit ad me: nisi pater attraxerit eũ. Sed que vir-
gines ante conspectum dñi adducuntur? Fideles scili-
cet: ⁊ pudica se mente tractantes. Nam quid proderit
cuiq̃ȝ corpus intactum seruare: si contingat eam inte-
gritatẽ fidei non habere? Sequitur Proxime eius af-

ferentur tibi. Afferẽtur tibi: deo dicitur. Proxime sunt
autem ecclesie / id est vidue caste: que gradu inferiore
iunguntur. Nam cum virginitas habeat centesimum
fructum iste sexagesima vbertate gloriãtur. Et vide in
ipsis nominibus non minimam esse distantiam. Virgi-
nes dixit adduci: que corporis itegritate robuste sunt.
Viduas afferri: que plerũq̃ȝ fracte a diuersis sollicitu-
dinibus: corporis imbecillitate fatigantur. [† In leti- — Al. ob
cia et exultatione: adducentur in templum regis]. Vt — tur.
copiosa munera sancte ecclesie conferenda mõstraret:
dicit eam in leticia et exultatione angelorum ministe-
rijs adducendam: et non solum ad conspectũ: verũetiã
in penetralibus regis / id est in Hierusalem futurã: vbi
venisse beatum gaudium est: ⁊ gloriosa securitas. Me-
rito ergo dictum est: Adducentur cum leticia et exul-
tatione: quia sexus ille fragilis vicit grauissimas cor-
porum passiones. [Pro patribus tuis nati sunt tibi fi-
lij: constitues eos principes super omnẽ terram]. Ve-
nit ad quartum modum: in quo supra descriptum est a
gradibus eburneis ecclesiam venisse: que ad dexterã
regis ornata constiterit. Nunc autem potenter expo-
nitur quanto incremento hec sponsa profecerit: vt pro
antiquis patribus / id est idolorum cultoribus: nati sint
illi filij apostoli: quos principes predicationis in toto
terrarum orbe transmisit. Sed quantum sunt ista dis-
paria: tantum laudatur ecclesia. Illi enim erant sedu
ctores erroris: isti magistri veritatis. Illi seminabant
exitia: isti hortabantur ad vitam. O laus dignantis
leticie: quale fuit hostes complexos fugere: et tonan-
tis nuptias inuenire. Qui locus merito dicitur laus
a prole: quoniam hic posteritas predicatur. [Memo-
res erunt nominis tui † in omni generatione et † pro- — Al. do
genie. Propterea populi confitebuntur tibi in eternũ: — Al. ge
et in seculum seculi]. Memores dicit populos christia — tione.
nos: qui in eius predicationibus per diuersas homi-
num generationes pijs voluntatibus perseuerant. Mi
rabilis gloria summumqȝ preconium: inter hominum
tam multiplices successiones nunq̃ȝ finem laudis ac-
cipere. Sequitur Propterea populi confitebuntur ti-
bi. Omnis enim christianus cum symboli sacramen-
ta reddiderit: in ecclesie facie confitetur. Que confes-
sio fit eterna: quia vera et pia est. Nam quod addidit
In seculum seculi: futura significat quãdo omnis ad-
uersitas conquiescet: ⁊ regnat sola iusticia diaboli con
tra ietate deleta.

Conclusio.

Ecce epithalamium gloriosum: psalmi-
graphi exultatio-
ne completum est. Ecce sponsi laus sponseq̃ȝ admira-
bili varietate celebrata est spiritualis copula: coniu-
gium in virginitatibus perseuerans / amor castus / cha
ritas eterna / vinculum q̃d nullo fine dissoluitur. Hic
prophetarum tympana sancta exultatione cõclamãt:
hic apostolorum organa dulcissima societate respon-
dent. Hic martyrum cithare / nõ chordis: sed virtuti-
bus canunt: hic sanctorum chorus spiritualibus fistu-
lis gratissimum permulcet auditum: hic talis musica
geritur: per quam humana leticia cuncta vincatur. Pa
sti sumus o bone rex cõuiuio nuptiali delitias celestes
haurientes: presta nobis sponse mirabilis: vt qui hic
spe letati sumus: in futuro perfectissimo gaudio com-
pleamur. Hunc etiam psalmum: et beatus Hierony-
mus ad principiam virginem scribens: mirabili vt as-
solet nitore tractauit. Quẽ ideo cõmemorandũ esse pu
tauimus: vt q̃d a nobis minus fortasse declaratum est:

illius viri doctissimi explanationibus suppleatur.
¶ Explicit expositio in psalmum. 44.

¶ In finem filijs chore pro arcanis Psalmus. xlv.

DEus noster refugiũ et virtꝰ:
adiutoꝛ in tribulationibus q̃
inuenerũt nos nimis. Pro=
pterea nõ timebimus dũ tur
babit terra ⁊ trãsferent mon
tes in coꝛ maris. Sonuerũt
et turbate sunt aque eoꝝ: cõturbati sunt mõ
tes in fortitudine eiꝰ. Fluminis ĩpetus letifi
cat ciuitatẽ dei: sctificauit tabernaculũ suũ
altissimꝰ. Deus in medio eiꝰ nõ cõmouebit:
adiuuabit eã deꝰ mane diluculo. Conturba
te sunt gentes ⁊ inclinata sunt regna: dedit
vocẽ suã mota est terra. Dñs ꝟtutũ nobiscũ:
susceptoꝛ noster deꝰ iacob. Uenite ⁊ videte
opa dñi que posuit ꝓdigia sup terram: aufe
rẽs bella vsq̃ ad finẽ terre. Arcũ conteret ⁊
cõfringet arma: ⁊ scuta cõburet igni. Uaca
te ⁊ videte qm̃ ego sum deꝰ: exaltaboꝛ in gẽ
tibus ⁊ exaltaboꝛ in terra. Dñs virtutũ no=
biscum: susceptoꝛ noster deus iacob.

IN finem notũ est quẽadmodũ ad dñm xp̃m
possit referri: Filios aũt chore significari di
cimꝰ xp̃ianos: ex quoꝝ ꝑsona psalmꝰ iste cã
tat. Pro arcanis ꝟo aduentũ dñi significat
saluatoꝛis: quẽ diuinitatis sue mirabili secreto pro
hominũ salute disposuit. Diuisio.

FIlij chore qui fideles debẽt intelligi xp̃ia
ni Primo mẽbro psalmi nõ se timere ꝓfi=
tent cõturbationes seculi: qꝛ deꝰ refugiũ
eoꝝ ꝓbat ⁊ virtus. Scd̃o xp̃m dicũt ap=
parere in medio eccl̃ie sue qui eã in seipo
tãq̃ in solidissima petra edificare dignatus est. Ter
tio credẽtium turba gñaliter inuitat ad diuina ma=
gnalia cõtuẽda: dicẽtes oĩpotentẽ deũ: arma nequi=
cie cõfringere/ bella remouere/ ⁊ tristiciam fideliũ in
eterna gaudia cõmutare. Expositio.

DEus noster refugiũ ⁊ virtus: adiutoꝛ in tri
bulationibus que inuenerũt nos nimis].
In ipso principio psalmi: cathegoricꝰ no
SYL. bis syllogismus arridet. Dicit eni In tri=
bulationibus que inuenerunt nos nimis:
deus noster refugiũ ⁊ virtus ⁊ adiutoꝛ est. In tribu=
lationibus nõ timebimus cũ cõturbata fuerit terra.
In tribulationibus igitur que inuenerũt nos nimis
nõ timebimus cũ cõturbabit terra. Nũc minutatim
dicta tractemꝰ. Quã pulchra breuisq̃ cõplexio: qua
si interrogarent: quid est deꝰ noster? respõdent refu=
giũ ⁊ virtus et adiutoꝛ. Hec species definitionis est
DEF. quinta: que grece Cata antilexin: latine aduerbium
vel ad verbũ dr̃: quotiẽs vnãquãq̃ rem verbis singu
gulis quid sit ostendimus. Additũ est Noster ꝓpter
falsissimos xp̃ianos: quoꝝ deꝰ non solet esse refugiũ.
Refugiũ ergo fideliũ est: qñ eos de aĩe periculo libe=
rat. Uirtus qñ stabiliter mẽtes eoꝝ ab iniquo seculi
erroꝛe custodit. Sequit Adiutoꝛ in tribulationibus.
Hic misericoꝛdia superne maiestatis per diuersas
diffinitiones exprimitur: que in tribulationibus ⁊ su
scipit ⁊ defendit. Tribulatio ꝟo pia deum nobis mi=
sericoꝛdẽ facit: reatũ soluit: ⁊ tũc specialiter subuenit
cũ nos de se cõfidere velle cognoscit: sicut dicit apo
stolus Tristicia eni que ꝫm deũ est: penitentiã in sa= 2. Corin. 7.
lutẽ stabilem operat. Et ne has tribulationes leues
putares: addidit Que inuenerũt nos nimis: vt nichil
mediocre crederes: qđ nimiũ fuisse sentires. Conue=
nienter aũt pericula exaggerata sunt: vt eoꝝ destru=
ctoꝛ potẽtissimus appareret. [Propterea nõ timebi
mus dũ turbabit terra: ⁊ transferentur mõtes in coꝛ
maris]. Tẽpus illud predicte tribulationis exponit
qñ aduẽtu dñi saluatoꝛis cũ de nouitate tanti mira=
culi iudeoꝝ coꝛda turbata sunt sancti viri timere nõ
poterãt qui in eius noĩe ac virtute presumebãt. Se=
quit Et transferent montes in coꝛ maris. Hoc vtiq̃
factũ est: qñ montes. i. apl̃i relictis incredulis iudeis
in coꝛ maris: hoc est ad predicandũ gentibus trãsie=
runt: sicut in actibus apl̃oꝝ legit Uobis quidẽ opoꝛ= Act. 13.
tebat loqui verbũ dei: sed qꝛ repulistis illud et indi=
gnos vos iudicastis eterne vite: ecce cõuertimur ad
gentes. Quo exemplo aduertimus: mõtes illos pio
acumine preminentes: ⁊ fidei soliditate firmissimos
in coꝛ maris. i. ad fidẽ oĩm nationũ fuisse trãslatos.
Et inspiciẽdum ꝙ aride terre perfidiam iudeoꝛum:
aquis ꝟo salsie credulitatẽ gentiũ cõparauit: vt illa
coꝛda in malum durata cognosceres: hec aũt euãge
lio sale cõdita veraciter estimares. Coꝛ eni non ha=
bet mare: sed hoĩes. [Sonuerũt ⁊ turbate sunt aque
eoꝛum: conturbati sunt montes in foꝛtitudine eius].
In superioꝛi sensu permansit. Adhuc eni illa pertur
batio exponit: que facta est de aduentu dñi xp̃i. So=
nuisse dicit apl̃os predicatiões suas: quasi alicuius
fragoꝛis robustissimam vocem: que nõ tm̃ auribus:
quãtum mentibus insonaret. Que tẽpoꝛe turbatas
asserit aquas. i. seculi huius innumeras gentes: que
de tali fuerũt admiratione perterriti. Hec figura dr̃
Parabole. i. comparatio: cum res genere dissimiles SCHE.
qualitatiua cõparatione sociamus. Sed intuẽdum:
qm̃ hoc per decoꝛem pulcherrime cõparationis di=
ctum est. Tunc eni aque plurima confusione turbã=
tur: qñ in marinis visceribus cõstructoꝝ deijcit mul=
titudo: ⁊ grandẽ sonitũ reddũt cum magno põdere
fluenta percusserint. Hoc vtiq̃ contigit: qñ apl̃oꝛum
grandisona predicatione totus mũdus intremuit: ⁊
ad dñi se credulitatẽ limpidato postea coꝛde reuo=
cauit. Sequit Conturbati sunt montes in foꝛtitudi=
ne eius. Hic altos mõtes dicit: hoc est seculi potesta
tes. Nam ⁊ in bono accipiunt: ⁊ in malo: sed mõtes
dei stabiles atq̃ decoꝛi sunt: mõtes ꝟo diaboli mu=
tabiles atq̃ squalidi. Potestates eni mũdane turba
te sunt: qñ ꝯtra religionẽ dei leges pagani pꝛincipes
sacrilegas inferebãt. [Fluminis ĩpetus letificat ci=
uitatem dei: sctificauit tabernaculũ suũ altissimus].
Superius terroꝛes habitos dixit: quos de predica=
tione noua mundus accepit: nũc beneficia que colla
ta sunt eccl̃ie de aduentu dñi saluatoꝛis edicuntur:
vt merito diuisionẽ dia psalmatis immutatio sensus
acceperit. Intuere que dicuntur qua pꝛopꝛietate di
stincta sint. Ciuitas dei impetu fluminis letificata
requieuit. Et vt istũ fluuium irrigatoꝛem cognosce=
res animarum: nõ dicit satiasse: sed letificasse ciuita
tem. Iste nãq̃ est fluuius: de quo ipsa veritas dicit
Qui credit in me non sitiet vnq̃: sed fiet in eo fons Joan. 4.
aque saliẽtis in vitã eternã. Et bene dixit Impetus

fluminis: qꝛ nichil palustre / nichil moꝛosum cursus
ei⁹ sustinet: cū se potētia diuinitatis infuderit. Adie-
ctū est Sctificauit tabernaculū suū altissimus. Ta-
bernaculū altissimi est / siue eccłia / siue humani coꝛ-
poris gł'iosa susceptio: qđ vtrūq; ꝯstat esse sctificatū:
Joan.1. qñ ꝟbū caro factū est: ꝛ habitauit in nobis. [De⁹ in
Al'.mane medio ei⁹ nō comouebiť: adiuuabit eā deus † vultu
diluculo. suo]. Nō sic i medio esse dr de⁹: quasi loci alicui⁹ am
plitudine cōcludať. Jlle eni spacio vllo nō cōcludiť:
qm̄ nō inequabili benignitate: sed equaliter vbiq; to
tus est. Jdeo aūt i medio dr: qꝛ fideles semꝑ intēdit.
Quapꝛopter merito ẜm iusticiā suā in medio eccł'ie
narrať esse deus: qꝛ vniuersos volūtate equabili cō-
tueť. Nec a spectu quis ei⁹ fraudabiť: nisi qui ab eo se
reddiderit alienū. Nō cōmouebiť: de eccłia dicit: cui
Matth.16. singularis data est illa ꝓmissio. Tu es petrus: ꝛ suꝑ
hāc petrā edificabo eccł'iam meā: ꝛ poꝛte inferi non
pꝛeualebūt aduersus eam. Cōmoueri eni nō potest
eccłia: q̄ i solidissima petra: hoc est dño xp̄o nosciť eē
fundata. Sequiť Adiuuabit eā de⁹ vultu suo. i. p̄sen-
tia incarnationis sue: qñ vultus ei⁹ salutaris illuxit.
Adiuuabit eni dixit. i. seculi aduersitate laboꝛātem.
[Cōturbate sunt gētes ꝛ inclinata sunt regna: dedit
Al'.non hz. vocē suā † altissim⁹ ꝛ mota est terra]. Conturbate
sunt vtiq; gētes: qñ cū essent idolis deuotissime: subi
to incognite sibi religionis regulas audierūt. Mul-
tos eni miraculoꝝ opatio cōuertit: multos voce pꝛe
dicantiū iudicij terroꝛ afflixit. Et q̄uis ꝑducerentur
ad bonū: non poterāt animū non habere turbatum.
Sequiť Et inclinata sunt. i. humiliata sunt regna ad
adoꝛādū nō ad cadēdū: qꝛ tm̄ vnusquisq; erigiť: quā-
tū in illa satisfactione curuať. Adiecit Dedit vocem
suā altissim⁹ ꝛ mota est terra. Nō dixit vocē suā ꝓtu
lit: sed dedit / quasi mirabile donū / quasi p̄miale bñfi
ciū. Vocē ꝓo sanctā p̄dicationē dicit: quā ꝛ ꝑ se ꝛ per
apł'os tonitruali virtute ꝑ vniuersum mūdū oipotēs
doctoꝛ isonuit: ad quā necesse fuit tremefieri pctōꝛes
qui terribilia iussa eterni iudicis audiebāt. [Dñs vir
DEF. tutū nobiscū: susceptoꝛ noster de⁹ Jacob]. Breuiter
explanať quid sit oipotens xp̄s. i. dñs virtutū. Vtiq;
cui virtutes celestes seruiūt / cui ois potentia famu-
lať. Audite duri / audite vecoꝛdes. Quid vultis fun-
ditus perire / qui in tāta p̄sumitis maiestate pecca-
re? Sequiť Nobiscū: qm̄ assumpta carne habitauit
in terris. Additū est Susceptoꝛ noster deus Jacob.
Susceptoꝛ est: qꝛ alienis infirmitatib⁹ suā dignatur
adhibere potētiā. Pꝛopꝛie eni de⁹ oim noster dr esse
susceptoꝛ: qñ carnē ꝓ fideliū salute suscepit. Noster
eni bene dicūt filij crucis: qꝛ tm̄ ipsoꝝ est qui ad eius
fidē venire meruerūt. De⁹ aūt Jacob vult intelligi:
tāta eū bñ credētib⁹ collaturū: quāta pꝛestitit ꝛ Ja-
cob. Nō eni de⁹ soli⁹ Jacob de⁹: sed oim qui sibi fide
deuoti sunt. [Venite ꝛ videte opa dñi: q̄ posuit pꝛodi
gia suꝑ terram]. Jnterposito diapsalmate: venit ad
tertiū mēbꝛū: vbi inuitat ppł'os videre magnalia dñi
saluatoꝛis: q̄ fecit incarnationis sue dispēsatione mi
rabili. Venite quippe dū dicit: hoꝛtať eos vt fide dño
pꝛoximenť qui nō poterant videre lōginquū. Nā qđ
addidit Opera dñi: ad magnū nescio qđ spectaculū
vniuersitas aduocať. Quapꝛopter accedamus ala
cri aio: qꝛ vidētes talia fide cōcepim⁹ q̄ nos ꝑducāt
ad gaudia sempiterna. Posuit dixit: quasi signa q̄-
dā collocauit que mūdus cōtuens ad salutis sue re-
media festinaret. Pꝛodigium dictū est: eo ꝙ poꝛro di
ETY. cat bene signis aliquib⁹ vēture nouitatis ostēsio de-
clarať. Que facta est in natiuitate dñi: qñ virgo pe-
perit / stella magis apparuit / angeloꝝ choꝛus natiui
tatē sui dñi p̄dicauit. [Auferēs bella vsq; ad finē ter
re]. Ecce illa opa dñi que ꝓmittebanť edicta sunt: ꝛ
necesse est vt tāta pollicitatio magnū aliqđ exponat
arcanū. Bellatū est cōtra deū: qñ gētilitas sculptilia
simulacra diuersis suꝑstitionib⁹ adoꝛabat: que dñi
aduētu cū suis cultoꝛib⁹ coꝛruerūt. Abstulit ergo bel
la fidei vsq; ad fines terre: q̄ toto oꝛbe gerebanť: ꝛ in
suā pacē redegit: quib⁹ vere religionis munera con-
donauit. Siue hoc hystoꝛica pōt ꝟitate cognosci: qꝛ
natiuitate dñi regnāte Augusto oꝛbis legiť fuisse pa
catus: qđ nō humanis virib⁹: sed xp̄i dñi coꝛꝑali pꝛe
sentia ꝓbať effectū. [Arcū cōteret ꝛ ꝯfringet arma:
et scuta cōburet igni]. Arcus insidie sunt infideliū:
que cōterenť ꝟtute ꝟitatis: qñ ad nichilū insana vo
ta redigenť. Arma hic significāt supersticiosa certa
mina paganoꝝ: q̄ merito dicunť esse frāgēda: qñ fi-
deliū cōcertatione suꝑanť. Scuta: defensiones signi
ficāt ꝑfidoꝝ: q̄ ad liberationē hois celestis ignis in-
cēdio cōcremanť. Sed miles iste diaboli est: cui⁹ ad
salutē arcus cōteriť / arma franguntť / scuta incendio
cōcremanť. Nō eni aliter potuisset euadere: nisi que
putabat sua munimina ꝑdidisset. Siue oia q̄ dicta
sunt (vt quibusdā placet) ad icētiua vicia possunt re
ferri. Erue nos bone rex armis diabolicis: quib⁹ non
defendimur: sed grauamur: ꝛ illo nos spūali gladio
pꝛecinge qui nobis ꝛ salutē cōferat ꝛ munimē. [Va-
cate ꝛ videte qm̄ ego sum de⁹: exaltaboꝛ in gentib⁹ ꝛ
exaltaboꝛ in terra]. Trāslati filij choꝛe ꝓphetie spi
ritu inter sua verba hūc versiculū ex dñi ꝑsona ꝓlo-
quunť. Que figura dr Apostrophe latine conuersio: SCHE.
qñ ad aliā rē subita ꝑmutatione ꝯuertimur. Merito
eni illis dr Vacate: q̄ mūdanis illusiōib⁹ armabanť:
et miliciā diaboli exitiali sibi certamine peragebāt.
Deniq; audire nō poterāt: nisi neq̄ssimis armis de-
positis vacātib⁹ animis ꝛ q̄etis ad salutarē audien-
tiā ꝯuenirēt. Dicit eni Qm̄ ego sum de⁹. Nō ille qui
vos armabat / non ille q̄ vos ad nefanda certamina
perducebat: sed ego sum de⁹ qui exaltaboꝛ in gētib⁹
cui⁹ est vera religio ꝛ nō fragilis altitudo. Et ne foꝛsi
tan exaltādū tm̄ in aliq̄b⁹ gētib⁹ putares: nō etiā in
gente iudeoꝝ: quā terre superi⁹ cōparauit: Addidit
Et exaltaboꝛ in terra: vtiq; in gēte iudeoꝝ: sicut pꝛo-
mittit apł's Dico eni vobis vt nō sitis vobisipsis sa- Roma.
piētes: qꝛ cecitas ex ꝑte israel ꝯtigit: donec plenitu-
do gētiū intraret: ꝛ sic ois israel saluus fieret. Vides
ergo exaltatū ꝛ exaltādū dñm: ꝛ in gētib⁹ ꝛ in natio
ne iudeoꝝ. [Dñs ꝟtutū nobiscū: susceptoꝛ noster de⁹
Jacob]. Redeūt filij choꝛe ad ꝑsonas suas: ꝛ fit psal
mi de repetitione ꝟsus decoꝛa ꝯclusio. Talē siquidē
ꝓfessionē ideo scđo repetūt: vt ꝑ eā nobis liberatio-
nē pꝛestitā fuisse declararēt. Deus aūt Jacob ideo
frequēter apponiť: vt xp̄iani populi victoꝛia decla-
reť: qui lꝫ sit tēpoꝛe posterioꝛ: pꝛimū tm̄ populū fideli
deuotione transcendit.

Conclusio.

Quam breuis ac remediabilis psalm⁹ eluxit: cuius si dño pꝛestāte cōfidentiā sumi-
mus / spinosa huius mūdi animi virtute transcendi-
mus / fitq; nobis qđ legiť: auxiliū de tribulatiōe. Est
eni hic ois spes in aduētu dñi xp̄i per quem nobis ꝛ
eccłia fundata est: ꝛ miracula magna patuerūt. Ab
stulit eni superstitionū bella qui dixit Pacem meā Joan.14.
do vobis: pacem meam relinquo vobis.

Explicit expositio in psalmum. 45.

¶ In finẽ pro filijs chore psalmus. xlvi.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultatiõis. Quõ dñs excelsus terribilis: rex magnus sup oẽm terram. Subiecit pplos nobis: et gẽtes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatẽ suã: speciem iacob quã dilexit. Ascẽdit deus in iubilo: et dñs in voce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite. Quõ rex ois terre deus: psallite sapiẽter. Regnabit deus sup gẽtes: deus sedet sup sedẽ sanctam suã. Principes pploꝝ congregati sunt cũ deo abraã: qm dij fortes terre vehementer eleuati sunt.

Omnia quidẽ noia tituli istius retinẽtur exposita: sed hoc lector studiose semp intẽde: vt ad causas psalmoꝝ noim istoꝝ significãtias aptatas intelligas. Nã si textũ psalmi diligẽtius intuearis: nullũ ex eis verbũ vacare posse deprehẽdes. Quapropter euenit: vt mõ diuersitas / mõ silitudo titulorum dñm saluatorẽ intẽdere videatur: sed dum diuersum est: fastidiũ releuat: cũ vnũ intelligentie nre actẽ stabili firmitate cõsolidat: sic vtrũqȝ noscitur esse pficuũ: qd edictũ constat pro salute cunctoꝝ. Loquuntur autẽ et in hoc psalmo filij chore: quos vexillo crucis mater signat eccła. Diuisio.

Uñuis ex psona filioꝝ chore totus hymnus iste cantetur: sitqȝ gratissima breuitate succinctus: diapsalmatis tñ interpositiõe diuisus est. Primo modo cõmonentur gentes: vt dño laudes debeant personare: qr populo acquisitionis cuncta subiecit: et in hereditate sua pius arbiter collocauit. Scdo ascẽsio dñi et regnum eius sub breuitate describitur: quo sancti ipsius sunt nichilominus sine fine potituri. Expositio.

Omnes gẽtes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis]. Cũ sit ꝯsuetudo luxuriãtiũ elisis manibus psonare: et in aurium iocũditatẽ p eas melos quoddã sine officio sermonis exprimere: plausum istũ spũaliter debemus accipere: qualẽ et filij crucis potuerũt dicere: et nos optz audire. Plaudunt ergo manibus / q elemosynas faciũt / q egrotis pro miseratione seruiũt / q aliqd mãdatũ pbis actionibus operãtur: aliud ve tale qd ad dñi gratiã possit ptinere. Iu-
ETY. bilare vo gaudere est. Qui sermo dictus est a iuuando .i. delectãdo: qm gaudiũ nostrũ nõ articulatis sermonibus: sed cõfusa voce pferimus. Et ne in solis talibus gaudijs hereremus: addidit In voce exultationis: significãs psalmodiã q deo p nois sui maiestate psoluitur: pfectissime cõmonẽs vt laudẽ dei sic manus pagat: quatenus gloriã eius humana lingua non taceat. Decet eni vt pcepta dñi sui et lingua canat et manus
Al. dñs excelsus. opet. [Qm † deus summus terribilis: rex magnus sup oẽm terrã]. Reddit causas: quare dño et plaudi de-
SCHE. beat et iubilari. Que figura dr Ephexegesis .i. explanatio dicti superioris. Primũ: qr summus est deus. Terribilis: qr ipse iudicaturus est mundũ. Rex magnus: qm rex regũ et dñs dñantiũ est. Ipse est eni de q scriptũ
Mar. xv. est in titulo passionis Rex iudeoꝝ. Uerũ est qm ipoꝝ rex fuit: sed et cũctarũ gẽtium: qr et creator et administrator est oim. Et ideo ne tm putaretur fuisse iudeorũ: regẽ dicit oim ee terraꝝ. Aduertãt iudei potẽtiã dñi ab angustijs suis lõge latiusqȝ diffusam: et colere nõ desinãt eũ: cuius vbiqȝ ee audiũt pncipatũ. [Subiecit pplos nobis: et gẽtes sub pedibus nris]. Hoc ad vniuersos ptinet xpianos: q diuinã grã hre meruerũt. Populos et gẽtes: significat eos q extra ecclesiã latitare noscũtur. Qui eni iustis spũaliter subiecti sunt: q eoꝝ merita eqparare nõ pñt. Sed hoc magis spũaliter debemus aduertere: ne qua elatio (qd absit) sctõs viros cõtingere videatur. Pedes significãt sctissimas pdicatiões: qb ppli merito dicebãtur ee subiecti: qrũ regulis tenebantur astricti: sicut Isaias ppheta dicit
Isa. lii. Quã speciosi pedes euãgelizãtiũ pacẽ. [Elegit nobis hereditatẽ suã: specẽ Iacob quã dilexit]. Elegit nobis subaudiẽdũ est dare: vt q venerat ad israeliticũ pplm saluãdũ: hoc magis gẽtibus pia largitate ꝯcederet. Quã silitudinẽ necesse est i mediũ reuocare: vt rei vitas euidẽtius possit agnosci. Esau carnalis cibi vanitate pellectus: a fratre suo Iacob lẽticulã postulauit. Cui ille rñdit sic ee faciẽdũ: si ei a germano suo pmogenitoꝝ gła cederet. Ille terrenarũ rex auidus inqsitor cessit honorẽ suũ. Eoqȝ facto ꝯtigit: vt Iacob felici cõmercio carnalia offerret: qtenus spũalia ꝯquirere potuisset. Ipsa est eni spẽs Iacob: quã dñs nimis dilexit: vt et fideles famulos suos eadẽ facere vellet: q ille sequẽda mystica significatiõe pmonuit. Sic eni xpiani vere dicimur: sz offerẽtes terrena celestia ꝯquiramus. [Ascẽdit deus i † iubilatiõe: dñs in
Al. iubilo. voce tube]. Uenerũt filij chore ad scdz modũ vbi tps illd pia laude ꝯcelebrãt: qn corpalibus oculis ascẽsio dñi głiosa vitate ꝯspecta est. In iubilatiõe vo pptea dictũ est: qm stupẽtes apłi tale miraculũ ieffabili cordis leticia replebantur: qrũ felicibus oculis datũ est ad celos eũtẽ videre dñm saluatorẽ. Iubilationẽ vo diximus: nimiã qdẽ ee leticiã: sz nõ q sermonibus explicatur. Vocẽ qz tube: vba significãt angeloꝝ: q magno strepitu pcussi aeris fragore tonuerũt. Tũc eni de tali vi-
Act. i. siõe apłis stupẽtibus dixerũt ãgeli Uiri galilei qd admiramini: hic iesus q assumptus est a vobis: sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ eũtẽ i celũ: vt mũdus firmius crederet: qd talibus pconibus insonaret. [Psallite deo nro psallite: psallite regi nro psallite]. Non vacat qȝ totiẽs iste smo repetitur. Agnoscitur eni qȝ vtile: qȝ salutare sit opus: qd tã crebra voluit iteratione repetere. Que figura dr Epẽpasis quotiẽs ad decorẽ geminã-
SCHE. DEF. dũ vba repetuntur. Psallere eni est bonis actionibus laudes do canere. Qd sibi bñ exhibeatur: ẽt cũ ãgelis nobis pbatur ee cõe: q dei pconia iugiter spũali exultatione ꝯcelebrant. Sequitur Psallite regi nro psallite. Regi nro .i. xpo dño dixit: nõ alieno quẽ decet ista laudatio: qm solus est q merito laudes accipiat: qn ipse et vniuersa creat et creata iugiter administrat. [Qm rex ois terre deus: psallite sapiẽter]. Hoc pper illos dicitur: q sibi p singula loca diuersa numina faciebãt: venerẽ in papho / martẽ i thracia / Iouẽ in creta. Debet eni oipotẽs rex vniuersalr coli: q solus creator et liberator esse pbatur cũctoꝝ. Adiecit Psallite sapienter: vt nõ solũ cãtãtes: sed itelligẽtes psallere debeamus. Nemo eni sapiẽter quicqȝ facit: qd nõ intelligit. [† Regnauit dñs sup oẽs gentes: deus sedet sup sedẽ
Al. regnabit deus. sanctã suã]. Uenerũt filij chore ad seculi futuri ppetuã felicitatẽ: vbi iam dicũt dñm gentibus regnaturum. Nam qȝuis et nũc oibus regnet: tunc tñ pprie

regnare dicit: qñ in suis fidelibus manifestius habitare mõstrat. Sup oẽs gẽtes Hierusalẽ celestẽ designat: que ex oibus nationibꝰ adunat. Sequit Deus sedet sup sedẽ sanctã suã/ dñm significat saluatorẽ: q sedet ad dexterã patris: regnãs per secula seculoꝝ. Et intuere ꝙ ipsam sedem sanctã dicit: ne intelligeres aliqua insensata aut rõne carentia: sed virtutes et thronos quibꝰ ille gloriosus regnator insidet. Põt hoc ꝛ de sanctis intelligi. Nã si quis habeat beneficiũ bone ꝯuersationis: ꝛ ipse fit sine dubio sella regalis. Qđ si altius intẽdas: totũ cõtra ꝑfidos đr: vt audita potestate succũbãt qui humanitatẽ eius putãt

Al'.congregati sunt. esse tẽnendã. [Principes populoꝝ † conuenerũt cũ deo abraam]. Principes populoꝝ. i. primarij gentiũ diuersarũ: de quibus principiũ psalmi canit Omnes gentes plaudite manibus. Conuenerũt: ac si diceret

E T y. crediderunt. Conuenire eñi est ad vnum multos venire. Cum deo abraam: hoc est in christum qui deus est abrae. Expulsis enim infidelibus iudeis qui carne tñ nõ operibus erãt filij abrae: plenitudinẽ gẽtiũ intromisit ad illã promissionis beatitudinẽ possidendam quã promiserat abrae ꝛ semini eius. Filij enim ipsius per sanctã fidem facti sunt qui carnis semine

Al'.vehementer. non fuerũt. [Qm dij fortes terre: † nimium eleuati sunt]. Sẽsus iste pẽdet de superiore versiculo. Ideo eñi principes pploꝝ cõuenerũt cũ deo abraã: q fortes terre qui erant ppls dei nimiũ eleuati sunt. i. iudei quibus data fuerat virtus in gentibus erecti cõtra deum scelerata mente tumuerũt: ꝛ facti sunt per superbiam extremi qui per humilitatem potuerunt esse precipui.

Conclusio.

Intueamur textũ psalmi istius verbis non virtutibꝰ breuẽ. Nam ꝛ numerus ipse grãdia nobis sacramẽta declarat. Quadragesimo quippe sexto anno: in mystica interpretatione templũ dño Hierosolymis legimus fuisse perfectũ. Anni aũt isti a veteribꝰ pro diebꝰ sunt positi: qui sexies ꝑfecto numero multiplicati efficiũt dies ducẽtos septuaginta sex: quãtũ in vtero virginali dñs noster ad similitudinẽ humani generis habitasse monstrat. i. a die octaua kalendarũ aprilium: vsq in diem octauũ kalẽdaꝝ ianuariarũ. Merito ergo totus hic psalmus specialiter de dño dictus intelligit: qñ ꝛ eiꝰ numerus predicto modo ad sacramentũ ipsius conceptionis ꝛ natiuitatis cõpetenter aptatur.

Explicit expositio in psalmum. 46.

Psalmus cantici filij chore secunda sabbati. xlvij.

Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri/ in mõte sancto eius. Fundatur exultatione vniuerse terre: mõs syon latera aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domibꝰ eiꝰ cognoscet: cũ suscipiet eã. Qm ecce reges terre cõgregati sunt: conuenerũt in vnũ. Ipsi vidẽtes sic ammirati sunt: cõturbati sunt/ cõmoti sunt/ tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi cõteres naues tharsis. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate dñi virtutũ in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternũ. Suscepimus deꝰ misericordiã tuã: in medio tẽpli tui. Scdm nomẽ tuũ deꝰ sic ꝛ laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua. Letet mons syon ꝛ exultẽt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Circũdate syon ꝛ cõplectimini eam: narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius: ꝛ distribuitẽ domos eius vt enarretis in progenie altera. Qm hic est deꝰ deꝰ noster in eternũ et in seculum seculi: ipse reget nos in secula.

Expositionem psalmi cantici in prefatione posuimus. Item de filijs chore frequẽter dictũ est. Nunc videamus quid significet scda sabbati. Sabbatũ synagogam. i. collectionem debemus accipere iudeorum: que sabbatum obseruare videbatur. Scda ꝟo eius ecclia catholica est. Ideoq verba psalmi huius sacerdotibus tribuunt ad christianos populos educẽdos: quos ꝛ filios crucis haberi posse non dubiũ est: et scdos esse tẽpore post synagogã manifesta ratiõe cognoscimus.

Diuisio.

Cum docendus esset populus deuotus de fide ꝛ gradibus ecclesie custodiẽdis: merito verba huius psalmi pijs sacerdotibus dant: qui in prima positiõe laudes dño dicunt/ ꝙ ecclesiã suam dilatauerit/ ꝛ ꝙ vniuersis regibus terrarum potentiam sue maiestatis ostẽderit. Scda positione gratias agũt de aduentu dñi saluatoris: cõmonẽtes antistites futuros vt gradus in ecclia distribuãt: per quos deus dñs saluator possit agnosci: qui famulos suos eterna protectione custodit.

Expositio.

[Magnus dñs ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mõte sancto eiꝰ]. Considerandũ est quẽadmodũ hec verba per gradus certos admirande dispositionis ascẽdãt. Quod schema đr Emphasis. Primo SCh

posuit Magnus dñs: additum est Laudabilis. Sed ne hoc quoq putares mediocriter esse faciendũ: ponit Nimis: qđ non habet terminũ neq finẽ: sed assiduitate sui semper auget. Magnus ergo: q potẽter oĩa fecit. Laudabilis: q pulchra et mira fecit. Nec tñ sufficit dñm patrẽ nimis dixisse laudandum: nisi ꝛ vbi predicaret ediceret: scz in ciuitate dei nostri. i. in ecclia catholica. Est enim et ciuitas nõ dei nostri: vt Babylonia illa diaboli: vbi non deꝰ colitur: sed magis execrabili demẽtia blasphematur. Quapropter necessarie cõsecutũ est vbi dñs laudaret: ne eũ inter hereticas supstitiones: aut in synagoga veteri putaret aliquis esse predicãdũ. Sed ne vel illud dubitares: vbi esset ꝑdicta ecclia cõstituta: intulit In mõte sancto eiꝰ. Mons aũt sanctus xp̃s est dñs: fundamẽtũ ꝛ culmẽ ecclie sue. Iste mõs sctũs est: de quo Daniel ꝓpheta dicit. Creuit lapis ꝛ factus est mõs: ita vt impleret vniuersam faciẽ terre. Cõsideremꝰ ꝙ hic magnũ quidẽ dñm patrẽ dicat: sed magnꝰ quoq filius nõ tacet: sicut de ipõ ad Titũ scribẽs dicit apls Daniel

Expectãtes beatã spem: ꝛ aduẽtũ glie magni dei: et saluatoris nostri iesu xp̃i. Magnus etiam legit spũs sanctus: sicut scriptũ est in regnoꝝ libro. Ait dñs ad Heliã. Ecce dñs trãsiet ꝛ spiritus magnus ꝛ fortis. Erubescat arrianoꝝ insana persuasio. Qui est rogo minor: cũ pater ꝛ filiꝰ ꝛ spũs sanctus magnus legat Titum 3. Reg. 19

Al. Funda [† Dilatans exultationes vniuerse terre: mōs syon
tur exulta= latera aquilonis ciuitas regis magni]. Ne predictū
tione. montē localē suscipe debuisses: dicit eū oi terre gau=
dia condonare. Quis est eni iste: nisi dn̄s xp̄s qui per
vniuersalē mūdi eccl'iam valuit ꝓfutura gaudia di=
latare? Terrā hic in bono accipe. Significat eni iu=
stos qui copiosa ⁊ eterna premia cōsequunt. Mons
INTER. ꝟo syon (sicut sepe dictū est) designat ecclesiam: que
interpretatione ipsi⁹ nois: sancte speculationis vir=
tute cōpleta est. Latera aūt aquilonis: significāt po
pulos infideles in quib⁹ diaboli regnabat iniquitas.
Isa.14. Ipse eni dixit Ponā sedē meā ad aquilonē: et ero si=
milis altissimo. Sed q: pctōres qui a diabolo tene=
bant obnoxij deo miserāte cōuersi sunt: modo mons
syon: ⁊ latera aquilonis. i. natio iudeoꝝ: ⁊ ppl'i gētiū:
sancta est ciuitas regis magni: hoc est eccl'ia catho=
lica quā de vniuerso mūdo cōstat esse collectā. Ipsa
est scda sabbati: quā titul⁹ dixit. Dicunt qdē ⁊ terra
rū principes reges: magn⁹ aūt rex veraciter dici nō
pōt nisi solus de⁹. Qd aūt dixit Mons syon: et addi=
dit Latera aquilonis ciuitas regis magni: figura est
SCHE. Exergasia. i. quotiēs aliquid breuiter ꝓponit: ⁊ sub=
Al. domi= tiliter ac latius explicat. [Deus in † gradib⁹ eius di
bus. noscet: cū suscipiet eā]. Futurū tp̄s magne illius iu=
dicationis ostēditur: qn̄ dn̄s ecclesiā suā suscipiēs: in
gradib⁹. i. in mēbris suis sanctissimis atq; ꝓbatissi=
mis ipse cognoscit. Tūc eni deus dinoscet. i. potētia
ipsius virtusq; declarabitur: qn̄ eccl'ia illi beatos vi
ros offerre ipso largiēte mōstrabit: dū scōs gradus
meritoꝝ sancta plebs ad dexterā collocat: sicut dicit
.1. Cori.15. apl's Stella ab stella differt in claritate: sic erit ⁊ re=
surrectio mortuoꝝ. Tūc eni in eternā beatitudinem
suscipit: qn̄ illi perpetua gaudia cōcedunt. Ibi deus
dinoscit. i. potētia ipsius virtusq; declarat: cū eccl'ie
sue talia premia sub distinctionib⁹ donat: que nunq̄
finienda depereant. Hic eni credit qd ibi manifesta
visione prestatur. [Qm̄ ecce reges terre cōgregati
Al. non hȝ. sunt: † ⁊ cōuenerūt in vnū]. Hec sunt latera aquilo=
nis que superi⁹ dixit: q: lȝ cōtra deū cōspirata mēte
venerint: multi tn̄ eoꝝ credidisse nōscunt. Reges ter=
re: hoc loco significant principes iudeoꝝ quos hero
des in vnum cōgregās: ab eis ꝑquisiuit vbi xp̄s dn̄s
nasceret. Sed illi cōuenieēter ac cōsentiēter dixerunt
ƀm scripturas sanctas: in Bethleē eum esse modis
oibus nasciturū. Congregati sunt ergo: vt dicerent
quid legerūt Conuenerūt in vnū: q: oēs vnā ꝓtulere
Al. sic. sententiā. [Ipsi vidētes † tūc āmirati sunt: cōturbati
sunt ⁊ commoti sunt]. Ipsi: iudei scȝ qui Herodi di=
xerūt in Bethleē deū nasciturū. Uiderant eni que in
propheta legerāt ⁊ necesse erat: vt admiratio de tan
ta gl'ia nasceretur. Sed ista admiratio nō leuis/non
ociosa fuit. Conturbati sunt: q: se nouerant pctōres.
Cōmoti: q: de tāta maiestate cognoscere meruerūt.
Illos eni cōmotos dicimus: quos ⁊ credidisse testa
mur. [Tremor apprehēdit eos. Ibi dolores vt par=
turiētis]. Pulcherrime consequēs rerū ordo serua=
tus est]. Primo eos dicūt vidisse: postea admiratos:
deinde cōturbatos: ⁊ ad postremū tremore ꝑcussos.
Ipse eni vehemēs pauor est qui ꝑducit hoies ad tre
morē: q: necesse est animū grauiter fluctuare: cuius
corpus a tremore cōtigerit apphēdi. Nec solū istud
in tā magna causa suffecit: sed statim secuta peniten
tia est: vbi dolores cruciāt: tāq; matres parturiētes.
Grauis eni dolor est qui mulierib⁹ pro pena peccati
cōstat indictus. Sed q: ꝑturientis audiuim⁹: fructū
inde putemus cōfessione humili nasciturū. [In spiri
tu vehemēti: † conterēs naues tharsis]. Actus ipse Al. ꝯteres
dn̄ice natiuitatis exponit. Nā vt quidā dicere volue
rūt spūs vehemēs erat: qn̄ herodes de suo regno sol
licitus: magos miserat vt regē natū viderent: sibiq;
cognitū nūciarēt. Sed illis nō ad se redeūtib⁹ neces
se habuit vehemēti spū cōmoueri: ⁊ cōterere naues
tharso cilicie: que p̄dictos magos occulte in suā pro
uinciā trāsposuisse credebant. Qd fieri solet a regi=
bus calūniātibus: vt qm̄ sua desideria implere ne=
queūt: per dāna humiliū tormētaq; discurrāt. Inspi
ce quātū increbuerit ista narratio: quo principio in=
choata: ad quā peruenerit summitatē. [Sicut audi=
uimus † ita ⁊ vidim⁹ in ciuitate dn̄i virtutū: in ciuita Al. sic.
te dei nostri]. Decursis oibus q̄ facta sunt in natiui=
tate dn̄i saluatoris: sequit digna conclusio: ita fuisse
visum sicut fuerat ante ꝓphetatū. Ita ꝟo qd dictū
est: rerū fidē diligēter expressit: q: totū sic constabat
factū: quēadmodū fuerat ⁊ ꝓmissum. Additū est In
ciuitate dn̄i virtutū: vbi ⁊ verū audit: ⁊ ꝓmissum oē
cōspicit. Repetit In ciuitate dei nr̄i: vt catholicā so=
lā intelligeres: ne sibi hoc nomē ⁊ hereticoꝝ cōuenti
cula vēdicarēt. [Deus fundauit eam in eternū]. Ne
istā ciuitatē dei tēporalē debuisses accipere: in eter=
nū ecclesiā dicit esse firmatā: que sola veraciter ciui
tas dn̄i nūcupat. Gaudeāt xp̄iani: ⁊ tota mētis exul
tatione letent: qn̄ audiunt a dn̄o esse fundatā in qua
se firmiter cōsistere posse non dubitāt. Nam lȝ seculi
istius ꝓcella quatiant: iure nō metuit qd transitoriū
cōprobat: sicut apl's dicit Non sunt cōdigne passio= Roma.8.
nes huius tp̄is ad futurā gloriā: que reuelabit in no=
bis. [Suscepimus de⁹ misericordiā tuā: in medio tē
pli tui]. Uenerūt pij sacerdotes ad scdam partē: vbi
magna leticia cordis exultāt. Suscepim⁹ nō debet
generaliter accipi: q: non oēs crediderūt: sed ad ca=
tholicos tm̄ ꝑtinet qui ei⁹ p̄cepta secuti sunt. Mise=
ricordiā dicūt dn̄m xp̄m: qui exorbitanti mundo mi=
sertus est: ⁊ ad hoc tm̄ se voluit videri: vt ois credēs
potuisset absolui. Aptū nomen: certa ꝓmissio: vt ille
misericordia vocaret: qui ⁊ saluator vere dux ⁊ redē=
ptor. In medio tēpli tui: synagogā volunt intelligi
ad quā venerat liberādā: sed eo ppl'o nō credēte: vo=
cate gētes misericordie munera perceperūt. In me
dio tēpli dictū est: vt nō credētiū improbitas graui⁹
arguat qui contēpserūt sequi: quē in medio eoꝝ con=
stat esse conspectū. [Scdm nomen tuū deus † ita ⁊ Al. sic.
laus tua i fines terre: iusticia plena est dextera tua].
Nomen dei in toto orbe terrarū sine dubio creditur
adorandū. Possunt eni aliqui nescire quēadmodum
sit colēdus: nullus tn̄ est qui isti nomini non se putet
esse subiectū. Hoc eni dicunt: sicut in toto orbe terra
rum reuerētia tui nois dilatat: ita ⁊ in ecclesia que ꝑ
totū mūdum distendit deuotio tibi laudis offert. Se
quit Iusticia plena est dextera tua. Locū significat
vbi isti sunt collocandi. Ad dexterā quippe ipsius ve
niunt quicūq; eterna premia consequent. Plena est
ergo dextera eius iusticia: q: in illā partē recipiūtur
qui ipsius munere iusti esse meruerint. [Letet mons
syon ⁊ exultēt filie iude: ꝓpter iudicia tua domine].
Per montē syon: ecclesia catholica significat: que in
terpretatione ipsius nois in speculatione ppl'i noscit
cōstituta. Hec optat letari: q: ex munere ipsius eter
na gaudia possidebit. Filie iude: oēs sanctas femi=
nas declarat. Per iudam eni iustarū feminarum ge
nus ostendit: ꝓpter dn̄m christum qui ex ipsa tribu

carnis propagatione descēdit: ⁊ has petunt exultare: vt in vtroq; sexu ecclesiā dn̄i gauisurā esse mōstrarent. Addūt Propter iudicia tua dn̄e. Ipsa est enim magna causa leticie: vt propter iudicia dn̄i exultent: vbi se ad beatitudinē eternam cognoscunt esse venturas. [Circundate syon ⁊ cōplectimini eā: narrate in turribus eius]. Postq; vtrūq; sexum pij sacerdotes cōmonuerūt: veniunt ad ecclesiasticos ordines: qui domum dei affectuosa deuotione circūdant. Circūdate ad honores pertinet adhibēdos. Complectimini ad charitatē que nomē dn̄i finibus cordis amplectitur. Additū est Narrate in turribus eius: vt a religione sermone cessare non debeāt qui sanctis ordinibus obsecūdant. Et qm̄ ecclesia ciuitas dei est: turres ibidem cōpetenter aptate sunt. i. altitudines et munitiones cōtra hostes hereticos. Sed q2 increduli narrari suadebant qui foris ab ecclesia morabant/ non de domibus/ nō de porticibus: sed de altis turribus dicunt esse predicādum: vnde populus audire possit extraneus. [Ponite corda vestra in virtu-

Al. domos te eius: ⁊ distribuite † gradus ei⁹ vt enarretis in ꝓgenie altera]. Ne anime fidelium audiēdo leticiā et exultationē aliqua remissione lētescerēt: in ecclesie virtute corda dicunt esse reponenda. i. in charitate qua virtute nichil potest esse prestantius: sicut apo-

1. Corin. 13. stolus docet Manent aūt fides/ spes/ charitas/ tria hec: maior aūt horum charitas. Distribuit aūt gradus eccl̄ie qui officia ei⁹ distincta ordinatione disponit. Sunt enim in illa lectores/ sunt subdiaconi/ sunt diaconi/ sunt presbyteri/ sunt episcopi. Et q̄uis vna sit ecclesia: officia tn̄ cōtinet honoꝝ varietate distincta. Hec ergo pij sacerdotes cōmonēt debere distribui: vt per eos in generatione altera magnalia dn̄i debeant predicari. Alteram eni progeniem: significat populum christianum qui ab hebreo quem primum dn̄s elegit secundus esse dinoscitur. [Quoniā hic est deus deus noster in eternū ⁊ in seculum seculi: ipse reget nos in secula]. Hoc est quod ꝑ ordines ecclesiasticos sicut hodie fit: narrari voluerūt populo fideli. Sententia quidem breuis: sed que vniuersa concludat. Hic est deus deus noster: christū significant ostēdentes eum digito tanq; presentem Que

SCHE. figura dicitur Idea: latine species: qm̄ aliquid futurum velut oculis offerentes: motum animi concitamus. Hic eni pronomen articulare est: quod tūc ponitur quādo tensa manu aliquis indicatur. Ipse eni hic mōstratus est: qui ⁊ carnalibus oculis voluit apparere. De quo similiter Hieremias propheta dicit Hic est deus noster: ⁊ non estimabit alius absq; illo. Sequitur In eternū ⁊ in seculum seculi. Contra illos hoc dicendum est: qui sibi temporales homines deos esse inaniter somniabāt/ martem/ mercuriū/ saturnum/ ceteraq; portēta potius dicēda q̄ numina. Ergo deū immortalē sempiternū: sine fine potētissimum xp̄m dn̄m asserunt predicandum: qui in se credentes iugiter ꝓtegit ac defendit. Infertur Et ipse reget nos in secula. Reget vtiq; nos: q2 ipse rex noster ꝓprie ac veraciter dicitur xp̄s. In secula significat sine fine: qm̄ ille quos regendos susceperit (si tamen ab ipso nō deuiēt) sub gloriosa perpetuitate custodit.

Conclusio.

¶ Paterna nobis ⁊ sacerdotalia dicta sonuerūt: vt ab omni parte pulsati ad rectā semitā mereamur adduci. Quanta tibi rex bone cura est hoim: quib⁹ tam multiplicē medicinā dignaris ingerere iussionum? Non vis semel dicere quod humanitatem non pateris ignorare. Undiq; admones/ vndiq; doces: ⁊ fidem nostram per introductas personas clamare facis: vt locus ignorantie funditus videatur abscidi. Merito sanctus tuus Iob dicit Quid faciam tibi o custos hominum? Tu admo- Job. 7.
nes quod querere debeamus/ tu prestas quod nos mereri posse nescimus.

¶ Explicit expositio in psalmum. 47.

¶ In finem filijs Chore psalmus David. xlviij.

AUdite hec oēs gentes: auribus percipite oēs qui habitatis orbē. Quiq; terrigene et filij hoim: simul in vnū diues ⁊ paup. Os meū loquet sapientiam: ⁊ meditatio cordis mei prudētiam. Inclinabo in parabolē aurem meā: aperiā in psalterio ꝓpositionē meā. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me. Qui confidūt in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiarū suarū gloriant. Frater nō redimit redimet homo: non dabit deo placationē suā. Et preciū redēptionis aīe sue: ⁊ laborabit in eternū ⁊ viuet adhuc in finē. Non videbit interitū cum viderit sapiētes morientes: simul insipiēs ⁊ stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorū domus illorū in eternū. Tabernacula eoꝝ in ꝓgenie ⁊ ꝓgenie: vocauerūt noia sua in terris suis. Et homo cum in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumētis insipiētibus ⁊ similis factus est illis. Hec via illoꝝ scādalū ipsis: ⁊ postea in ore suo cōplacebūt. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et dn̄abuntur eoꝝ iusti in matutino: ⁊ auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eoꝝ. Uerūtamen deus redimet aīam meam de manu inferni: cum acceperit me. Ne timueris cū diues factus fuerit homo: ⁊ cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Qm̄ cū interierit non sumet oia: neq; descēdet cum eo gloria eius. Quia aīa ei⁹ in vita ipsius benedicet: cōfitebitur tibi cū benefeceris ei. Introibit vsq; in ꝓgenies patrū suorū: vsq; in eternū non videbit lumē. Homo cū in honore esset non intellexit: cōparatus est iumētis insipiētibus/ ⁊ similis factus est illis.

Tituli huius verba (sicut sepe dictum est) cuncta trahūt ad dn̄m saluatorem. Ipse eni ⁊ per finem significat: ⁊ per filios crucis intelligit: ⁊ per psalmū sine dubio denunciat: vt merito ipsius vocē venturam esse sentiamus: cuius tot indicijs lampabilis sermo promittitur.

Diuisio.

PEr totũ psalmũ sunt ꝟba oĩpotẽtis filij. In
prima sectione dicit: qualia locuturus vel
que prestaturus sit fidelibus tpe incarna-
tionis sue. Scda memorat stultis ⁊ insipiẽ
tibus quãta vẽtura sint. Tertia dicit: que
iustos ipsosq̃ secutura sunt. Quarta cõmonet fide-
les: ne timeãt diuites terraꝝ: qꝛ oẽm potentiã suã cũ
luce derelinquunt.

Expositio.

AUdite hec oẽs gẽtes: auribus ꝑcipite oẽs
qui habitatis orbẽ]. Admonet vniuersitas
vt indiscrete veniat ad audiendũ: qꝛ deus
sine vllius acceptiõe ꝑsone bonus est: nec
vult paucis ꝓdesse: ⁊ alios qui tñ eũ puro
corde requirũt sub dissimulatiõe negligere. Deinde
qꝛ tale sacramẽtũ incarnatiõis dñice nõ debuit nisi
totus mũdus audire: vniuersale q̃ppe bñficiũ gñalẽ
nichilominus poscebat auditũ. Sequit Auribꝰ ꝑci-
pite oẽs qui habitatis orbẽ. Hic iã studiosius cõmo
nent: vt dicta deuotissime capiant: ⁊ in memorie sue
sinibꝰ reponãt. Gentes eni accipiamꝰ paganos: ha-
bitatores aũt orbis xp̃ianos ⁊ iustos qui norũt orbẽ
terrarũ sic esse habitandũ: vt in eiꝰ sceleratis nõ im-
plicent erroribꝰ. Et cõsidera doctorẽ bonũ: quomõ
ad audiendũ oĩm studia cõcitauit: vt ipse reddat eiꝰ
RHE. qui sibi noluerit esse ꝓficuus. Hoc rhetores ad suũ
studiũ transferẽtes: attẽtos iudices reddũt: qñ se di-
cturos aut noua aut ingentia pollicent. [Quiq̃ ter-
rigene ⁊ filij hoim: simul in vnum diues et pauper].
Adhuc in ipo studio dñs ꝑseuerat: vt cõuẽtus audiẽ
di fieret oĩm: ne q̃s eũ mediocre aliq̃d crederet esse
locuturũ. Terrigenas pctõres oportet intelligi qui
vicia terrena sectant. Et isti in partẽ ade primi hoĩs
merito reputant: qꝛ ille nõ filius hoĩs: sed ipse primꝰ
hõ fuisse declarat. Huic cõtrarium est qd̃ dixit Filij
hoim. Iustos eni tali dicto debemꝰ aduertere: qui in
sortẽ xp̃i veniũt: qm̃ ⁊ ipse xp̃s filius hoĩs esse predi-
cat. Et memẽto qꝛ cõtra Adã ipse semꝑ opponitur.
Merito qñ qd̃ per illũ perijt isto veniẽte saluatũ est.
Sequit Simul in vnũ diues ⁊ pauꝑ. Ecce illa sentẽ-
tia que superiꝰ ꝓmittebat eluxit. De xp̃o eni dño dꝛ
Simul in vnũ diues ⁊ pauꝑ. Diues qꝛ deꝰ. Pauꝑ qꝛ
2. Corin. 8. hõ: sicut dicit apl̃s. Memẽtote grẽ dñi nostri iesu xp̃i
qui ꝓpter vos pauꝑ factus est cũ esset diues: vt illiꝰ
pauꝑtate vos diuites essetis. Merito ergo tam ma-
gna ꝓmissa sunt: cũ tã precipua ⁊ salutaria dicta se-
querent. Superioꝝ dictoꝝ breuis explanatio est. Di
ues ꝑtinet ad terrigenã: qꝛ numerosis pctis probat
opulentus. Pauꝑ respicit ad filios hoim: qꝛ ambitu
huius seculi pauperes sunt: vt futuras diuitias ple-
Matth. 5. nissime cõsequant: sicut in euãgelio dicit Beati pau
peres spũ: qm̃ ipsoꝝ est regnum celoꝝ. [Os meũ lo-
quet sapiẽtiã: ⁊ meditatio cordis mei prudẽtiã]. Ex-
colit qd̃ superius cepit nõ humanã: sed diuinã se sa-
pientiã atq̃ prudentiã esse locuturũ. i. dñm xp̃m. De
1. Corin. 1. quo dicit apl̃s Nos aũt predicamꝰ xp̃m dei virtutẽ ⁊
Prouer. 1. dei sapiẽtiã. Salomon quoq̃ testat: scire sapientiã ⁊
disciplinã: ⁊ intelligere verba prudẽtie. Sapiẽtia ꝑ-
tinet ad mysteria diuina declarãda. Prudẽtia ꝟo ad
mores ꝓbabiles instruẽdos. Sic oĩs sermo diuinus
duabꝰ his virtutibꝰ plenissimꝰ indicat. Hinc eni que
narraturus est inchoauit: q̃ sint verba sua mirabili
prius cõplexione describẽs: vt oẽs desiderãter que-
rerẽt: qd̃ ꝓmissum sub tali ꝑdicatiõe sentirẽt. [Incli
Al. para- nabo in † similitudinẽ aurẽ meã: aperiã in psalterio
bolam. ꝓpositionẽ meã]. Postq̃ ꝟtutẽ eloquẽtie sue verus
predicator duobꝰ dixit insignibꝰ cõtineri: nũc quẽad
modũ p̃cepta sua possint ab humano genere suscipi
aurẽ inclinaturũ se esse ꝓmisit: vt cognosceret si pre
dicationẽ eiꝰ ppl̃s deuotus ipleret. Sed intende piũ
magistrũ similitudinem posuisse. Similitudo eni rei
vere imitatio est: vt qd̃ nobis ad exẽplũ datũ est de-
uota emulatione dño prestãte faciamꝰ. Sed vt oẽs
ad p̃cepta sua salutariter iplẽda institutor serenissi-
mus inuitaret: aperire se dixit in psalterio ꝓpositio-
nẽ suã. i. declaraturũ se p̃cepta diuinitatis sui ꝓprij
corporis sanctitate: vt nõ tã verbo q̃ docere ꝓbaret
exẽplo. Psalteriũ quippe (vt sepe diximus) corporis
dñi decora sĩtitudo est. Nã sicut psalteriũ de summo
sonat: ita ⁊ incarnatio dñi celestia mãdata concele-
brat. [† Ut quid timebo in die malo? iniq̃tas calca- Al. Cur.
nei mei circũdabit me?] Uersus iste sub interrogatio
ne ⁊ respõsione ꝓpria legẽdus est: qꝛ totũ sine timo-
re suo fieri dicit: qd̃ vẽturũ esse ꝓnunciat. Que figu-
ra dꝛ Peusis ⁊ Apocrisis: qñ interrogatione p̃missa SCHE.
responsio apta subsequit. Dicit eni Ut quid timebo?
Id est quare formidolosa cogitatione cõfundar? In
die mala/in die scꝫ passionis: que mala iudeis bona
fidelibꝰ fuit. Ille eni timere debet vite finẽ qui pec-
catoꝝ recordatione mordet. Christus aũt mortẽ ti-
mere nõ poterat qui peccata omnimodis nõ habe-
bat. Dicit eni Quare timeã in die mala? Nunquid
iniquitas calcanei mei circũdabit me? Quẽadmo-
dũ solet cõtingere pctõri: vt extrema eius scelerato
fine claudant. Alij ꝟo ꝓpter excellẽtiã sancte incar
nationis hoc magis a parte mẽbroꝝ accipiendũ esse
dixerũt. [Qui confidũt in virtute sua † quiq̃ in abũ Al. ⁊ i mul
dantia diuitiarũ suaꝝ gloriant]. Hec pendẽt de su- titudine.
periori versiculo quibꝰ iũgendũ est: tales circũdant
in iniquitate calcanei. Nam presumũt in virtute sua
qui aliquid vident possibilitate cõfidere: vt viribus
corporeis valẽtes: animi robore ⁊ lingue disertitudi
ne preminẽtes. Sed postq̃ dixit intrinsecus attribu
ta: nũc venit ad diuitias que extrinsecus veniũt: per
quas maxime inflatur humanitas. Raro eni diues
sortem sibi cũ pauperibus intelligit esse cõmunem.
Et necesse est vt tales timeant finem: qui ⁊ deserere
mundana nolũt: ⁊ peccatorum suoꝝ penas cõscien-
tia teste formidãt. [Frater nõ redemit: redimet hõ?
nõ dabit † placationẽ suã]. Postq̃ de peccatoribus Al. deo.
dixit: quoꝝ iniquitas calcaneũ circũdat: venit ad ge-
nus curationis eximiũ. Et hoc quoq̃ sub admiratio
ne legendum est Frater nõ redimit? Id est dñs xp̃s
qui dixit in euangelio Ite nũciate fratribꝰ meis. Et Matth. 28.
in psalmo Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. Ipse Psal. 21.
si non redimat qui fudit sanguinem preciosum: redẽ
pturus est homo. i. Adam qui humanum genus trãs
gressionis vicio sauciauit? Non dabit negãtis est: qꝛ
nulla oblatio/nulla placatio põt cõpensare: qd̃ nos
diuinitas est dignata redimere. [† Nec preciũ redẽ Al. ⁊
ptionis aĩe sue: ⁊ † laborauit in eternum]. Pars ista Al. labora
prima versus huius ad sententiã respicit superiorẽ: bit.
qꝛ hõ liberatꝰ nõ dabit deo placationẽ suã: nec p̃ciũ
redẽptionis aĩe sue. Preciũ est eni alicuiꝰ rei cõpẽsa DEF.
tio. Homo aũt q̃d dabit in preciũ qui totũ qd̃ offerre
possit accepit? Sequit Et laborauit in eternum. De
fidelibus dicit qui q̃uis preciũ redẽptionis aĩe sue
dare nõ possint: laborãt tñ in eternũ dũ hoc agũt qd̃
eis ad premia vite eterne ꝓficiat. [Et viuet † in finẽ. Al. adhuc.
† qñ non videbit interitũ]. De illis adhuc dicit qui la Al. non hꝫ.
borant in eternum. Isti eni in fine viuentes. i. in dño

saluatore:interitũ nõ videbũt:q2 lꝫ corpore moriant:
eterne vite munere sunt ditati. Alij versus istos ita
pctõribus estimant applicãdos:dicẽtes. Laborant
ineternũ qui perpetua vltione dãnandi sunt:viuent
in hoc mũdo in fine q̃ desperata libertate luxuriant.
Qua propter in voluntate erit legentiũ:eligere quid
sequant. Nos tñ de fidelibus hactenus dictũ esse p=
sperimus:nũc audiamus perfidi quãta passuri sint.
[Cũ viderit sapiẽtes moriẽtes:simul insipiẽs ꝛ stul=
tus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas].
Venit ad scdm docendi modũ:vbi peccatores cũ sa=
piẽtibus huius mũdi dicit esse perituros : ꝛ diuitias
suas quas magno pere diligebãt nõ suis: sed qd gra
uius vreret extraneis successoribus definit esse relin
quẽdas:vt propter quas oia peccata cõmiserãt:nec
possessione ipsarum/nec proprio successore letarent.
Sap.10. Sicut Salomon dicit In qd peccauerũt/nec latere
potuerunt. Cum viderit pctõr vtiq3 sapientes seculi
istius ab interitu nõ liberari:vt fuit Solon athenien
sis:Philo lacedemonius:Aristippus:ꝛ ceteri q̃ mũ=
dane sapiẽtie celeberrima laude viguerũt:sed videt
eos cõmuniter mori:quos diuine sapientie pticipes
estimabat. Sequitur Simul insipiẽs ꝛ stultus peri=
bunt. Necesse est eni vt insipiens ꝛ stultus despera=
tione pereãt: cũ suos sapiẽtes cognouerint interire.
Verũ vt hec magis spũaliter accipere debeam⁹: In
sipiẽtes sunt qui predicationibus pphetarũ acquie
scere noluerũt. Stulti aũt iure dicendi sunt: qui nec
ipm xpm dñm venientẽ recipere maluerũt. Hi ergo
simul peribũt:qm̃ in futura iudicatione dãnãdi sunt.
Reliquerũt aũt iudei alienis diuitias suas:qm̃ sper=
nẽtibus eis dñm saluatorẽ:ad gẽtes extraneas salu
tis eoꝝ premia trãsierũt. [Et sepulchra eoꝝ domus
Al. illorũ. † eoꝝ in eternũ. Tabernacula eoꝝ in † generatione
Al. pgenie et progenie:† inuocabũt noia † eoꝝ in terris † ipso=
Al. voca= rum]. Morientiũ diuitũ põpa describit:qui sibi edifi
uerunt. cant sepulchra magnis tractatib⁹ exquisita. Vide=
Al. sua. mus eni quedam mausolea pulcherrimis renitere
Al. suis. marmoribus: vt dom⁹ estiment eterne magnis moli
bus fabricate. Post hec venit ad eoꝝ tabernacula:
que copiosa largitate fulcita sunt:vt in longas gña=
tiones ꝛ pgenies cõstanti pulchritudine perducant.
Subiunxit etiã ritũ quẽ gentilitas in parentalibus
agere cõsueuit : qñ fatua superstitiõe in terris eoꝝ.i.
in sepulchris inuocant noia mortuoꝝ:ꝛ credunt hoc
illis pdesse qd eoꝝ videntur exhibere memorie. [Et
homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est
iumẽtis insipiẽtibus ꝛ siṁs factus est illis]. De ipis
adhuc loquit qui mũdi istius honore floruerunt. Nã
q̃uis peccator in honore sit dum viuit:q2 dei portat
imaginẽ:recte dr dignitatẽ suã nõ intelligere: dũ ta=
lia facit que ab ipso creatore vident oimodis discre=
pare. Sequitur Comparatus est iumẽtis insipienti
bus:ꝛ siṁs factus est illis. Similitudo dat digna ve
cordibus:vt qui se imaginẽ dei gestare nõ intelligũt:
congrue iumẽtis insipiẽtibus cõparent. Nam cũ ra=
tionẽ preceptã iussionibus dñi mãdatisq3 nõ exhibẽt
merito eã tanq3 indigni tanto munere perdiderunt.
Nã tolle homini dei cõsiderationẽ:ꝛ oino pecus insi
piens est:presumptio vana ꝛ caduca superbia. Sed
q̃uis de mortalib⁹ dicat q homo cũ in honore esset
non intellexisset:possunt hic ꝛ preuaricatores angeli
accipi qui de celo piecti sunt:q2 nec ipsi intellexerũt
honorẽ suũ dum auctori supbisse mõstrãtur. Homo
eni ꝛ pro diabolo ponit:sicut in euangelio dñs testat

Inimicus autẽ homo qui seminauit zizania est dia= Matt.
bolus. Hec decima species est definitionis:quã gre
ci Hostipos:latini veluti appellãt:qñ talis est alicu= Def.
ius rei complexio:vt non tm̃ vni rei de qua dicit: sed
ꝛ alijs applicari posse videat:sicut ꝛ.35.psalmo iam Psal.35.
lectum est Homines et iumenta saluos facies dñe.
Non eni dñs hec sola:sed ꝛ reliqua saluare cõsueuit.
[Hec via † eoꝝ scandalum ipsis:ꝛ postea in ore suo Al. illo
† benedicent]. Hic iam enumerationes decurse ve= Al. cõp
lut dispersa grana in vnũ cumulum colligunt. Nam cebunt.
post illa que dicta sunt sentẽtialiter enũciatur Hec
via eoꝝ. Viam/vitã debemus accipere in qua in hoc
seculo actuũ nostroꝝ vestigijs ambulam⁹. Sed hec
via quid malis faciat:nõ tacet. Scandalũ vtiq3 au=
ctoribus suis.i.stimulũ atq3 dolorem. Non eni ad se=
curitatẽ suã quicq3 peccator efficit:cui de sua puenit
actione torqueri. Sequit Et postea in ore suo bene=
dicent. Hic describit ꝯsuetudo peccantiũ:qui postq3
votũ nequissime dispositionis impleuerint:mox diui
nitati gratias agunt: qm̃ ad suũ velle perducti sunt:
nescientes miserrimi hoim : quia illo auctore tm̃ ad
sancta desideria peruenit. Sed isti in ore nõ in corde
benedicẽt:vnde pcedit plerũq3 simulata sententia:
sicut Isaias dicit Populus hic labijs me honorat: Isa.29.
cor aũt eorũ longe est a me. [Sicut oues in inferno
positi sunt:mors depascet eos. Et † obtinebunt eos Al. dñab
iusti in matutino]. Venit ad tertiã sectionem: vbi iu= tur eoꝝ.
stis ꝛ impijs pro suis meritis dicit esse reddendum.
Pctõres eni in inferno positos : mors eterna depa=
scit. Nam sicut oues lane sue amissione iugiter pse=
uerant:sic in illo semp sine iminutione substãtie inue
nit qd pena discruciet. Depascit eni a iumentis tra=
ctum:que herbas nõ radicitus euellũt: sed abscidũt
ipsas potius summitates. Sequitur Et obtinebunt
eos iusti in matutino. Obtinebunt dixit superabunt
qd vtiq3 in illa resurrectione feliciũ est:vt malis pre=
mineant. Hic eni iustos obtinent peccatores:in illo
vero iudicio iusti infideles modis oibus obtinebunt.
In matutino: ac si diceret In albescẽte die cum glo
ria resurrectionis illuxerit: quãdo iam beatitudinis
claritas aperit : et inchoat esse dies qui nulla nocte
finitur. [Et auxilium eoꝝ veterascet in inferno: † ꝛ a Al. non
gloria † sua expulsi sunt]. Adhuc peccatoꝝ infelici= Al. eoꝝ
tatem miseria sq3 describit:quorum auxilia tanq3 pã
ni putrefacti veterascunt. Quid enim diuitie presta
bũt mortuis? Quid presumptio humana defunctis:
qui cuncta amittunt quibus hic delectati sunt : et in
eternas penas perueniunt : quas se pati nullatenus
crediderunt. Sequit Et a gloria sua expulsi sunt:de
mũdo scꝫ in quo gloriabant:vel de illis rebus in qui
bus decepti infelici sorte presumebãt: sicut in euãge
lio diuiti dictũ est Stulte hac nocte auferet a te aia Luce
tua:que autem preparasti cuius erũt? [Verũtamen
deus † liberabit aiam meã de manu inferni: cũ acce Al. redi
perit me]. Post errores expositos peccatoꝝ: merito met.
sentẽtia saluatoris infertur: vt sicut humana fragili
tas terrore pstrata est:ita spe futuri premij subleua=
ta consurgat. Nam siue hoc dñs christus de se dicat:
siue a parte mẽbroꝝ suoꝝ vt assolet loquat accõmo=
dum est. Ipse eni descendens aiam suam ab inferno
liberauit:sed simul ꝛ illoꝝ qui aduentũ eius cõstanti
animo crediderũt. De manu aũt inferi: dicit de po=
testate diaboli qui ante aduẽtum eius animas tene=
bat obnoxias. [Ne timueris cũ diues factus fuerit
homo: ꝛ cũ multiplicata fuerit gloria domus eius].

Quarta pars psalmi ex ore veritatis egredit: vt no-
bis saluberrima medicina prestet. Nam totius mũdi
hec vna querela est: quare in hoc seculo floreãt homi-
nes quos a cultura dñi cognoscim⁹ alienos. Sz pec-
catoribus ista p̄missa sunt. Ideoq̧ pius doctor veros
alloquitur christianos / ne terrarũ diuites ptimescãt:
qm̄ bene generaliter pecuniosus pauescit/ cũ ei famu
ETY. lari hominũ cupiditas estimat. Diues em̄ dictus est a
diuo: qui quasi deus nichil creditur indigere. Hoiem
hic impiũ debemus accipere: qui se subiectis formida
bilem facit/ dũ equitatis iura cõtemnit. Sequit Et cũ
multiplicata fuerit gloria domus ei⁹. Iũge Ne timue
SCHE. ris. Que figura dicit Apochinu: id est a cõmuni: quã-
do supiora ad inferiora respõdent. Et respice qua gra
tia cuncta p̄ficiant. Minus em̄ fuerat diuitem fieri: qr
hoc frequenter inuenis in negociatoribus/ ꝛ in homi-
nibus abiectis. Addidit Et cũ multiplicata fuerit glo
ria domus eius: id est cũ honoribus/ cũ possessiõibus/
cum tota hominũ fuerit laude celebrata: vt nichil sibi
nisi solũ deesse putet imperiũ. Et vide qr domus eius
dixit: vt non solũ ipse/ verũetiam omnes qui ad ipsum
pertinẽt/ magna pompa florere videãtur. Sed quare
al. iterierit isti nõ debeãt timeri: pulchre subsequit. Qm̄ cũ † mo-
non sumet. rietur perient hec omnia: neq̧ simul descẽdet cum eo
Al. non hz. gloria † domus ei⁹]. Ecce ratio redditur quare time-
ri non debeat mũdi gloriosus. Cur em̄ timeamus di-
uitez: qui morit pauper? Scandalũ nostrũ non est illi
perpetuũ: nec aliud secũ valet portare/ nisi vnde pos-
sit ardere. q̧ deformem in illa patria respicies: quem
hic mundissimũ preciosa veste miraris. Et bene dixit
descendere mortuos peccatores quasi in abyssos al-
tas: quasi in p̄fundissimam foueam: sed sine gloria se-
culari/ sine turba satellitũ/ sine presumptione gazarũ.
Domus illa quã mirabaris remanet tota: sed onera q̄
nõ videbas transmittit ingẽtia. [Quia aĩa eius in vi-
ta ipsius benedicet: confitebit tibi cũ benefeceris ei].
Hic benedicet/ non ad sanctificationẽ pertinet impe-
trãdam: sed ad luxuriantiũ fauorabiles voces. Bene-
dicetur em̄ dictum est p̄pter linguã satellitũ: qui inter
garrulitates ꝛ epulas pastorib⁹ suis bene optare con
suerũt: quorũ aĩa non de bono actu/ sed ex delitiarum
preparatiõe laudat. Sequit Confitebit tibi cũ bene-
feceris ei. Mali tunc deũ benedicũt/ quãdo tẽporalia
bona p̄cipiunt: bonus autẽ laudat dñm/ ꝛ cum malo-
rũ fasce deprimit: sicut fecit Job/ ꝛ ceteri sancti eius.
Dicit ergo patri: Iste peccator cõfitebit tibi: sed quã-
do illi benefeceris: q̄ si aliquid contrariũ patiatur/ bla
sphemare non desinit. Et ideo cõsuetudo ista vitanda
est/ que in sceleratis sepius inuenit. Nos autẽ pio cor
de omni tẽpore collaudemus dñm: qui salutẽ nostrã ꝛ
in aduersis/ et in p̄speris semper operat. [Introibit
Al. proge- vsq̧ in † p̄geniem patrum suorũ: vsq̧ in eternũ nõ vi-
nies. debit lumen]. Qui patres pessimos imitant/ eorũ so-
cietate damnãdi sunt: ꝛ ideo peccatores dicit vsq̧ ad
patrũ suorũ p̄genies introisse. Patres em̄ ipsorũ ap-
pellauit: nõ tantũ ex semine carnis/ quantũ quos mo-
rũ imitatione secuti sunt: sicut in euãgelio dicit incre-
Joan. 8. dulis: Vos a patre diabolo estis. Addidit Vsq̧ i eter-
nũ nõ videbit lumen: qr sicut peccata tenebrosa sunt/
ita peccatores sapientie lumen auferũt. Et ideo dixit
In eternũ non videbit lumen: qm̄ nec in isto mũdo il-
luminatus fuit: cuius cor noxij caligo erroris obsedit.
Simili modo nec in eternũ videbit lumẽ: quod hic vi-
Joan. 1. tio sue prauitatis habere non meruit. Lumen em̄ ve-
rũ/ quod illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mũ
dum Christus est dñs/ quem solũmodo in deitate sua
videre sanctorũ est. [† Et homo cuz in honore esset nõ Al. non hz.
intellexit: comparatus est iumẽtis insipientibus/ ꝛ si-
milis factus est illis]. Postq̧ omnia que fuerant dicẽ
da premonuit/ pulcherrimũ psalmuz repetita versus
parilitate conclusit: vt se peccator a malo proposito
remoueret/ cum notatam deformitatem suam iterata
increpatione cognosceret. Conclusio.

Legendus sepius psalmus et in thesaura-
rio memorie reponendus: quan
do ipse in principijs admonet/ vt cordis aurib⁹ audia
tur. Ipse enim testatus est eius meritum/ qui eum mo
nuit studiose ab vniuersis mundi partibus audiendũ.
Totum habet quicquid ad inspectiuam: quicquid ad
moralem pertinet disciplinam: sicut versus ille polli-
citus est. Os meũ loquetur sapientiam: et meditatio
cordis mei prudentiam. Resignauit nobis sancta ve-
ritas que promisit: faciat nũc sensibus nostris dulce-
scere/ atq̧ inherere quod precipit.

Explicit expositio in psalmum. 48.

Psalmus Asaph. Xlix.

Deus deorũ dñs locutus est: ꝛ
vocauit terram. A solis ortu
vsq̧ ad occasum: ex syon spe-
cies decoris eius. Deus ma-
nifeste veniet: deus noster et
nõ silebit. Ignis in cõspectu
eius exardescet: ꝛ in circuitu eius tempestas
valida. Aduocauit celũ desursum: et terram
discernere populũ suũ. Congregate illi san-
ctos eius: qui ordinant testamentũ eius sup
sacrificia. Et annũciabunt celi iustitiam eius
qm̄ deus iudex est. Audi populus meus ꝛ lo
quar/ israel ꝛ testificabor tibi: de⁹ deus tuus
ego sum. Non in sacrificijs tuis arguã te: ho
locausta autẽ tua in conspectu meo sunt sem-
per. Non accipiã de domo tua vitulos: neq̧
de gregibus tuis hircos. Qm̄ mee sunt oẽs
fere syluarũ: iumenta in montibus et boues.
Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritu-
do agri mecũ est. Si esuriero non dicam tibi:
meus est enim orbis terre ꝛ plenitudo eius.
Nũquid mãducabo carnes taurorũ: aut san
guinẽ hircorũ potabo? Immola deo sacrifi-
ciũ laudis: ꝛ redde altissimo vota tua. Et in-
uoca me in die tribulationis: eruã te ꝛ hono-
rificabis me. Peccatori autẽ dixit de⁹/ qua-
re tu enarras iustitias meas: ꝛ assumis testa
mentũ meũ per os tuũ? Tu vero odisti disci-
plinam: ꝛ p̄iecisti sermões meos retrorsum.
Si videbas furem currebas cũ eo: ꝛ cũ adul
teris portionẽ tuã ponebas. Os tuũ abũda
uit malitia: ꝛ lingua tua concinnabat dolos.
Sedẽs aduersus fratrẽ tuum loquebaris: et
aduersum filiũ matris tue ponebas scãdalũ:
hec fecisti et tacui. Existimasti inique q̧ ero
tui similis: arguam te ꝛ statuã contra faciem

tuam. Intelligite hec qui obliuiſcimini deū: ne quando rapiat vt non ſit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

Aſaph filiꝰ Barachiel/ qui in paralipome-
non legitur electus inter quatuor cātorum
magiſtros: vt inſtrumētis muſicis pſalmos
dño perſonaret: Hic ꝓ ſui nominis ſignifi-
catione in hoc titulo meruit adhiberi: nō auctor pſal-
mi(ſicut ⁊ de alijs ſcriptum eſt)ſed muſicus egregius
INTER. qui nobis per vocabulum ſuū aliquid indicaret. Hu-
ius eñ nominis ſignificatio/ que apud hebreos ſemꝑ
eſt plena myſterijs indicat ſynagogā: que in hoc pſal
mo loquitur. Sed hic illa fidelis dñi ſynagoga intel-
ligenda eſt: que ⁊ venturum chriſtum credidit/ et ad-
uentū eius glorioſa expectatione ſuſcepit: in qua fue-
runt patriarche/ ꝓphete/ Nathanael/ ipſi quoqꝫ apo
ſtoli/ ⁊ reliqui ſincera deuotione credentes. Sciendū
plane ꝙ hic pſalmus primū aduētum dñi/ ſecūdumqꝫ
ꝓphetet: Quis ⁊ nonageſimuſquintꝰ/ ⁊ nonageſimuſ-
ſeptimus eadem predicare noſcant: quatenus excuſa
tio iudeis non credētibus funditus tolleret: quādo il-
la non ſuſcipiunt / que ipſa quoqꝫ ſynagoga teſtatur.
Quid rogo colunt: ſi etiam ipſam audire cōtemnunt/
quam ſe venerari dicunt? Diuiſio.

IN prima ſectione fidelis ſynagoga loquit:
q̄ nunc eſt in populis chriſtianis: de primo
⁊ ſecundo aduentu dñi chriſti. Sequēti ve-
ro parte ipē rex loquit chriſtus: cōmonens
populos vt victimis pecudum derelictis/
ſacrificiū laudis debeant immolare. Tertia ſectione:
iterū deuota(quā diximus)ſynagoga reloquit/ impu-
tās peccatoribus nequitias ſuas. Expoſitio.

DEus deorū dñs locutus eſt: ⁊ vocauit ter-
ram. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum]. Ne
quis incarnationē dñi mediocri crederet
eſtimatiōe pēſandam: potentia ipſius an-
te predicit: vt totius incredulitatis praui-
DEF. tas auferat. Dij dicunt homines/ q̄ bonis cōuerſatio-
nibus gratiā ſupne maieſtatis accipiunt: ſicut in alio
Ps.81. pſalmo ait Ego dixi dij eſtis: ⁊ filij excelſi omnes. Ita
ergo filij dicuntur ſicut et dij: q2 vtrūqꝫ gratia preſtat
vtiqꝫ/ non natura. Deus autē deoꝝ: eſt deus chriſtus.
Ipſe eñ cū patre et ſpiritu ſancto vere dicit deꝰ deo-
rum: qđ tñ nomen nō omnino diuinitatis eſt ꝓprium/
ſed humana lingua(ſicut iā diximus) ſummitatē eius
vltra hoc non poteſt indicare. Deus eñ greca lingua
dicit timor: ⁊ qm̄ ſolus ipſe timēdus eſt/ in vicē nomi-
Exo.6. nis verbū tale tranſiuit. Legit eñ in Exodo Nomen
meū Adonay nō indicaui eis: vt ſciamus nomen eſſe
ſecretū/ quod nec electis famulis cognoſcit indicatū.
Locutus eſt ergo per ꝓphetas/ ꝑ apoſtolos: et qđ eſt
potētius ꝑ ſeipſum. Sequit Et vocauit terrā. Terrā
hic genus hominū debemus aduertere: qđ per totum
orbē terrarū videt eſſe diffuſum: ſed ꝓpter illud quod
habitat poſitū eſt qđ inhabitabat. Nam quemadmo-
dū vocaſſet qđ audire nō poterat? Hoc ſchema dicit
SCHE. Metonymia: quādo per id qđ cōtinet/ hoc qđ cōtine-
tur edicit. Addidit A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſuz. Per
ſolis curſum/ vniuerſum ſignificat mūdū: q2 omni ter-
re orit ⁊ occidit claritas eius. Hoc eñ fecit ſancte in-
carnatiōis aduentus: vt vniuerſas gentes prauis er-
roribꝰ ſauciatas/ ad credulitatis ſue remedia piꝰ me-
Mat.11. dicus inuitaret: ſicut ipſe dixit Venite ad me omnes q̄
laboratis ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego vos reficiaz. [Ex ſyon
ſpecies decoris eius]. Hic Hieroſolyma ſignificatur
intra quā ciuitatē mons iſte puris mentibus velut au
rea maſſa reſplēdet. De hac eñ vrbe exeūtes apoſto-
li ſpeciem decoris chriſti annūciauerunt in toto orbe
terrarū: ſicut Iſaias dicit: Ex ſyon exibit lex: ⁊ verbū Isa.2.
dñi de Hieruſalē. Veneranda vrbs/ ſanctū culmen: vt
illud regis noſtri inſigne domiciliū arcē merito dica-
mus eſſe terraꝝ. Et reſpice qꝫ competēter edocemur.
In ſuperiori verſu dixerat chriſtū dñm vniuerſas gē-
tes euocare: nūc etiā deſignat vnde doctrina eiꝰ tāqꝫ
de puriſſimo atqꝫ effluentiſſimo fonte ꝑ ſpacia totius
orbis effluxerit. His eñ dictis euangelica verba con-
cordant: ꝑ omnes gētes incipiētibus ab Hieruſalem
Inde eñ predicari cepit chriſtus: cuius ſpecies deco
ra cognoſcitur: teſtāte alio pſalmo Specioſus forma Ps.44
pre filijs hominū. Ubi ſufficiēter expoſitū eſt cur ſpe-
cioſus ſingulariter dicat. [Deꝰ manifeſte veniet: deus
noſter ⁊ non ſilebit. Ignis in cōſpectu eius † ardebit: Al.exar
et in circuitu eiꝰ tēpeſtas valida]. Synagoga fideliū deſcet.
poſtqꝫ de primo multa dixit/ venit ad ſecundū dñi ſal
uatoris aduentū: quē per figurā Ideam diuerſis ſimi SCHE.
litudinibus mirabili imaginatiōe deſcribit: vt nō tam
futurus/ qꝫ preſens eſſe videatur. Dicendo eñ Mani-
feſte veniet/ ſignificat illum in primo aduentu cunctis
non fuiſſe manifeſtū: q2 maieſtas eius carnea nube ce
lata eſt: ſicut et apoſtolus de infidelibus dicit: Si co- 1.Cor.2.
gnouiſſent/ nunqꝫ dñz glorie crucifixiſſent. Manifeſte
vero tūc veniet: quando iam nō cruci affigendus/ ſed
iudicaturus eſt mūdum. Tractus ſermo a ſacrificijs:
ꝙ toto die feſtiuitati vacaret. Manifeſte enim dicitur ETY.
quaſi a mane dies feſtus. Repetit Deus noſter: ne ſi-
bi infideles putarent eſſe cōmunē. Deus eniz chriſtia
norū ipſe eſt deus deorū: qui ⁊ manifeſte veniet/ ⁊ non
ſilebit. Silet eñ modo cū mūdus iſte peragit: cū bla-
ſphemas ⁊ ſacrilegas voces ſententie ſeueritate non
damnat: ſed ad cōuerſionis medicinā ſuſtinet pecca-
tores. Tunc aūt nō ſilebit: quādo ſceleratis dicturus
eſt Ite in ignem eternū: qui paratus eſt diabolo/ ⁊ an Mat.25.
gelis eiꝰ. Inde ⁊ alibi dicit Tacui/ tacui: nūquid ſem-
per tacebo? Nam ꝙ ſequit Ignis in cōſpectu eius ar
debit: magni iudicis(ſicut dictū eſt) ꝑclarus aduētus
myſtica virtute deſcribit. Ignis eñ preire dicitur: vt
qui eſt palea ſe formidet arſurū. Addidit Et in circui-
tu eiꝰ tēpeſtas valida. Hec tēpeſtas nō vētis agitat/
nec ꝓcellis ſeuientibus excitat: ſed diuina potētia ve-
hemēs cōſurget ſpiritus/ vt area dñi equitatis eiꝰ ſen
tentia ventilet. Tunc frumēta ſequeſtrabit a paleis:
hoc eſt bonos diſcernet ab impijs. Que iudicatio meri
to tempeſtas dicit: qm̄ et improuiſa veniet/ ⁊ in diſce-
ptationē ſuā nimia celeritate raptabit. Valida quoqꝫ
decēter adiunctū eſt. Nam qꝫ ſit potēs hinc dat intel
ligi: vt omne genus hominū ꝓ ſuis meritis momenta
nea celeritate diſcernat: ſicut apoſtolus dicit In mo- 1.Cor.15.
mēto/ in ictu oculi/ in nouiſſima tuba. Canet eñ tuba
⁊ mortui reſurgent. In circuitu eius tēpeſtas valida
nō incompetēter aduertitur: qm̄ cuz ipſo iuſti ſedētes
(ſicut ꝓmittitur in euāgelio) iudicabunt. [Aduocabit
celū deſurſum: ⁊ terrā † vt diſcerneret populū ſuuz]. Al.diſcer
Hoc certe facturꝰ eſt in illo iudicio. Sed terra ratio- nere.
nabiliter fortaſſe dicit ſurſum vocata: que nūc in imo
loco noſcitur cōſtituta. Celum autē cum ſit deſuꝑ: vbi
illud ſurſum vocauit? Sed celū hic/ omnē iuſtum de-
bemus accipere: terram peccatorē: q2 ille ſpirituali ſe
cōuerſatiōe(dño preſtāte) purificat: iſte terrena vitioꝝ

qualitate ſordeſcit. Et vide: qꝛ in p̄rio aduētu omnes indiſcrete vocauerat: vt admoniti in hoc mūdo ſe cor-
Mat.22. rigere debuiſſent: ſicut in euāgelio dicit Et exierūt in exitus viarū: ⁊ vocauerūt quoſcūqꝫ inuenerūt malos ⁊ bonos. In fine aūt mūdi aduocat/ vt iam iuſtos diſcernat ab impijs: ne vlterius ſicut hic cōfuſis habitatiōibus miſceātur. [Congregate illi ſanctos eius: qui ordinant teſtamentū eius ſuper ſacrificia]. Nūc ſynagoga chriſti verba facit ad angelos: q̄ miniſterio ſuo in fine ſeculi ſanctos de vniuerſo mūdo (ſicut legitur)
Mat.25. congregabunt. Dicit em̄ ipſe dn̄s in euāgelio: Mittet angelos ſuos: ⁊ cōgregabunt ante eū omnes gētes: ⁊ ſeparabit eos abinuicē ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Sequit̄ Qui ordināt teſtamentū eius ſuper ſacrificia. Ordinare dicimus teſtamētum eos qui actibus bonis reſtituūt ea que in teſtamenti ſerie cognouerūt: vt hoſpitē ſuſcipere/ elemoſynā dare/ charitati ſtudere. Hoc em̄ ſupra ſacrificiū pecudum dn̄o conſtat acceptū: vt actuū illi magis ꝓbitas offerat̄. Siue (vt quidā voluerūt) poteſt hoc et de iudeis accipi per
SCHE. Ironiā. i. per irriſionē: qn̄ vilem rem laudando ſuggillat. Ac ſi diceret Eos dn̄o cōgregate/ q̄ in officio ſanctitatis cōmorāt̄. Ecōtrario ꝓ ꝗ que impia ſunt agūt: ⁊ in eo qđ ſacrificia deo cōſueta celebrant/ ſanctificandos ſe eſſe dijudicant. [Et annūciabunt celi iuſtitiam eius: qm̄ deus iudex eſt]. Supiora excolit/ ꝑ celos ſignificans viros iuſtos: quibus verbi celeſtis diſpēſatio condonat̄. Addidit Qm̄ deus iudex eſt. Ac ſi diceret Qui neſcit falli: ⁊ ſicut om̄ia manifeſte nouit/ ⁊ ita ſine reprehēſione diſcernit. Hoc em̄ veraciter ac proprie de deo dicit̄: cui nichil negat̄/ nichil ſupprimitur: quē nec factū aliquod latet/ cui nec qđ iudicet̄ abſcondit̄. [Audi populus meꝰ ⁊ loquar: iſrael ⁊ teſtificabor tibi deus deus tuus ego ſum]. Uentū eſt ad ſecūdam ſectionē: in qua iā veritas ipſa ex ꝑſona ꝓpria loquit̄. Deꝰ em̄ qui verba ſua nō vult incaſſum ſuſcipi: ne (vt legit̄) porci precioſa diſpergāt: dicit ad populū Audi: hoc eſt deuote ſuſcipe. Illos em̄ audire dicimus/ qui
Luc.8. precepta cōpleuerint: ſicut legit̄ Qui habet aures audiēdi audiat. Populus meꝰ/ ſignificat plebē deuotā. Et loquar: ſubaudi ꝓfutura. Qđ ſi non audieris: cōſe-
INTER quit̄ ad interitū tuū taceam. Iſrael vero/ frequēter diximus interpretari videns deū. Ergo ſi me vides/ audire nō negligas: qꝛ cōtemplatio mea obediētiam tribuit audiēti. Teſtificari vero/ eſt teſtimonium dicere. Quod vtiqꝫ in iudicio facturus eſt deus: qn̄ vniuſcuiuſqꝫ facta diſcernet. Tunc em̄ fidelibus ſuis teſtimo-
Mat.25. niū dabit: cū dicturus eſt Eſuriui: ⁊ dediſti michi manducare: eiſqꝫ ſimilia. Sequit̄ Qm̄ deus deꝰ tuus ego ſum. Hoc erat qđ populū audire ſub cōteſtatiōe premonebat: vt deꝰ ille generalis ⁊ volentiū/ ⁊ nolētium eſſet ipſius ꝓprie qui eū pura mente diligeret. Nā cū dicit Tuus/ fidelē ſibi eū fuiſſe monſtrauit. Repetitio em̄ iſta Deꝰ deus/ mentē ſolidat: ne ſemel dicta laberent̄. Iſtud vero ſum/ ꝓpriū diuinitatis eſt verbū: qđ tēpore non mutat̄: ſed ſemꝑ adeſt/ atqꝫ eternū manet:
Exod.3. ſicut Moyſi reſpōſum eſt Ego ſum q̇ ſum. Et rurſum. Qui eſt miſit me. Sed perſcrutandū eſt cur iſtud nomen eſſentie ſolus ſibi vēdicet deus? Tunc em̄ quando dictū eſt erāt angeli/ erāt celeſtia/ erāt terrena oīa ſicut eſſe decreta ſunt. Sꝫ qꝛ illa ſola eſt infecta ⁊ eterna natura/ nec aliqn̄ cepit ex tēpore/ ⁊ in tribus perſonis deitas vna ſubſiſtit: merito ſolꝰ eſſe dicit̄ deus: qꝛ vt ſit nullius indiget/ ſed ſemꝑ virtutis ꝓprie vigore cōſiſtit. Eſt ibi ⁊ aliud ſacramentū: qđ vna ſyllaba tribus litteris continet̄: vt ſancta trinitas vnus deꝰ eſſe doceat̄. [Non † ſuper ſacrificia tua arguā te: holocau- Al. in ſacrifi-
ſta autē tua in cōſpectu meo ſunt ſemper]. Glorioſus ciꝭ tuis.
doctor ⁊ ꝑfectiſſimus inſtitutor iudaicū populū volēs a rebꝰ carnalibus amouere/ ⁊ ad ſpiritualia ſacramēta ꝑducere/ pecudū ſacrificia iam nō dicit exquirēda: nec eū exinde argui poſſe teſtat̄/ ſi minime aīalium victimas immolaret: ſed holocauſta illa potius in conſpectu ſuo danda cōmemorat/ q̄ humiliato corde pijs
altaribus offerunt̄. Holocauſta aūt dicta ſunt ſacrifi- ETY.
cia: que poſtqꝫ fuiſſent immolata/ ignis veniēs deſuꝑ abſumebat: que latine tota incenſa dicunt̄. Hec chriſtus veniens reſpuit: qꝛ ipſe vera victima fuit. Aliud eſt holocauſtū qđ dn̄s ante cōſpectuꝫ ſuum ſemꝑ eſſe ꝓnūciat: ſcꝫ qn̄ mēs noſtra diuino amore ſuccēſa/ peccata ſua tribulatione decoquit: ⁊ ad illius holocauſti ſimilitudinē om̄ia vicia ſua cruciatu corporeo exuſta cōſumit. [Nō accipiam de domo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos]. Per hūc verſum ⁊ duos alios qui ſequūt̄: breuiter enumerat que ſe reſpuere ꝓfitet̄.
Hec figura dicit̄ Bracchyologia: id eſt breuis locu- SCHE.
tio: cū plura paucis amplectimur. Sed ne audito holocauſto ad antiqua humana mens ſacrificia recurreret/ aperte renuit conſuetudinē priorē: vt ſpiritualiter intelligeret̄/ qđ in ſimilitudine premiſſa gerebat̄. Sed cuꝫ hec duo reſꝑuit/ vniuerſa primi tēporis ſacrificia deſignat modis omnibus excludēda. Significat̄ enīꝫ a parte totū. [Qm̄ mee ſunt omnes fere ſyluarum: iumenta in montibus et boues]. Cauſam reddit quare ab ipſo nō expectat quadrupedū immolatiōes: dicēs qꝛ a te petere nolo/ qđ meū eſſe cognoſco. Quod forte pauꝑ nō habet: dū aut nō valuit capere/ aut minus potuit enutrire: ſed petit fidē rectā/ cōfeſſionēqꝫ deuotam: quā omnes dare ipſo iuuāte preualēt: etiam qui nulla terrena poſſeſſione gratulant̄. Sub hoc igit̄ ſenſu ꝑ enumerationes reliquas currit. Addidit Iumēta in mōtibꝰ ⁊ boues: ne quis de facultate cōſiſus minus cōſcientie operā daret: duꝫ ſe crederet pecudum immolatiōibus expiare/ qđ iniqua mente deliquiſſet. Poteſt ⁊ alio modo intelligi. Fere ſyluarū/ gentes ſignificant: que in ſeculi iſtius nemoribus ſuꝑſtitiōe ferociſſima verſabant̄. Iumēta in mōtibus/ ſunt ſimplices in eccleſia aliqua cōſtituti: q̄ in cacumine fidei habitare noſcunt̄. Boues indicāt apl̄os ⁊ ꝓphetas: qui in agro dn̄i aſſiduo labore verſati ſunt. Quapropter his alluſiōibus cōpetēter appoſitis: prefigurat eccleſiam catholicā de diuerſis mūdi partibus colligēdā.
[Cognoui omnia volatilia celi: ⁊ † ſpecies agri mecū Al. pulchri-
eſt]. Cognoui: nō ad infirmitatē noſtram trahas/ que tudo.
ex tēpore aliquid data opportunitate cognoſcit: ſed dn̄s cognouit anteqꝫ faceret vniuerſa: in cuius preſentia erat omne qđ potuiſſet exiſtere. Quis em̄ oīa celi volatilia poteſt niſi ſola maieſtas cognoſcere? Quo verſiculo cūcta cōplexus eſt: qm̄ ⁊ om̄ia volatilia celi dinumeratiua quātitate cognoſcit. Speciē agri ſecū ſe habere ꝓfeſſus eſt. Reuera ſecū/ qꝛ vbiqꝫ totus eſt:
ſicut de illo ꝓpheta dicit: Celum ⁊ terrā ego impleo. Hiere.23.
Sed debemꝰ ſpiritualiter iſta tractare. Uolatilia celi ꝑtinent ad ſupernas/ mirabileſqꝫ virtutes: vt ſunt angelice poteſtates: que motu celeri ſancta volūtate ſpiritualiter trāſferunt̄. Species aūt agri reſpicit ad gētes que erant chriſto dn̄o crediture. Reuera ſpecies: qm̄ per hominēꝫ bene accipitur decus omne terrarū. [Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt em̄ orbis terre ⁊ plenitudo eius]. Deus ille deorum (ſicut frequenter

dixim9) ꝓpter intelligētiam nostram velle suū p hu
manas ↄsuetudines dignaꝛ exprimere: vt se dicat esu
rire/qui carnē pascit vniuersa3: cuius cōtemplatio spi
ritalium substantiarū suauissimus cibus est/⁊ cōtem=
platiua refectio. Sequiꝛ Meus est eñ orbis terre/et
plenitudo eius. Hic curiositatē sup̄fluam reddita ra=
tione cōuincit: dicēdo Cur a te petam sacrificia pecu=
dū: cū totus orbis meus esse noscaꝛ? Plenitudo eius/
diuersitatē significat creaturaꝝ. Cesset ergo hominū
sollicitudo sup̄flua de pecudū immolatione cogitare.
Cor eñ rectū nos sibi diuinitas mauult offerre: vñ et
cognosciꝛ deliquisse: quatenus qđ ante fuit peccatis
delinquētib9 horridū/salutari fiat emūdatiōe purissi=
mū. Et memēto ꝙ per has allusiones predestinatorū
numerū significat: non de sola synagoga iudeorū/sed
de cūctis gētibus esse cōplendum. [Nūquid māduca
bo carnes taurorū: aut sanguinē hircorū potabo?] Ꝗꝫ
multis modis voluntatis sue dignaꝛ reddere rationē.
Quomodo grata erūt: que nō sunt necessaria? Nun=
quid deus taurorū carnibus pasciꝛ: aut sanguine po=
taꝛ hircoꝝ? Sed possunt nobis hec repudiata ꝓficere
cum hec acceperint indigētes/cum esuriēs pascaꝛ/si=
tiens poteꝛ: ⁊ in pauperibus de9 accipit/que sibi in sa=
crificiis nō ꝑmittit offerri. [Immola deo sacrificium
laudis: et redde altissimo vota tua]. Hactenus dixit
que respuit: nūc dicit illa que poscit. Angusta quidem
in verbis sentētia: sed sensu multū ꝓbaꝛ esse latissima.
Nam quis immolat sacrificiū laudis: nisi q̄ a terrenis
vitiis fuerit segregatus? Qui moriꝛ mundo: vt hostia
fiat christo? Non eñ placet dño si laudes eius turpis
ꝑsona decantet: actum videlicet querit ꝓbabilem/nō
dulcisonā vocem. Sacrificemus ergo dño laudando
qua sapiētia cuncta disponat/ qua pietate peccatori=
bus parcat/qua fortitudine diabolū vincat. Non eñ
solū sacrificium dicēdum est qđ pecudes mactat: sed
omne sacrū factū qđ nos pia oblatio commēdat. Uo=
ta quoqꝫ reddit altissimo: q̄ ei talia immolādo prepa=
rat/qualia ꝓpitius ipse precipit. Addit Tua: vt non
quereres fortassis extranea: aut hircū pinguē/aut vi=
tulorū sanguinē: ⁊ cetera q̄ intra nos esse intellectua=
lis ratio cōprehendit. Tua vero retulit ad cordis ar=
canū: qđ in aīe penetralibus iacet/qđ extra nō queri=
tur/qđ pauper ⁊ diues equaliter habēt: vbi magis di
tior egenus est: vbi ille multo celsior est/qui corde no=
IDI. sciꝛ inclinatus. Sed cōsideremus subtiliter: ⁊ inueni=
mus hic quoqꝫ ꝓprie locutiōis esse genus/qđ eloquē=
tia nō potest habere cōmunis. Dicit eñ deus Si esu=
riero/nō dicam tibi. Et paulopost nō mutata persona
idē ipse dicit Immola deo sacrificiū laudis. In subse
quēti vero subiūxit Peccatori aūt dixit deus. Nostre
autē ordo locutionis poscebat vt diceret: Si esuriero
nō dicam tibi ⁊c̄. Et immola michi sacrificiū laudis.
Et peccatori dixit: quare tu enarras iustitias meas?
Unde fit vt vnus atqꝫ idē de se loquēs: velut alterius
ꝑsona videaꝛ innectere/qđ inter ꝓpria scripture diui=
ne recte numeraꝛ. [Et inuoca me in die tribulationis
Al. non hꝫ. † tue: ⁊ † eripiam te/⁊ magnificabis me]. Postqꝫ di=
Al. eruā te ⁊ xit quali sacrificio placareꝛ: nunc oblatiōis ipsius pre
honorifica= miū polliceꝛ. Precipit eni3 Inuoca me: ne quis spem
bis. haberet in terreno solacio: vbi caduca sunt vniuersa/
⁊ plus infirma solatia. In die tribulationis tue: id est
quādo te alter affligit: nō cum inimicū euasisse morde
ris. Nostra eñ tribulatio illa est/que ꝓpter salutis for
midine generaꝛ: nō que carnaliū rerū timore cōcutiꝛ:
2. Cor. 7. sicut dicit apl's. Tristitia eñ que ſm deū est/peniten=

tiam in salutē stabilem operaꝛ: seculi aūt tristitia mor
tem operaꝛ. Eripiā te: quasi circūdatū a satellitibus
diaboli summa celeritate liberabo. Et magnificabis
me. Magnū me in eternū ꝓnūcies: quē ⁊ a pena libe=
ro/⁊ in beata requie collocabo. Hunc aūt versum in=
gēti ꝓmissione ditissimū/quidā volunt ad vltimū vite
nostre tēpus aptare: cū aīa de hac luce transiens/spi=
rituū immūdoꝝ contentiōe turbaꝛ: sicut corp9 Moysi
legiꝛ obuiatū. Ecce qꝫ parua petit a nobis dñs: tam Iude.
ingētia prestaturus. [Peccatori aūt dixit deus: qua=
re tu enarras iustitias meas: et assumis testamentum
meū † in os tuū?] Uentū est ad tertiam sectione3: vbi Al. per
iteru3 Asaph: id est deuota synagoga reloquiꝛ. Et q2
superius dixerat dñs laudes hominū in vicem sacrifi
ciorū se posse suscipere: ne forte peccatores hac pro=
missiōe cōfisi dicerent: sola laus et nō ꝓbabilis nobis
actio cognosciꝛ imperata: hoc necessaria ratiōe decla
rat ꝓhibendo ne lingua eorū presumeret deo laudes
canere/quib9 turpis cōscientia poterat obuiare. Que
figura diciꝛ Percūctatio: id est que alterius ꝑsone nō SCh.
patitur expectare respōsu3. Interdiciꝛ eñ sceleratis:
ne se presumāt sermonibus miscere diuinis. Sed al=
tius intēde: q2 de illis peccatoribus hoc diciꝛ/qui infe
rius describūtur: de quibus ait: Intelligite hec oēs q̄
qui obliuiscimini dñm. Ceterū cōuersis ad penitētiā
laudes nō interdicit diuina clemētia. Hi eñ qui cor=
de durati sunt/ ⁊ ab scelerū suorū prauitate non desi=
nunt/ꝓhibentur dñi narrare iustitias: id est vel cōmu=
ni sermōe aliquid de illa maiestate ꝓferre. Q2 os de=
bet esse iustū/qđ iustitias dñi enarrare presumat. Se
quiꝛ: vt nec testamētū ipsius indigna presumptiōe cō
tractet: ne ꝑ os sceleratū atqꝫ blasphemū sancta ⁊ ve
neranda verba ꝓgredi posse videanꝛ: sicut alibi scri=
ptū est Non est speciosa laus in ore peccatoꝝ. Testa= Eccl.
mentū vero vetus ⁊ nouū significat: q2 dū vnū suspē=
se diciꝛ/vtraqꝫ memoranꝛ. Potest hoc et de hereticis
doctoribus dici: q̄ legē dei docere presumūt. Assume=
re eñ/presumptionē significat indeuoti. Nā lectionē
credētibus nō videtur interdicere: in qua peccatores
maxime dignat9 est cōmonere. [Tu vero odisti disci=
plinā: ⁊ ꝓiecisti sermōes meos † post te]. Incipit eñ Al. retr-
enumeratio eoꝝ/quibus dei verbū interdictū esse co= sum.
gnosciꝛ. Odit disciplinā/qui ad correctiōes iustas in
qua presumptiōe remurmurat: ⁊ nō vult dñ3 in se vin
dicare qđ peccat. Tunc enim nobis ꝓuenit salutaris
emēdatio: si illū quo corrigimur plus amemus. Me=
lius est enim hic parūper affligi/ qꝫ in illa iudicatione
damnari. Proiicit etiā sermones dei post se/q̄ diuina
iussa cōtemnit: cui ante oculos nō est/qđ semꝑ conue
nit cōtueri. [Si videbas furē † simul currebas cū eo: Al. no
⁊ cū adulteris ꝑ'tione3 tuā ponebas]. Qui minora
vetat scelera/multo magis potiora cōdemnat. Nam
furtū ad homicidiū quid est? Adulteriū ad sacrilegiū
quantū est? Sed ita debet accipi: vt in his duob9 ꝓhi=
bitis oīa crimina vetuisse videaꝛ. Hec figura dicitur
a parte totū: que in presenti psalmo et superius ꝓbaꝛ SCh.
esse iam posita. Arguit eñ peccatorē: quare simul cū
fure currat. i. cur ad faciēdū scel9 sociata volūtate iū=
gaꝛ: vt qđ forsitan ille sol9 implere nō poterat ad effe=
ctū sceleris isto auxiliante ꝑueniat. Q2 autē dixit Et
cū adulteris portione3 tuā ponebas: subtiliter ꝑscru=
tandum est: q2 si quis dādo pecunias/aut cōsiliando/
aut laudādo adminicula ꝑbet adultero: qb9 sua vota
ꝑficiat/habere ibi sine dubio dinosciꝛ portionē. Nā si
cui facultas suppetit/⁊ a malo nō reuocat excedēdū:

et ipse quoqꝫ particeps ꝓbatur erroris: qꝛ debemus
hanc cōsciētiam charitate: vt neqꝫ nos/neqꝫ alios pe
rire patiamur. [Os tuū abundauit malicia: et lingua
Al. ꝯcinnabat dolos. tua † cōcinnauit dolū]. Prius de furto/atqꝫ de adul-
terio arguit peccatores: nūc etiam de cōsciētie praui-
tate/⁊ lingue subdolositatibꝰ accusant. Os hic cogi-
tationē cordis debemꝰ aduertere: qꝛ postea de lingua
dicturus est. Tunc em̄ nequicia cogitationis abūdat
qn̄ in istius seculi delectatiōibus mens humana ꝓgre
dit/⁊ per diuersa genera peccatorū iniqua voluntate
grassat. Sequit Et lingua tua cōcinnauit dolū. Hoc
multis modis debet intelligi. Nam ⁊ qui falso laudat
dolū facit: ⁊ qui maligna cōsilia prestiterit/in eadē ini
quitate versat: ⁊ qui male agendo bene loquit/in hac
prauitate fedat: ⁊ quicquid postremo verū ac simplex
nō fuerit/dolosis partibus applicat. Aptissime autē
positū est Cōcinnauit: qꝛ decipientiū mos est sic falsa
cōponere: vt aliquo lepore verborū audiētiū auribus
Ps. 54. blandiant: sicut in. 54. psalmo dicendū est Mollierūt
sermones suos super oleū: et ipsi sunt iacula. [Sedēs
Al. loquebaris. aduersus fratrē tuū † detrahebas: ⁊ † aduersus filiū
matris tue ponebas scādalum]. Sedere morātis est:
Al. aduersum. ⁊ ideo culpat grauius/qui in derogatione alterius nō
casu aliquo faciēte dilapsus est: sed diutinꝰ fratris sui
detractor insedit. Fratrē hic/oēm carne ꝓximū debe-
mus accipere: qꝛ ⁊ de spūali dicturus est. Sed inspice
hoc vitiū qua execratiōe damnet: vt inter peccatores
maximos haberi possit/qui se in tali prauitate miscue
Jac. 4. rit. Sicut ⁊ apl's Jacobꝰ ait: Qui detrahit fratri/de-
trahit legi: ⁊ iudicat legē. Sequit Et aduersus filium
matris tue ponebas scandalū. Filiū matris/sobolem
dicit ecclesie: cui ꝑ regeneratiōis partū/fraterna cha
ritate cōiungimur. Ponit ergo scādalum fratri suo: q̄
hereticas prauitates/vel alias interceptiōes quibus
innocēs capiat excogitat. De talibus eniz ipse vir sa-
Eccle. 37. piēs dicit: Qui sophistice loquit/odibilis est huiusmo
di. Et ꝓprie dixit Ponit/ꝓpter laqueos insidiosos: q̄
abscōdunt arte verborū: vt incauta simplicitas occul
Al. non hz. tis nexibus obliget. [Hec fecisti ⁊ tacui. † Et existima
Al. iniqua. sti † iniquitatē ꝙ ero tibi similis: arguā te/et statuam
Al. non hz. † illam cōtra faciem tuam]. Cōsidera quemadmodū
hic in vna sentētia que latius fuerant narrata recolle
git. Dicit em̄: cū multa facerēt peccatores/dn̄m iustū
nō iniuste distulisse iudiciū: vt cōuersionis tēpus inue
niret/dū damnationis pena suspendit. Sed de ista be
niuolētia creatoris: q̄ opinio prauis mentibus nascat
exponit. Dicit em̄ Existimasti iniquitatē ꝙ ero tibi si-
milis. Usus iste mortaliū est: vt quotiēs mala cōmitti
patimur/nec eis aperte resistimus: similitudine morū
illis cōsentire videamur. Hoc nūc iniqua mēte de dn̄o
sentire cōfirmat: vt qꝛ differt vindicare/⁊ ipsi credant
scelera humana placuisse. Sed huic prauo intellectui
dat iusta sentētia. Superius eniz dixit verba sua post
peccatoris tergū fuisse ꝓiecta: nūc sorte cōtraria pec-
cata dicit vnicuiqꝫ ante faciē suā collocāda. Per hāc
autē sentētiā futuri iudicij cognoscimus qualitatē: qꝛ
oīs peccator ante se videbit stare/qđ se putabat obli-
uiōis beneficio preterisse. Horror immēsus/formido
inestimabilis/illa hoies videre: ꝑ que se norūt ad eter
na supplicia ꝑuenire. [Intelligite hec qui obliuiscimi
Al. deum. ni † dn̄m: nequādo rapiat/⁊ non sit q̄ eripiat]. Hic fa-
SCLHE. cta apostrophe/id est cōuersio: ad illos. s. peccatores
quos superius vetat dn̄i narrare p̄conia. Dicit ei Jn-
telligite: id est fideliter obedite. Et ne hoc oībus pec-
catoribus crederes dictū: addidit Qui obliuiscimini

dn̄z. Peccator em̄ q̄ supplicat/⁊ se humili satisfactio-
ne castigat: nō obliuiscit dn̄m. Et ideo de quibus hoc
dictū sit/breui cōplexione mōstrauit immēsum crimē.
O negligētia nō ferenda obliuisci deū qui aīaz dedit/
carnē pascit: et fideles ab omni aduersitate defendit.
Amētia est certe illum memoria carere/ quē presentē
semꝑ constat existere. Sed qui obliuiscunt dn̄m: nisi q̄
precepta ipsius iniqua p̄sumptiōe cōtemnūt? Sequit
Nequādo rapiat/et nō sit qui eripiat. Quādo diabo-
lus rapit/est qui eripiat ad salutē: quādo dn̄s ad vin-
dictā trahit/nō est qui liberare possit addictū: quippe
cum ⁊ ipse auctor criminū eterna cruciatiōe damnet.
[Sacrificiū laudis honorificabit me: et illic iter † est Al. non hz.
quo ostendam illi salutare dei]. Hoc contra illos po-
nit: qui indigni laudes dn̄i canere p̄sumebant. Sacri-
ficium laudis honorificabit me: nō quale scelerati ca-
nūt/sed quale pura mens cōsueuit offerre. Ipsum em̄
sacrificiū laudis honorat dn̄m: quod puritate fidei/et
actionū ꝓbitate fuerit immolatū. Sequit quoqꝫ Et il
lic iter: appellat beatissimā psalmodiaz. Sed hec via
vbi ducat exponit: Quo ostendā illi salutare dei. Glo
riosa semita que ducit ad celi/terreqꝫ creatorez. Uerū
istud iter (quod dictū est) non pedibus: sed sanctis mē-
tibus ambulatur. Que si puro corde gradiamur/nos
ducit ad christum: fitqꝫ nobis illa scala que ascēdētes
perducebat ad celos. Conclusio.

¶ Proficuus omnino psalmus: si eū vellet im
probitas cognoscere iudeorum
In p̄ncipijs eniz de dn̄i incarnatiōe locutus: se quoqꝫ
Saluator admonet vt victimas pecudū deserentes/
cordis sacrificia populus deuotꝰ exoluat. Peccatorē
vero qui christo nō credidit: a predicatiōe diuinitatis
exclusit. Deinde quale sacrificiū laudis immolet ostē
dit. Postremū quēadmodū peccator iudicet aperuit.
Quid adhuc iudei desipitis? Cur vestrū interitū non
timetis? Audite synagogā de incarnatiōe dn̄i: ⁊ de fu
turo iudicio personātem. Uisum iam credite/qui pre-
dictus est aduenire: nō sunt lōge remedia que petatis
Sequens vos psalmus absoluit: si ad penitētie bene-
ficia sustinetis. Quid vos a generali medela diuidi-
tis? Ipsuz ⁊ vos saluat: qđ ⁊ nos liberat. In cōmune
dicamus Miserere mei deꝰ ſm magnā misericordiaz
tuam. Baptismū querite: carnem quam crucifixistis
assumite: sanguinē quem fudistis ebibite. Pia cōfessio
potest absoluere/quod vota constat impia cōmisisse.
¶ Explicit expositio in psalmum. 49.

¶ In finem psalmus David: cū venit ad eū
Nathā ꝓpheta cū intrauit ad Bersabee. L.

Miserere mei deus: ſm magnā
misericordiā tuā. Et ſm mul
titudinē miserationū tuarū:
dele iniquitatez meam. Am-
pliꝰ laua me ab iniq̄tate mea:
et a peccato meo munda me.
Qm̄ iniquitatem meā ego cognosco: et pec-
catum meum cōtra me est semper. Tibi soli
peccaui/⁊ malū coram te feci: vt iustificeris
in sermōibus tuis/⁊ vincas cū iudicaris. Ec
ce em̄ in iniquitatibus cōceptus suz: ⁊ in pec
catis cōcepit me mater mea. Ecce em̄ verita
tem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue

manifestasti michi. Asperges me dñe ysopo et mũdabor: lauabis me et suꝑ niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ ⁊ letitiam: ⁊ exultabũt ossa humiliata. Auerte faciem tuā a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundũ crea in me deus: ⁊ spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Ne ꝓijcias me a facie tua: et spiritum sanctũ tuum ne auferas a me. Redde michi letitiā salutaris tui ⁊ spiritu principali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iustitiā tuā. Dñe labia mea aperies: et os meũ annũciabit laudẽ tuam. Qm̃ si voluisses sacrificium dedissem: vtiqꝫ holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus: cor cõtritum ⁊ humiliatũ deus non despicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitie/oblatiões ⁊ holocausta: tunc imponent super altare tuũ vitulos.

Operepreciũ est hũc psalmũ paulo diligẽtius ꝑscrutari: vt virtutis ꝓfunda mysteria (prestãte dño) cognoscere mereamur. Et qꝛ se rex ⁊ ꝓpheta (sicut regũ testat hystoria) humili satisfactione ꝓstrauit: ⁊ peccatũ suũ increpatus/publice nõ erubuit cõfiteri. Merito eũ sanctissimi patres honorãdũ figuratiõe sacratissima censuerũt. Inter alios siquidẽ beatus Hieronymus Bersabee figurã ecclesie/vel humane carnis habuisse demõstrat. Dauid ꝟo (sicut multis locis constat aptatũ) dñi christi portasse imaginem. Et sicut illa dum in fonte cedron lauaret exuta vestibus suis Dauid placuit: et ad regios est cõpulsa venire cõplexus: maritusqꝫ eiꝰ principali iussione in loco/quo ab hostibus perimeret est ꝯstitutus: ita ecclesia .i. cõgregatio fidelium ꝑ lauacrũ sacri baptismatis mũdatis sordibus peccatoꝝ christo dño extat cõiuncta. Congruum siquidẽ fuit illis tẽporibus/vt ꝑ actũ huiusmodi indicarent dñi futura mysteria: ⁊ spũaliter ad magnũ sacramentũ ꝓbaretur referri/ qđ inter hoies culpabiliter videbat admitti. Nã ⁊ Osee ꝓphete iussit deꝰ vxo-
Osee.1. rem sibi accipere meretricẽ: vt significaret ecclesia gẽtiũ peccatis suis sordida/cõiunctione dñi esse mũdanda. Hoc etiã in Iuda et Thamar nuru eius/vel alijs similibus gestũ esse figuraliter inuenimus: sicut apl's
1.Cor.10. dicit Oia in figurã contingebãt illis. De hac etiam figura Dauid ⁊ Bersabee sanctus Augustinꝰ in libris quos aduersum Faustũ manicheũ scripsit: inter alia diligẽtissime disputauit. Vñ siue ista similitudo/siue alia fuerit valde mũdo ꝓfuit qđ taliter satisfacturus errauit: vt de vniꝰ tẽporali vulnere generalitas eternã sumeret sospitatẽ. Quãta rogo beato viro in agnitione culpe sue fuit humilitas: cui tãta est post veniam in satisfactiõe cõstantia? Peregrinũ ⁊ insolitũ illic adulterij fuisse crimen ostẽdit: qđ tãta mẽtis intẽtiõe deflet. Latronis inuitat nos quidem repẽtina cõfessio. Petri lachrymas subito gaudemus esse respectas. Blãdit nobis momẽtanea humilitas publicani. Dauid autẽ dũ sua peccata nitit ꝓlixiꝰ detergere: dedit vnde se generalitas possit absoluere: fecitqꝫ vt lachryme sue dũ ꝑ posteriorũ ora decurrũt/nulla tẽporis ꝓlixitate siccent. Cõsideremus aũt que fuerit humilitas in ꝓpheta. Cor principis vox quasi ꝓuata cõterruit: et iratus est potiꝰ sibi q̇ se cognouit iusta obiurgatione culpari. Tam ingentiũ populoꝝ rector sibi erat vehementissimus tortor: exigẽs a se penas/quas iussione vix ferre poterat aliena. Vulgo mos est pctã sua callidis allegatiõibus excusare: rex aũt potẽtissimus in cõspectu omniũ se potius elegit addicere: cõstituens se reũ/cuius cõsueuerat populus formidare iudiciũ. Quapropter ideo a dño absolui meruit: qꝛ sua vitia nõ defendit. O peccata in rebus letissimis plus cauenda: In Saulis persecutiõe numerosas virtutes exercuit/qui positus in regni securitate peccauit. Quo facto docemur felicitatẽ mũdi istius non oportere ꝑquiri: quando magis in afflictiõe ꝓficitur/⁊ in ꝓsperitate peccat. Meminisse aũt debemus in hoc psalmo statũ esse: qui dicit cõcessio. Cõcessio est em̃/cum reus nõ id qđ fecit aliqua cõcertatiõe defendit: sed vt ignoscat postulat absolute. Qđ generaliter in omnibus psalmis penitẽtium reperiri posse non dubium est.

Diuisio.

Quinqꝫ mẽbris hũc psalmũ cõgrua nimis respicimus dispositiõe formatũ: vt sicut quinario sensu peccatũ omne colligit/totidẽ partibus cõtracta iniquitas expiet. Prima est satisfactio ꝑfectissime humilitatis. Secũda ꝯfidẽtia misericordie dñi: quã fideles semꝑ habere ꝓficuum est. Tertia petit vt a pctis eiꝰ suũ dñs auertat aspectũ: sꝫ ipm potius sancta trinitas miserata respiciat. Quarta subiũgit oẽs peccatores ad desideriũ supplicatiõis magis ac magis aiandos: si tã ingẽs illi remitteret iniqtas. Quinta parte causa memorat ecclesie: que ꝑ eiꝰ erat semen aduẽtu dñi cõstruẽda: vbi iam letus altari eius offerẽdos vitulos pollicet. Sic ⁊ supplicatio deuota cõcludit: ⁊ vẽture salutis gaudia nũciantur.

Expositio.

Miserere mei deꝰ: ẜm magnã misericordiam tuã. Et ẜm multitudinem miserationũ tuarũ dele iniquitatẽ meã]. Rex ille potẽtissimus/⁊ multarũ gentiũ victor egregius: cũ se audisset a Nathã ꝓpheta redargui/peccatũ suũ nõ erubuit publice ꝯfiteri: nec ad noxias excusatiões cucurrit/ad quas maxime festinat humanitas: sed repẽte salutari humilitate ꝓstratus/ipsum se offerẽs deo purpuratus penitẽs pijs lachrymis supplicauit. Fidelis em̃ seruus non assumit callosas inficias: sꝫ cito intelligit cõmissa delicta. Mirabile dictu. Dicẽdo em̃ iudici Miserere mei: locũ examini cognoscit abstulisse. Vox ista nõ discutit: sed sub trãquillitate semꝑ audit. Solaqꝫ res est ꝑ quã possimus rei sine aliqua ꝯtrarietate defendi. Petebat quidẽ misericordiã quã diffinire nõ poterat: sed tñ pctis suis eã grandiorẽ oĩmodis sentiebat. Quãta ei sit (vt dixerũt sanctissimi patres) quis enarrare sufficiat: vt mũdi creatorẽ de celo deposuerit/⁊ terreno corpore induerit cõditorẽ: eũqꝫ q̇ eternitate patri manet equalis mortalitate coequauerit/ ⁊ nobis formã serui mũdi dño imposuerit: vt ipe panis esuriret/fons vite sitiret/virtus infirmaret/oĩpotẽs vita moreret? Que deniqꝫ maior misericordia: qꝫ ꝓpter nos creatori creatorem/ seruire dñatorẽ/vẽdi redẽptorẽ/humiliari exaltatorẽ/occidi viuificatorem? Hec erat illa magna misericordia dñi quã sanctus vir explicare nõ poterat: sed facile se per

eã credebat absolui/ꝑ quã humanũ genus iam tũc co
gnoscebat posse liberari. Qꝫ autẽ dixit Miserere ſm
magnã misericordiã tuã: argumentũ est a cõiugatis.
TOP. Misereri em̃/a misericordie fonte descẽdit. Sequitur
Et ſm multitudinẽ miserationũ tuarũ dele iniquitatẽ
meã. Quid nõ poterat dare: qñ se dñs rogabat igno=
scere? Multitudo em̃ indulgẽtie diuine/magnitudinẽ
peccatorũ quãlibet exupat: nec valebat delictũ ꝓcel=
lere: contra qđ petebat tanta misericordia subuenire.
TOP. Qđ argumentũ dicit a parte maiore. Multo em̃ ma=
ior est misericordia dñi: q̃uis peccata nostra videant
ingẽtia. Precat ergo in om̃ibus delictis suis pietatis
multitudinẽ: qꝛ ꝑ ꝓphetã presentis nequicie suscepe=
rat remissionẽ: vt ⁊ illa mereret euadere/que diuersis
tẽporibus se meminerat ꝑpetrasse. Prudẽtissime aũt
delictis nullũ volebat remanere vestigiũ: qm̃ ille so=
lus in libro vite cõscribit/cuius oĩa peccata delentur.
Al. amplius [† Usquequaq; laua me ab † iniustitia mea: et a † deli=
Al. iniqtate. cto meo munda me]. Studiose debet dilui/q̃ criminũ
Al. pctõ. veneno obfuscatus est: qꝛ curiose non abluit/qui tene=
brosa infectiõe maculat. Usquequaq;/vndiq;/ab omni
parte: vt et illa simul ignosceret/que prius se nouerat
admisisse. Potest em̃ aliquis sic lauare: vt tñ nõ sit oĩ=
no purissimus. Sed addidit Mũda me: quatenus in eo
nichil remanere posset immundũ. Sed istud lauacrũ
qđ sic abluit maculas pctõꝝ: vt supra niuẽ possit deal
bare qđ sordiduz est/salutiferi baptismatis cognoscit
ĩdicare puritatẽ: vbi sic oĩa ⁊ originalia delicta/⁊ ꝓpa
admissa mundant: vt illi nos restituat puritati/in qua
primus Adam noscit esse ꝓcreatus. Sed vtinã cõser
uaremus tãti muneris dignitatẽ: ne nos iterũ pullulan
tia peccata fuscarẽt. Petit ergo ꝓpheta in prefigura=
tione sacri baptismatis mũdari ab iniustitia sua: ne in
securitate remissus/ negligẽs videret esse post veniã.
Nã maxime debet caueri: ne finitima nostra reddant
obnoxia: sicut Salomon dicit: In fine suo laudabitur
Al. cognosco. oĩs vir. [Qm̃ iniquitatẽ meã ego † agnosco: et pecca
tũ meũ contra me est semꝑ]. Sciens ꝓpheta sic dñm
piũ/vt tñ ⁊ iustus esse nõ desinat: equitatẽ suis suppli
catiõibus admiscuit cõgruenter/vt facilius audiatur
qđ iustitia interueniẽte deposcit. Puniẽdũ quidez scit
esse peccatũ; sed ideo a dño dicit esse parcendũ/qm̃ a
Prouer. 18. se cõfirmat esse dãnatũ: sicut Salomon dicit: Iustus
in principio sermõis accusator est sui. Intẽdamus er
go qđ dicit Ego agnosco. Peccata em̃ illa sunt fortio
ra/que agnoscẽtes admittimus; nõ aũt illa q̃ ꝑ igno=
rantiam ꝑpetramus. Siue illud scire oẽs possunt pec
cata sua: sed soli illi ꝓbant agnoscere/qui ea videntur
ꝓpria execratiõe damnare. Perfecta ei penitẽtia est/
futura cauere peccata: et lugere p̃terita. Prio ei post
2. Reg. 12. ipm fuit scelus: qñ ꝓpheta interrogante rñdit Dignũ
esse morte q̃ alienam ouẽ pauperis cõcupiuit: tunc qñ
peccatũ suũ nõ credebat esse deflendũ: modo autẽ eũ
penitet/cũ ꝓstratus humiliter ingemiscit: cõtra se sta
re dicit delicta: quasi quandã figuratã imaginẽ semꝑ
adiecit: hoc est qđ iugiter aspicit/⁊ cũ oculos claudit.
Sed respectus iste cõtinuus peccatoꝝ/ꝑseuerãtiam
pie supplicatiõis ostẽdit. Naz quotiẽs talia corde re=
spicimus: totiẽs cõmissa deploramus. Dixit ei dñs in
Ps. 49. superiori psalmo Arguã te/⁊ statuã illã cõtra faciem
tuã; qđ hic sibi vir sanctissimus ipse faciebat cuz dicit
Et peccatũ meũ cõtra me est semꝑ. Iuste ergo se pe=
tebat absolui: qui iã hic formã illã visus est sibi fecisse
SCHE. futuri iudicij. Hec figura dicit Procatalepsis. i. p̃oc=
cupatio. Hic em̃ quasi iam in vẽturo iudicio cõstitu=
tus: delictorum suoꝝ aspectus teterrimos ꝑtimescit.
[Tibi soli peccaui ⁊ malũ coram te feci: vt iustificeris
in sermonibus tuis/⁊ vincas cũ iudicaris]. Hic iterũ
Enthymematicus syllogismus apparet: quẽ in vigesi SYL.
mo psalmo iã diximus. Cuius ꝓpositio est Dñs iusti=
ficat in sermõibus suis: ⁊ vincit cũ iudicat. Hinc sub=
iũgit in cõclusiõe premissa sententia. Tibi igit soli pec
caui: ⁊ malũ corã te feci. Hoc i reddẽdis syllogismis
sine culpa fieri more veterũ cõstat esse ꝑmissum. Nũc
ad exponẽda verba redeamus. De populo si quis er=
rauerit: ⁊ deo peccat/⁊ regi. Nam qñ rex delinquit/so
li deo reus est: qꝛ hoiem non habet/q̃ eius facta dijudi=
cat. Merito ergo rex deo tm̃ se dicit peccasse: qꝛ solus
erat q̃ eius potuisset admissa discutere. Et qꝛ illũ vbiq;
esse nouerat/iure corã ipo malũ se fecisse deplorabat:
arguẽs demẽtiam suã/qui nõ expauit tãto iudice pre
sente peccare. Sermones aũt dñi merito iustificati di
cunt: qm̃ sine dubio semꝑ eius dicta cõplent: sicut ipe
dicit Celum ⁊ terra transibũt: verba aũt mea nõ pre= Mat. 24.
teribũt. Sequit Et vincas cũ iudicaris. Deus tãte iu
stitie est: vt velit se cũ hoibus iudicari. Ipse eniz dicit
Iudicate inter me ⁊ vineã meã. Et alibi dicit Popu= Isa. 5.
le meus quid feci tibi: aut quid cõtristaui te? Responde mi
chi. Unde nũc ꝓpheta cõfitet talem cõtra se dñm ha= Michee. 6.
bere iustitiã: vt absolute superet cũ fuerit iudicatum.
Sic et Hieremias ait Dicetis dño deo nostro: tibi iu= Baruch. 1.
stitia: nobis aũt cõfusio vultus nostri. Erat quippe in
aĩo eius qđ ex pastore rex fuisset effectus: qđ regẽdos
populos acceperat: ⁊ sine honoris sui ꝯsideratiõe de=
liquerat. Necesse ergo erat vt in alieno iudicio ꝓphe=
ta superaret: q̃ iaz victus in ꝓprio examine noscebat.
Aliqui hoc aptant ⁊ ad dñi passione cũ iudicatus vicit:
⁊ mũdũ damnatus absoluit. [Ecce † in iniquitatibus Al. enim/
cõceptus sum: ⁊ in † delictis peperit me mater mea]. Al. peccatis
Hic inuidia peccati minuit/qñ ꝓpriũ crimen delictis concepit.
generalibus cõparat: vt ipa multitudo ⁊ cõfessio pec
catoꝝ miserationẽ boni iudicis cõmoueret. Ergo iste
sensus est: quid dicã me modo fecisse que arguor/q̃ iaz
ex originali pctõ in iniquitatibus ꝓbor esse cõceptus:
vt ante pctã cõtraxerim/q̃ vite principia reperissem?
Qđ argumentũ dicit ab antecedẽtibus. Neq; em̃ no TOP.
uũ est illũ peccare q̃ in iniqtatibus cõceptus/⁊ in deli
ctis est genitus. Quid humilius/quid simplicius q̃ de
vno peccato redargui: ⁊ simul oĩa cõfiteri? Merito er
go illi sic facile videt indultũ/qui post absolutiõis do
num multis modis se nitit ostẽdere criminosum. Au=
diãt pelagiani: ⁊ ire cõtra manifestã veritatem vehe=
mẽter erubescãt. Quemadmodũ em̃ potest fieri vt in
qualibet etate paruula nõ egeamus absolui/qui hũc
mũdũ delictis grauãtibus ingredimur onerati? Iob
quoq; simili voce ꝓfitet. Nemo mũdus ante te: nec in= Iob. 15.
fans cuius est vnius diei vita super terrã. Uas etiam
electiõis Paulus apl's inter multa cõmemorat dicẽs
Fuimus ⁊ nos aliqñ natura filij ire sicut ⁊ ceteri. Itẽ Ephe. 2.
ipse Paulus apl's: Per vnũ hoiem peccatuz intrauit Roma. 5.
in mũdũ: ⁊ per peccatũ mors; ⁊ ita in oẽs hoies mors
pertrãsijt: in quo oẽs peccauerũt. Ipsa etiã veritas in
euãgelio testat definitiua sentẽtia. Amen dico vobis: Ioan. 3.
si quis nõ renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto/non
põt videre regnuz dei. Quapropter interrogo cur in=
fantes a regno dñi reddũtur alieni: qui de cõmissa ne=
queũt prauitate culpari? Restat ergo vt originali pec
cato infantes teneant obnoxij: q̃ anteq̃ ꝓpria faciant
primi hois secũ ꝓbãt gestare peccata. Sũt et alie ve
rissime ꝓbationes; si sibi humana ꝓteruia sacrilegos

nō exquirat errores. Superest eoꝝ secūda nequicia:
qm̄ liberū arbitriū sic in humanis viribus ponunt: vt
absqꝫ dei gratia hoīes putent ꝑ seipos bonū aliquod
posse concipere vel agere. Qḋ si ita esset: cur ꝓpheta
Ps.58. diceret Deus deus misericordia eiꝰ preueniet me? Cū
te audis misericordia dn̄i preuētū: nichil tuū ꝑcessisse
Ps.126. daꝛ intelligi. In alio quoqꝫ psalmo dicit Nisi dn̄s edi
ficauerit domū: in vanum laborāt qui edificant eam.
Ps.36. Idē dicit A dn̄o gressus hominis diriguntur: ⁊ viā eius
Ps.145. cupiet nimis. Alio quoqꝫ loco Psalmista testatur Dn̄s
erigit elisos: dn̄s soluit compeditos: dn̄s illuminat ce
cos. Cū audiatis preuenire/edificare/dirigere/⁊ eri-
gere dn̄m absoluere ⁊ illuminare nullis ꝑcedentibus
meritis: quid ibi ꝓprium cepisse cognoscitis: nisi illud
tm̄ vnde ꝑ vestra superbia iuste damnemini? Sed di-
citis forsitan ꝓphetā Isaiam sic arbitriū liberū com-
Isa.1. probare. Si volueritis ⁊ obaudieritis: bona terre co-
Ezec.18. medetis. Et iterū Ezechiel: Facite vobis cor nouū/et
Ps.94. spiritū nouū. Et iterū: Hodie si vocē eius audieritis
nolite obdurare corda vestra. Sed hec/⁊ illis similia
pessima intentiōe sentitis: vt credatis hoīes a semet-
ipsis bone volūtatis initiū sumere/⁊ post adiutorium
diuinitatis accipe vt (qḋ dici nefas est) nos simus cau
sa eius beneficij/nō ipse sui. Iam quomodo verū erit
Joan.1. qḋ Joānes ait: De plenitudine eiꝰ nos omēs accepi-
mus: ⁊ gratiā ꝑ gratia. Vel queādmoduz ipsa gratia
dici poterit gratuita: si eā anticipet alicuius boni pre
missa celeritas? Audite apl̄m: q̄ dogma vestrū falsissi
Rom.11. mū vera predicatiōe cōuincit dicens: Quis prior de-
dit ei: ⁊ retribuetur illi? Qm̄ ex ipso/⁊ ꝑ ipsum/⁊ in ipso
Philip.2. sunt oīa. Itē apl̄s. A quo est ⁊ velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona
Jaco.1. voluntate. Et Jacobus apl̄s: Omne datū optimū: ⁊
omne donū ꝑfectū: desursuz est descendēs a patre lu-
minū. Sequitur alia vos multo peior absurditas. Si a
nobis esset bone volūtatis initiū/nos magis ponere-
mus fundamētū vbi edificaret dn̄s: qḋ certe nulla po
test mētis sanitas approbare. Quapropter desinite
asserere q̄ nō potestis implere. Illi obediēter audiūt
quos ipse facit audire: illi ꝑficere cupiūt/q̄ munus di-
uinitatis accipiūt. Nam post vitiatā humani generis
naturā: liberi arbitrij salutiferā partē ⁊ dn̄s tribuit/⁊
operationē ipsius sua pietate cōcedit. Hec quidē la-
tiꝰ btūs Augustinus: hec doctissimus Hieronymus:
hec Prosper cōsensu generalitatis diuino munere do
cuerūt. Sed nos hec cōtingere fecit heresis execran-
da: q̄ nimis saluti nostre ꝓbatur esse cōtraria. [Ecce em̄
veritatē dilexisti: incerta ⁊ occulta sapiētie tue mani-
festasti michi]. Sicut superiori versu per cōmune de-
lictū approbauit: q: nemo a pctis redderetur exceptus:
sic iterū ꝑ suā confessionē sibi supplicat subueniri: qm̄
in cōfitendo peccato veritatē dixit: quā deꝰ dn̄s supra
sacrificia plus requirit. Non em̄ deus delectatur pe-
nis nostris: sed cōfessionē querit erroris: sicut scriptū
Ezec.18. est Nolo mortē peccatoris: sed vt cōuertatur ⁊ viuat.
DEF. Incerta sunt que oīno discerni nō possunt: sed aliqui-
bus ambiguitatibus colliguntur. Occulta vero sunt que
nec oculus cōspicit: nec mēs humana dijudicat. Hec
duo nō solū sibi reuelata dicit/sed manifestata ꝓfitetur:
vt qḋ fuerat vel suspicari arduū/ꝑueniret illi in decla
ratione manifestū. Et nota ꝙ collata sibi munera pul
chra definitione cōplectitur. Dicendo em̄ Incerta ⁊ oc
culta sapiētie tue manifestasti michi: ꝓphetia quid sit
ostendit. Onus aliud addit reatui suo: vt cū beneficia
numerat/culpa semꝑ accrescat. Incerta ergo ⁊ occul
ta sunt: que deꝰ illi in filij sui manifestatiōe reuelauit.

Primū vt agnosceret euz habere filiū: deinde vt ipm
nosset ex suo semine in carnis assumptiōe venturū: vt
passiōis quoqꝫ futura ꝑdiceret/⁊ resurrectiōis gloriā
nūciaret: ⁊ inde nō se dicit debuisse peccare/cuz talia
meruisset agnoscere. O sancta simplicitas: quis tan- DOB
tū sue defensiōi studere potuit: quātū iste in ꝓpria con
demnatiōe laborauit? Qḋ argumentū dicitur a causis. TOP
Dicit eniz post tot collata beneficia/ad talia se nō de-
buisse ꝑuenire peccata. [Asperges me † hysopo ⁊ mun Al.dñe
dabor: lauabis me ⁊ suꝑ niuē dealbabor]. Superiori
supplicatiōe ꝓstratus/in secundā partē misericordia
dn̄i cōfisus erigitur: ne qḋ omnibus peccatis est grauiꝰ/
de clemētia omnipotētis dn̄i desperasse videretur. Hy-
sopus quāuis sit herba paruissima: radicibꝰ suis saxoꝝ
fertur viscera penetrare. Hec ⁊ internis hominū saucia
tis ꝓbatur accōmoda. Et in libro Leuitico immolato Leuit.
sanguine intincta/supra leprosi corpꝰ septies solebat
aspergi: significās precioso sanguine dn̄i Saluatoris
maculas peccatorū efficaciter esse diluēdas. Hac si-
militudine supplicat se ꝓpheta liberari: vt christi san
guine salutari quē pio corde credebat esse vēturū: ab-
solutiōis munera mereretur. Per hysopū em̄ significat
sacramēta que diximus: que nō solū inquinamēta de-
tergūt/sed etiam suꝑ niuem puritatem aīe relucentis
ostendunt. Super niuem autē albū de corporibus nil
valet inueniri: sed ideo suꝑ niuem dixit: q: spiritualis
aīa longe supra corpora mūdata resplendet. Que fi-
gura dicitur Hyperthesis: id est suꝑlatio: cum aliquam SCHE
opinionē omniū notam/sentētia nostra exuperare cō-
tēdimus. Tale est ⁊ illud: sicut iam in septimodecimo
psalmo dictū est Et volauit: volauit super pēnas ven Ps.17.
torū. [Auditui meo dabis gaudiū ⁊ letitiam: et exul-
tabunt ossa humiliata]. Hic iam pie cōfidentia diui-
nitatis ostenditur: vt talia se auditurum dicat/que gau-
dium letitiāqꝫ congeminēt. Gaudiū pertinet ad abso
lutionem: Letitia ad ꝑpetua premia possidēda. Hoc
est autē audire gaudiū ⁊ letitiā/quod ꝓmittitur abso
lutis: Venite benedicti patris mei: ꝑcipite regnuz qḋ Mat.
vobis paratū est ab initio mundi. Sequitur Et exulta-
bunt ossa humiliata: scz audita voce quam diximus.
Qḋ argumentū dicitur a cōsequētibus. Necesse est em̄ TOP
vt quando hec audita fuerint: letitia cōsequatur. Per
ossa vero significantur animi firmamēta: que necesse fue-
rat omnino humiliari: quādiu penitēs iste potuisset ab-
solui. Humiliata em̄ dixit ꝓpter erroris sui conscien-
tiam: que ꝓficue semꝑ humiles facit. [Auerte faciem
tuā a peccatis meis: ⁊ omēs iniquitates meas dele].
Venit ad tertiā partē: rogans iudicem pium ne respi-
ceret peccata/que ipsi quoqꝫ videbantur horrēda. Con
sidera vero ex cōtrarijs pulcherrime regulas datas.
Si nos auertimus facies a peccatis nostris noxium
est: q: obliuiscimur ⁊ negligēter agimus/que cōtinuo
fletu abluere deberemus: si dn̄s non auertit extinguit
q: iudicat delicta q̄ respicit. Sic orat ⁊ alibi: Ne auer Ps.14
tas faciem tuam a me: et ero similis descendētibus in
lacū. Merito: qm̄ si nos respicimur/misericordia Sal
uatoris absoluimur: sicut de Petro in euangelio dicit
Et respexit Petrum: et egressus foras fleuit amare. Luc.22.
Sequitur Et omnes iniquitates meas dele. De duo-
bus criminibus vocatus ad culpam: ꝓ vniuersis deli
ctis prudētissimus precator exorat. Sciebat em̄ se fe
cisse plurima/quāqꝫ iustitia presentis tēporis arguebat
ita salutari compēdio quicquid accusari poterat/re-
mitti sibi vna venia postulabat. Dele autē dum dicitur/
dimitte significatur: q: omne nostrum admissum quasi

quibusdā tabulis scribitur: cū diuina noticia ꝯtinetur.
[Cor mundū crea in me deꝰ: ⁊ spiritū rectū innoua in
visceribꝰ meis]. Subtiliter hos versus per verba sin-
gula debemus exquirere: vt nobis sensus possit eui-
dentius elucere. Creare dicimus: nouū aliquid insti-
tuere: vt illud qd nō fuit videat existere. Et quo modo
dicamꝰ ante peccatū cor mūdū nō habuisse Dauid de
quo dñs dixit: Inueni Dauid filiū Jesse virū ſm cor
meū: qui faciat oēs voluntates meas? Sed crea hic:
restaura debet intelligi. Petit ergo ꝓpheta tale mun-
dū cor sibi creari: qd iam peccatis impellentibꝰ cōmo-
ueri minime potuisset ad culpā: sed stabilitate defixū
a bono non possit mutari ꝓposito. Hoc vtiqꝫ sanctis
post resurrectionē dabitur. Sed penitens iste bonorū
auidus: venturi premij amore succensus: qd in futuro
euenire poterat: hoc sibi cōcedi presenti tēpore postu-
labat. Rectū spiritū dicit: filiū dei verbū: de quo ī alio
Ps. 44. psalmo cōmemoratus est: Uirga recta est virga regni
tui. Quē merito ex natura deitatis spiritū appellauit:
Joan. 4. quia legit: Deus spiritus est. Innoua: per hypallagen
et. 2. cori. 3. figurā positū est: nō ꝙ esset filius innouādus: sed quia
SCHE. Dauid peccatis veterē factū possit innouare per gra-
tiam. Ille enim nos innouat: qui antiqui hominis ve-
tustate deposita: in noua regeneratiōis sue dona com-
mutat. Nā sicut per Adā veteres fuimus: ita Christi
Ephe. 4. dñi beneficijs innouamur: sicut apostolus dicit: Depo
Col. 3. nentes veterē hominē cū actibꝰ suis: induite nouū qui
ſm deū creatus est. Addidit: In visceribꝰ meis: vnde
nouerat adulterij detestabile crimē exisse. Utrisqꝫ enī
partibus remediū petebat: qm̄ de vtroqꝫ peccauerat.
Et intuere quanta viuacitate se desideret expiari: vt
intelligas eum nullū tale vlterius cōmittere voluisse
delictū. Nā sicut in cōpaginē priorē coire nō possunt
abscisa membra: ita ad verū penitentē nequeūt prete-
rita redire peccata. Ut quibusdā vero placet: et aliter
probatur exponi. Petit ꝓpheta cor mundū creare in
se deū: nō aliud poscens qd nō habebat: sed qd iā erat
ETY. mundū fieri postulabat. Creare quippe dicimus: ⁊ re-
nouare. Dictū est enim ⁊ in alio loco de fidelibꝰ: Ecce
nunc noua creatura: non quasi de altera que non erat:
sed qd in ea que iā cōstabat illuminatio noua ꝓcesse-
rat. [Ne proijcias me a facie tua: ⁊ spiritū sanctū tuū
ne auferas a me]. Proijcitur a facie qui curari cōtem-
nitur. Et quid egrotꝰ faciat: si medicina se subtrahat?
Sciebat enim ab illius facie sanitatē mentis ⁊ lumen
venire sapientie: ⁊ credebat se inimico tradi: si a vultu
dñi iudicaretur expelli. Hic enim se tantū vult respici
quia peccata superius nō debere cōspici supplicauit.
O mens prophete: et post humanos errores eximia:
de potestate tacuit: de affectibus minime supplicauit.
Solū spiritū ꝓphetie sibi non auferri petijt: quē pre-
ciosum supra cuncta rex habuit. Sic enim et Hiere-
mias propheta de ipsius virtute testatus est dicens:
Hiere. 1. Extendit dñs manū suam ad me: ⁊ tetigit os meum: ⁊
dixit ad me: Ecce dedi verba mea in os tuū: ecce statui
te sup gentes ⁊ regna: eradicare ⁊ demolire ⁊ ꝑdere ⁊
exterminare ⁊ edificare ⁊ circūplantare. Merito ergo
conseruandū sibi petijt: qd supra oēs diuitias magni-
ficentius se habuisse cognouit. Et intuere qr nō dixit:
da michi: tanqꝫ non haberet: sed ne auferas posuit: sci-
licet quia talis ac tanta supplicatio nisi per spiritum
sanctū non poterat euenire. [Redde michi leticiā sa-
Al. et lutaris tui: † spiritu principali ꝯfirma me]. Redit ad
filium dei quē vt ostenderet Christū/ dixit: Salutaris
tui: cuius natiuitate salus gentibus venit: ⁊ quod ante
erat paucis per eximiam fidem cognitū: factum est in
vniuerso orbe notissimū. Quapropter cū dicit: Red-
de michi leticiā salutaris tui: Christū significat: cuius
contemplatione inter ipsas quoqꝫ lachrymas letus
erat: ⁊ prophetie sue munere inter penitentie sue ieiu-
nia pascebatur. Redde dixit: quia sibi nescio quid gra
tie senserat imminutū: qm̄ ab illa gratia salutari tantū
quis recedit: quantum se reprehensibili cōuersatione
tractauerit. Nā cū dicit: Redde michi leticiā saluta-
ris tui: gratiā se spūs sancti sine dubio amisisse cogno
uerat: quā fragilitas humana non potest habere cum
peccat. Sequitur: Et spiritu principali confirma me.
Rex ille sanctissimus ⁊ propheta mirabilis: non puta-
bat precipuum munus esse subiectis iura dictare: na-
tiones exteras bello subigere: sed tota contemplatio-
ne translatus: curiosius expetebat in principali intel-
lectu statui: qꝫ in regni culmine contineri. Confirma
me dixit: ne iterū peccem: ne a te anime mutabilitate
discedam. Nec incassum putemus: quod vir sanctus
et cordis illuminatione radiatus: tertio spiritū nomi-
nauit: nisi quia indiuidue trinitati deuotus cōcedi si-
bi ab ea veniā postulauit. Spiritus enim quantū ad
essentiā diuinitatis: ⁊ pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus
recte dicitur vnus deꝰ: sed pro distinctione personarū
est propriū patri ꝙ naturaliter sine initio ante secula
genuit filiū: propriū est filio ꝙ naturaliter a patre ge-
neratus est: propriū est spiritui sancto ꝙ a patre ⁊ fi-
lio ꝓcedit: que ineffabili charitate atqꝫ cooperatione
eorū consubstantialis eternitas ⁊ potestas omnia fa-
cit que vult in celo et in terra. Sed qꝫuis hec incom-
prehensibilia atqꝫ inexplicabilia ita vt sunt nobis nūc
esse noscantur: tamen a nonnullis patribus corpora-
lium et simul existentium rerum talis similitudo pro-
ponitur. Inuenimus enim in sole tres istas proprie-
tates. Prima ipsa est substantia corporalis ꝙ sol est. IDI.
Deinde splendor eius qui in ipso ꝑmanet. Tertia ca-
lor qui ab splendore eius vsqꝫ ad nos peruenit. Que
hoc modo (si tamen tante rei potest similitudo aliqua
reperiri) arbitror estimanda: vt quod est in sole sub-
stantia corporalis: ita intelligatur in trinitate quodā-
modo persona patris: ⁊ quod est in sole splendor eius:
hoc sit in trinitate persona filij: sicut apostolus dicit:
Splendor glorie eius. Quod autem est in sole calor: Hebr. 1.
hoc sit in trinitate persona spiritꝰ sancti: sicut legitur:
Quis se abscondet a calore eius? Datur etiam aliud Ps. 18.
exemplum incorporaliū rerum: hoc est de anima: que
ad imaginem dei facta cognoscitur. Anima igitur est
ipsa substantia incorporea rationalis: in qua nunc in-
tellectus ⁊ vita est. Quod ergo est in anima substan-
tia: hoc intelligatur (si dici fas est) in trinitate persona
patris: quod autem est in anima virtus ⁊ scientia: hoc
intelligatur in trinitate filius qui est dei virtus et dei
sapientia. Et quod in anima viuificandi proprietas:
hoc ⁊ in trinitate intelligatur spiritus sanctꝰ: per quē
viuificandi opus multis locis predicatur impleri: si-
cut ait Petrus apostolꝰ in epistola sua: Mortificatos 1. Pe. 3.
carne: viuificatos autem spiritu. Item apostolus: Lit 2. Corin. 3.
tera occidit: spiritus autem viuificat. Et in euange-
lio dominus ait: Spiritus est qui viuificat: nam caro Joan. 6.
non prodest quicqꝫ. Hec autem que diximus tria sin-
gulariter sequestrata nullatenus inueniūtur: qꝫuis in-
tellectus noster ea distincta possit aduertere: sed ita
naturaliter sunt vnita: vt dum vnum horum se abstu-
lerit: simul tria semper occurrant. Sic per has simi-
litudines: tante rei aliqua nobis imaginatio veritatis

aperitur. Sunt ⁊ hec ⁊ talia patrũ disputatione simi-
lia: sed que nũc carnis infirmitas ad liquidũ vetat in-
telligi: tunc multo prestantius poterunt cõprehendi:
quãdo in maiestate sua diuinitatem viderint quicũꝗ
beati sunt. Qđ qui desiderat plenius agnoscere: san-
cti Hylarij: sãcti Ambrosij: ⁊ sancti Augustini libros
trinitatis nõ desinat lectitare. Hec enim res ad dispu-
tandũ: ꝗ magna: tam longa est. Nam ⁊ beatus Hiero
nymus aduersus hereticos in hoc psalmo luculẽter et
Al. Docebo breuiter de trinitate disseruit. [† Doceã iniquos vias
tuas: ⁊ impij ad te cõuertentur]. Quartã partẽ suppli
cationis ingreditur: vbi cũ fuerit auditus: que sit glo-
ria pascentis ostẽdit: vt ipse quoꝗ purgatissimus ac-
quiratur: cũ aliũ ab infidelitate cõuerterit. Scriptum
Iaco. 5. est enim: Quia qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore
vie sue: saluabit animã eius a morte: ⁊ cooperit multi-
tudinem peccatorũ. Duo sunt enim genera doctorũ.
Unũ quod instituit exemplis. Aliud quod verbis tm̃
noscitur admonere peccãtes. Quod hic vtrũꝗ depre
henditur sentiendũ. Dicit itaꝗ: Qm̃ si prophete par-
catur: delinquẽtibus spes remissionis maxima conce-
datur. Quis enim ad ꝯuersionẽ non daret animũ: vbi
rex et ꝓpheta concesse sibi venie prestabat exemplũ?
Siue illum secundũ intelligi potest: quia liberatus a
magno exitio ꝓdicare potuit gentibꝰ diuersa magna-
lia dñi: que sequentiũ psalmoꝝ textus ostendit. Polli-
cetur etiã compendiũ questuosum: vt quia ignouerat
vni: multi per ipsum impij ꝓbarentur acquiri: qđ non
elationis causa dicitur: sed ꝓuidentie virtute prophe-
tatur. Quãti enim per ista verba dño supplicantes: ex
reis redduntur liberi: ex obligatis feliciter absoluti?
[Libera me de sanguinibꝰ deus deus salutis mee: et
exultabit lingua mea iusticiã tuã]. Sanguinibꝰ: cõtra
latinã quidẽ linguã numerus pluralis videt̃ assumptꝰ:
sed quia hoc in grecis exemplaribus cõtinetur: trãsla
tor oĩno laudandus est. Elegit enim aliquid ꝯtra artẽ
seculariũ ponere: ꝗ a veritate posita discrepare. Nam
si diceret a sanguine: vnũ forsitan peccatũ videretur
ostendere: sed cum pluralem numerũ ponit: multa esse
sine dubio confitetur. Quod idioma scripture diuine
SCHE. possumus nũcupare. Hec figura dicit̃ Exallage: id est
immutatio: quotiens ꝯtra ꝯsuetudinẽ: aut genus com
mutatur: aut casus. Liberari ergo se ꝓpheta petit de
carnalibus delictis: vt iam desineret in ista fragilitate
peccare. Sanguis enim: pro corpore humano poni-
tur: quia inter ceteros humores eius ipse prior videt̃
Matth. 16. existere. Nam ⁊ in euangelio Petro dicitur: Non tibi
reuelauit caro ⁊ sanguis. Deus salutis mee: significat
dñm Saluatorẽ: per quẽ salus pie credentibus datur.
Addidit etiam: Exultabit lingua mea iusticiam tuã:
id est si me liberaueris de sanguinibus: quod intelli-
gitur de peccatis: laudẽ tuã lingua mea iuste loquet̃:
Ps. 49. propter illud qđ in preterito psalmo dictũ est: Pecca-
tori autẽ dixit deus: quare tu enarras iusticias meas?
Absolutus enim recte loqui potuit: vnde peccatorem
lex diuina suspẽdit. Illud preterea videtur afferre nõ-
nullis aliquã questionẽ: quare post absolutionem de-
licti: dixerit: Laudabo iusticiã tuam: ⁊ non magis qđ
aptũ erat posuit: laudabo pietatẽ tuam? Pietati enim
gratias agere debet: qui precatus est indulgenter ab-
solui. Sed si causam ꝓfunda ratione ꝯsideres: ⁊ iusti-
cie diuine fuit: vt audiret ad se clamantẽ: parceret sup
plicanti: susciperet cõfitentẽ. Siue quia due res iste in
iudicio domini semꝑ adiuncte sunt: sicut in centesimo
Ps. 100. psalmo dicturus est: Misericordiã ⁊ iudicium canta-
bo tibi dñe. Quod suo loco euidẽtius explanabimus.
[Dñe labia mea aperies: et os meũ annunciabit lau-
dem tuã]. Labia ꝓphete que clausa fuerãt cõditione
peccati: beneficio absolutionis aperienda ꝓnũciat.
In reatu enim positis ora dãnata sunt: sicut ⁊ Esaias
dicit: O miser ego: qm̃ immundus sum: qui cũ sim ho- Esa. 6.
mo ⁊ immunda labia habeam: in medio quoꝗ populi
immũda labia habentis habitem. Os aũt dicit̃ ⁊ cor-
dis arcanũ: vnde efficaciter laus diuina cantat̃. Me-
rito ergo post absolutionẽ peccati: ⁊ labia sua aperien
da esse ꝓnũciat: et os suũ dicit dñi annunciare posse
preconia. [Qm̃ si voluisses sacrificiũ dedissem vtiꝗ:
holocaustis † aũt non delectaberis]. Reũ se culpa in- Al. non
teruenientе cognoscens humilis precator: insinuat po
tuisse quippe regem facile sacrificia pecudum offerre:
que adhuc illo tẽpore pro peccatoꝝ expiationibꝰ pen-
debantur: si holocausta dñs libenter assumeret. Nam
qđ dicit: Holocaustis autẽ nõ delectaberis: significat
ritus sacroꝝ per imolationes pecudũ: qui erãt aduen-
tu dñi respuendi. Unde cõstat ꝓphetã sic ad dñm to-
ta mente translatum: vt non se sacrificijs que illo tem-
pore gerebant̃ crederet expiandũ: sed illa magis obla-
tione quã dicit inferius. [Sacrificiũ deo spiritus con
tribulatus: cor cõtritũ ⁊ humiliatũ deꝰ nõ † spernit]. Al. despi-
Postꝗ dixit que sacrificia deus respuit: nũc dicit illa ciet
que poscit. Istud enim damꝰ sacrificiũ deo: spiritũ su-
perbie cõfessionis humilitate mactatũ: vnde non san-
guis egreditur: sed lachrymarũ fluenta decurrũt. Nã
spiritus iste quando est letus nos obligat: quando est
ẜm deũ contribulatus, absoluit. Dicit enim per quin-
tam speciẽ definitionis (que grece Cata antilexin: la- Def.
tine aduerbiũ dicit̃) qđ sit acceptius sacrificiũ qđ of-
fertur deo: id est spiritus cõtribulatus. Sequitur etiã
sententie huius indubitata ꝓmissio: per quã iam non
venia petitur: sed eã deo se humiliantibꝰ pollicet̃: id est
cor cõtritũ ⁊ humiliatũ deus nõ spernit. Contritũ, di-
cit penitentie laboribus vehementer afflictũ. Humi-
liatũ deo sciꝪ: vt qđ ante fuerat elatione superbũ: fie-
ret pia cõfessione deuotũ. Et vide quẽadmodũ rerum
ordo seruatus est. Non enim cor potuerat humiliari:
nisi fuisset frequẽti tribulatione cõtritũ. Nã qđ dixit:
Deꝰ nõ spernit: iam sancte ꝓmissionis auctoritas est:
qui predicat̃ magis ꝗ postulat̃. Cõstat enim tales ob-
lationes deũ nõ spernere: sicut illa cognoscitur priora
sacrificia respuisse. Perquirendũ sane videtur ꝙ fre-
quenter in scripturis diuinis pro intelligentia cor po-
natur. Dicit in euãgelio: De corde exeũt cogitatiões Matth.
male. Et Petrus apostolꝰ Symoni ait: Cor enim tuũ Act. 8.
nõ est rectũ corã deo. Esaias quoꝗ testatur: Indura- Esa. 6.
tũ est cor populi huiꝰ. Et in quarto psalmo: Quousꝗ Ps. 4.
graui corde. Et in septimo: Scrutans corda et renes Ps. 7.
deꝰ. Hic quoꝗ superius dixit: Cor mundũ crea in me
deus: vt cũctis indubitanter appareat ibi esse cogita-
tionũ nostrarũ fontẽ: inde bonũ malũꝗ venire tracta-
tum. Nã ⁊ particula ipsa corporis nostri conoides est:
quia ignis habet imaginẽ: vt merito tali sit possessio-
ne plasmatũ: vnde nobis potest venire consiliũ. [Be-
nigne fac dñe in bona volũtate tua syon: vt edificẽtur
muri hierusalẽ]. Quinta pars que superest introitur:
in qua iam calamitatũ anxietate deposita: memor ꝓ-
missionis diuine letus petit fieri qđ dñs dignatus fue
rat polliceri. Supplicat itaꝗ vt qm̃ synagoga posita
sub lege peccauit: per gratiã Christi succedens syon:
hoc est catholica firmet̃ ecclesia. Dicit̃ ergo: In bona
voluntate tua fac syon: quasi ille mons tunc non esset

effectus. Sed cõsidera quia in eo significatur ecclesia: per quã mundus scilicet potuisset ornari. O regio illa omniũ patrona terrarũ: O ciuitas magni regis que celestis patrie ⁊ imaginẽ portas ⁊ nomẽ: quis te audeat localem dicere: que totius orbis terminos sanctissima fide probaris implesse? Nam si hystoriã velis aduertere: significat forte tẽpora Theodosij: quãdo Eudocia iugalis eius religiosissima feminarum: bene meritam ciuitatem ampliorẽ ⁊ meliorẽ murorũ circulo coronauit. [Tunc acceptabis sacrificium iusticie: oblationes ⁊ holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos]. Frequenter sic a sanctissimis viris aliquid alligatur: vt subiungatur etiã votiua promissio: vt est
Ps.115. illud: Quid retribuam dño pro his que retribuit michi? Calicem salutaris accipiam ⁊ nomen dñi inuocabo. Ita ⁊ hic dicitur patri: Tũc acceptabis sacrificiũ iusticie: id est filij tui gloriosissimã passionem: qui se sacrificium pro omnibus obtulit: vt salutẽ mundus quã suis operibus nõ merebatur acciperet. Pulcherrime autem definitum est: quid sit domini passio reuerenda: id est sacrificium iusticie. Sequitur: Oblationes ⁊ holocausta. Istud iam ad fideles pertinet christianos qui erant post aduentũ dñi credituri: significans immolanda corda hominũ viuentiũ: non membra pecudum mortuoꝝ. Illa enim ignis consumptibilis absumebat: ista incendiũ vitale discruciat. Illa redigebantur in fauillas: ista temporaliter animas tribulationibus exurendo ad ameni paradisi gaudia eterna perducunt. Sequitur: Tunc imponent super altare tuum vitulos. Sacerdotes scilꝫ: quando ecclesia catholica fuerit domini passione constructa. Nam cuꝫ superius dixerit: Holocaustis autẽ non delectaberis: querendũ est quare hic iterũ vitulos immolandos esse ꝓmiserit.
SCHE. Dictũ est per figuram Allegoricam: que aliud dicit/ aliud significat. Vitulos quippe posuit: aut pro innocentibus adultis: quoꝝ etas prima est: ⁊ a iugo peccati ceruix ꝓbatur aliena: et ideo in tali verbo permansit: vt acium illũ preterite legis indicaret fuisse rerum imaginẽ futurarũ. Siue illos predicatores euangelij promittit: quoꝝ imaginẽ in vituli figura Lucas euangelista suscipit: qui non mugitibus aera verberarent: sed orbẽ terrarũ dominice fidei predicatione complerent. Siue illos magis vitulos debemꝰ aduertere: qui animas suas in hostiã suauitatis sacris altaribus obtulerunt. Nam ⁊ pater Augustinus: cũ de figuris illis euangelicis ageretur: quodã loco ipsum dñm vitulum dicit: qui se hostiam obtulit pro salute cunctoꝝ. Quapropter/ siue de adolescentibus: siue de predicatoribꝰ: siue de martyribus sentiatur: tales tamen ꝓpheta vitulos altaribus dñi potuit ꝓmittere: quos christiane religioni nouerat cõuenire.

Conclusio.

Dulcissimus nimis emanauit psalmus: de amaro compunctionis fonte descendens. Sed quid lachrymarũ israeliticũ populum tunc profudisse credamus: vbi tanta princeps afflictione plangebat? Quis enim illo flente non fleret? Quis dolente nõ gemeret: quãdo pro gẽmato diademate rex cinerẽ gestabat in capite: canus puluere non etate? Noluit enim se videri forinsecus ornatum: qui se intus nouerat esse fedissimum. Pulchrior sordibus suis: qui pompã seculi respuit in delictis. Dolor viuꝰ cordis: fuit nimirum correctio ciuitatis. Quando insanie crimen incurrit: qui tunc letus esse presumpsit? Felix ꝑfecto ter quaterqꝫ ciuitas: vbi ⁊ seculi dñs deo penitere meruit: et gloriam crucifixionis rex celestis accepit. Hinc est quod dũ in hoc libro septem psalmi penitentiũ esse doceantur: ecclesiarũ vsu receptũ est: vt quotiens peccatorũ venia petitur: per istum magis dño supplicetur. Non immerito. Primũ: qm̃ in nullo psalmorũ que penitentibꝰ maxime necessaria est: tanta virtutis humilitas inuenitur: vt rex potens ⁊ in ꝓphetali culmine constitutus tanq̃ extremus hominũ sua festinauerit peccata deflere. Deinde: quia post absolutionis promissionem tanta se constrinxerit necessitate lachrymarũ: quasi ei minime fuisset ignotum. Electum est plane temperatũ ⁊ expeditũ supplicationis genus: quod omnis etas vere sapiens debeat appetere: et ad subitum festinanter possit implere. Non enim hic vt in ceteris penitentibꝰ aliquid difficile dicitur: quale est illud in sexto psalmo. Lauabo per sin- Ps.6.
gulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Nec illud qđ in trigesimoprimo psalmo dicit:
Grauata est super me manus tua: conuersus sum in Ps.31.
erumna dũ cõfigitur michi spina. Non illud qđ in tri-
gesimoseptimo psalmo ait: Computruerũt ⁊ deterio Ps.37.
rauerũt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Nec il-
lud quod in centesimoprimo psalmo dicit: Quia cine- Ps.101.
rem tanq̃ panem manducabã: ⁊ poculũ meũ cũ fletu temperabã. Non illud qđ in centesimouigesimonono
dicit: De ꝓfundis clamaui ad te dñe. Nec illud quod Ps.129.
in centesimoquadragesimosecũdo. Quia persecutus Ps.142.
est inimicus animã meam: humiliauit in terra vitam meã: Collocauit me in obscuro sicut mortuos seculi: et anxiatus est in me spiritꝰ meus. Sed a ꝓpheta correptus ⁊ peccati sui agnitione perterritus: petit rex a clementissimo iudice: vt per misericordiã ipsius ablutus sordibus omniũ peccatorũ reddatur omĩno mundissimus. Sic magister optimus: ⁊ districtas alibi satisfactiones fortioribus viribus dedit: ⁊ infirmis ista temperata concessit. Que merito pia mater elegit ecclesia: vt filios suos ad gratiam blandissime confessionis modis oĩbus inuitaret. Nam potest hic ⁊ illud fortassis intelligi: ideo eũ in hoc psalmo dixisse: Doceam iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te cõuertentur: qm̃ preuidebat sequentes populos per istũ psalmũ copiosissime penitẽtie munera petituros. Illud plane videamus: quid est hoc qđ nos frequenti meditatione hunc psalmum licet iterare: nec nobis impedit ad honores ecclesiasticos expetendos? Si vero a sacerdote supra nos penitẽtie voto dicatur: qm̃ ex persona datur: iuste a canonibus vetamur vltra accedere. Quicquid enim in Christi nomine percipimus: inuiolabile nobis ⁊ definitiuum decet esse iudicium. Ita fit vt penitentiam vnũquẽqꝫ ⁊ apud se iugiter liceat agere: ⁊ quãdo per sacerdotem data fuerit non nos permittat vlterius ad ecclesiasticos honores accedere. Huius autẽ nec numerus vacat. Pertinet enim ad annum iubileum: qui apud hebreos contractus veteres obligationesqꝫ soluebat: quem in leuitico dñs annũ remissionis vniuersos habitatores terre vocare precepit. Pertinet quoqꝫ ad penthecosten: quando post ascensionẽ dñi apostolis spiritꝰ sanctꝰ aduenit: miracula faciẽs: ⁊ carismatũ dona concedens. Sic ⁊ psalmus hic calculo quinquagesimo constitutus: si corde puro dicatur: delicta dissoluit: chirographum nostre obligationis euacuat: et nos a debitis delictorũ tanq̃ remissionis annus prestante domino reddit immunes.

Explicit expositio Cassiodori in psalmũ quinquagesimũ ⁊ vltimum prime Quinquagene.

¶ Cassiodori Clarissimi Senatoris Romani in secūdam Quinquagenā Psalterij expositio incipit.

Titulus psalmi quinquagesimiprimi.

¶ In finem intellectus ipsi Dauid cum venit Doech idumeus et nunciauit Sauli et dixit illi: Ecce venit Dauid in domū Abimelech. li.

Quid gloriaris i malitia: qui potens es in iniqtate? Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti malitiā sup benignitatē: iniquitatem magis ꝙ̄ loqui equitatem. Dilexisti oīa verba precipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finē: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra viuentium. Uidebunt iusti ⁊ timebunt ⁊ super eum ridebunt et dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorem suū. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarū: ⁊ preualuit in vanitate sua. Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. Cōfitebor tibi in seculū quia fecisti: ⁊ expectabo nomen tuum qm̄ bonum in conspectu sanctorum tuorum.

Ut titulum nobis aperiat causa breuiter intimata: cum Dauid fugeret Saulem: venit ad sacerdotē Abimelech. Qui susceptus ab eo: ⁊ panes ꝓpositiōis accepit: ⁊ gladiū quo occiderat Goliam. Panes ꝓpositionis significauerunt sacerdotem: gladius sacratus futurum potentissimū regem. Ibi casu inuentus Doech idumeus prepositus mulorum: nunciauit omnia regi Sauli. Tunc iratus Saul: Abimelech cum alijs sacerdotibus eiusdem ciuitatis ab ipso fecit interfici. Iste autē Doech per quē talia ꝓuenerunt: patriatico nomine cognominatus est idumeus. Que vtraqꝫ verba coniuncta (sicut patrū tradit auctoritas) indicant motus terrenos: que significatio verborū antichristi actibus nō imerito deputatur. Doech idumeus enim Dauid aduersarius fuit: sicut Christo antichristꝰ erit. Iste sacerdotes extinxit: ille facturus est martyres. Iste nominis significatione indicat motus terrenos: ille cunctū orbem moturus est: dum eum presumptione sacrilega ad culturā sui nominis coget. Quapropter per nomē Doech idumei: iure antichristus intelligitur: cui tantis comparationibus similis approbatur. Et ideo totus hic titulus ad aduentū domini secundū per tēpus antichristi iure referendus est: quoniam oīa ad Christi manifestationem competenter aptantur: vt psalmo suo titulus non discrepare: sed potius congruere videatur. Diuisio.

Spiritu sancto illuminatus ꝓpheta: respexit ante iudiciū domini: antichristi consurgere abominabilem principatū. Et vt fidelium corda roboraret: In prima parte psalmi facta in eum inuectione consurgit: ne se nimium in suis iniquitatibus extolleret: cui finis grauissimus immineret. Secūda parte: adhuc eum increpans dicit: ⁊ ꝙ celeri fine rapiatur: ⁊ ꝙ cū sanctis dn̄i non habeat portionem. Tertia: stuporē dicit ꝓuenire sanctorum: quando diabolus qui in hoc seculo nimia presumptione grassatus est: in fine miserrimus abiectusqꝫ videbitur. Quarta parte: propheta confidens de deo in futuro seculo cum sanctis habere se estimat beatissimā portionem. Aliqui vero hunc psalmū generaliter in peccatores dictum esse putauerunt. Sed cum pro talibus magis precipiatur orari: qui spem conuersionis minime perdiderunt: consequens est vt de antichristo magis et sequacibus eius accipiatur: qui iam obstinationis sue crudelitate noscitur esse damnatus: maxime qui (sicut dicit inferius) in fine erit destruendus. Expositio.

Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate? Tota die]. Cum scriptura diuina nec in bonis actibus dicat esse glorificandū: sed precipiat vt qui gloriatur in domino glorietur: nūc propheta virum sceleratū de sola se malignitate iactantē: cū indignatione redarguit: cur velit de malis actibꝰ gloriari: vnde deberet potius conscientia teste cōfundi. Est aūt Energie pars: qm̄ absentē personā alloquitur quasi presentē. Sche. Hunc enim per subsequētes versus facta inuectione: mirabili ꝓprietate describit: vt per mores suos conspici videatur: qui post longū tēpus creditur esse venturus. Potens etiā in iniquitatibus ille est: qui in malo permissus valet implere quod nititur. Sed quantū in nequitia validus: tantū est improbis moribus execrandus. Sed ne hoc ad momentū fieri videretur: additum est: Tota die: quod vniuerse vite significat tempus: vt sine aliqua intermissione malū semper et operetur ⁊ cogitet. [Iniusticiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum]. Pessimorum consuetudo mirabili breuitate describitur: qui nō ante cogitant ꝙ̄ loquantur: sicut sapientissimus Salomon dicit: In ore stultorū cor eorum. Hic enim dicit linguā Eccle. xi. cogitasse non cor: vt illa que prudentū consilio famulari solet: in ipsis locutionibꝰ suis cogitasse videretur. Que ideo inconsulta protulit: quia ea premisso iudicio non limauit. Cogitauit enim lingua: vtrūqꝫ declarauit: ⁊ facilem voluntatem leuissime mentis: et precipitationem inconsultissimam dictionis. Possumus enim interdum mala cogitare, et lingua non dicere. Hic vero praui hominis pessima consuetudo damnatur. Addidit: Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula est in quadam subtilitate tensum latius ferrum: radendis pilis acutissimum preparatum. Quod licet barbe segetem metat impressum: corporis tamen substantiam relinquit illesam. Conuenienter ergo seuissimi hominis dolum acute nouacule comparauit: quia sicut illa hominē nō ledit: ita nec iste animā iusti sub quauis afflictione percellit. Potest enim radere omnia que sunt forinsecus attributa quasi pilos: sed anime interna tunc magis efficit pulchriora: quando ei nititur auferre mundana. [Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis ꝙ̄ loqui equitatem]. Nunqꝫ malum derelinquit: qui cognoscitur amare qꝺ peccat. Illas enim res absolute deserimus: quas odio interueniente damnamus. Nam peccator iste nequissimus diligere dicitur vitia sua: qui execrabili morbo corruptus illud magis appetibile iudicat: quod boni mores semper accusant. Et vt culpis

eius augmenta cōgeminet. Addidit: Super benigni
tatem: vt etsi animū eius aliquando benignitas tan-
geret: mox tanꝗ detestabile vitiū repudiata sorde-
ret. Sequitur: Iniquitatē magis: ꝗ loqui equitatē.
Plerūqꝫ homines qui peccata faciunt: per decorem
se composite locutionis abscondūt. Nolunt in se de-
prehendi: quia norunt generalitatis execratione dā-
nari. Iste autē sic ꝓfessus est malū: vt loqui non eru-
bescat: que sapientiū vota repudiāt. Et respice quē-
admodū multas res his tribus versibꝰ breuiter inti-
SCHE. mauit. Que figura dicitur Leptologia: id est subtilis
locutio: quando res singule minutatim ac subtiliter
indicanꝫ. [Dilexisti oīa verba precipitationis: lin-
gua dolosa]. Interposito diapsalmate: venit ad se-
cundā partē. Sed ꝗuis nobis sceleratissimū aliquē
ꝓponamus: quis erit cuius tanꝗ de precipitio mon-
tis dolosa verba descendāt? Sed de antichristo vere
dicit: qui ꝑposteratis moribꝰ atqꝫ cōfusis diligit iniq
tatē: currit ad oīa verba ꝑcipitationis: iubet qđ nul
lū iuuat: ⁊ totū cū dolo loquitur a quo nulli ꝓfutura
censentur. [Propterea destruet te deꝰ in fine: euellet
Al. tuo te ⁊ emigrabit te de tabernaculo † suo: et radicē tuā
de terra viuentiū]. Destruet deus in hac vita ꝓsper-
rime quos iterū edificare decreuerit: In fine aūt qui
destruitur eternis suppliciis deputaꝫ. Nā ꝓpter illa
que superius dicta sunt: in fine seculi ore dñi tyrānus
ille plectēdus est: vt tā ingens neqtia aduētu summi
iudicis destruaꝫ. Cuius potētie tēpora Daniel quoqꝫ
Daniel. 12. definit dicens: Qm̄ in tempus temporū: ⁊ dimidium
tēporis in ꝯsummāda dispersione fient oīa hec. Se-
quitur: Euellet te: ⁊ emigrabit te de tabernaculo suo.
Pena ingens: formidolosa damnatio: de amenissimo
dñi tabernaculo euelli: ⁊ in perpetuis ignibꝰ manci-
pari: vbi nec virere cuiqꝫ datū est: nec florere conces-
sum: sed tanꝗ arbor grādeua radicitꝰ euulsa: eterna
sterilitate siccabitur. Postea etiā quosdā mouere: ꝗ
ꝟba ista antichristo nequeāt ꝯuenire. Dicit eīm: Emi-
grabit te de tabernaculo suo: cū homo paganissimꝰ
ibi nō videaꝫ esse plātatus. Sed hoc a mēbris ipsius
potest accipi: q̇ in ecclesia quidē corpore videnꝫ esse
nō animo: qꝛ sicut fideles mēbra sunt dñi saluatoris:
ita et ille suos complices in vnā colligit nequitie so-
cietatē. Addidit: Et radicē tuā de terra viuētiū. Ra-
dices erūt ātichristi ꝯsentanei ministriqꝫ diaboli: Et
ideo radicē ipsius cū ipso de terra viuentiū dicit esse
euellendā: qꝛ cū sanctis dñi nec diabolꝰ: nec antichri
stus nec sequaces eoꝝ habebūt aliquā portionē. Re-
spiciat eiꝰ penā qui potentiā ipsius hic putauerit ad-
mirandā: ⁊ necesse est vt habeat vilissimū: cuius do-
miniū nō dubitat amputādū. [Videbūt iusti ⁊ time-
bunt: ⁊ super eū ridebūt ⁊ dicent]. Venit ad tertiam
partē: in qua ꝓphetie ꝓuidebat spiritu qđ adhuc da-
tum est post longa tēpora prouenire. Sed ꝗuis iusti
iugiter deū timeant: ⁊ de eius potentia non desinant
magnū aliquid arbitrari: tūc tamē talia videbūt que
sup humanas cogitatiōes vehemētius expauescāt.
Timebūt ergo: ad gloriā diuinā respicit: nō ad pene
formidinē: Loquitur enim de beatis. Sequitur: Et
sup eū ridebūt: ⁊ dicēt. In isto seculo iusti deflent po
2. Corin. 12. tius quos errare cognoscūt: sicut apostolus dicit: Ut
lugeā multos ex his qui peccauerūt: ⁊ nō egerūt pe-
nitentiā. Sed qm̄ in futuro iudicio penitētie non erit
locus: merito supra eum iusti ridebūt: qm̄ sancta dñi
patientia a ꝑfido iniqua volūtate cōtempta est. Sed
ne risum ipsum (vt hic plerūqꝫ ꝯuenit) leuissimū pu-

taremus: subsequiꝫ que verba dicturi sunt: vt cū iudi
cio dñi beatorū cōsentanea voluntas possit ostendi.
[Ecce homo qui nō posuit deū adiutorē † sibi. Sed Al. suum
sperauit in multitudine diuitiarū suarū: et preualuit
in vanitate sua]. Ecce/dū diciꝫ extēsa manus pecca-
toris: sors nefanda monstraꝫ: claret ad quid ꝑducta
sunt opera: que gloriosa crudelissimꝰ estimabat. Di-
uitias ꝟo hic vniuersas pompas seculi debemus ac-
cipere: quibꝰ ille nefandissimus abundabit: sicut Da
niel ꝓpheta cōmemorat. Et dominabitur in occultis Daniel. 11.
auri ⁊ argēti ⁊ in oībꝰ cupiditatibꝰ egypti. Non enim
tm̄ auro locuples erit: sed ⁊ numerositate gentium ⁊
dñatione terrarū: miraculoꝝ quoqꝫ ostēsione gaude-
bit. Honoris etiā praui se elatione iactabit: ⁊ ceteris
vitiis plenissimus erit: que egypti noīe videnꝫ intel-
ligi. Sed hec oīa erūt vana: qm̄ a dño ꝓbanꝫ aliena.
Vanū eīm diciꝫ qđ est inane: fragile vel caducū: et ab DEF.
ipsa firmissima veritate discretū. Nā ꝗuis principa-
tui eius oīa mundana famulari posse videanꝫ: in va-
nū tamē preualuit: qui sibi ꝓfutura nullatenꝰ acqui-
siuit. Sicut de ipso ⁊ doctor gentiū dicit: Extollens Col. 2.
se sine causa inflatus amētia carnis sue: ⁊ nō tenens
caput ex quo oē corpus per ꝯiunctiones perductū
et porrectū crescit in cremētū dei. [Ego aūt sicut oli-
ua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei
in eternū: ⁊ in seculū seculi]. Venit ꝓpheta ad quar-
tam partē: in qua iam letus exultat: id est in aduentu
longissime vicinitatis. Et merito se oliue comparat:
qꝛ de eius germine dñs Christus effloruit: qui spūali
oleo perunctus est pre ꝯsortibus suis. Sed hec oliua
beatissima talē fructū intulit: qui oē genus huma-
nū peccatis aridū misericordie sue faceret largitate
pinguescere. Addidit etiā: In domo dei: vbi reuera
fructus felicis istius arboris adoleuit. Sed ideo fru-
ctus illi mirabilis ꝓuenit: quia iste sperauit in miseri-
cordia dei. Antichristus enim sperauit in multitudi-
ne diuitiarū suarū. Hoc aūt cōtra illud poniꝫ: vt ap-
pareat qui fructus sit in diuinitate sperare: et qualis
interitus spem in dño non habere. Qđ schema diciꝫ
Syndicasmos: id est collatio: quando res diuerse in SCHE.
ꝯtrariū sibimet cōparanꝫ. Et ne putareꝫ ista ꝯfiden-
tia ad tēpus fuisse suscepta: subiunxit In eternū: qđ
est in seculū seculi. Que res ideo repetita cognosciꝫ:
vt spem omnino fixam in illa eternitate iudiceꝫ. [Con- Al. non hꝫ.
fitebor tibi † dñe i seculū quia fecisti: ⁊ expectabo no- Al. quoniā
men tuū † qđ bonū † est ante ꝯspectū sanctoꝝ tuoꝝ]. Al. in con-
Dum bona sue cōfessionis saluberrimus predicator spectu
enumerat: queadmodū nos facere debeamus osten-
dit. Hic enim datū est confiteri: vt ibi mereamur ab-
solui. Adiecit: Quia fecisti: vbi intelligendū est: per
figurā Eclipsin: misericordiā in qua se superius spe- SCHE.
rasse testatus est. Sequiꝫ: Et expectabo nomen tuū:
quoniam bonum est. Nomen eius expectat qui se in
iudicio domini Saluatoris per misericordiam eius
credit esse saluandū: dum vocabulū tale in se estimat
esse complendū. Quod iure diciꝫ bonū: vbi ⁊ spes sa
lutis ⁊ totius vite palma suscipiꝫ. Additū est quoqꝫ:
Ante cōspectū sanctoꝝ tuoꝝ: quādo iam gaudiū ge-
nerale iustoꝝ est: ⁊ concordi exultatione laus domini
sine fine cantabitur.

Conclusio.

Post illas quinquagesimi psalmi felices la
chrymas ⁊ expiationem beatissi
mam peccatoꝝ: quā letus ꝓpheta in aduersariū dñi
diuinitatis amore prorupit: deuotissime hostem re-
gis sui persequitur qui peccatorū fuerat aduersitate

liberatus. Sed quis diuersis locis et laus inueniat et vituperatio que pertinent ad demonstratiuum genus: in isto tamē psalmo pulcherrime partes vtrasq; complexus est. A principio siquidē vsq; ad illud vbi ait. Preualuit in vanitate sua: partē vituperationis exequit. Inde vero que sequunt vsq; ad finē: laudatiue qualitatis forma monstratur. Sic perfectio demonstratiui generis: vtrisq; laterib⁹ cōstat impleta. Meminisse quoq; nos cōgruit: secundū hūc esse psalmū: qui antichristi pphetauit aduentū: mirabili sibi dispositione ꝯiunctū. Nam sicut per Heliā ꝛ Enoch: duob⁹ est viris sanctissimis in fine seculi destruēdus: ita et per hos geminos psalmos ne occultus terreat antichristus indicatur. Unde cōuenienter post quinquagesimū hic psalmus est positus: qm̄ filius iniquitatis de quo loquitur: terminū remissionis excedens nullam veniam habere cognoscitur.

Explicit expositio in psalmum. 51.

In finē p Amalech itellect⁹ Dauid. lij.

Dixit insipiens in corde suo: nō est deus. Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt in iniqtatibus: non est qui faciat bonū. Deus de celo prospexit super filios hominuz: vt videat si est intelligens aut requirens deū. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū: non est vsq; ad vnū. Nonne scient oēs qui operantur iniquitatē: qui deuorant plebem meaz vt cibū panis? Deum non inuocauerunt: illic trepidauerūt timore vbi nō fuit timor. Qm̄ deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare israel: cum conuerterit deus captiuitatem plebis sue exultabit iacob ꝛ letabitur israel.

Cum psalmus iste magna ex parte similitudine versuū tertiodecimo cōuenire noscatur: intellectus ipsoꝝ q̄ maxime permutatus est diuersitate titulorū. Nam cum ille habeat: psalmus Dauid: iste continet: In finē pro Amalech intellectus Dauid: ita nō mutatis versibus aliud ille: aliud iste pronūciat esse venturū. Ille enim ꝯtra iudeos pmitur: iste ꝯtra oēs peccatores insurgere generaliter indicatur. Ille de incarnatione dn̄i: iste de aduētu iudicij ī fine psalmi dicturus est. Pulchrū plane dicendi genus: qđ per figurā allegoricā ꝑuenit: idē dicere et aliter que sunt dicta sentire. Miroq; modo reperitur diuersitas in sensibus: vbi se non mutauit eloquiū. Nunc de tituli istius sermonib⁹ intimemus. In finē pro Amalech intellect⁹ Dauid. In finē quid significet: frequenti expositione iam notum est. Amalech autē gens fuit: que ꝯtra dei populū acerrima nimis ꝛ frequēti certatione pugnauit. Huius nominis interpretatio talis est: p parturiente siue dolēte: qđ nūc ad ecclesiā dn̄i competenter aptamus: que tanq̄ dolens ac parturiēs: populū cōmonet pfidoꝝ: vt a suis iniquitatibus cōquiescat. ne in diuina disceptatione dispereat: sicut apostolus ait: Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis.

SCHE. [margin]

INTER. [margin]

Gal. 4. [margin]

Diuisio.

In primo mēbro psalmi ecclesia loquitur: increpans eos qui nolūt ad spiritualia bona sua corda cōuertere: sed imitatione mutua inuicē sordidis actibus polluunt. Secūdo loco dicit eos recepturos mala: que in plebē fecerunt christianā. Tertio: fideles populos monet equanimiter molestias seculi sustinere: donec iudiciū maiestatis adueniat: vbi oēs bti indubitāter bona recipient que dn̄s pollicetur.

Expositio.

Dixit insipiēs in corde suo: nō est de⁹. Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt ī † voluntatibus suis: non est qui faciat bonum: † non est vsq; ad vnū]. Hinc iterū si volumus intueri: ita nobis cathegoricus syllogismus enascitur. Insipiētes corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt in volūtatib⁹ suis. Oēs q̇ corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt in volūtatib⁹ suis: dicunt in corde suo non est de⁹. Nunc ad ea que posita sunt / subtilius exponenda veniamus. Verbū dicere: ppriū lingue nō cordis est. Sed q: cogitatiōes nr̄as potentia diuinitatis intelligit: recte dictū est insipientis cor dicere: qđ ad aures dn̄i potuit peruenire: scilz nō ad ignoscēdū: sed ad iudicandū: sicut dn̄s in Genesi dicit: Descendā ꝛ videbo vtrū clamorē qui venit ad me opere cōpleant ꝛc̄. Nam qui oīpotenti verbo aliqua occasione detrahit: nec catholicis regulis acquiescit: vtiq; insipiens est: q: vere sapiētie dona contempsit. Iste ergo in corde suo negat deū. Nā si vere deū crederet: nulla in eum prauitate peccaret. Et vt hūc insipientē per multiplices errores potuisses aduertere: pluralē illi numerū decenter adiunxit. Dicit enim: Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt in volūtatib⁹ suis. Oēs heretici vno ꝟbo notati sunt. Nā deo recte non credidisse: corruptio est. Qm̄ a vitali sensu discedūt: qm̄ mortiferis persuasionibus implicantur. Hos subsequit pena iustissima: vt abominabiles in volūtatib⁹ suis fiant: qui corruptis sensibus obsecundāt. Addidit: Non est qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnū. Hec figura dicitur Anaphora: id est relatio: quotiēs vnū verbū frequēti iteratione repetit. Hoc est enim qđ dolorib⁹ plena parturiebat ecclesia vt in tanta multitudine perditorū non sit qui bonum possit operari. Qđ de illis tm̄ debet accipi: qui extra religionem positi: in detestabili obstinatione perdurant. Nam vt hoc de ipsis possis aduertere: inferius dicturus est: Qui deuorant plebē meā. Eos enim ibi designat: qui fidelē pp̄lm apertis faucib⁹ psequunt. [† Dn̄s de celo ꝓspexit sup filios hominū: vt videat si est intelligēs aut requirēs deum]. Prospexit reuera dn̄s de celo: id est de vnoquoq; predicatore suo: quos tanq̄ celū insidet. Sup filios hominū: quando ab apl̄is ꝛ pphetis se fecit salutariter p̄dicari: vt quē gētilitas deū ignorabat esse: p eos manifesta ꝟitate cognosceret. Et reuera filios hoīm sub magna pietate prospexit: vt nō errātes pderet: sed penitentes pia ꝓfessione saluaret. Sequit: Ut videat si est intelligēs aut reqrens deū. Cū de⁹ occultoꝝ sit cognitor: ꝛ sciat oīa anteq̄ fiant: hic dictū est: vt videat: id est videre faciat: sicut ꝛ abrae dictū est: Nunc cognoui qm̄ diligis dn̄m deū tuum. Que figura dicitur Hypallage: id est pmutatio: quotiens videre aut cognoscere dicimus eū q̇ videre vel cognoscere nos facit. Qđ ideo dictū est: vt incredulis excusatio tolleretur: cū vniuersis gentib⁹ p̄dicat⁹ dn̄s Christus lōgis ante tēporib⁹

Al. iniquitatibus [margin]
Al. non hz [margin]
SYL. [margin]
Gen. 18. [margin]
SCHE. [margin]
Al. Deus [margin]
Gen. 22. [margin]
SCHE. [margin]

nosceretur. [Omnes declinauerũt simul inutiles facti
sunt: non est qui faciat bonũ: nõ est vsq̃ ad vnũ]. De il
lis dicit qui corde durato in scelerato ꝑmansere ꝓpo-
sito. Oẽs enim ⁊ pro parte possumꝰ dicere: vt ad illos
tm̃ ꝑtineat qui nefarijs ꝑsuasionibꝰ excecantur. Pul-
chro autẽ ordine verba descendũt. Prius enim fuit vt
declinarent: secutũ est vt inutiles sibi fierẽt. Addidit:
Non est qui faciat bonũ: nõ est vsq̃ ad vnũ. Dolor ille
cogitationũ tanq̃ erũpens partꝰ effusus est. Repetit
verba: quia in obstinatis sensibꝰ fructuosum nõ potuit
inuenire remediũ. Merito ergo pro illis ecclesia ꝓdit
dolorẽ suũ: de q̃bus fidelis populꝰ nõ poterat habere
ꝓfectũ. Usq̃ ad vnũ dũ dicit: oẽs negant. Nã si aliquẽ
bonũ voluisset intelligi: non diceret vsq̃ ad vnum: sed
preter vnũ. Et intende qꝺ tertijdecimi psalmi quinq̃
versus qui ad iudeos competẽter aptant: subsequẽtes
ademit: vt totũ intellectũ generaliter ad oẽs incredu-
Al. scient los populos absolute trãsponeret. [Nõne † cognoscẽt
Al. vt oẽs q̃ operant iniq̃tatẽ: qui deuorant plebẽ meã † sicut
cibũ panis. Deũ non inuocauerũt]. Uenit ad secundã
partẽ: vbi ecclesia dei redarguit excedẽtes in populũ
christianũ. Dicẽdo eñ: Nõne cognoscent: cognituros
esse ꝯfirmat: q̃ facere nõ debẽt qꝺ scelerata iniquitate
presumũt. Nam ⁊ ipsum verbũ: preposteratis syllabis
patet. Intelligẽdũ est eñ: ne nõ cognoscẽt. Que figu
SCHE. ra dicit Anastrophe: latine ꝑuersio: quotiẽs verba con
uerso ordine ꝓferunt. Operant ꝓo iniq̃tatẽ: qui fide-
les dñi laniare ꝯtendũt: qui ꝯtra mãdata eius viduas
opprimũt: pupillos expoliãt. Qui deuorãt dixit: id est
degluttiũt: rotaq̃ scelerũ velocitate consumũt. Nec il-
lud vacat qꝺ dicit: Plebẽ meã: vt ostenderet oĩa supe-
riora se dixisse de pessimis: qñ eos in augmẽto sceleris
plebẽ suã deuorare testatur. Nam si illud generaliter
de humano genere (vt quidã volũt) velis accipere: hic
incõpetens facta videbitur esse discretio. Et vt auidi-
tatẽ dilacerationis ostenderet: addidit: Sicut cibũ pa
nis: scilꝫ qui semꝑ desideranter in vsu est. Nam q̃uis
singulis quibusq̃ tẽporibus escarũ diuersitate satie-
mur: iugiter nobis tamen panis eduliũ est. Subiunxit
etiã: Deũ non inuocauerũt. Ad cõsolationes fidelium
redit: qm̃ que a peccatoribꝰ cõtra dñi voluntatẽ fiunt:
fine celerrimo dissipant: ⁊ quicq̃d preter illũ fuerit: ve-
lut fumus in auras euanescit ethereas. [Illic trepida
Al. fuit uerũt timore: vbi nõ † erat timor]. Peccatores mũdi
istius bona cogitantes in isto seculo magis timent: ne
adepta felicitate fraudent: ne diuitijs minus ꝑfruant
inuẽtis: ne acquisitis priuent honoribꝰ. Hic enim viui
formidant amittere que se tamẽ norũt humana cõdi-
tione relinquere. Illa enim nõ cogitãt per que verissi-
mo timore torquendi sunt: qñ illis erit fletus ⁊ stridor
dentiũ: ⁊ ideo subaudiendũ est: vbi nõ erat timor: scilꝫ
Al. dissipa iustus. [Qm̃ deus † dissipabit ossa † hominũ sibi pla-
uit centiũ: confusi sunt qm̃ deus spreuit eos]. Uersus iste
Al. eoꝝ qui non est dictus in tertiodecimo psalmo: sed nouiter hic
hoibus pla ad ꝯfirmandũ iudicij tempus apponit: q̃ totũ de ipso
cent dicturus est: Quod in illo (sicut dictũ est) ꝓpter tituli
diuersitatẽ nõ videt posse cõgruere. Deus enim in fu-
tura disceptatiõe ipsoꝝ dissipat ossa: id est obstinatio-
nes durissimas quorũ nouit atrociter induruisse pro-
teruiã. Addidit quoq̃: sibi placentiũ: quod sceleratoꝝ
specialiter esse dinoscitur. Iustus enim vir sibi semper
displicet: dũ carnis sue vitia celesti ꝯsideratione casti-
gat. Intelligit enim illã partẽ fouendã non esse: vnde
se nouit ad eterna supplicia ꝑuenire. In peccatoribus
vero ꝯtra est: Amãt vnde pereãt: desiderãt vnde dam
nentur: ⁊ placet illis malũ per qꝺ penas ꝑpetuas sust
nebũt: sicut in decimo psalmo iam dictũ est: Qui autẽ Ps. 10.
diligit iniquitatẽ: odit aĩam suã. Addidit: Cõfusi sunt
qm̃ deus spreuit eos. Istos tales qui sibi placent: ne-
cesse est cõfundi: qm̃ illos certũ est a regno Christi oĩ-
potentis arceri. [Quis dabit ex syon salutare israel:
† dũ cõuerterit † dñs captiuitatem plebis sue]. Uenit Al. cum
ad tertiã partẽ iã letior mater ecclesia: ad textũ reuer- Al. deus
tens tertijdecimi psalmi: vt sicut principiũ posuit si-
mile: ita finẽ illi termino cõcluderet cõsonantẽ. Quis
dabit: addendũ est: nisi tu dñe. Credentis enim verba
sunt: non dubitantis. Ex syon: illam dicit speculationẽ
felicem: in qua dñs aspicitur: ⁊ maiestas ipsa vero lu-
mine cordis haurit. Hec est salutaris israel: id est que
vitam prestat populo fideli deũ videnti. Adiecit: Dũ
cõuerterit dñs captiuitatẽ plebis sue: hoc est dum ad-
huc in isto seculo plebs deuota tribulationũ anxieta-
tibus videtur esse captiua: quãdo ad promisse liberta-
tis necdũ potuit peruenire remedia. Nam q̃diu fide-
les suos hinc liberat: ipse etiam hic dat ex syon salu-
tare israel: cum labores sanctorũ suis beneficijs conso
latur. [Exultabit iacob ⁊ letabitur israel]. Uersus iste
futuram cõmemorat felicitatẽ: quãdo fideles domini
plenissima libertate gaudebũt. Et respice quod in re-
surrectione generali: frequenter Jacob patriarcha no
minatur: propter illud: Jacob dilexi: Esau autem odio Malach. 1.
habui. Congrue siquidem dilectus in tanta temporis
cõmemoratione ponitur: vbi sine fine gaudetur. In-
tulit: Et letabitur israel. Israel interpretari diximus: INTER.
vir videns deũ: quod tũc ecclesie sine dubitatione con
ceditur: quãdo sicut illi promissum est: in eterna pa-
tria feliciter collocabitur.

Conclusio.

Studiosissime nobis consideranda est va-
rietas ⁊ parilitas ista psal-
moꝝ quãdo in verbis cõsonantia ⁊ in intellectu ꝓba-
tur esse diuersitas. Absolutissime siquidẽ ꝓdit diuini
eloquij coruscabilẽ dignitatẽ: vt in hisdẽ sermonibus
salua fide res diuersas intelligere debeamus. Nam si
coloribꝰ gemmarũ datũ est varia luce radiare: si aui-
bus quibusdã cõcessum est diuersis splendere colori-
bus: si cameleontẽ in vno atq̃ eodem corpore: modo
prasinũ: modo venetũ: modo roseum: modo pallidum
humani oculi cõtuentur: cur ⁊ diuina eloquia diuersi-
tatis intelligentiã non haberẽt: que frequẽter ⁊ abys-
sis cõparantur? Nã motu tremulo varia pelagus luce
resplẽdet. Hinc est etiam ꝙ orthodoxi patres de vno
loco diuersa dicũt: ⁊ tamen oẽs salutariter audiunt.
Unde et quidam nostrorũ ait: Margarita quippe est
sermo diuinus: et ex omni parte forari potest. Memi-
nisse quoq̃ cõuenit: secundũ hunc esse psalmũ: qui de
iudeorũ increpatione et cõuersione prolati sunt. Qui
sicut nunc per vtraq̃ testamenta increpantur assidue:
ita residui in seculi fine saluandi sunt.

Explicit expositio in psalmum. 52.

In finem in carminibus intellectus Da-
uid cũ venerunt Ziphei ⁊ dixerũt ad Saul:
Nonne ecce Dauid absconditus est apud
nos? liij.

DEus in noĩe tuo saluũ me fac
et ĩ ꝟtute tua iudica me. Deꝰ
exaudi orationẽ meã: auribꝰ
percipe verba oris mei. Qm̃
alieni insurrexerũt aduersum

me: ⁊ fortes quesierũt animã meã: ⁊ nõ ꝓposuerũt deũ ante cõspectũ suũ. Ecce enim deꝰ adiuuat me: ⁊ dñs susceptor est anime mee. Auerte mala inimicis meis: ⁊ ĩ veritate tua disperde illos. Volũtarie sacrificabo tibi: et cõfitebor nomini tuo dñe qm̃ bonũ est. Qm̃ ex omni tribulatione eripuisti me: ⁊ suꝑ inimicos meos despexit oculus meus.

DEF. In finem, Christũ significari notissimũ est. In carminibꝰ: id est in psalmi p̃sentis opere. Carmen quippe est: qđ metri alicuiꝰ pedibus ꝓcedens statutis regulis cõtinetur: sicut om̃e psalteriũ in hebrea lingua cõstat esse formatũ. Istud ergo carmẽ Christi significat laudes. Intellectus aũt Dauid: dñm denũciat Saluatorem: quẽ ille ꝑspicue semꝑ intelligẽs: nimio desiderio cupiebat salutariter aduenire. Sequitur: Cũ venerũt Ziphei: ⁊ dixerũt ad Saul: Nõne ecce Dauid absconditus est apud nos? Hic iterũ hystoria regũ introducitur. Nã Ziphei a vico syrie in quo habitabat Ziph: dicti sunt Ziphei. Qui venientes ad Saul ꝓdiderũt Dauid apud se esse celatũ. Sed exerentes malitiã suã sancto viro minime nocere potuerũt. Nunc videamus quos populos nomina ista significent: vt sacramenta

INTER. huius psalmi euidentius innotescant. Ziphei: significantur florẽtes: qđ in isto mũdo peccatoribꝰ datũ est. Dauid autẽ figurã gerebat dñi Saluatoris: per quem declarat̃ populus christianꝰ. In hac ergo similitudine decẽter exprimit̃ hic ꝑfidos esse florẽtes ac liberos: ⁊ fideles absconditos atq̃ cõclusos. Unde nunc ꝓpheta a talibꝰ se liberari deprecatur: ne inimicoꝝ manibꝰ eoꝝ proditionibus contradatur.

Diuisio.

A Saulis periculo ꝓpheta liberatꝰ: per totũ psalmũ dño gr̃as agit: quia eũ zipheoꝝ non potuit nocere ꝓditio. In prima parte deprecatur: ne eum inimici fortissimi grauare preualeant. Secundo loco aduersarios suos spũali pietate supplicat debere ꝯuerti: quod omnẽ cõuenit petere christianũ: vt a florentibꝰ huius mundi ita debeat liberari: quatenus cõuersionis eius gratia non negetur.

Expositio.

Al. iudica SELHE. Deus in nomine tuo saluum me fac: ⁊ in virtute tua † libera me]. Figura hyrmos: id est cõuenientia: que fit quãdo series orationis tenorẽ suũ vsq̃ ad vltimũ seruat: totã hanc psalmi partem cognoscitur obtinere. Orat enim propheta: vt in nomine dñi Saluatoris a persequentiũ malignitate liberetur. Multi enim in hoc mũdo saluari sibi videntur ad presens: sed non in nomine dñi: vt si quis philacterijs vel incantatione sacrilega presentibus egritudinibus nonnullis appareat subleuatus: vt si quis corrupto iudice pecuniarũ molibꝰ a facinore cõmisso liberetur. Iste vero illã petit sibi tribui sospitatem que venit a dño: vt hic vtiq̃ fide sincerissima perseuerans: a pestilentia mũdi istius cõcessa mentis incolumitate saluet̃. Sequit̃: Et in virtute tua libera me. Superius petit vt in hoc seculo in nomine dñi sumeret medicinã: nunc autẽ rogat vt in iudicio futuro eius virtute liberetur: Nam sicut hic sub imbecillitate corporis venit: ita ibi in maiestatis sue virtutibus apparebit. Sic in vno versu hec duo q̃ sunt a religiosis principaliter expetenda: completa sunt. Quod merito vnusquisq̃ fidelis: merito dicit populus christianus. [Deus exaudi orationẽ meã: auribus percipe verba oris mei]. Repetit iterũ nomen om̃ipotentis vt cũ frequẽter deus imploratur: non tardetur auxilium. Sed quia poterat exaudire orationẽ ⁊ tacitã: addidit Auribꝰ percipe verba oris mei: vt iam nõ solũ cordis instinctũ: sed etiã vocis exaudiret affectũ. Insigniter aũt positũ est Percipe: quia illa proprie percipere dicimur: que mentis arcano recõdimus. [Qm̃ alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animã meã: ⁊ non ꝓposuerũt deũ ante cõspectũ suũ]. Causa nunc predicte orationis exponitur. Sed cum Ziphei de tribu Iuda fuisse noscantur: vnde ⁊ ꝓpheta traxit originẽ: quare alienos dixit aduersus se insurrexisse? Verũ hic alienos non vult peregrini generis viros intelligi: sed operibus a dño factos extraneos. Merito: quia dum ab illis auxiliũ defensionis quesiuerit: apud ipsos magis insidias ꝓditionis inuenit. Fortes enim Saulem vult intelligi cũ ministris: quem et potentia regalis erigebat: ⁊ liuor insane mentis armabat. Sequitur: Non ꝓposuerũt deũ ante cõspectũ suum. Ille proponit deũ ante cõspectũ suũ: qui credit eum vbiq̃ esse presentẽ: ⁊ facile agnoscere que voluntas nititur humana complere. Perditi aũt ideo non ꝓponũt deũ ante oculos suos: quia ignorare illũ credũt que scelerata mente cõcipiunt. Hec est pia oratio quã desiderabat audiri: ne illi ꝑmitterent̃ suas voluntates efficere: quos cõstabat deũ ante oculos suos nõ habere. [Ecce enim deꝰ adiuuat me: ⁊ dñs susceptor est anime mee]. Venit ad secundã partẽ: vbi post orationis deuotissimam sanctitatẽ: auxiliũ sibi dñi spũali presumptione promittit. Adiuuat dixit: vtiq̃ laborantẽ: vt potuisset ferre que supra eũ nitebãtur impij cõgregare. Sequitur etiã qđ sit istud adiutoriũ: id est Et dñs susceptor est anime mee. Quẽ ille suscipit: non solũ in laboribus adiuuat: sed etiã a peccatis om̃ibus miseratus absoluit. Et intuere quia dicit: Anime mee: vt etsi corpꝰ periculis exponit̃: anime tamẽ salus illesa seruet̃. Ipsam quippe nouit in sanctis suis specialiter custodire: per quã in iudicio creditur hoiem larga pietate coronare.

[Auerte mala inimicis meis: † in veritate tua disꝑde illos]. Al. et Cũ se dñi miseratione ab inimicorũ ꝑsecutione ꝓpheta cognosceret fuisse liberatũ: hanc hostiã bone volũtatis ꝓbatur offerre: vt pro inimicis suis nitatur oimodis supplicare: qđ diuina pietas cõsueuit libẽter accipere. Orat ergo vt mala voluntas remoueatur ab inimicis eius: vnde eos nouerat ingrauãdos. Sequit̃ enim: In veritate tua disꝑde illos. Mali cũ ad veritatẽ venit a pristina intentione dispereũt: ⁊ nisi aliquis a ꝓposito iniquitatis discesserit: locũ in bonis actibꝰ non habebit. Dispereãt ergo Ziphei ne ꝓdant celatũ: dispereat Saul ne ꝑsequatur innoxiũ. [Volũtarie sacrificabo tibi ⁊ ꝯfitebor nomini tuo dñe: qm̃ bonũ est] Voluntarie sacrificat dño: qui pro inimicis suis studio pietatis exorat. Nam qui petit inimicorũ vindictam qui se vlcisci desiderat calamitatibus alienis: vel qui propter alia mũdi desideria supplicat: voluntarie non sacrificat domino: quia non eius amore rogat: sed potentiam ipsius rerũ aliquarũ necessitate deprecatur.

Sacrificare autem voluntarie domino est: puritatem DEF. bone volũtatis offerre: ⁊ propter hoc tm̃ illum colere: timere vel amare quod deus est: qđ creator: quod rerum omniũ pius probatur esse dispositor. Sacrificant etiam voluntarie deo: qui inter angustias passionũ iugiter gratias agunt: sicut vir sanctus Iob fecisse memoratur. Sequitur: Et cõfitebor nomini tuo dñe: qm̃

bonum est. Congrue nimis ad superiora respondit: vt
in cuius virtute saluus fuerat factus/ eius nomini ho-
stiam confessionis offerret. Confiteri enim hic/ laudare
significat: q2 verbū istud (sicut sepe diximus) omony-
mū est. Addidit Quoniam bonum est. Illum enim velle lau-
dare inestimabile bonum est: vnde et mens sancta re-
ficitur/ et mundi istius aduersitas effugatur. [Quoniam ex
omni tribulatiōe eripuisti me: ꝛ super inimicos meos
al. despexit † respexit oculus † tuus]. Sicut in prima parte in fi-
Al. meus. nem reddidit causas orationis: ita nūc subijcit ratio-
nem cōfessionis sue: vt quamuis ille volūtarie sacrificasse
dño videretur: deus tñ cōcesserat que ꝓfutura cogno
uit. Ex oībus quippe tribulatiōibus virtute dñi ꝓphe
ta se testatur ereptum: qd̄ vtiq3 in mundo isto accide-
re non potest/ nisi eis qui in dñi dilectione persistunt.
Super inimicos autē eius Zipheos respexit oculus
dñi: quando eos cogitationes nefarias minime cōple
re ꝑmisit. Frequēter enim ꝓpitius deus iniqua nos nō
ꝑmittit efficere: vt cōpuncti debeamus de nostris er-
roribus supplicare. Sicut est Saulus ꝓhibitus/ cum
a sacerdotibus ad Damascū mitteretur: vt ecclesiam
christi seuissima persecutione vastaret. Magna siqui-
dem prosperitate non est permissus agere: vnde po-
tuisset ad eterna supplicia peruenire.

Conclusio.

¶ Supplicatio ista ꝓphetica/ ꝛ sancte depre
cationis deuota simplicitas:
vtilimum vite nostre tradit exemplū: vt qñ a Zipheis
id est a mundi istius florentibus ingrauamur: non ad
contentiōes leuissimas incitemur: sed voluntarie dño
sacrificantes/ eius beneficijs ab omni tribulatione li-
beremur. Contēdamus illi verissime confiteri: vt etiā
ignari a nostris compedibus mereamur absolui. Ma
gna prorsus forma petitionis expressa est: vt imminē-
tibus quibuslibet periculis tranquillo ꝛ cōfidenti ani
mo supplicemus: qm̄ nouit ille nos ex oībus tribula-
tiōib9 eripere: si tñ hic nobis intelligit expedire. Nos
enim quid oremus sicut oportet nescimus/ quos ꝛ igno
rātie tenebrose circundāt/ ꝛ noxia peccata cōfundūt.

¶ Explicit expositio in psalmum. 53.

¶ In finē in carminibus intellectus
David. Liiij.

Exaudi deus orationē meam/
ꝛ ne despexeris deprecationē
meā: intende michi et exaudi
me. Contristatus sum in exer
citatione meā: ꝛ conturbatus
sum a voce inimici/ ꝛ a tribu-
latione peccatoris. Quoniam declinauerūt
in me iniquitates: et in ira molesti erant mi-
chi. Cor meū conturbatum est in me: ꝛ formi
do mortis cecidit super me. Timor ꝛ tremor
venerunt super me: et contexerunt me tene-
bre. Et dixi: quis dabit michi pēnas sicut co
lumbe: ꝛ volabo/ ꝛ requiescam? Ecce elonga
ui fugiens: et mansi in solitudine. Expecta-
bam eum qui saluum me fecit: a pusillanimi-
tate spiritus ꝛ tempestate. Precipita dñe di
uide linguas eorum: quoniam vidi iniquita
tatem ꝛ contradictionem in ciuitate. Die ac
nocte circundabit eam super muros eius ini
quitas: ꝛ labor in medio eius ꝛ iniustitia. Et
non defecit de plateis eius: vsura et dolus.
Quoniam si inimicus meus maledixisset mi
chi: sustinuissem vtiq3. Et si is qui oderat me
sup me magna locutus fuisset: abscondissem
me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis
dux meus ꝛ notus meus. Qui simul mecum
dulces capiebas cibos: in domo dei ambula
uimus cum consensu. Ueniat mors super il-
los: ꝛ descendant in infernū viuētes. Quo-
niam nequitie in habitaculis eorū: in medio
eorū. Ego autē ad deum clamaui: ꝛ dñs sal-
uauit me. Uespere et mane et meridie nar-
rabo ꝛ annunciabo: ꝛ exaudiet vocem meā.
Redimet in pace animā meā ab his qui ap-
propinquant michi: quoniam inter multos
erant mecū. Exaudiet deus ꝛ humiliabit il-
los: qui est ante secula. Nō enim est illis com
mutatio/ ꝛ non timuerunt deum: extēdit ma
nū suā in retribuendo. Contaminauerūt te-
stamentū eius: diuisi sunt ab ira vultus eius:
ꝛ appropinquauit cor illi9. Molliti sunt ser-
mones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dñm curā tuā/ ꝛ ipse te enutriet:
ꝛ non dabit in eternum fluctuationem iusto.
Tu vero deus deduces eos: in puteum inte-
ritus. Uiri sanguinū et dolosi non dimidia-
bunt dies suos: ego autē sperabo in te dñe.

In finem quidem frequēter dictū est: quod
tñ non pigebit repetere/ si hic et aliter po-
tuerit explanari. Bene finis dicit christus:
qm̄ quicquid recte ac fideliter agimus/ ad
ipsum cōstat sine dubitatione referendum. Siue q2 ve
nit in tempore fine: sicut apostolus dicit. Nouissime lo Heb. 1.
cutus est in filio. Hoc etiam significabat qd̄ Moyses
dixit: Occidetis agnum ad vesperā. In carminibus Exo. 12.
in laudibus dicit. Admonet enim nos siue in tristitia/
siue in gaudio p̄conia dñi iugiter ꝑsonare: vnde psal-
mus iste dicturus est nec ab ei9 aliquādo laude disce-
dere. Nam paterno affectu quando castigat corrigit:
quando cōsolatur refouet. Utrunq3 ergo nobis ꝓficit
si de ore nostro gratiarum actio nō recedit. Sequitur
Intellectus David. Iste cert9 intellectus est David:
vt s̄m carnem eum patrem dicamus dñi christi: sicut
in euāgelio cecus exclamat Fili David miserere mei. Luc. 18.
Scdm̄ diuinitatez vero seruū esse fateamur: sicut ipse
in centesimo nono dicit Dixit dñs dño meo: sede a de- Ps. 109.
xtris meis.

Diuisio.

Per totū psalmum duobus diapsalmatibus
quasi geminis oculis decenter appositis/
v̄ba sunt dñi saluatoris ex forma serui: quā
integra ꝓprietate declarās/ humilitatis no
bis saluberrime donauit exemplū. In pri-
ma parte petit ne in tribulatione positi despiciat ora-
tio: deprecans liberationis celeritatem: quam ex car-
nis infirmitate ꝓbatur expetere. Secūdo loco iudeo-
rum destrui supplicat iniquitates: quoniaz in ciuitate

ipsorum erat cōtradictio veritatis. Tertio loco dicit
que obstinatis iudeis pro suis sceleribus nouerat eue
nire. Post hec introducitur pia consolatio: ne quis fi=
delium audita seueritate iudicis terreretur.

Expositio.

Exaudi deus orationē meā: ꝛ ne despexe=
ris deprecationem meā]. Christus dn̄s
qui ad nos venit pia miseratione saluan
dos/ vite nobis formā tribuens ꝛ salutē:
ex dispensatiōe/ qua passus est in mundi
ꝑturbationibus voluntarie cōstitutus: Primo coma=
te exaudiri petit orationez suam. Deinde postulat ne
eius deprecatio despiciat: sed hoc totum per illud di=
citur/ qđ homo deus esse dignatus est. Poterat eniz ꝛ
exaudiri ꝑus: sed postea despici. Qđ euenit eis q̇ mū
di istius bona desiderantes accipiunt que precātur: ꝛ
tn̄ postea despiciūtur: qꝛ nequaq̄ꝫ eterna premia que=
Al. michi. sierunt. [Intende † in me et exaudi me. Contristatus
sum in exercitatione mea: et cōturbatus sum]. Prius
est intendere: deinde vocem supplicantis audire. Ne=
mo em̄ auersus exaudit: sed cui aspectus tranquillus
cōcedit/ ipsi ꝛ aures placidissime cōmodātur: sicut in
Ps̄. 12. alio psalmo dicit Respice ꝛ exaudi me dn̄e deus me⁹.
Deinde reddit causa perfecte orationis. Cōtristatus
sum in exercitatiōe mea: ꝛ cōturbatus sum. Pulcher=
rime dn̄i saluatoris vno sermone vite cursus exponit.
Exercitationē quippe dicimus: que nulla remissione/
nullo ocio cōquiescit: sed intenta iugi labore in virtu=
tis gloria perseuerat. Exercitabatur nāq̄ꝫ miraculis/
exercitabat sanctitate doctrine: sed contristabatur eo
maxime/ qꝛ fructū iustitie perfidi non ꝓbabant affer=
Luc. 19. re: sicut euāgelista dicit: Et cōtristatus est super Hie=
rusalem ꝛ fleuit. O bonitatem pijssimi creatoris: vt se
contristatū ꝛ cōturbatum dicat: q̄ꝛ predicatiōibus sa=
luberrimis obstinati populi vesania nō credebat. [A
voce inimici/ et a tribulatione peccatoris. Quoniam
declinauerūt in me iniquitates: et in ira molesti erant
michi]. A voce inimici/ et a tribulatione peccatoris:
subaudiendū est Libera me: vt possit nobis ꝺm aucto
ritatem hebream versuum cōstare diuisio. A voce ini
mici petit se liberari: quando de ip̄o dicebat populus
Mat. 27. iudeorū: Si rex israel est/ descendat de cruce: ꝛ credi=
mus ei. Petit ergo vt hec vox perfidorū cōspecta re=
surrectione vincat. Tribulatio vero peccatoris erat:
quādo eum ore sacrilego cōspuebāt/ cedebant alapis
ꝛ flagellis/ ꝛ exprobrationes illi supra verbera gemi=
nabant. Sequit Qm̄ declinauerūt in me iniquitatē: ꝛ
in ira molesti erāt michi. Furētis populi impet⁹ quasi
fluminis cursus exponit. Declinauerūt em̄ in dn̄m ini
quitatem: qꝛ nullam volētes recipere rationem/ effu=
sionē sanguinis innocētis expetebant. Et nota q̄ꝫ ma
gne cause verbis singulis explicant. Judeos dicit ve
hemēter accensos: quos ira feruida ꝑcipitabat ad fa=
cinus. Nam qđ ad se pertinet dixit Molesti erant mi=
chi: quod solet nobis cōtingere/ quando ꝓcacitate su=
perflua reddimur inquieti. Audiant insipientes iudei
dn̄o se tm̄ fecisse molestiā: sibi autē perpetuā ruinam.
[Cor meū conturbatū est in me: ꝛ formido mortis ce=
cidit sup me]. Hic iteruz humilitas humanitatis ex=
primitur. Nam q̄ꝫuis lege carnis eius animus turba=
retur: diuinitatis tn̄ sue presidio dolores corporis/ tor
mētaq̄ꝫ vincebat. Nam si hoc in martyribus dei vir=
tus operatur: quāto magis in illa dispensatiōe carnis
sue tormētoꝝ sensus vehemēs nō poterat preualere.
Impleuit patiendo verum hominē: sed ꝛ per se vincē

do talia idem ipse deū se esse declarauit. Addidit Et
formido mortis cecidit super me. Sua suis apte red=
dunt. Consequens em̄ erat: vt cuius cor cōturbatum
fuerat/ euz ꝛ formido mortis inuaderet. Inspiciamus
qđ dicit Formido mortis cecidit super me. Reuera ce
cidit: quando supra eū venit vlterius non valitura qđ
potuit. Morte siquidem dn̄i momentanea/ mors per=
petua victa est: que sibi dominatū in humano genere
vendicabat: sicut apostolus dicit Absorpta est mors 1. Cor.
in victoria tua. Ubi est mors cōtētio tua? Ubi est mors
aculeus tuus? [Timor ꝛ tremor venerunt super me: ꝛ
contexerūt me tenebre]. Exitus nostri mortē certissi=
ma ꝓprietate describit. Mortem em̄ prius timemus:
deinde cōtremiscimus: qꝛ separatio ista corporis/ ani
meq̄ꝫ sine cōturbatiōe maxima nō potest euenire. Se
quitur Et cōtexerūt me tenebre. Uicina mortis tene=
brarū premittebat aspectum: qꝛ frequenter illa cōspi=
cimus animo/ de quibus nos ventura solet cōturbare
formido. [Et dixi: quis dabit michi pēnas sicut colum
be: ꝛ volabo/ ꝛ requiescam?] Post cōturbatiōes mor=
tiferas/ et verissime humanitatis indigētiam: necesse
fuit liberationē expetere/ quam sibi nouerat conferen
dam. Ait eniz: Quis dabit michi: scilicet nisi tu pater
qui humanā naturam vsq̄ꝫ celorum regna perducēs/
ad tuam dexteram collocabis? Penne a pendēdo di= ETy.
cte sunt: que corpus auium in auras ethereas subli=
mitate suspendūt. Sed inspice q̄ꝛ pennas non aquile/
non accipitris/ non hirūdinis: que his omnibus cele=
rius volant sibi dari postulat: sed columbe. Columba ETy.
eniz dicta est quasi celle alumna: que vitam sine alte=
rius grauamine peragit. Auis innocēs/ māsueta: que
in nullum animal fellica voluntate cōsurgit: nec escis
sordidis vllatenus acquiescit. Merito ergo columbe
pennas dn̄s christus expetijt: in cuius specie supra eū
baptizatuz spiritus quoq̄ꝫ sanctus apparuit. Sequit
Et volabo ꝛ requiescam. Uolabo: id est celerrima me
velocitate transponam. Significat em̄/ quando mole
stias iudeorū vitauit: vt ab eorum iniquitate quiesce=
ret/ quod etiam sequens vers[u]s ostendit. [Ecce elon=
gaui fugiens: ꝛ mansi in solitudine]. Illa loca euāge=
lij cōmemorat: quando crebris miraculis seditiones
sibi concitauit omnimodis perfidorū. Ait enim Mar Mar. 1.
cus: Et diluculo valde surgens egressus abijt in deser
tum locū: ibiq̄ꝫ orabat. Et paulo post sequitur Ita vt
iam non posset manifeste in ciuitatem introire: sed fo=
ris in desertis locis esse. Elongauit enim a persequē=
tibus: vt occasionem iracundie insanis mentibus ab=
rogaret. Mansit in solitudine: vt imperturbati secreti
puritate frueret. Tali facto nos cōmonens: vt quan=
do iniquitatis alicui⁹ fasce deprimimur/ in secreto cō=
scientie quiescere debeamus. Siue illud potest intelli
gi: qm̄ a iudeis perfidis recedēs/ in solitudine gentiū
mansit. Solitudinem vero gentes appellari ꝓpheta
testatur dicens: Letare desertum sitiēs: ꝛ exultet de= Isa. 35.
sertum/ ꝛ floreat tanq̄ꝫ lilium: et floreant ꝛ exultēt de=
serta iordanis. [Expectabam eum qui saluum me fe=
cit: a pusillanimitate spiritus et tēpestate]. Uenit ad
secūdam partē. Intercedente enim diapsalmate mu
tauit et causaz. Dixerat quippe requieuisse se in solitu
dine: nūc autē ꝓnunciat patris se expectare presidiū/
qui eum poterat a corporea infirmitate saluare. Non
eniz se securum factum solitudine putauit/ qui adhuc
presidia paterna sustinuit: prebēs nobis saluberrime
institutionis exemplum: vt non in adiutorio cuiusquā
alterius/ sed in ipsius tm̄ liberatiōe presumamus. Et

q̄ꝛ dixerat se superius perturbatum: ideo nūc modici
animi se fuisse testat̄. Hec em̄/⁊ his similia ad huma=
ETY. nitatis sunt referenda naturā. Pusillum em̄ a pugillo
dictū est: parū aliquid atq̄ȝ breuissimū q̄ȝtum vni⁹ ma
nus capacitas cōstricta possit includere. Tempesta=
tem vero dicit ꝓcellas seditionū: quas iudei precipi=
tes similes fluctibus cōmouebant. [Precipita dn̄e et
diuide linguas eoꝝ: qm̄ vidi iniquitatē/⁊ cōtradictio=
nem in ciuitate]. Hic iudeo populo salutariter impre
cat̄/vt diuisione linguarū malitie sue nō impleret effe
ctum: sicut in turri illa factū est/quā metu recentis di=
luuij in altum homines extendere tentauerūt: vbi pri
mo linguarum facta est cōfusa diuisio. Ante em̄ mun
dus hebreis tm̄ (sicut putamus) sermōibus vtebatur.
Sed specialiter mente cōdendū est: q̄ꝛ iratus linguas
diuisit: ꝓpitius autē in suis apostolis adunauit. Ibi
ne superflua vota complerēt: hic vt vniuerse gētes ꝑ
ꝓpriam linguam predicationē veritatis agnoscerēt.
Precipita dixit: ne muniat cogitationes suas machi=
natione ꝑuersa. Diuide/ne in pernitiosam confluāt va
nitatem. Sequitur Qm̄ vidi iniquitatem ⁊ contradi=
ctionē in ciuitate. Digne illos diuidi postulabat/quos
iniquos fore in sacrilegis cōgregatiōibus presciebat.
Et merito solitudines expetijt: qm̄ iniquitatē in ciuita
te eoꝝ esse cognouit. [Die ac nocte circūdabit eam su
per muros eius iniquitas: ⁊ labor in medio eius/⁊ in=
iustitia. Et nō defecit de plateis eius vsura ⁊ dolus].
In duobus istis versibus Hierusalē pristine triplici
modo mores pessimi rationabiliter accusantur. Dicit
em̄ Die ac nocte: id est omni tēpore circūdabit eā su=
per muros eius iniquitas: vt q̄ȝtum muroꝝ machina
in altum potuit crescere: multo magis ibidem malitia
se ꝓterua distenderet. Sequit̄ Et labor in medio eius
⁊ iniustitia. Prius muros dixit/vt cunctos habitato=
res includeret: nūc dicit Et mediū ciuitatis: designās
nobilissimos ⁊ primates/qui honorabiles se videri vo
lunt semꝑ in medio cōstituti. Hos non lex/non ratio:
sed labor et iniustitia possidebat. Labor/respicit ad
exercēdas oppressiones: iniustitia/ꝑtinet ad nefanda
iudicia. Subiūgit tertium modū. Et nō defecit de pla
teis eius vsura et dolus. Intendamus ꝙ nō dixit oc=
culte: sed in plateis talia fuisse cōmissa/que lex super=
Ps̄.14. na damnauit. De vsura em̄ dictum est Qui pecuniam
Ps̄.33. suam nō dedit ad vsuram. De dolo autē/Et labia tua
ne loquant̄ dolum. Hec nō occulte gessit: sed quodā=
modo libera iniquitate cōmisit. Omne em̄ malū exe=
crabilius redditur: quando publica presumptiōe tra=
SCHE. ctatur. Memēto autē illius schematis/quod A parte
significat totū. Multi em̄ illic inuenti sunt/qui sacras
predicationes deuotis mentibus acceperūt. [Qm̄ si
Al. sustinuissem. inimic⁹ me⁹ maledixisset michi: † supportassem vtiq̄ȝ.
Et si is qui oderat me super me magna locut⁹ fuisset:
Al. abscondissem me forsitan. † absconderem me vtiq̄ȝ ab eo]. In isto versu ⁊ duo=
bus alijs qui sequunt̄/iudas ꝑfidus exprobrat̄: q̄ꝛ ca=
ueri potuit/si publicus fuisset inimicus. Nam quomo=
do eū haberet suspectū: qui videbat̄ esse discipulus?
Dicit Qm̄ si inimicus meus maledixisset michi/sup=
portassem vtiq̄ȝ: q̄ꝛ reuera venisset aduersus iurgia ia
culanda. Et debet patienter accipi: qđ inopinatū non
ꝓbatur assumi. Et intellige q̄ȝ humili verbo vsus est
vt diceret supportassem: qđ cōsuetudo humanis cal=
ciamentis nomen imposuit. Nō est ergo insolitum vt
ille diceret supportassem: qui se etiā scarabeis/⁊ ver=
mibus cōparauit. Que figura (sicut sepe memoratuȝ
SCHE. est) dicitur Metriasmos: id est mediocritas. Sequit̄:

Et si is qui oderat me super me magna locut⁹ fuisset:
abscōderem me vtiq̄ȝ ab eo. Hinc quoq̄ȝ mirabile pa
tientie monstratur exemplū: vt inimicis magna: id est
suꝑba loquentibus: non in cōtentiones erūperet/aut
aliqua altercatione resisteret: sed locum verbis daret
insanis. Et ne adhuc sanctā mentē maliuoloꝝ sermo
sequeretur/se dixit abscondere: vt ꝓcacitas necessa=
rio desineret/cū aduersarium non videret. [Tu vero
homo vnanimis: dux meus/⁊ notus meus]. Hic ⁊ se=
quens versus increpatiue quidē legendus est: sed con
siderem⁹ qua patiētia. Adhuc vnanimis/adhuc dux/
adhuc not⁹ dicit̄: qui futurus hostis/et crudelissimus
traditor ꝑ omnia noscebatur. Vnanimis/ad illud ꝑti=
net: q̄ꝛ inter apostolos fuit. Dux/qm̄ ad vicos ⁊ castel
la premissus est: vt predicatione verbi rudes animos
imbuisset. Ducere vero bene dicimus itineris precur=
sorem. Notus autem ad illud pertinet/qđ eius ꝓditio
fuisse non ꝓbatur abscōdita: quando christus dn̄s tra
ditorem eum in cōmuni epulatiōe predixit. Et alio lo
co dicit: Nōne ego vos duodecim elegi: sed vn⁹ ex vo= Joan. 6.
bis diabol⁹ est? [Qui simul mecū dulces capiebas ci
bos: in domo dei ambulauimus cū cōsensu]. Grāde=
scit culpa: cū beneficia reputant̄ eximia. Quod sche=
ma dicit̄ Emphasis. Nam queuis malignitas ciboꝝ SCHE.
semꝑ comestione mitescit: nec solet esse seuus/qui dul
cis mense gratificatiōe delinit̄. Congrue siquidē cor=
porales cibos stulto homini cognoscimus imputatos
quos ille tm̄ dulces poterat estimare. Naȝ si dogma=
ticos cibos quos ante ꝑceperat retinere voluisset: ad
tantū sacrilegium nō veniret. De quibus cibis fideli=
bus dictū est Gustate ⁊ videte: qm̄ suauis est dn̄s. Se Ps̄. 33.
quit̄ In domo dei ambulauimus cuȝ cōsensu: id est in
templo Hierosolymitano: vbi inter eius videbat̄ esse
discipulos: vt simul vocatus incederet/simul eius col
legia sequeret̄. Cōsensus em̄ perfidi hominis ad con=
uēticula ꝓcessionum pertinet: non ad ꝓpositi firmissi=
mā sanctitatē. Et vt nobis absoluta verboꝝ possit sta
re cōtextio: isti/et superiori versu iungendū est cur me
tradebas. [Veniat mors suꝑ † eos: ⁊ descendāt in in= Al. illos.
fernū viuētes. Qm̄ nequitie in † hospitijs eoꝝ: in me= Al. habitaculis.
dio † ipsoꝝ]. Cū de iuda superius singulariter sit lo= Al. eorum.
cutus: nunc per sentētiam cōmunis pene cōuertit̄ ad
iudeos. Sȝ mouere potest quare dixerit Veniat mors
super eos: ⁊ subiūxit Et descendant in infernū viuen=
tes: quod vtiq̄ȝ fieri nō potest vt ⁊ moriatur aliquis/⁊
viuus descēdat ad inferos? Sed hoc magis spiritua=
liter accipiendum est: q̄ꝛ more suo emendationem ma
gis q̄ȝ cōsumptionem venire postulat inimicis. Mors
enim dicitur vite finis: ⁊ qui in meliorem partē cōuer=
titur/occasum prioris cōuersationis merito reperisse
iudicatur. In infernū autem descendunt viuentes (si=
cut paruitati nostre videt̄) qui cogitationes suas pessi
mas expauescunt: et ad melioris institutionis trami=
tem diuina gratia transferunt̄. Sic em̄ quasi in infer=
num viuentes descendimus: quando maloꝝ nostro=
rum recordatione terremur. Tali siquideȝ intellectu
predictam euadimus questionē. Iuste quoq̄ȝ illos pe
tit conuerti: qui in suo pectore quasi in quodam hospi
tio nequitiam susceperunt. Et bene dixit hospitio: vt
ostenderet maliciam non esse naturalem: sed aduēti=
tia quadam hospitalitate susceptam. Q̄ꝛ autem dixit
In medio/designat precordia eoruȝ: vt perniciosissi=
ma cogitatio mōstraret̄/que cor hominis obtinebat.
[Ego autē ad deum clamaui: ⁊ dominus † exaudiuit Al. saluauit.
me]. Maloꝝ increpationibus vt decebat premissis:

ad sua desideria/votaq remeauit:ex forma serui ver-
ba depromens. Clamauit enim iugiter ad deũ/qui se
diuina cõuersatione tractauit:τ cõsequens erat illum
SCHE. exaudiri/q̃ a maiestate sua nõ poterat segregari. Qđ
schema dicit Prophonesis/ latine exclamatio: quo-
tiens inter alia que loquimur/ ad deum subito verba
conuertimus. [Vespere τ mane τ meridie narrabo et
annũciabo:τ exaudiet vocẽ meã]. Intendamus ani-
mo:quia hec verba magna nobis denunciant. Vespe-
re significat tempus traditionis:quando eũ iudas co
hortibus noscitur prodidisse querentibus. Mane/cũ
ad pontium Pilatum perductus est audiendus. Me-
ridie/q2 hora sexta (vt euangelista dicit) in cruce suspẽ
ETY. sus est. Meridies quippe dictus est:quasi medi9 dies.
His consequentia verba redduntur. Narrabo perti-
net ad vesperam: q2 omnia locutum cõstat que iudas
nequissimus facere disponebat. Annunciabo ad ma-
Joan. 18. ne respondet: quando dicẽte pilato Tu es rex iudeo-
rum. Annũciauit In hoc natus sum:et cetera que ibi
dicuntur a dño. Junxit etiam Et exaudiet vocẽ meã:
Ibidẽ. 19. ad meridiem pertinet:quando in cruce dixit Consum
matũ est:τ emisit spiritum. O mira breuitas. In hoc
vno versiculo tam magnus actus ille narratus est:vt
quod in illa latitudine cognoscit expositũ/in hac bre-
Al. redimet. uitate pbaretur esse collectum. [† Liberauit in pace
aiam meã ab his qui appropinquant michi:qm̃ inter
multos erãt mecũ]. Hoc est quod superius exauditã
dicit vocem suam:vt resurrectionis beneficio/ei9 ani-
ma liberaretur in pace. Et a quibus liberaretur cõse-
quẽter exponit. Ab his scilicet qui appropinquãt mi
chi. De illis dicit quib9 laudibus fictis reddere vide-
bantur obsequium/ et corde fauebant nichilominus
inimicis: a quibus merito animã suã dicit esse libera-
tam. Erat enim grauissimũ inimicitie genus esse cor-
de aduersarios/et lingua simulare deuotos. [Exau-
Al. illos. diet deus:τ humiliabit † eos:qui est ante secula]. Ex-
audiet vtiq superiora que dicta sunt: humiliabit eos
scilicet ad credendũ: vt qui per superbiam fidem de-
clinauerant christianam/ per humilitatem iterum lu-
men veritatis agnoscãt. Nam qđ additũ est Qui est
ante secula/verbum significatur coeternum patri: ne
ex tempore aliquo extitisse videretur/qui secula crea-
uit vniuersa. Tempus enim tunc cepit:quando mun-
dus sumpsit initium. Designat ergo arrianorum insa
na temeritas creatorem temporũ predicare sub tem-
pore:dum coeternus patri/τ consubstantialis cũ san
cto spiritu incõmutabiliter vnigenitus filius perseue-
rat. [Non est enim illis commutatio:τ non timuerunt
deum]. Interiecto diapsalmate venit ad tertiã par-
tem. Prius enĩ solita pietate conuerti optauit erran
tes:nunc virtute diuinitatis sue futura cognoscẽs/sen
sum esse dicit incõmutabilem perfidorum: q2 duritia
mentis non poterant recipere veritatem. Commuta-
tionẽ vero duplici modo debemus accipere: siue istã
que hic fit/ quando ad confessionẽ piam ab obstinata
voluntate transitur:siue illam quam dicit apostolus.
1. Cor. 15. Omnes resurgemus: sed non omnes immutabimur.
Quapropter qui hic cõmutatus fuerit: ibi non potest
immutari. Sed de istis talibus quare nõ cõmutabun
tur/causa subsequitur:q2 non timuerunt deum. Nam
qui timet deum a sua perfidia cõmutatur: duz iudicij
pauore/ et charitatis studio eligit dñicis iussionibus
obedire. Et nota q in hoc/τ in duobus alijs versibus
qui sequuntur:pariter eorũ τ vltiones dicit τ culpas.
[Extendit manum suam in retribuendo. Contamina

uerunt testamẽtum eius]. Ipsa nũc allegorice dicun
tur: que in futuro iudicio sunt agenda cum perfidis.
Manum hic virtutem/operationemq significat:que
tunc fit: quãdo illa discretio bonorũ/malorumq pro-
puenerit. Subiũgit etiam cur iudeos pena iustissima
consequatur: q2 mandata dñi prauis actibus pollue-
runt:dum hoc nec passi sunt credere/quod eis cogno-
scitur scripturarũ veritas predicasse. Ille enim testa-
mentũ dei q̃tũ ad se est cõtaminat:qui minime ipsius
imperijs obsecundat. [Diuisi sunt ab ira vultus eius:
et appropinquauit cor † eius. Molliti sunt sermones Al. illius
eius super oleum:et ipsi sunt iacula]. Hoc dicit quod
in illa iudicatione futurũ est. Diuidũtur enim perfidi
a populo fideli:τ tanq arsure palee segregant a gra-
nis. Ab ira vultus eius iudicij tempus exprimit. Ira
enim hic p vindicta ponitur:quam p suis actibus im
pij sustinebunt. Ceterum ille incõmutabiliter omnia/
placideq discernit. Addidit Et appropinquauit cor
eius. Ipsum adhuc tempus exponit:quando cor dñi:
id est volũtas eius omnibus innotescit. Illo em̃ tem-
pore appropiauit cor eius:quando illud quod hic per
pphetas suos precinuit/ τ per apostolos predicauit/
generalitas manifestissime tunc videbit. Sed cur illa
faciat que dicta sunt subsequẽter exponit. Mollierũt
sermões suos super oleum:τ ipsi sunt iacula. Mollie-
runt enim perfidi iudei sermones suos: quando dice-
bant:Magister scimus quoniã a deo venisti:τ viã dei Mat. 22.
in veritate doces. In mundo enim quid lenius oleo?
Sed exaggerationem nimiam supra oleum perfido-
rum sermones dicit esse mollitos:ne tanto sceleri par
potuisset aliquid inueniri. Ipsi etiam fuerunt iacula:
quando dixerunt Reus est mortis. Hoc enim sermo- Ibidẽ. 26.
nes illi pbantur effecisse/quod iacula. O execrãda di
uersitas potuisse homines mollia loqui:cũ essent tam
dura facturi. [Iacta † in deum cogitatum tuũ/τ ipse Al. sup dñm curam tuam
te enutriet: † non dabit in eternum fluctuationem iu-
sto]. Cum de perfidis iudeis celestis iustitia loquere- Al. Et.
tur:saluberrimũ consilium nostris infirmitatibus de-
dit. Cogitatio enim seculi nos semper affligit: quam
si nõ abijciamus atterimur:sicut Salomon ait. Quẽ- Prouer.
admodum vermis ligno/τ tinea vestimento:ita tristi-
tia viri nocet cordi. Sed quando iactatur in dominũ
non solum non nos consumit/sed etiam nutrit: vt que
solet imminuere/ augmẽtum nobis videatur afferre.
Sequitur Nõ dabit in eternum fluctuationem iusto.
Vera est dñi/immutabilisq sententia: sed si eam qua
dicta est integritate noscamus. Iustis in isto solo/se-
culi non adimit fluctuatiões: q2 hic eos temporaliter
probat:vt ibi quos coronet inueniat. In eternum au-
tem (sicut hic dicit) neminem permittit iustissimũ flu-
ctuare: quando iam perpetua pace cum ipsis cogno-
scitur in eternitate regnare. Ibi enĩ nequaq excita-
bitur fluctus:vbi est semper tranquillissimus portus.
[Tu vero deus deduces eos in puteum interitus].
Quia dixit de iustis: nũc dicit de impijs/qui in gehen
ne pfunditate mergẽdi sunt. Puteus quidem dicitur DEF.
hiatus patens in terre sinibus excauatus:aquas con
tinens humanis vsibus attributas. Sed ne hunc pu-
teũ vitalem intelligere potuisses:addidit Interitus.
De quo alio in loco legitur Neq aperiat sup me pu- Ps. 68.
teus os suuz. Fouea mortalis/mersura terribilis:vbi
nec spacium vllum conceditur/ nec ipsa miseris respi
ramenta prestantur: sed obscuritas tenebrosa circũ-
dans/ameni luminis tollit aspectum. Et putei siqui-
dem similitudine/ gehenne tormenta nos admonet

formidare. O pietas inaudita iudicantis/totum ho=
minibus predicitur: vt culpa plectibilis euitetur. [Ui
ri sanguinum et dolosi: non dimidiabunt dies suos].
IDI. Numerum pluralem/sanguis latina lingua non reci=
pit: sed hoc magis scripture diuine proprium esse di=
cimus. Uiri siquidem sanguinum proprie non dicun=
tur/qui innocenter humanum fundunt cruorem: quo=
niaꝫ ⁊ iusti iudices discipline necessitate cõstricti/quo
quietos populos reddant interdum puniũt nocẽtes:
⁊ ille qui violentum repellit/cruorem seuissimi homi=
nis effundit: maxime cũ legamus iusta bella viris san
ctis a domino fuisse precepta. Quapropter addidit
Et dolosi: vt illum tm̃ intelligeres reum/qui per insi=
dias et iniquissimum dolum alienum querit exitium.
DOG. Hos tales implere non dicit dies suos: quando cũ si=
bi longam vitam ꝓmittunt/exitum celerrime mortis
inueniũt. Nam omniũ dies in predestinatiõe noscun=
tur esse definiti: sed illis dimidiabuntur dies sui/qui=
bus contra dispositum ꝓpriũ ꝓuenire monstrat oc=
casus. Ideo enim additum est Suos: vt voluntarios
intelligeres non a dño constitutos. [Ego autem in te
Al. spabo. † speraui dñe]. Illos tales quibus celerrimus euenit
finis/in se sperasse non dubium est: dominũ autem sal
uatorem cuius hec verba sunt ex forma serui/in patrẽ
sperasse manifestum est. Passionis psalmũ solito mo
re concludens se dicit sperasse in dñm: vt significaret
corda fidelium in spe dñi semper esse defixa. Frequen
ter enim caput loquit: quod membris aptare debea=
mus. Quapropter ⁊ huiꝰ hymni modũ (sicut in trige=
simoquarto psalmo iam dictũ est) debemus exquire=
re prefinitum. Primũ: quoniam ex dñi christi persona
ꝓlatus est. Deinde inchoauit ab oratione. Tertio do
minice passiõis gesta memorauit. Quarto/ꝟbis euã=
gelicis assona veritate consensit. Quinto/in spe fide=
lium magna finitus est: vt dubium non sit presentem
psalmum prescriptis regulis cõuenisse. Conclusio.

¶ Audiuimus viuificatorem creaturarũ ani=
mã suam posuisse ꝓ salute mor
taliũ. Audiuimus impassibilem deũ carne suscepisse
ꝓ peccatoribus passionem: Audiuimus patri coeter
DOG. nũ mortis subijsse supplicium. O inestimabile preciũ
quod redemit genus humanũ: O holocaustum quod
nobis prestitit eternas flammas euadere. Interitus/
qui tulit exitium. Finis/qui dedit bonũ sine fine man=
surum. Nam cum ꝓuenit innocẽti mortis aculeus: fa=
ctũ est vt iure perderet/quos tenebat obnoxios. De=
glutiuit enim infernus more piscium exitium suum: et
qui se capere predam credidit/predatorem suum po=
tius deceptꝰ excepit. Unde papa Leo sedis sue com=
par: pulchre locutus est dicens: Quamuis multoruꝫ
martyrum in conspectu dñi preciosa mors fuerit: nul=
lius tamen insontis occisio fuit redemptio peccatoꝝ.
Acceperunt enim iusti: non dederunt coronas. Et de
fortitudine fidelium exempla nata sunt patientie: non
dona iustitie. Singulares quippe in singulis mortes
fuerunt: nec alterius quisquã debitum suo fine persol
uit. Inter filios autẽ hominũ vnus solus extitit chri=
stus: qui vere erat agnus immaculatus: in quo oẽs
crucifixi/omnes mortui/oẽs sepulti/oẽs sunt etiã
suscitati. Presta pijssime Deꝰ: vt qui in assumpta car=
ne pro nobis dignatus es pati: regni tui consortia no=
bis largiaris. Memoria quoqꝫ tenendũ est ꝙ hic psal
mus tertius est eorum/qui de passione ⁊ resurrectio=
ne dñi latius sunt locuti.

¶ Explicit expositio in psalmum. 54.

¶ In finem ꝓ populo qui a sanctis longe fa=
ctus est Dauid in tituli inscriptioneꝫ: quãdo
tenuerũt eum allophili in geth. Lv.

Miserere mei deus qm̃ cõculca
uit me homo: tota die impu=
gnãs tribulauit me. Cõculca
uerũt me inimici mei tota die
qm̃ multi bellãtes aduersum
me. Ab altitudine dei timebo
ego vero in te sperabo. In deo laudabo ser=
mones meos: in deo speraui nõ timebo quid
faciat michi caro. Tota die verba mea exe=
crabãtur: aduersum me omnes cogitatiões
eorum in malũ. Inhabitabunt ⁊ abscõdent:
ipsi calcaneum meũ obseruabunt. Sicut su=
stinuerunt animã meam ꝓ nichilo saluos fa=
cies illos: in ira populos cõfringes. Deꝰ vi=
tam meã annũciaui tibi: posuisti lachrymas
meas in cõspectu tuo. Sicut ⁊ in promissio=
ne tua: tunc cõuertentur inimici mei retror=
sum. In quacunqꝫ die inuocauero te: ecce co
gnoui quoniã deus meus es. In deo lauda=
bo verbum/in dño laudabo sermonẽ/in deo
speraui: nõ timebo quid faciat michi homo.
In me sunt deus vota tua: que reddam lau=
dationes tibi. Quoniam eripuisti animam
meam de morte/et pedes meos de lapsu: vt
placeam coram deo in lumine viuentium.

Titulꝰ hic duplicia cõtinet sacramẽta. Una
pars est euãgelij vsqꝫ ad illud qđ ait In ti
tuli inscriptionem. Alia veteris testamẽti
vsqꝫ ad terminũ tituli. Prio dicit In fineꝫ:
qđ christũ significare frequenter expositũ
est. Deinde ꝓ populo qui a sanctis longe factꝰ est Da
uid in tituli inscriptionẽ. Tituli inscriptionẽ diximus
in passione dñi ideo nõ fuisse deletã: qꝛ longe ante fue
rat ꝓphetatũ Ne corrũpas tituli inscriptionem. Sed
pontio pilato iudaicus populus imminebat: vt cõtra
vaticinia ꝓphetarũ huius tituli emẽdaret inscriptio:
nolens suũ regẽ dici/quẽ insanis mẽtibus respuebat.
Que voluntas eos longe fecit a sanctis: quãdo fide=
les christũ suum regẽ dici tota mentis intẽtione festi=
nant. Cum tenuerũt eum allophili in geth: hoc est qđ
regũ textꝰ enarrat: qꝛ Dauid Saulis insecutione per=
territus: in ciuitate geth apud allophilos se credidit
occulendũ. Sed qꝛ diximus hec oĩa mysticis similitu
dinibus exponenda. Geth/significat torcular: id est INTER.
pressuram quã omnis patitur christianus. Sed tunc
fructũ reddit vberrimũ: cũ tribulationum fuerit fasce
depressus. Et ideo in tali superscriptione loqui ratio=
nabiliter aptatur ecclesia: que allophiloꝝ: id est alie=
nigenarũ persecutiõibus ingrauata: tanqꝫ nectareos
liquores merita sanctoruꝫ copiosa vbertate ꝓfundit.

Diuisio.

Diuersis afflictionibus onerata: In prima
sectione psalmi mater orat ecclesia: confi=
dens se tñ a seuientibus inimicis esse libe=
randam. Secũda sectiõe ꝓprias enume=
rat passiões: gratias agens/ qꝛ de crebris

periculis sit erepta: nec se dicit formidare mala q̄ co-
gnoscit esse celeriter transitura. Tertio loco in futura
illa beatitudine laudes se dicit dño iugiter cantatu-
ram: qui eam de huius seculi aduersitate liberauit.

Expositio.

Al. mei. Al. ipugnãs — Miserere † michi dñe qm̄ cõculcauit me ho
mo: tota die † bellãs tribulauit me]. Uir-
go mater ecclesia que fideles populos pa
rit/ nec a sua integritate discedit: celestem
spõsuz piis lachrymis rogat/ ne se patiat̃
ab inimicis opprimi: que adhuc in mũdi istius cogno
scit̃ calamitate versari. Cõculcauit/ retulit quod in ti-
tulo dixit ad torcular: q2 tantũ vinũ exprimit̃/ quantũ
enixius vua calcat̃. Hoiem hic significat absolute dia
Mat. 13. bolũ: sicut in euãgelio de ipso dñs dicit: Inimicus au
tẽ homo qui superseminauit zizania/ est diabolus. Se
quit̃ Tota die bellãs tribulauit me. Describit quid in
hoc mũdo sancta patiat̃ ecclesia: q2 sine aliqua inter-
missiõe diaboli cognoscit̃ certamina sustinere: sicut di
Ephe. 6. cit apl's. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ ⁊
sanguinẽ: sed aduersus principes et potestates tene-
brarũ harũ. Bellũ graue/ q2 occultũ: pugna difficilis
q2 cum fortiore dimicat̃. Quale est em̃ cũ hoste confli
gere: et eius insidias non videre? Aduersarius quoq̧
noster nec labore deficit/ nec victus aliqñ discedit: sed
tãto atrocior redit/ quantũ eum per diuinã gratiã de-
SCHE. bellari posse cõtigerit. Bellũ vero schematice p An-
tiphrasim dicimus: sicut lucum qui non lucet/ et pisci-
nam que nõ habet pisces. Quapropter null⁹ se que-
ratur fideliũ frequentissima diaboli machinatione ve
xari: q2 si christi esse volumus/ hic aduersariũ semper
Al. qm̄ mul- diabolũ sustinemus. [Conculcauerũt me inimici mei
ti bellantes tota die: ab altitudine diei. † Qm̄ multi q̄ debellãt me
aduersuz me timebunt]. Grauissimũ quidem genus iniurie est/ vsq̧
Ab altitudi- ad pedum cõtumeliam puenire: sed inde pcedit quod
ne diei time- sanctis altaribus offerat̃. Uinũ em̃ non pfluit/ nisi pe-
bo. dibus vua tundat̃: sic in mẽbris suis ecclesiam cõcul-
cat inimicus/ vt sanctoꝝ inde merita gloriosa nascan-
tur. Repetit quoq̧ Tota die: vt reuera intelligas in
hoc seculo nullũ tẽpus omnimodis a talibus tẽtatio-
nibus alienũ. Nã ꝙ dixit Ab altitudine diei: mũdum
istũ significat/ vbi tumet altitudo superbie. Naz sicut
christi regula humilitatẽ precipit: ita diaboli cõsuetu
do ruinose altitudinis culmina psuadet. Et vt graue
põdus sue cõpressionis exprimeret/ ab altitudine su-
perbie se dicit fuisse calcatã: vt nec leue põdus crede-
res/ qđ tanta mole premeret̃. Sequit̃ Qm̄ multi qui
debellãt me timebũt. Non vacat ꝙ multos dicit/ ⁊ nõ
omnes timere: scz qm̄ ex ipsis qui ecclesiam debellãt/
plurimi conuertunt̃ ad dñm: ⁊ incipiunt eterna exitia
nõ timere/ cũ beatorũ partibus aggregant̃. Illi autẽ
qui in sua obstinatione pmanserint/ omnes timebunt
penale sibi iudiciuz: qñ dñi declaratur aduẽtus. Felix
cõmutatio: vt hic paruo tẽpore caste timeam fideles/
⁊ in illa penni exultatiõe securi sint. At contra infeli-
ciũ sors om̃ino durissima est: hic sub breuitate gaude-
re/ ⁊ in illa ppetuitate cruciari. [Ego vero in te spera-
Al. non hz. bo † dñe]. Dicit causam quare sic timere non debeat
sicut impii formidabunt: qm̄ sperat in dño/ qui nunq̄
Eccli. 2. in se decipit confidentes: sicut Salomon dicit: Quis
sperauit in dño/ ⁊ cõfusus est? Aut quis permãsit in ti
Al. non hz. more illius/ ⁊ derelictus est? [In deo laudabo sermo-
Al. deo spe- nes meos † tota die: in † dño sperabo: nõ timebo quid
raui. faciat michi † homo]. In deo laudat sermones suos:
Al. caro. qui omne qđ bene loquitur nõ sibi/ sed diuinis cogno-
scit̃ muneribus applicare. Suos em̃ ita intelligẽdum
est/ nõ qui pprio pferunt̃ arbitrio: qm̄ semp mali sunt:
sed qui dñi largitate cõcessi sunt. Nostra eniz que no-
bis data sunt recte dicimus: si tñ eadem concessa no-
bis dñi munere sentiam⁹. Sed hoc tota die: id est vni-
uerse vite tẽpore cõstat esse faciendũ: ⁊ cum aduersis
deprimimur/ ⁊ cũ psperis subleuamur. Sequitur In
deo sperabo nõ timebo quid faciat michi homo. Sen
tẽtia ista nisi subtiliter querat̃: superioribus videt̃ esse
cõtraria. Nã cũ se cõculcatam diceret/ ⁊ debellatam
ab hoie: et imminẽtia pericula metẽs/ misericordiam
dñi postularet: hic iterũ asserit se hominẽ non timere.
Utrũq̧ verum: qm̄ prius dum presentes calamitates DOS.
id est seculi istius aspiceret/ formidauit: nũc timorẽ cũ
futura contuet̃/ adiecit. Quid eniz poterat ab homine
pati: qui spem suã posuerat in illa retributiõe iudicii?
Seuiat licet carnificũ manus/ preparent̃ incẽdia ca-
minoꝝ: oia tormenta despicit ecclesia in mẽbris suis:
que expectat dñi munera saluatoris. [Tota die ver-
ba mea execrabant̃: aduersum me † om̃ia cõsilia eoꝝ Al. cōc
in malũ]. Uenit ad secũdam partẽ: vbi sub dolore con gitationẽ
querit̃ verba predicationis sue cõtinue a perfidis exe
crata: q2 cũ vera diceret/ detractiones abominabiles
incidisset. Qđ ad hereticos/ vel male latentes ptinet
christianos: qui dũ verba dñi audiunt/ salutaria dicta
cõtemnunt. Sequit̃ Aduersum me oia cõsilia eorũ in
malũ. Consilia solent puidere que psunt: a cõsulendo ETY.
em̃ dicta sunt. Sed vt intelligeres tractatus eoꝝ nul
la bonitate subsistere: addidit In maluz: ne quid eos
boni in illa crederes deliberatione tractasse. [Inha-
bitabũt et abscõdent: ipsi calcaneũ meũ obseruabũt.
Sicut † expectauit aia mea]. Isti ergo subdoli chri- Al. sust
stiani habitare publice vident̃ ecclesiam/ ⁊ cõgrega- nuerũt a
tiones sequi/ cõuentusq̧ populorũ: sed virus sue per- mã meã
uersitatis abscondunt. Nec palam ausi sunt prodere
qđ sciunt apostolicas regulas nõ habere. Malũ inte-
stinũ/ vulnus insanablie: qđ quanto plus tegit̃/ tanto
ampli⁹ incurabili putredine sauciat̃. Sequit̃ Ipsi cal
caneũ meũ obseruabunt. Mos iste diabolicus est/ vel
eoꝝ qui ministri ipsius esse noscunt̃: vt calcaneũ: id est
vltima nostra insidiosa calliditate respiciãt: sicut ser-
penti a dño dictum est Illa tuum obseruabit caput: ⁊ Gen. 3.
tu insidiaberis calcaneo eius. Scit em̃ diabolus fini-
tima nostra iudicare: ⁊ ipsa vult euertere vt possimus
ad reat⁹ discrimina puenire. Addidit Sicut expecta-
uit aia mea: id est sicut ante preuidi/ sicut instructa fui
sicut a dño regulã predicatiõis accepi. [Pro nichilo Al. illos
saluos † facies eos: in ira populos cõfringes † deus] Al. non h
Illos quos supius dixit insidiatores/ et venenosa se
simulatione celãtes/ hic per gratiam dñi facile pmit-
tit esse saluãdos: vt de nullo ergo errantiũ desperare
debeat/ q̄uis culpabilem esse cognoscat. Naz ꝙ dicit
Pro nichilo saluos facies eos: significat q2 gratis oia
sua pietate cõcedit: nec cuiusq̧ meritũ exigit/ vt pos-
sit pprio labore saluari. Quid em̃ meruit latro: vt sic
paradisum velociter introiret? Quid publicanus: qui
repente de templo absolutus exiuit? Ipse dedit con-
fessionis subitũ votũ/ qui donauit et premiũ. Constat
ergo p nichilo peccatores saluos fieri: quando certũ
est cõuersionem gratuita largitate cõcedi. Sequitur
In ira populos cõfringes deus. Prius dixerat mali-
gnam turbam esse liberãdam: nunc quemadmodũ sal
uari possit exponit. Justitia dñi que putatur ira: con-
fringit populos cõtumaces. Nam cum tribulationi-
bus eorũ corda quassauerit: ⁊ diuersarũ angustiarum

numerositate cōpleuerit: ab iniquitate reuocati/com
pellunt dn̄o confiteri: ꝛ per iram eius videtur fieri/cū
Al. Deus. ille placidus atqꝫ immutabilis salutis nostre causas
Al. posuisti noscat operari. [† Uitam meā annūciaui tibi: † posui
Al. Et. lachrymas meas in cōspectu tuo. Sicut † in ꝓmissio
ne tua]. Uitam suā annunciat deo/qui peccata ꝓpria
1. Tim. 1. cōfitet: sicut fecit apostolus dicēdo: Priꝰ fui blasphe-
mus/ꝛ ꝑsecutor/ꝛ iniuriosus. Hoc est em̄ gloriaꝫ deo
dare: vt publice denūciemus quales nos dignatꝰ fue
rit sustinere/ꝛ ad cōuersionem adducere: qui mereba
mur peccatis facientibus interire. Et inspice qđ dicit
Uitam meā: qꝛ semꝑ ꝓbatur esse culpabilis. Quādo
em̄ non aut cogitando delinquimus/aut verbis offen
dimus/aut labili actione peccamus. Uitā ergo suam
sicut perfidi abscondūt/ita fideles annūciant: non vt
eam deo notam faciāt/qui nullatenus potest aliquid
honorare: sed vt se magis cōdemnantes mereant ab-
solui: sicut ꝓpheta dicit: Dic tu priꝰ peccata tua vt iu-
stificeris. Sequitur Posui lachrymas meas in cōspe
ctu tuo. Lachryme que in cōspectu dei ponunt iocun
de sunt: qꝛ nō cruciāt/sed a cruciatibus liberāt. Pias
ergo lachrymas fundebat/qui pro inimicis rogabat:
ꝛ ideo meruit obtinere/qꝛ preceptum dn̄i ꝓbatur im-
plesse. Addidit Sicut in ꝓmissione tua. Pollicitatio
quippe dn̄i est vt pias lachrymas non refutet: sicut et
Ps. 49. in alio psalmo dicit Inuoca me in die tribulatiōis tue
Al. Tunc. ꝛ eripiam te: ꝛ magnificabis me. [† Conuertent inimi
al. cognoui ci mei retrorsum. In quacūqꝫ die inuocauero te: ecce
Al. non hꝫ. † agnoui qm̄ deus meus es † tu]. Conuertendos re-
trorsum dicit inimicos: ne in suo itinere ꝑseuerantes/
pessimos implere doceant errores. A malo em̄ qui re
tro redit/ꝑfidie sue culpanda derelinquit. Sic em̄ pe-
Mar. 8. tro aplo dn̄s dicit ꝓpitius: nō iratus: Redi retro Sa-
thanas. Istud em̄ quando errantibus cōtingit: error
pristine prauitatis abscedit. Sequit In quacūqꝫ die
inuocauero te. Hic clemētiā dn̄i ꝓnūciat/mirabilēqꝫ
pietatē: vt in quacūqꝫ die inuocatus fuerit/semper se
miseratus indulgeat. Quacūqꝫ die/significat diuersi
temporis satisfactiōes. Alter em̄ tota pene vita dn̄m
supplicat/alter in media etate conuertit/alius in vite
fine saluatur. Ipsum est em̄/in quacūqꝫ die: qꝛ dn̄s cle
mēti patiētia quodlibet tēpus nostre cōuersionis ex-
pectat: et ideo culpabiles sustinet/expectat errantes
Ezec. 18. dicēs Nolo mortē peccatoris: sed vt cōuertatur ꝛ vi-
uat. Solum est em̄ vt in hac vita peccatū omne fatea
mur: vbi ꝛ humana fragilitate delinquimus. Addidit
Ecce agnoui qm̄ deus meꝰ es tu. Dulcis ꝓfessio ꝛ ve-
ra ꝓbatio: vt ipse cognosceret impletū/qđ magno de-
siderio nouerat exquisitū. Sequitur Qm̄ deus meus
es tu: licet sit generaliter dn̄s omniū nostrū: tn̄ confi-
dēter dicimus Deus meus: qn̄ ab eo nos respici posse
Al. non hꝫ. gaudemus. [In deo laudabo verbū: † ꝛ in dn̄o † p̄di
al. laudabo cabo sermonē]. Reuera orthodoxe dicta noscunt ec-
clesie. In patre se ꝓmittit filiū laudaturꝫ: vt quicquid
de illo dicit/de isto pariliter sentiat. Nam cū predica-
mꝰ eternū atqꝫ omnipotentē patrē: eternū atqꝫ omni-
potētem filium sine dubio cōfitemur. Unum est em̄ in
vtroqꝫ preconium/qm̄ vna virtus amborū: indiuidua
gloria/quādo indiuisibilis est natura. Deniqꝫ sic ipse
Joan. 14. in euangelio testatur: Ego in patre/et pater in me est.
Quid rogo nō habeat filij: q̄ naturā omnipotētis filij
habet? Aut quid nō habeat patris: q̄ naturā omnipo
tētis patris habet? Una est reuera substātia: qꝛ nichil
in eoꝝ essentia dissimile/aut discrepans reperit. Non
hic amplius/minusve reperis: nisi qđ sibi heresis ar-
riana cōfingit. Hec aūt regula vnitatis atqꝫ equalita
tis/spiritum quoqꝫ sanctū sine dubitatiōe cōsubstan-
tialeꝫ patri/filioqꝫ cōplectit: qm̄ sancta trinitas vnus
est deus: nec potest vni gloriā dare/qui se nō intellexe
rit cōmuniter obtulisse. Sciēdū plane ꝙ doctissimus
Augustinus in lib. 15. trinitatis ita dicit. Spiritꝰ san-
ctus ꝰm scripturas diuinas nec patris est soliꝰ/nec fi-
lij solius: sed esse cōstat amborū. Quapropter patris
ꝛ filij charitas est vnica: cum tn̄ ꝛ ipse ꝑfecta sit cha-
ritas. Hoc etiaꝫ multipliciter ꝓbat in expositiōe epi-
stole sancti Joānis apertius homelia septima dicēs:
Quia q̄ charitatē nō habet fratris: vtiqꝫ nō habet spi
rituꝫ sanctū. Sequit Et in dn̄o predicabo sermonem.
Hic iam venit ad dn̄m christum: qui vnus ex trinitate
verbū caro factū est: ꝛ habitauit in nobis. Cuius ser- Joan. 1.
mones: id est predicatiōes merito se laudaturā ꝓmit-
tit ecclesia: qꝛ humano generi viuendi regulā prestitit
et salutē. Reuera sermōes vbiqꝫ predicādi: per quos
mūdi salꝰ celesti potuit miseratiōe reparari. Hec em̄
duo sancta mater se predicaturā ꝓmittit: que nostre fi
dei eternā tribuūt sospitatē: scꝫ potētiam verbi/ꝛ hu-
manitatē eiusdē dn̄i christi. Sed ne aliquis pessimoꝝ
ista noīa dei ꝛ dn̄i sub discretiōe aliqua suscipiēda iu-
dicaret: vt patri ꝛ filio vocabulū istud dn̄i/non omni-
modis diceret cōuenire/in cētesimonono psalmo ꝓ-
pheta testat dicēs: Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris Ps. 109.
meis. [In deo † sperabo: non timebo quid faciat mi- Al. speraui.
chi homo]. Reuera nō potest hoīem timere: q̄ se mun
dana nō formidat amittere. Quid ei potest inimicus
auferre: nisi illud qđ sancta mater a sua mēte ꝓbatur
abijcere? Hic em̄ hominē (sicut superius dictū est) dia
bolū debemus accipere: q̄ sanctā ecclesiā iniqua sem-
per volūtate persequit. Uersus aūt iste ꝛ in pria par-
te finalis est (sicut et hic videt esse repetitus) vt quasi
margaritarū quibusdā filis relucētibus/parilitas si-
bi partiū decora constaret]. In me sunt deꝰ vota: † q̄ Al. tua.
reddā † laudes tibi]. Uenit ad tertiū mēbrū: vbi iam Al. lauda-
liberata de malis huius seculi/laudaturā se dn̄m ꝓfi- tiones.
tetur ecclesia. Dicit em̄ in se esse vota laudatiōis: dei
tn̄ munere cōtributa/que in illa ꝑpetuitate reddenda
sunt: qn̄ iam sancti indefessis vocibus ꝑsoluēt laudis
obsequiū. Ista sunt em̄ que cū deum diligimus/habe
mus semꝑ intrinsecus/que a nobis om̄imodis nō re-
cedūt: sed in illa ꝑpetuitate reddimus/cum semꝑ sol-
uimus ꝛ debemus. Nam de futuro nos ꝛ hūc versum
debere intelligere sequētia demōstrant: qꝛ huic mun-
do nequeunt vllatenus cōuenire]. Qm̄ eripuisti ani-
mā meam de morte: † oculos meos a lachrymis: ꝛ pe Al. non hꝫ.
des meos de lapsu]. Causam reddit cur vota laudis
sit pijs immolatiōibus oblatura: scꝫ qꝛ eripuit animā
ꝓpli fidelis de morte ꝑpetua. Que figura dicit Etio- SCHE.
logia: id est cause redditio. Et bene suā animā sancta
mater a morte dicit ereptā: que filiorū liberatiōe gau
debat. Sequit Oculos meos a lachrymis: et pedes
meos a lapsu. Singulis singula reddit: animam dicit
ereptaꝫ de morte/oculos a lachrymis/pedes vero de
lapsu. Sed hec tria in futuro seculo prestabūt: qn̄ iam
nec aīa peccādo moriet/nec oculi mala sua deflebūt/
nec pedes labent. Nam hic cui beatoꝝ aufert lachry
mas: cū ipse dicat Beati qui lugent: qm̄ ipsi consola- Mat. 5.
bunt. Nec pedes iustorū in isto seculo a lapsu reddun
tur alieni: qꝛ dum in hoc mundo ambulant semꝑ in la
psu sunt: sed diuina misericordia continent: sicut legit
Septies cadit iustus ꝛ resurget. [Ut placeā corā deo Prouer. 24.
in lumine viuentiū]. Dicit quemadmodū dn̄o placere

possit ecclesia in manifestatiõe sanctorũ:hoc est in lumine viuentium:in quibus ipsa pulchra/ipsa sine macula/ipa redditur sine ruga. Quicquid eñ in illis acciderit:in vultu illiꝰ illucescit. Sicut hominis sana viscera reddunt faciem pulchriorem:sicut Salomon di
Ibidem.15. cit:Corde letãte vultus floret: ita oris sancte ecclesie decus aspergitur/quod in beatorũ meritis inuenitur.

Conclusio.

¶ Peracta sunt verba sancte virginis / et matris ecclesie. Illa eniꝫ nos incorrupta generat: illa casto vtero ꝓfundit in perpetuam lucem. Sed vtinam quales baptismate illas generat/ tales nos vite huiꝰ terminus inueniret:ne habeamus cum populo nefandissimo portioneꝫ: qui sicut titulus dicit A sanctis longe diuisus est : quinimmo torcular nos istius seculi gaudentes premat:vt copiosa de nobis vina ꝓfundat. Afflicti ergo gratias agamus/con tristati minime desperemus: quãdo illa tormẽta prosunt/que nos ad premia beata perducunt.

¶ Explicit expositio in psalmum.55.

¶ In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione cum fugeret a facie Saul in speluncam. Lvi.

MIserere mei deꝰ miserere mei: qm̃ in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarum sperabo : donec transeat iniquitas. Clamabo ad deum altissimũ:deũ qui benefecit michi. Misit de celo ⁊ liberauit me:dedit in opprobrium cõculcantes me. Misit deꝰ misericordiam suam ⁊ veritatẽ suam:⁊ eripuit animam meã de medio catulorum leonum dormiuit cõturbatus. Filij hominũ dentes eorũ arma ⁊ sagitte:⁊ lingua eorum gladius acutus. Exaltare suꝑ celos deus : ⁊ in omni terra gloria tua. Laqueũ parauerunt pedibus meis:et incuruauerunt animã meam. Foderunt ante faciem meã foueam : et inciderunt in eam. Paratum cor meũ deus/paratũ cor meũ:cantabo et psalmum dicam dño. Exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis dñe : et psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est vsqꝫ ad celos misericordia tua:⁊ vsqꝫ ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus:⁊ super omnem terram gloria tua.

PEr finem/frequenter diximus dñm significari:qꝛ ipsa est nostra ꝑfectio ad ipsum feliciter ꝑuenire. Nam sicut cum terminũ attigeris itineris destinati/labore finito in loco desiderantissimo cõquiescis: ita cum ad dñm veneris vlterius nil requires. Ne disperdas Dauid: ꝓhibetur Dauid a Saule disperdi:qui ad regnũ fuerat voluntate dñi preparatus:sicut factũ esse manifestũ est. Sequitur In tituli inscriptione. Hoc non Dauid/sed in passione christo dño ꝑuenisse manifestũ est:ne a põtio pilato scriptus titulus mutaretur. Sꝫ qꝛ diximus personam dñi saluatoris portasse Dauid : hoc nũc de ipso dicitur/qđ erat in christi dñi passione faciendũ: ne disperderetur Dauid de regno deputato:sicut nec illa dñi potuit tituli inscriptio cõmutari. Addidit Cũ fugeret a facie Saul in speluncam. Actus iste et Dauid/⁊ dño multũ videtur esse cõsimilis. Nã sicut Dauid Saulẽ fugiens/in spelunca se abscondit: ita ⁊ dñi saluatoris deitas intra templum corporis sui iudeis perfidis fuisse ꝓbatur abscondita. Sic singula que de Dauid ⁊ christo ꝑuenerunt facta:illis sunt sub hac allusione cõmunia. Que imagines rerum in hoc titulo ideo ꝑludunt: qꝛ totus psalmus de passione dicturus est. Sic enim ille truculentum Saulem : sicut iste iudeos nequissimos ꝑferebat. Oportet ergo meminisse psalmũ hũc quintum esse illorum/qui passionem et resurrectionem dñi sub breuitate commemorat.

Diuisio.

DOminus christus in primo ordine psalmi orat de sua passione sollicitus : ꝫm id quod ꝓpter nos homo fieri inestimabili pietate dignatus est. Factus eniꝫ (vt ita dixerim) humanatus deꝰ:q̃ etiã in assumptione carnis deus esse non destitit incõuertibilis manẽs:assumpto cõuertibili homine/naturã suam nõ minuẽs:sed conditionẽ mortalitatis exaltãs. Unus eniꝫ atqꝫ idẽ est dñs christus:q̃ ⁊ in dei forma operatus est miracula magna virtutis/⁊ in forma serui subijt seuitiã passiõis. Secũdo ordine/resurrectiõis sue gloriã stupenda varietate describit. Tertio/post beatissimã resurrectionẽ laudes se patri dño cãtare ꝓmittit: que membra diapsalmatũ quoqꝫ interpositiõe separãtur.

Expositio.

MIserere mei deꝰ/miserere mei:qm̃ in te cõfidit aĩa mea]. Christus dñs humanatus clamat ad patrẽ: ex eo ꝙ futuram metuit passionẽ:vt ꝗuis voluntariam susciperet mortẽ anime sue declararet absolute formidinẽ. Misericordiã petit dei filius:qui miseret omnibus q̃ tanta ad nos liberandos humilitate descendit:vt vnũ ex fidelibꝰ clamare putes:⁊ creator mũdi assumpte carnis infirmitate deprecatur. Nam cuꝫ dicit Miserere mei deus/miserere mei : repetitio ista periculũ future mortis ostẽdit:vt sepe posceret resurrectiõis miraculum/qui subiturus erat discrimina passionis. Sequitur Quoniã in te cõfidit anima mea. Oratio ista forma fideliũ est:vt qui ꝓpter salutem nostrã talia pertulit/ precatiõibꝰ quoqꝫ nos suis pius doctor instrueret. Orauit eñ/vt regulã nobis sancte orationis ostẽderet. Passus est ꝓpter nos / vt nullus pro ipso pati velle refugiat. Resurrexit/vt ad resurrectionẽ quoqꝫ ipsius spes se nostre infirmitatis extendat. Ille enim istarum rerum indignus non fuit: sed omnia causa nostre salutis excepit. [Et in vmbra alarum tuaruꝫ sperabo: donec transeat iniquitas]. Intelligamus orationis istius purissimã sanctitatem. Primo versu misereri sibi dominũ anteomnia postulauit. Secũdo dicit quare debeat obtinere. Tertio queãdmoduꝫ possit ab imminenti persecutione liberari. Alarum enim vmbra/tecta materna sunt: que pullos teneros ⁊ blãdimẽto quodam fouent/⁊ ab irruente tempestate custodiunt. Sed qꝛ hec minima magnum auxilium materne pietatis ostendunt : talis comparatio frequenter in scripturis sanctis posita reperitur : sicut dñs in
euangelio dicit Hierusalem/hierusalem:quotiẽs vo- Mat.23.
lui cõgregare filios tuos sicut gallina pullos suos sub alas suas/et noluisti. Que figura dicitur Parabole: SLVE

id est comparatio : quotiens sibi res genere dissimiles
comparantur. Sequitur: Donec trāseat iniquitas. In
ipsa comparatione permansit : vt sub eadē vmbra re=
quiesceret: donec feruida iniquitas estuaret. [Clama=
bo ad deum altissimum : deum qui benefecit michi].
Magnus ordo pie predicationis ostenditur : ad altis=
simū clamare : ad quem non voce valida: sed puritate
conscientie peruenitur. Clamabat ille ab humanitate
suscepta: a quo supne creature opem nō desinūt postu
lare. Nā q̄d dicit : Deū qui benefecit michi : designat
excellentissimū incarnationis arcanū : quod humano
generi gratia diuina collatū est. [Misit de celo ⁊ libe=
rauit me: dedit in opprobriū cōculcantes me]. Natu=
ra humanitatis vnita dei filio cōfitetur liberatā se ab
humana imbecillitate : que post resurrectionē meruit
celoꝝ regna percipere. Misit aūt quod dicit: nō signi=
ficat angelū: non aliquā creaturā. Illa enim per se ser=
uire non liberare potuerūt: sed misit : intellige auxiliū
superne potētie sue. Liberauit enim pater filiū suum :
Phil.2. sicut apostolus dicit : Propter quod ⁊ deus illū exal=
tauit ⁊ donauit illi nomen q̄d est super omne nomen.
Liberare quoq; se posse et filius ipse testatur dicens.
Joan.10. Potestatē habeo ponendi animā meā: ⁊ potestatē ha
beo iterū sumendi eam. Uerū iste locutiones coopera
tionem sancte trinitatis ostendūt: que vnū vult: vnum
semp operatur. Addidit : Dedit in opprobriū concul=
cantes me. Opprobriū persequentibꝰ fuit: quādo illū
quē se credebant extinguere: viderūt fideles populos
de ipsius resurrectione gaudere. Dedecus enim suum
iudicat mala cōscientia: quādo ꝓpria nō videt impleri
posse disposita. [Misit deus misericordiā suā et veri=
tatē suā]. Januā scde partis ingreditur. Nā q̄uis in
superiore versu similia verba dixerit: hinc tamē in gra
tiarū actionē ꝓrumpit: vt spem credentiū de sua pro=
speritate firmaret. Misit enim de patre dicit: quod ad
humanitatē susceptā pertinet: sicut ⁊ in euangelio ait:
Mat.15. Nō sum missus/nisi ad oues que perierūt domꝰ israel.
Misericordia est ergo: quia humano generi i suscepta
Act.9. carne compatitur : dum clamat : Saule saule quid me
persequeris : vel his similia. Ueritas/q̄m vnicuiq; sua
Al.Et facta retribuet. [†Eripuit animā meā de medio catu=
loꝝ leonū: dormiui conturbatus]. Crucifixo corpore :
animā suā dicit ereptā: de qua maxime nos p̄cipit esse
sollicitos. Totū enim in toto reddit: quādo illa saluat.
Resurget enim corpus ad spiritualē gloriā : si illa non
DOS. fuerit obstinationis vulnere sauciata. Catulos enim
leonū: plebē significat iudeoꝝ : quā principes ⁊ sacer=
dotes ferali volūtate genuerūt: vt leones sint qui ma=
la consilia de nece dñi tractauerūt. Catuli eoꝝ populi
qui perperā inuēta secuti sunt. Addidit: Dormiui con
turbatus. Mors dñi mirabili proprietate describitur :
qui cōturbatus fremitu iudeorū quiete altissima dor=
miebat: ostendēs tam nichil fuisse ꝑsecutionē impioꝝ
vt occisus perduceretur ad somnū. Dormire enim nō
est conturbati : nisi illius qui in cruce positus : spiritū
reddidit sua voluntate. [Filij hominū dentes eorū ar=
ma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladius acutus]. Hec de il=
lis dicit qui in nece dñi impia voluntate grassati sunt.
Ipse enim exponit : qui isti filij hominū sunt quorum
dentes fuerunt arma et sagitte : eorū scilicet qui sicut
legitur: supra eū dentibꝰ stridebāt : Quod per quintā
DEF. speciē dicitur definitionis: que grece appellatur Cata
antilexin: latine ad verbū. Singulis enim verbis defi=
nitur quid sint dentes hominū furentiū : id est arma ⁊
sagitte. Idem : Et lingua eorū gladius acutus. Arma
retulit ad cōsilia pessima: sagittas ad verba quidē vo=
lantia : sed ad operationē mortis emissa. Addidit : Et
lingua eoꝝ gladius acutus. Acuto gladio cōparantur
voces ille que dicebāt: Crucifige crucifige. Nam sicut Luc.23.
ensis acutus celerrimū operatur mortis effectū : ita ⁊
illa verba citā exitij compleuere sententiā. Uno enim
impetu visi sunt peremisse : sicut arma solent acutissi=
ma desecare. Per que tamen subtiliter cōmonuit: quia
et lingua seuiens possit occidere : sicut Salomon ait :
Mors et vita in manibus lingue. [Exaltare sup celos Prouer.18.
deus: ⁊ † super omnē terrā gloria tua]. Dum in cruce Al.in omni
talia christi pateretur humanitas: ⁊ dominū celi iudei terra
viderentur habere derisui: exclamat a forma serui quā
pro nobis assumpsit : Exaltare super celos deꝰ: vt qui
pendis in cruce : cognoscaris semper in tua maiestate
regnare. Non enim deꝰ supra se exaltari poterat : quia
nō est vltra quo crescat. Sed exaltabatur plane inter
homines: quādo gloria maiestatis eius cōuersis men=
tibus apparebat. Super celos autē dixit : quia dñs ⁊
virtutes supernas noscitur habere subiectas. Sequi=
tur: Et super omnē terrā gloria tua. Hoc vtrūq; com=
pletum esse. Exaltatus enim supra celos est: quādo se=
dit ad dexteram patris. Glorificatus est supra omnē
terrā: quādo totū mundū catholica replet ecclesia : in
qua laudes domino iugiter cōcinnuntur: sicut Esaias
propheta dicit: Uiuo ego dicit dominus: ⁊ implebitur
gloria mea vniuersa terra. [†Laqueos parauerūt pe= Al.laqueū
dibus meis : et incuruauerūt animā meam. Foderunt
ante faciem meam foueam: ⁊ inciderunt in eam]. Iu=
deos significat insidiatores: qui predicationibꝰ rectis
dolos se annectere crediderunt : sicut euangelista de
phariseis dicit: cū ante eum statuissent adulteram mu
lierem dicentes: Hanc inuenimus in adulterio depre= Joan.8.
hensam : Moyses enim precepit nobis huiusmodi la=
pidare : tu autem quid dicis : et cetera huiusmodi que
maligna interrogatio cōmouebat. Pedes autē christi
sunt increpationes maloꝝ promissionesq; fideliū: qui=
bus ille in hoc mundo euangelizans : quasi quibusdā
pedibꝰ incedebat. Sequitur: Et incuruauerunt animā
meam. Hic pietas dñi sanctitasq; describitur. Incur=
uauerunt enim animā christi: quādo scelerati iudei cre
dere noluerunt. Ipsis enim condolendo : sicut ⁊ alibi
dicit : ieiunus ⁊ sterilis reddebatur. Anima enim eius
in suis actibus curuari nō poterat : que peccati macu=
lam non habebat. Adiecit : Foderūt ante faciem meā
foueam. Bene dicitur fouea: sentētia mortis: que mit=
tit ad foueam. In eius enim faciem dixerunt : Reus Matth.26.
est mortis : et ideo dicti sunt foueam fodere: quia eum
neci visi sunt tradidisse. Addidit sententiam genera=
lem : Et ipsi inciderunt in eam. Omnis enim iniusta
vox suos damnat auctores : et anteq; alteri noceat : se
prius ipsa cōdemnat. Quod similiter ⁊ Salomon di=
cit. Qui fodit foueā incidet in eam. [Paratū cor meū Eccli.10.
deus paratū cor meū : cantabo ⁊ psalmū dicam dño].
Postq; dixit malorum debitas penas : nunc venit ad
tertiam partem : in qua post resurrectionem acturum
se gratias pollicetur. Sed per illud gratias agit : per
quod ⁊ resurrexit a mortuis. Ceterum deitas Christi
cum patre coeterna semper prestat : semper omnipo=
tens: semper equalis est. Nam q̄uis laqueos parasset
inimicus: foueam aperuisset ingratus: Paratum se di=
cit ad agendas gratias : quia sibi sciebat resurrectio=
nis gloriam modis omnibus affuturam. Sed in quo
sit paratus: per verba sequentia declaratur : Cantabo
et psalmū dicam domino. Cantare diximus : vocibus DEF.

gratiā referre. Psalmū dicere: ꝓdicabili dñm actione
laudare. Que duo supiori geminationi merito vident̃
aptata: qñ in vtroqꝫ se ꝓfitet̃ esse paratū. Sed dñs illa
de se dicit: nos queadmodū ꝯfiteamur instituit. Nā ꝛ
apostolꝰ Paulus sequēs magistrū paratū se ꝓfitet̃ dū
Rom.5. ait: Gloriamur in tribulationibꝰ: sciētes qm̄ tribulatio
patientiā operat̃: patiētia ꝓbationē ꝛc̄. [Exurge glia
mea: exurge psalteriū ꝛ cithara: exurgā diluculo]. Per
Tropologiā exurge dicit̃: quasi surge ad miraculū fa-
Ps.11. ciendū: sicut scriptū est ꝛ in vndecimo psalmo: Nunc
exurgā dicit dñs. Qui sermo ad potētiā diuinā ꝓpter
exprimēdas causas ab humana imbecillitate transla-
tus est. Geminat etiam: Exurge psalteriū et cithara.
SCHE. Que figura dicit̃ Epembasis: id est iteratio verbi: qđ
etiam in superiore versu fecit vbi ait: Paratū cor meū
deꝰ paratū cor meū. Hic enim natura assumpte huma
nitatis exprimit̃. Psalteriū fuit: quādo caro operabat̃
diuina mandata: vt sancta se conuersatione tractaret.
Cithara ꝟo: gloriosam significat passionē: que neruis
tensis dinumeratisqꝫ ossibus virtutē patientie intelle-
ctuali quodā carmine ꝑsonabat. Addidit: Exurgā di-
luculo: quod est inter tenebras noctis ꝛ diei claritatē:
quo tēpore eū resurrexisse euāgelij lectio sancta testa-
Luc.24. tur. Ait enim: Diluculo valde venit Maria ad monu-
Al. et mentū: ꝛ reliqua. [Cōfitebor tibi in ppl̃is dñe: † psal-
Al. in gen- mū dicā tibi † inter gētes]. Istud iam dicitur a parte
tibus membrorꝫ: quia ipsum cōstat patri in populis cōfiteri:
qui caput et dux ecclesie ꝓbatur intelligi. Nam quod
ait: Psalmū dicam tibi inter gentes: celestē significat
actū vniuersalis ecclesie: que per oēs gentes linguis
varijs psalmodiā dño deuota mente persoluit. [Qm̄
magnificata est vsqꝫ ad celos misericordia tua: et vsqꝫ
ad nubes veritas tua]. Ista est causa cōfessionis: ista
ꝓmissio psalmodie: qm̄ magnificata est misericordia
dñi vsqꝫ ad celos: id est quia humanitas filij vsqꝫ ad
celorꝫ regna perducta est. Periclitāti quippe homini:
qui peccatis tenebatur obnoxius fecit misericordiam
suam: vt dispensatione mirabili faceret eximiū: quem
nefandi populi iudicio putabant extremū. Sequitur:
Et vsqꝫ ad nubes veritas tua. Nubes significant pro-
phetas: quos spiritus sancti irrigua veritas velut co-
piosus imber impleuit. Merito enim nubes vocantur:
quia celesti fonte satiati sunt: ꝛ supra steriles peccato-
res spiritualis copie dona fuderūt: que duo preposte-
rato sunt ordine collocata. Veritas est tempore ante-
rior: misericordia vero aduētu posterior. Que ideo cō
mutata sunt: vt sine aliqua differentia in his potuisset
vnū decus / vnus auctor agnosci. [Exaltare sup celos
deus: ꝛ super omnē terram gloria tua]. Hunc versum
et in secunda parte iam dixit: fidem nostram tali pro-
missione cōfirmans: quia super omnes creaturas eius
nominis sit gloria regnatura. Conclusio.

Quis virtutē psalmi huius: q̄s beniuolen-
tiā digne possit effari? Orat
Christus vt nos doceat: resurgit vt nos erigat: laudes
patri dicit vt nos instruat. Merito via nostra: merito
redemptio: merito apud patrē noster legitur aduoca-
tus. Amemꝰ clementē defensorē: ne patiamur seuerū
iudicē. Vltra omnē constat esse amentiā: eū toto corde
non expetere: qui nos ad eterna gaudia tam crebris
admonitionibus cognoscitur inuitare.

Explicit expositio in psalmum.56.

In finem ne disperdas Dauid in tituli
inscriptione. lvij.

SI vere vtiqꝫ iusticiā loqmini
recte iudicate filij hominum.
Et enim in corde iniquitates
operamini ī terra: iniusticias
manus vestre cōcinnāt. Alie-
nati sunt peccatores a vulua:
errauerunt ab vtero locuti sunt falsa. Furor
illis s̄m similitudinē serpentis: sicut aspidis
surde ꝛ obturantis aures suas. Que nō ex-
audiet vocē incantantiū: ꝛ venefici incātan
tis sapienter. Deꝰ cōteret dentes eorꝫ in ore
ipsorꝫ: molas leonū cōfringet dñs. Ad nichi
lū deuenient tanqꝫ aqua decurrēs: intendit
arcū suū donec infirmentur. Sicut cera que
fluit auferentur: supcecidit ignis ꝛ nō vide-
rūt solem. Priusqꝫ intelligerent spine vestre
rhamnū: sicut viuētes sic in ira absorbet eos
Letabitur iustus cū viderit vindictā: manꝰ
suas lauabit in sanguine peccatoris. Et di-
cet homo si vtiqꝫ est fructus iusto: vtiqꝫ est
deus iudicans eos in terra.

QUāuis verba ista frequēter iterent̃: non pi-
gebit tamen eadē ꝑ singula loca declarare:
vt psalmorꝫ possit dignitas estimari. Illas
siquidē domos ꝯfidenter intramus: quarū
penetralia in ipsa fronte cognoscimus. In
finem / significat Christū qui in hoc psalmo locutꝰ est.
Ne disperdas Dauid in tituli inscriptione. Et Dauid
sepe diximus Christū significare: quia ꝛ rex erat: ꝛ no INRI
men eius manu fortis: siue desiderabilis interpretat̃:
quod ꝛ dño cōpetenter aptatur. Cōmonet̃ ergo pon-
tius Pilatus ne disꝑdat scriptū titulū: qui regē dñm
declarabat: quia reddi non poterat incassum: qđ diui-
na noscebatur iussione cōscriptū. Regem enim illum
quis poterat abolere: quē cōstat esse celi terreqꝫ crea-
torem? Quod adeo frequenter repetitur: vt excusatio
contradicentibus auferatur. Diuisio.

DOminus Christus ꝛ virtutibꝰ Saluator ꝛ
monitis: In prima narratione psalmi iu-
deorꝫ cognoscitur exprobrare nequitiam.
Sed dū illis imputat que fecerunt: nos ne
faciamus similia cōmonemur. Scđa nar-
ratione: retributiones eorꝫ aptissimis cōparationibus
declarat. Tertia qualis fiat correctio iustorꝫ de pecca-
torū vltione memoratur. Expositio.

SI vere vtiqꝫ iusticiā loquimini: † iusta iu- Al. recte
dicate filij hominū]. Christus dñs iudeos
inuehitur de his que longa post erāt etate
facturi. Loquunt̃ enim falso iusticiā legis:
qui nō sunt recta iudicaturi. Vere autē illi
equabilia dicūt: qui iusta facturi sunt. Sermo enim re-
ctus: vite debet esse ꝯsimilis. Voces ergo illas hic ar-
guit iudeorꝫ: qñ captiose dicebāt: Magister scimus q2 Matth.22.
a deo venisti: ꝛ viā dei ī veritate doces. Ista q̄dē iusta
erāt: sed illi ea veraciter minime loquebant̃: qm̄ si fuis-
sent certissima mēte ꝓlata: irreprehensibilia eorꝫ po-
terant esse iudicia: nec postea dixissent pontio Pilato:
Crucifige crucifige: quia se dei filium esse confirmat. Joan.19.
Sic enim iudicauerūt: vt non recte sed ficte locuti iu-
sticiam comprobentur. Hoc argumentū in Topicis TOP.

dicitur ex cõtrario. Cõtrariũ est enim recta loqui: ꝛ ꝑ-
uersa facere. Nõnulli ꝓ hinc faciũt q̃stionẽ dicentes.
Hic quidẽ preceptũ esse: iusta iudicate: cũ legatur in
Luc. 6. euãgelio: Nolite iudicare: ne iudicemini. Sed ista sen
tentia nõ nobis tollit in totũ licẽtiã iudicandi. Nã qd
dicit: Nolite iudicare: de illis factis vult intelligi que
sensus noster nõ preualet intueri. Sũt enim q̃dã me-
dia q̃ ignoram⁹ quo animo fiãt: q꞉ ꝛ bono ꝛ malo fieri
possunt: de quib⁹ temerariũ est homini iudicare. Hic
aũt precipit nobis de his q̃ manifesta sunt iusta iudi-
care. Ita fit vt sentẽtie iste cũ discusse fuerint: nequaq̃
sibi ꝯtrarie esse videant̃. Quẽ locũ pater Augustinus
de sermone dñi in monte: libro scdo: lati⁹ diligentiusq̃
tractauit. [Etenim in corde iniquitates operamini in
Al. iniusti-cias terra: † iniquitatẽ manus vestre cõcinnant]. Ac si di-
ceret: Quomodo potuistis de me iudicare: qui in cor-
de vestro iniquitates operamini: vbi perfectũ crimen
est anteq̃ fiat: ꝛ omne malũ plectibile fit: quod deside
riũ praue voluntatis accusat? In terra vero dicit: siue
arcano pectoris: siue sup̃ra populũ cui p̃ricipes ꝛ pha
risei preesse videbãtur. Et vide q꞉ supra cordis posuit
iniq̃tates: nũc etiã per manus res significat actuales
vt non solũ cogitatũ scelus: sed etiã completũ esse do-
ceatur. Cõcinnant enim: ad iniq̃tates bene positũ est.
Cõcinnatio autẽ significat quãdo ex multis partibus
sibi cõuenit adunata ꝑuersitas. [Alienati sunt pecca-
Al. ab vte-ro tores a vulua: errauerũt † a ventre: locuti sunt falsa].
Merito peccatores tanq̃ abortiuos ab vtero ꝓiectos
dicit ecclesie: qui nulla doctrine confirmatione ꝑfecti
sunt: sed tanq̃ teneri pecudis fatuata mollicies: nõ ad
lucem vitalẽ: sed in ꝑfidie tenebras ꝓbantur abiecti.
Iuste quippe vterũ habere dicit̃ ecclesia q̃ nos sacro
baptismate ꝓfundit in ꝑpetuã lucẽ. Sed ve illis q̃ im-
maturi ab eius viscerib⁹ exierũt. Sequitur: Errauerũt
a ventre: locuti sunt falsa. Errauerũt vtiq̃ a vẽtre: qui
contraria matri dogmata sunt secuti: nec aliũ sanctũ
pia deuotione venerant̃. Ipsi enim ꝛ falsa locuti sunt:
Al. Furor qui ab eius sctis traditionibus errauerũt. [† Ira illis
s̃m similitudinẽ serpentis: sicut aspidis surde ꝛ obtu-
rantis aures suas]. Ira iudeoꝝ per similitudinem ni-
mis aptissimã definitur. Obstinatoꝝ quippe hoim ira
irreuocabilis est: qui ne docentiũ predicationes exau
diant ꝓcurant sibi volũtariã surditatẽ. Cui malo con
suetudo aspidis cõparatur: que ne verba incantantis
exaudiat: suasq̃ latebras derelinquat: vnã aurẽ caude
sue inflectione dicitur obturare: alterã ꝓ in terrã de-
primere. Cui merito iudei comparati sunt: qui cordis
auribus obturatis: sancte scripture audire noluerunt
ETy. saluberrimã iussionẽ. Obturare enim a sacerdotibus
tractũ est: qui aures suas thure replebant: ne peregri-
nis verbis intercedentibus: cõfusa carminũ memoria
turbaretur. [Que non exaudiet vocem incantantiũ: ꝛ
Al. venefi-ci incãtãtis sapienter † veneficia que incantantur a sapiente]. In exponẽda
similitudine perseuerat. Dicit enim de aspide que nõ
exaudit vocẽ incantantiũ: vtiq̃ qm̃ aurib⁹ damnatis
obsurduit: nec passa est audire vocem que illã trahere
potuisset ad lucẽ. O humanũ genus: nisi illuminetur
misericordia diuina cecissimũ est. Creatus ad imagi-
nem dei: similitudinẽ vult habere serpẽtis. Sapientẽ
vero hũc dicimus mũdane artis operatorẽ: qui ꝓpo-
sitam rem dño se iuuãte astuta cõplet industria. Nota
igitur: qm̃ dicuntur sapientes ꝛ in malo: de quibus le-
1. Corin. 1. gitur: Ubi sapiens: vbi scriba: ꝛ his similia. [De⁹ con-
teret dentes eorũ in ore ipsorũ: molas leonũ confrin-
get dñs]. Introitus scde narrationis aperitur: in qua
describitur que sint mala passuri qui cõtempserunt vt
aspides diuina predicatione saluari. Primũ dicit: den
tes eoꝝ specialiter cõterendos: qñ dolosa verba ipsoꝝ
et captiose interrogationes deducebantur ad nichilũ:
sicut eis contigit quando subdole interrogabant: Cui
nũmus cesaris pẽderetur. Sed tale a dño responsum
recepere: vt vnde tentauerãt mordere: cõtritis denti-
bus viderentur abscedere. Ait enim: Reddite cesari Matth. 22.
que cesaris sunt: ꝛ deo que dei sunt. Sequitur: In ore
ipsoꝝ molas leonũ cõfregit dñs. Hic nescio qd videt̃
excrescere: quando ꝛ leones nominauit ꝛ molas: illos
videlicet significans qui non iam captiosis verbis: sed
beluino fremitu in necem dñi consurgere tentauerũt.
Aspides erant quãdo ei insidiose dixerũt: Licet dare Ibidem.
tributũ cesari? Leones fuerũt: quãdo cruento ore cla-
mauerũt: Crucifige crucifige. Ita insania eoꝝ no solũ Luc. 23.
veneno serpentis: sed imanib⁹ beluis cõparata descri-
bitur. In ore autẽ ipsoꝝ mole cõfringebantur: quando
dictis nõ poterãt respondere verissimis. [Ad nichilũ
deuenient † velut aqua decurrens: intendit arcũ suum Al. tanq̃
donec infirmentur]. Dixit aspides: dixit leones: nunc
venit ad torrentes: qui hyemalib⁹ imbribus concitati
subita inundatione descendũt. In hoc terribiles: quia
improuisi. In hoc periculosi: quia p̃cipites. Sed mox
vt impetu trãseunte quasi atrocia colla posuerint: se-
reno celo deficiunt: qui nubibus compluentibus intu-
mescunt. Que figura dicitur Synathrismos: id est con
gregatio: vbi multas res ꝛ crimina sub aliqua narra-
tione colligimus. O inaudita seuitia iudeoꝝ: compa-
rantur illis tot ingesta mala: vnde immania nouimus
venire pericula. Addidit: Intendit arcũ suum donec
infirmentur. Hic clemẽtia diuine virtutis ostenditur:
cuius arcus tenditur ad salutẽ. Deus enim cõtra ma-
los arma sue potestatis intẽdit: ꝛ tamdiu terret donec
infirmati cedant: ꝛ ad confessionis salutem meliorata
se mente cõuertant. [Sicut cera † liquefacta auferent̃ Al. que fluit
sup eos † cecidit ignis et nõ viderũt solẽ]. Superius Al. superce-cidit
dixit de his quos cõuertendos esse dñi terrore ꝓnun-
ciat: nũc exponit eos qui perfidia faciente: in sua obsti
natione durati sunt. Istis digna vicissitudo readetur:
vt illa cordis duritia sicut cera liquefacta dispereat.
Auferentur dicit a conspectu dñi: quando in gehenne
tormenta mittendi sunt. Denique sic sequitur: Sup eos
cecidit ignis ꝛ non viderũt solem. Ignem dicit male
mẽtis ardorẽ: quẽ in hoc seculo cecatis sensibus hau-
serũt: qui tenebrat potius q̃ illuminat: qui non aperit
sed claudit aspectum. Talis enim ignis supra impios
cadit: vt solem verum: id est dñm saluatorẽ videre non
possint: sicut ꝛ ipsi iudicio futuro dicturi sunt: Sol nõ Sap. 5.
ortus est nobis: ꝛ iusticie lumen non luxit nobis. Illũ
enim solem cõspicere nequeũt: nisi qui eum mundis ꝛ
sanctis mentib⁹ intuentur. [Priusq̃ † producãt spine Al. intelli-gerent
vestre † rhamnos: sicut viuẽtes † sicut in ira absorbet
eos]. Rhamni spinarum genus est permolestũ: quod Al. rhamnũ
prius in herbam mollissimam pubescit: sed vbi adul- Al. sic
ta etate calluerit: ramusculos producit acutissimos:
posteaq̃ eius sudes durescunt in arboream firmitatẽ.
Hoc ergo iudeis presens sentẽtia cõminatur: q̃ prius
absorbeantur q̃ longa etate eorũ malitia cõualescat:
sicut ꝛ in alio loco de talib⁹ dicit: Uiri sanguinũ ꝛ do- Ps. 54.
losi nõ dimidiabũt dies suos. Sequit̃ celeritas perdi-
tionis eorũ. Sicut viuentes: sicut in ira absorbet eos.
Bene dixit: Sicut viuẽtes: quia viuere vident̃ ꝛ mor-
tui sunt. Ois enim peccator in prauitate degens veri-
tati moritur: sicut ait apostol⁹: Uidua q̃ in delicijs est: 1. Timo. 5.

viuẽs mortua est. Quod autẽ adiecit: Sicut in ira absorbet eos: illud significat: quia dñs tanq̃ iratus: peccatores videtur percellere non iratus: de quo scriptũ
Sap.12. est: Tu autẽ dñe virtutũ cũ tranquillitate iudicas. Nã quod dictũ est: Absorbet eos: eorũ subitũ significauit interitum: quia quãta dño in sustinendo patientia fuit: tanta erit ꝑcussio in celeritate iudicij. Et respice: quia
SCHE. sicut superius duobus versibus in peccatis Auxesim fecit: ita ⁊ hic ꝑ quattuor crescit in penis. [Letabitur
Al. non hz. iustus cum viderit vindictam † impiorũ: manus suas
non cōfundit: ⁊ reliqua. Sequitur oīno magna cōpara
tio: Turris fortitudinis a facie inimici. Per turris si-
militudinē: ipsum dñm significat saluatorem. Turris
enim ciuitatis muros vēdicat: ⁊ irruētes hostes ex al-
to vulnerat: sic virtus dñi populũ suum defendit: cum
aperte inimicũ eius oris sui contradictione pstrauerit.
Sed turris illa ꝟtutibus est plena non gladijs: pugnat
verbo non prelio: iubens oīa non decertans. Quā non
aries quassat/non aliqua machinamēta debilitāt/nec
localiter defendit: sed per totũ mũdum famulos suos
inuicta protectione custodit. [Inhabitabo in taberna
culo tuo in seculo: protegar in velamēto alarũ tuarũ].
Et hic quoq; cathegoricus syllogismus enascitur: qui SYL.
eo modo colligitur. Iustus inhabitat in tabernaculo
dñi. Ois qui habitat in tabernaculo dñi in secula pro-
tegit̄ in velamēto alarum eius. Iustus igitur in secula
protegit̄ in velamēto alarum eius. Nunc ad exponen-
da verba redeamꝰ. Mens sancta dñi Christi: sibi bñfi-
cia largiēda cōsistit: quo in huius mũdi periculis in ta
bernaculo dñi tutissime pseueret: ⁊ hoc nō ad breue tē
pus: sed quousq; secula vite istius diuina administra-
tione peragant̄. Ita enim fideliũ populus decursa si-
bi etate succedens: in tabernaculo dñi per secula cōti-
netur. Sed intēdamus q̄re frequēter velamentũ alarum
dñi sacris defensionibus cōparet̄. Primũ: ꝙ ale auiũ
in modũ palmarum quasi quedam coste pulcherrime
porriguntur. Deinde: qr sic defendunt vt onerare non
possint. Tertio: qm̄ estus ⁊ frigoris inclementiā a dile-
ctis pullis affectuosa protectiōe depellunt. Ita defen
sio dñi si ad eum pie cōfugiamus: potestates aereas a
nobis efficit alienas: vt nec furor eorum incensus noceat:
nec venenũ frigidũ viperea qualitate pcutiat. Merito
ergo protectio dñi alis noscitur cōparata: que nec sub
iectos onerant: et lesionem totius cōtrarietatis emen-
dant. [Qm̄ tu deꝰ † exaudisti orationē meā: dedisti he Al. meus.
reditatē timentibus nomen tuum]. Interposito dia-
psalmate: populus fidelis venit ad secundam partē le
tus: exultans quia orationē suam gloriat̄ auditā: per fi
guram. s. Ethiologiā/causam rei rationēq; subiungit:
cur in velamēto alarũ dñi petitioneq; letet̄: merito qm̄
eius exaudita probat̄ oratio. Seqtur Dedisti heredi-
tatē timētibus nomē tuũ. Hereditatē significat futu-
ri seculi regnũ: qd beatis famulis pollicetur. Heredi-
tas que nō morte relinquitur: sed cũ largitore suo ppe
tuo munere possidet̄: que sic venit ad filios vt a testa-
tore minime deserat̄. Hec hereditas non habet finem:
sed cum semel suscepta fuerit: nunq̄ a nobis aliqua p-
mutatione discedit. [Dies sup dies regis adijcies: an-
nos eius vsq; in diem † seculi ⁊ secula]. Eternitatē si- Al. genera
gnificat dñi saluatoris qui vere rex noster dicitur: qm̄ tionis ⁊ ge-
ab ipso regimur: et eius virtute saluamur. Dies enim nerationis.
supra dies/more humanitatis pfert̄: qui ideo plurimi
dicunt̄: qm̄ illis ⁊ noctes succedere cōprobant̄. In illa

vero eternitate vnus est dies: qui nullo termino finiet
Ps.83. sicut in alio psalmo dicit: Quia melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Hoc etiam et de annis debem⁹ accipere: qm̄ talia tropice dicũtur de domino Christo. Denicꝫ ꝛ versus ipse sic sequitur: Usqꝫ in diem seculi ꝛ secula: vt ostẽderet vnũ diem esse apud dñm qui secula ista trãscendit. Dicta sunt quippe secula: ꝙ in se reuol-
Al. Permanet. uant tpa. [† Permanebit in eternum in cõspectu dei: misericordiã ꝛ veritatẽ eius q̄s requiret † eoꝝ?] Ecce
Al. non hz. illa diei eternitas euidenter expressa est: sed hoc iam a parte mẽbroꝝ cõgruẽter accipit: sicut multis locis cõstat expositũ: qm̄ que sequunt capiti cõuenire non possunt. Dicit enim Permanebit in eternum in conspectu dei: qd̄ de populo fideli magis congruẽter aduertitur. Hoc etiam ꝛ sequentia declarant. Adiecit Misericordiam ꝛ veritatẽ quis requiret eoꝝ? Quare enim queritur misericordia: vbi nullus est miser? Quare veritas: vbi cuncti deum videbunt? Nullus siquidem eoꝝ indignus erit bonorum talium: cum in eternũ possideãt re-
Joan.16. gna celoꝝ: sicut ipse dñs apostolis suis dicit. Nunc q̄dẽ tristiciam habetis: rursum autẽ videbo vos ꝛ letabitur cor vestrũ: ꝛ gaudium vestrũ nemo auferet a vobis: In illa die non rogabitis me quicq̄. Sic fit vt nemo sanctorum misericordiam aut veritatẽ requirat: cũ illius cõtemplationis inestimabili munere perfruantur.
Al. psalmũ dicam. [Sic † psallam nomini tuo deus in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diem]. Sic significat ita: quẽadmodum in subsequentibus declarabit. Psallere enim se dicit populus beatoꝝ sempiterno nomini: verũ hoc non breui tempore: sed in seculum seculi significãs deuotionem suam immutabili perennitate mansuram. Sequitur Ut reddam vota mea de die in diẽ. Hec eadem decora diuersitate repetũtur. Nam qd̄ significat seculum seculi: hoc declarat de die in diem/id est semp: vt hic vota nostra reddamus: ꝛ ibi laudes domini ppetua hylaritate cantemus. Uota enim sua se dño reddere compromittit: vt ei eternas gratias sufficienter exol-
Ps.115. uat: sicut ꝛ alius psalmus dicit. Uota mea domino reddam in atrijs domus domini: in conspectu omnis populi eius in medio tui hierusalem. Reddamus ergo vota nostra in isto trãsitorio die: vt in illa perennitate laudes domini eodem prestante decantare mereamur.

Conclusio.

¶ Audiant Donatiste a finibus terre ecclesiam clamare: ꝛ ipsi eã localẽ dicere ptin⁹ conquiescãt. Cõtra vocẽ mũdi: quis possit audiri? Impudentissimũ est aduersum trium testimoniũ loqui: et cõtra generalẽ sententiã nõ erubescunt impudẽter armari? Cur nouis inuẽtionibus aĩas fatigãt? Accipiãt certe qd̄ credant: non qd̄ sua iniquitate puertãt. Orat fidelis populus a finibus terre: q2 fact⁹ est dñs spes ei⁹: posteacꝫ se auditũ hymnica exultatione gratulat: qm̄ in conspectu dñi iugiter apparebit. Quid iam satisfaciat: si hoc nõ faciat? Uidemus quotidie fieri qd̄ promisit: videmus mundũ ad christiane fidei regulas cõuenire. Et prohdolor falsitas nititur abscondere: qd̄ decreuit veritas indicare. Huius autem psalmi nec supputatio vacat. Sexagenarius enim numerus pertinet ad continentes et viduas: qd̄ digitoꝝ ipsorum mutua designat infixio. Unde psalmus iste fidelibus dñi sexagenaria premia pollicet: non ꝙ ibi aut martyres aut virgines definit qui fructu centenario gloriãtur: sed in cõgregatione multorum potest specialiter et continẽtes huiusmodi aliquos indicare.

¶ Explicit expositio in psalmum.60.

¶ In finẽ pro Idithũ: psalmus Dauid. lxi.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso eñ salutare meũ. Nã ꝛ ipse deus meus ꝛ salutaris me⁹: susceptor me⁹ nõ mouebor amplius. Quousqꝫ irruitis in hoiem: interficitis vniuersi vos tancq̄ parieti inclinato et macerie depulse? Uerũtamẽ preciũ meũ cogitauerũt repellere/cucurri i siti: ore suo benedicebãt ꝛ corde suo maledicebant. Uerũ tamẽ deo subiecta esto aĩa mea: qm̄ ab ipso patiẽtia mea. Quia ipse deus meus ꝛ saluator meus: adiutor meus non emigrabo. In deo salutare meũ ꝛ gloria mea: deus auxilij mei ꝛ spes mea ĩ deo est. Sperate in eo oĩs cõgregatio populi: effundite corã illo corda vestra: deus adiutor noster in eternũ. Uerũ tamen vani filij hominũ: mẽdaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nolite spare in iniq̄tate: ꝛ rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere. Semel locutus est de⁹ duo hec audiui: quia potestas dei est: et tibi domine misericordia: q2 tu reddis vnicuiqꝫ iuxta opera sua.

Iter v̄ba notissima tituli: repetit Idithun: de quo proxime in.38. psalmo iam diximus. Sub istius quippe nominis significatione: semper aliquid declarat eximium. Est enim eius interpretatio: transiliens eos/id est amatores huius seculi: quos miles Christi contẽpta mũdi voluptate transcẽdit. Sed quoniã ista transilitio beatũ nobis videtur significare propositũ: introducitur quidã sanctus qui ꝛ mundi desideria reliquerat: ꝛ in dño spe firmissima pmanebat. Talis enim premittit finẽ.i. dñm christum. Sequit quocꝫ psalm⁹: hoc est pbabilis vita: que dñi regulis obsecundat. Coniungitur etiã Dauid: vt vita laudabilis ad dñm christum tendere videat: vbi est salutaris ꝛ absoluta perfectio.

Diuisio.

Transilitor iste/quẽ diximus seculariumvi ciorũ: cũ orbẽ terrarũ plenũ seuis videret erroribus: alios psecutores: alios hereticos: alios vanis desiderijs implicari. In primo mẽbro psalmi aĩam suã deo pfitet esse subiectã: q2 per filium vnigenitũ munus salutare suscepit arguens eos qui solo nomine se dici desiderãt christianos. Secunda parte iterũ animã suam subditã dicit esse dño patri: qm̄ per eius verbũ salutarẽ patientiam cõquisiuit/cõfirmans plebẽ confessione fideli: vt toto cordis affectu sperare debeat semper in dominũ. Tertio membro errãtes populos monet: vt in deo magis q̄ in mũdi istius caduca debeãt felicitate ꝯfidere.

Expositio.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum]. Per totum psalmum/pro vniuersali parte sanctorum vnus introducitur fidelium: qui seculi vicia relinquẽs soli

deo se subditum esse cōmemorat. Hoc est enim domi
no dici subiectū: a mundanis vicijs esse vacuum ⁊ san
cta credulitate cōpletum. Est enim increpatiuus mo=
dus: contra eos qui putāt eum nimia ꝓsperitate feria=
tum: et quasi in quadā quietis sue ociosum esse leticia.
Nōne cōuertendū est? vt planius fiat. Dicamus enim
Ne non deo subiecta erit aīa mea? Que figura dicitur
Anastrophe: id est cōuersio. Subditus est vtiq̄ deo:
qui semper humiliter atq̄ strēnue illud agit: qđ ad ei⁹
mādata cognouerit ꝑtinere. In ipso delectatur: in ipo
reficit: ⁊ preter eum nichil aliud mens beatissima cōcu
piscit. Erit infinitū tēpus significat: qđ nullo fine clau
dendū est. Sequitur causa iustissima: quare deo patri
subdita sit anima beati. Dicit autē Ab ipso enim salu=
tare meū/ id est vnigenitus filius: qui recte credētibus
salutaris existit. Ab ipso enim cum dicitur: filius signi
ficatur. Hec enim propria vnus deus sancta trinitas
habet: qđ pater ingenitus/ filius genitus: spiritus san=
ctus a patre ⁊ filio procedit. Hoc fides integra: hoc ca
tholica profitet ecclesia. Bene itaq̄ Idithun/ deo sub
ditum te esse profiteris: a quo inestimabile beneficium
te suscepisse testaris. Sed vt sanctū verbum vna atq̄
equabili veneratione coleretur: intende quid sequitur.
Al. Nā et. [† Etenī ipse † est deus meus: et salutaris meus † ad=
Al. non hꝫ. iutor meus: nō mouebor amplius]. Dixerat superius:
Al. susce= a patre genitum salutis auctorē: nunc qui sit iste saluta
ptor. ris/ trina confessione cōplectitur. Primo ne minorem
crederes dicit: Ipse est deus meus: sicut supra de deo
patre dicit. Equalitas enim summi nominis substantiā
et potentiam vnitatis ostendit. Unde pater Augusti=
Ca. 3. nus in libro quintodecimo de trinitate ita dicit: Ratio=
ne etiam reddita intelligētibus: clarum est in substātia
veritatis: non solum patrē filio non esse maiorē: sed nec
ambos simul aliquid esse maius q̄ solum spiritū san=
ctum: aut quoslibet duos in eadē trinitate maius esse
aliqd q̄ vnum: aut oīes simul tres maius aliqd esse q̄
singulos. Sic ꝑfectā atq̄ singularem naturam sancte
trinitatis mirabili veritate monstrauit. Repetit saluta
ris meus. Salus enim humani generis que in Adā pe
rierat: reintegrata est per dominū Christū. Sequitur
Adiutor meus: qꝛ in mundi istius cōcertationibus im=
plicato solus adiutoriū prestitit vt mūdi vicia transcē=
dere potuisset. Non mouebor amplius: non sugba pro=
fessio est. Non enim moueri poterat: cuius deus et salu
taris et adiutor erat dn̄s Christus. Quo loco figuram
SCHE. possumus fortassis aduertere: que dicit Epidiorthosis
latine superioris rei correctio. Nā qđ adiecit Ampli⁹:
significat aliqn̄ se motū. Fuit eīm tp̄s quādo iste Idi=
thun pregrauat⁹ carnis ībecillitate titubauit: sꝫ postq̄
veri dogmatis illuminatione complet⁹ est: moueri non
poterat qui iuuante domino fidei firmitate constabat.
Al. hoīem. [Quousq̄ irruitis in † hoīes interficitis † vniuersos:
Al. vniuer= tanq̄ parieti inclinato: et macerie † impulse]. Postq̄
si vos. fidem suam trina predicatiōe vulgauit: ad ꝑsecutores
Al. depulse christianoꝝ verba cōuertit. Dicit enim Quādiu agmi
ne facto: supra hoīes innocētes irruitis? Non vos re=
uocat timor diuinit⁹: vt ide magis seuiatis: quia cultu=
ras demonū cōtēptas esse cognoscitis. Et ne putares
ꝑsecutionē istā: aut nuditatibus fieri: aut tormētis le=
uibus actitari: addidit Interficitis vniuersos: vt vsq̄
ad mortē ꝑducerent: quos deo deditos esse sentirent.
Uniuersos autē, deuotos itelligere debemus. Sequū
tur aptissime cōparationes Tanq̄ parieti iclinato: qui
et si non impellat occumbit: qꝛ in casum vergit quicq̄d
a soliditate sua fuerit inclinatum. Addidit Et macerie
impulse. Maceria est saxorū sicca cōstructio: que sine DEF
aliquo ligamine impense in altum ducta componit Et
ne de ipsa nouitate habere eā crederes aliquā firmita=
tem/ dixit Impulse: vt facile ad imum vergeret: qđ aut
vētoꝝ flatibus: aut aliqua fuerat impulsione quassatū.
Sed iste comparationes illum nobis sensum indicare
noscunt: Putatis insecutores sacrilegi: christianū po=
pulum defensorē firmissimū nō habere: quē sic passim
impia volūtate trucidatis? [Uerūtn̄ † honorē meū co Al. preciū.
gitauerūt repellere: cucurri in siti: ore suo benedicebāt
et corde suo maledicebant]. Superior versus respicit
ad paganos: iste autē ad iudeos ⁊ fictos ꝑtinet christia
nos. Duobus enim modis laborat ecclesia: siue quādo
eam gentilis error insequitur: siue quādo heretici pra=
ua cōtentione dilacerāt. Honor erat sancti viri: catho
lica ⁊ fidelis ecclesia. Christus ipse qui in mēbris suis
⁊ caput ⁊ dignitas est. Hūc infideles repellere cogita
bant/ quādo ne puro corde colerent: sacrilegis dogmati
bus obuiabāt. Tunc sanctus vir cursum vite sue in si=
tis sterilitate peragebat: qꝛ inuenire nō poterat quē po
taret. Hoc enim sitis agit: vt foris positū humorē desi
deret in sua mēbra traijcere. Inde est illud euangelicū
Sitio: mulier da michi bibere: non vt ab illa aquā tm̄ Joan. 4.
modo ꝑciperet postulauit: sed vt ei fidei potū quo ipa
satiaret ingereret. Sequitur etiā causa sitis: Ore suo
benedicebāt. Quod illis accidit/ qui legem dn̄i fallaci
meditatione ꝑtranseūt: ⁊ nō hoc operibus demōstrāt
qđ ore ꝓnunciant. Additū est: Et corde suo maledice=
bant. Corde enim maledicūt: qui sanctas scripturas vi
cio ꝑuerse nouitatis itelligunt. [Uerūtn̄ deo subdita † Al. subie=
erit aīa mea: qm̄ ab ipso † est patientia mea]. Post dia cta esto.
psalmatis pausationē: venit Idithun ad scd̄m mēbrū Al. non hꝫ.
psalmi: similia repetēs que superius dixit: animā suam
deo esse subiectam: vt ipsa repetitio mēti nostre robur
credulitatis ifigeret. Sꝫ istud diligētius ꝑscrutemur:
qꝛ causa gratulationis q̄tum ad verba non videt esse
cōsimilis. Ibi enim dicit Ab ipso salutare meum: hic
ait. Qm̄ ab ipso patientia mea. Sed licet alijs verbis
dicat: vnum tn̄ esse intelligimus si altius ꝑscrutemur.
Patiētia quippe nostra Christus est dn̄s: ꝓpter quē ⁊
aduersa libēter patimur: ⁊ suscepte regule obseruatio=
ne gaudemus. Sic enim in. 70. psalmo canitur. Quo= Ps. 70.
niā tu es patiētia mea dn̄e. Nā vt eundē in hoc sermone
possis aduertere: aperte sequētia declarare noscuntur.
[† Etenim ipse † est de⁹ meus ⁊ † salutaris meus: ad= Al. Quia
iutor meus non emigrabo. In deo salutare meū ⁊ glo= Al. non hꝫ.
ria mea/ de⁹ auxilij mei: ⁊ spes mea in deo est]. In his Al. salua=
duobus versibus Christus dn̄s indicatur: de quo supe tor.
rius dixit: Patiētia mea. Et tanq̄ si ei diceret: Que est
ista patientia tua: rn̄dit Ipse est deus me⁹ et salutaris
meus: qꝛ reuera anime sue salutē iam tunc ꝑ incarnan=
dum verbū ꝓuenire noscebat. Addidit Adiutor me⁹:
ne suis applicaret virtutibus qđ euasit. Sequitur Nō
emigrabo. s. de hac credulitate quaꝫ teneo: sicut in de=
cimo psalmo iam dictū est. In dn̄o confido: quomodo Ps. 10.
dicitis aīe mee trāsmigra in montē sicut passer. Qua=
propter non se mutaturū dicit esse sentētiā: qꝛ hoc sibi
vtile cognouerat qđ tenebat. Congeminat in deo salu
tem: non vt gentiū dij ꝑpetuam mortē. Adiecit etiā Et
gloria mea: vt non solum salus: sed etiā illi credidisse sit
gloria. Ponit quoq̄ Deus auxilij mei: ne sibi aliqd hu=
mana deputaret infirmitas. Ad postremum quod cun
cta cōcluderit: dixit Spes mea in deo est: vt ⁊ illa pre=
terita que perceperat dn̄o deputaret: ⁊ futuram suam
beatitudinē sanct⁹ vir ipsi modis omnibus applicaret.

Al'.eo oīs cōgregatio populi. [Sperate in † eum omnis conuentus plebis: effundi-
te corām illo corda vestra: deus adiutor noster † est].
Postq̄ fidei sue sacramēta vulgauit/cōuersus ad ple-
Al'. ieternū bem que varia suꝑstitionum vanitate laborabat: cōmo
net vt spem suam debeant in domini virtute reponere.
Dicit enim Sperate in eum: in illum .s. quē sibi ꝛ deū
professus fuerat ꝛ salutem: vel cetera que sunt dicta su
IDI perius. Oīs conuētus plebis. Alloquēdo plebem non
excipit potētes: qꝛ mos est scripture diuine sic ad par-
tē loqui vt nec reliquos pretermittere videatur. Adie
cit Effundite corām illo corda vestra. Effundit antē do
minū cor suum: qui peccata sua vberrimis lachrymis
confitetur. Cor enim aliter effundi non potest nisi cre-
berrimo imbre lachrymaꝝ: sicut in quadragēsimopri-
Ps̄.41. mo psalmo dictū est. Hec recordatus sum et effudi in
me aīam meā: qđ inter ꝓpria scripture diuine non im-
merito cōputamus. [Verūtamē vani filij hominū/mē-
daces filij hominū in stateris: vt decipiant ipsi de va-
nitate in idipsum]. Secundo diapsalmate decurso: ve
nit ad tertiū mēbrum: exprobrās hominibus neq̄tias
suas: ꝓpter qđ salutaris huius psalmi sacramenta vul
gata sunt: vt prauas ꝑsuasiones suas emēdata in me-
lius voluntate relinquerēt. Dicit enim sententiam fre
quenter iteratam. Verūtn̄ vani filij hominū: vt vicium
suum cognoscens humanitas: ad auctorē salutis atq̄
veritatis celerrima supplicatione festinet. Sic enim in
Ps̄.38. trigesimooctauo psalmo dictum est. Verūtamen vni-
uersa vanitas oīs homo viuens. Qđ et sapiens ille fre
Eccle.1. quenter repetit dicens: Et oīa vanitas vanitatū. Non-
nullos autē mouere solet: cur et in psalmis legat᷑ Vani
filij hominū: ꝛ in Salomone: Uniuersa vanitas? Nun-
quid celestia ꝛ terrestria que deus creauit: ꝛ oīa valde
bona/cuncta in vanitate consistunt? Non vtiq̄: sed cō
parata potioribus illa minora nimis et inania iudicā-
tur: sicut ait beat⁹ Hieronymus. Lucerna lampadis
cōparatione pro nichilo est. Lāpas stelle cōparatione
non lucet. Stellam lune confer/ꝛ ceca est. Lunam soli
iunge/nō rutilat. Solem christo cōfer/et tenebre sunt:
Sic omnia vana fiunt: que dum melioribus cōparan-
tur fulgore proprio minuūtur. Sic hoīes cum ad com
paratione superne veritatis veniunt: vt vani rationabili
ter esse dicūtur. Sed huic rei addidit vicium quo ma-
xime laborat humanitas: Mendaces filij hominum in
stateris: siue illos tangit qui ponderibus iniquis emen
tium decipiunt simplicitatē: siue ꝙ homines sibi pla-
centes iusti atq̄ imobiles videri volunt: cū sint dece-
ptrici mutabilitate fallaces. In stateris eñ hoc signifi
cat/quasi in Libra iusticie collocati/non credunt᷑ ama
re fallaciā. Sequitur Ut decipiant ipsi de vanitate in
idipsum. Poterant enim non decipere si eorum posset
nequitia deprehendi. Sed cum iusti esse credantur: fa
cilius tacta peruersitate decipiunt in idipsum .s. in eq̄-
tate quam falso habere ꝑfidi homines estimant᷑. [No-
Al'. rapias. lite sperare in iniquitate: et † in rapinis nolite cōcupi-
scere]. Ipsos adhuc monet/quos detestabili probaue
rat ꝯsuetudine viciatos. Docet ne sperare debeāt: vbi
fructus boni desiderij non potest inueniri. In malicia
enim qui sperat/seipsum decipit: quia nulla vtilitas in-
de nascitur: sed potius eterna pena procuratur: sicut in
alio psalmo iam dictū est. Qui autē diligit iniquitatē
Ps̄.10. odit animā suam. Venit etiam ad pauperes: qui neces-
sitate victus furtiuum aliquid concupiscunt. Dicit eñ
Et in rapinis nolite cōcupiscere. Non enim potest cri-
men rapine indigentia tollere/nec quod vindicte sub-
iacet excusare: sed potius continet nos ille qui pluit su
per iustos et impios: qui dat escā omni carni. Nimis
ergo ineptum est creatoris potentiam relinquere: ꝛ ad
spem criminū conuolare. Sed ne solos pauperes cre-
deres fuisse cōmonitos/sequēti versu venit ad diuites:
vt introducto salutari moderamine ne iste ambiat/nec
ille superbiat. [Diuitie si affluāt nolite cor apponere].
Non damnat largas diuitias quibus dispēsatio modi
ficata prestatur. Nam si cor eis non apponitur: vt in ip
sis singularis felicitas iudicetur: profecto necessarie
sunt. Inde enim egentibus subueni᷑: inde reficiuntur
egroti: inde pauperū nuditas operi᷑: inde plures ad ce
lorum regna ꝑueniunt. Nam contra: qui diuitijs appo
nit cor suum/aurum nō vult expēdere sed celare/patri-
monia cupit semꝑ augere: ꝛ dum ibi spes tota reponi᷑/
fames earum rerū semꝑ augetur. Merito ergo ꝑcipit
diuitibus non amare qđ possident: sicut Apostolus di 1. Timo.6.
cit. Precipe diuitibus huius mundi non suꝑbe sapere:
neq̄ sperare in īcerto diuitiaꝝ: sed in deo viuo qui pre-
stat nobis oīa ad fruendū. Diuites sint in operibus bo
nis: facile tribuant ꝛc̄. [Semel locutus est deus duo
hec audiui: quia potestas dei est et tibi dn̄e misericor-
dia: quia tu † reddes singulis ꝑm opera eorū]. Sicut Al'. reddis
initium psalmi a patre cepit ꝛ filio: ita ꝛ nūc series eius vnicuiq̄ iu
decursa concludi᷑. Dicit enim Semel locut⁹ est deus. xta.
Si litterā intēdas: questio nō parua suboritur. Locut⁹
est enim frequēter deus patrib⁹ nostris/Noe/Abrae/
Isaac/Jacob/Moysi: ceterisq̄ sanctis suis. Sꝫ semel
atq̄ specialiter locutus est filio suo: sicut ait secundus
psalm⁹. Dn̄s dixit ad me/filius meus es tu: ego hodie Ps̄.2.
genui te. Hoc enim nulli alteri locutum patrem fuisse
manifestū est. Et vt quidā sentire voluerūt/locutus est
semel deus: qm̄ vnū verbū ante tēpora genuit consub-
stantiale sibi/immensum/coeternum ꝛ coequaliter po
tens. Genitus est enim deus verus de deo vero: lumen
de lumine: imortalis de imortali: inuisibilis ex inuisibi
li: oīpotens de oīpotēte: ꝛ cetera que vnitas illa incom
prehensibilis vere creditur habere cōmunia. Discutia
mus etiā que sunt ista duo que se Idithun dicit audis-
se: qui postq̄ vicia humana calcauerat/proiect⁹ ad cō
templationē diuinā: per aurē mentis auscultās/cogno
uit potestatē habere filium in semetipso: sicut est illud
euangelij. Potestatē habeo ponendi aīam meā: ꝛ pote Joan.10.
statē habeo iterū sumendi eam. Seq̄tur illud scd̄m Et
tibi dn̄e misericordia: subaudiendū placet. Utrūq̄ eñ
deitatis est: vt ꝛ misericorditer possit/ꝛ potēter mise-
reatur. Sed vt hoc de dn̄o Christo dictum planius po
tuisses aduertere: sequi᷑ tēpus iudicij. Quia tu reddes
singulis ꝑm opera eorū: sicut legi᷑ Pater non iudicat Joan.5.
quenq̄: sed omne iudicium dedit filio.

Conclusio.

¶ Respiciamus in hoc psalmo sententiarū lumina: quasi quasdā re-
lucere candelas. Lampat fides/coruscat veritas quā
debeat christianus populus intueri: ne mundi istius te
nebris obcecatus recte fidei tramitem non sequatur.
Abscedat gentilis error: hereticorum murmura con-
quiescant: vanitas hominum fallaciaq̄ deseratur. Nō
in ingenio: non in seculi dogmatibus presumatur: sed
in vera sapiētia ponatur spes: que talia solet dare: qua-
lia nullus possit arguere. Fac domine et nos vicia trā-
silire: vt ad te possimus purgatis mētibus peruenire.

¶ Explicit expositio in psalmum
Sexagesimumprimum.

¶ Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumee. lxij.

Deus de⁹ meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aĩa mea: q̃ multipliciter tibi caro mea In terra deserta inuia ⁊ inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutẽ tuam ⁊ gloriã tuã. Qm̃ melior est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabũt te. Sic benedicã te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur aĩa mea: ⁊ labijs exultatiõis laudabit os meũ. Sic memor fui tui sup stratum meũ: in matutinis meditabor in te: q͞r fuisti adiutor meus. Et in velamẽto alarũ tuarũ exultabo: adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanum quesierunt animã meam: introibunt in iferiora terre/tradentur in manus gladij: partes vulpium erunt. Rex vero letabitur in deo laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus ⁊ dauid: frequẽter indicãt dñm christũ/frequẽter ecclesiã: q͞r Christus in mẽbris suis est: ⁊ mẽbra in suo capite cõtinenẗ. Nam si q̃d patiaẗ caput/mẽbra cõpatiunẗ. Et iterũ si mẽbra vexẽtur: caput
1.Corin.12. sine dubitatione cõpatitur. Et sicut Apostolus ait. Si q̃d patitur vnũ mẽbrum cõpatiunẗ oĩa mẽbra: siue glorificatur vnũ mẽbrum congaudẽt oĩa mẽbra. Quapropter ecclesia que in hoc psalmo locutura est: merito p̄posita sunt verba que significant dñm saluatorẽ. Hec igitur in deserto Idumee habitat. i. in huius seculi ariditate: vbi sitit: vbi desiderat: vbi misericordia domini expetit ambienter: donec ad illã eternã gloriam venire mereaẗ. Idumea em̃ locus est: vbi Dauid fugiẽs p̄-
INTER. secutionem Saulis latuisse cognoscitur. Nominis em̃ ipsius interpretatio est (sicut iam sepe diximus) terrena: vt euidenter intelligamus desertum istud significare terrenos actus: qui bonis spiritualibus omnino nudati sunt. Hinc est quod diluculo ad dominum vigilat ecclesia: deprecans ne mundi huius erroribus implicetur.

Diuisio.

Sponsa illa spiritualis/que mẽbra continet domini saluatoris. Primo modo insatiabili desiderio se dicit esse raptatã: vt virtutẽ dñi cernere potuisset/optãs vt eius anima bonoꝝ omniũ pinguedine repleaẗ: quaten⁹ eius digna possit laudibus inueniri. Secundo modo gratias agit: quia sub velamine alarum domini mundi istius procellas euaserit: inimicosq͞ suos in iferiora terre asserens esse damnandos: regem vero Christum in deo patre cum sanctis predicat esse letaturum.

Expositio.

Deus deus me⁹: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aĩa mea]. Primum ipsa repetitio venerãdi nominis affectũ pie deprecationis ostendit. Dicendo enim Deus deus meus: suum quodãmodo dicit esse: vt ei⁹ se magis tali desiderio possit ostẽdere. Addidit Ad te de luce vigilo. Ad ipsum vigilatur: quotiens in mundi ambitiõe dormiẗ. Nã illa sic cõsequimur: si ista deserere festinemus. Bene autẽ adiecit Diluculo: quando tẽpus dñice resurrectionis eluxit: vt tunc eius laudes caneret: quãdo genus humanũ exẽplo sue resurrectionis animauit. Sequiẗ Sitiuit in te aĩa mea. Sitiuit: p̄pter
aquam positum est/quam in euangelio dicit: Mulier si Joan.4.
scires donum dei ⁊ q̃s est qui a te aquam petit/tu petisses ab eo: ⁊ dedisset tibi aquã viuam. Sitit ergo aĩa fideliũ deũ: quãdo mãdata eius et virtutes eximias concupiscit: quando ipsum desiderat videre a quo bonorũ omniũ fluẽta cõstat emanare. Ipsa est ergo aĩa que culta rebus celestibus desertũ estimat mundũ: que semp̄ exestuat/semp̄ sitit: donec ad fontẽ illũ misericordie diuine peruenire mereatur. [Quã multipliciter tibi caro
mea. In † deserto et in iuio ⁊ inaquoso]. Superius di- Al. terra
xit in deũ sitisse animã suã: nunc ⁊ carnẽ multipliciter deserta iuia
simile desideriũ habere testaẗ: vt sicut vtrarũq͞ rerum et inaquosa
auctor est de⁹: ita ab vtrisq͞ partibus expetaẗ. Sed intendamus q͞ multipliciter dicẽdo: plus dicit sitisse in deo carnẽ: vt quãto fragilior est/tanto ardentius pium medicum appetisse videaẗ. Sitit ergo aĩa populi beati v̄tutes quas sancta scriptura cõmendat: sed iterũ innumerabilia sunt que caro sibi a deo cognosciẗ postulare. Utraq͞ enim indigẽt saluari: sed caro plus eget cibo/potu/vestitu/vehiculo/somno/tẽperie humorum/salubritate aeris/sumptu: ceterisq͞ q̃bus aĩa non indiget. Sed hec necessitas corporis expetere declaraẗ. Addidit vbi multipliciter sitiret caro eius. s. In deserto: sicut ⁊ titulus dixit: hoc est in mũdi isti⁹ indigẽtia: ⁊ sterilitate ieiuna. Seq̃tur Et in inuio: q͞r mundus in se nõ habet viã nisi dñm saluatorẽ qui iter est cecoꝝ: et p̄ se errantiũ rectitudo salutaris. Addidit Et inaquoso: id est sterili atq͞ infructuoso. Aquosum enim dicimus q͞d aquis abundat irriguis. Inaquosum v̄o aridũ atq͞ ifertile: vt merito eius anima nimia siccitate durescat. Unde p̄ hec tria noĩa: mũdi istius necessitas indicatur. [Sic in sancto apparui tibi: vt viderẽ virtutẽ tuam et gloriam tuam]. Sustinendo sitim quã dixerat carnis et aĩe: in deserto ⁊ in inuio ⁊ inaquoso: q͞d ad hui⁹ mũdi sterilitatẽ p̄tinere cognouim⁹: tũc apparuisse se dicit ecclesia in sancto fideliq͞ p̄posito: q̃n christũ verũ deum esse cognouit. Intẽdamus autẽ q͞d dicit Apparui tibi vt viderẽ virtutẽ tuam: q͞r nemo veritatẽ vidit/nisi deo prius apparere potuerit. Nã si sol iste nos videre facit q̃n lumine sue claritatis infulserit: quãto magis virtus diuina sine qua nichil bonũ/nec accipe possum⁹ nec te-
nere. [† Quia melior est misericordia tua sup † vitã: Al. quoniã
labia mea laudabũt te]. Misericordiã dicit dñi p̄mia: Al. vitas.
que sanctis suis larga pietate promittit: que longe potior est a vita p̄senti. Istã enim innumerabiles erumne possidẽt/illã tranquillitas eterna comitaẗ: que tantum distat a mũdiali luce/q̃tum tormẽta possunt ab eterna requie discrepare. Hinc est q͞d ⁊ martyrũ caterue mortem huius seculi libẽter affectãt: q͞r norunt pro isto in-
teritu tp̄ali perpetue se esse victuros: sicut dicit Apl's. Roma.8.
Non sunt cõdigne passiones huius tp̄is ad futurã gloriam que reuelabiẗ in nobis. Seq̃tur Labia mea laudabunt te. Post bñficia que p̄misit/deuote laudis obsequiũ pollicetur: q͞d deo nouerat esse gratissimũ: sicut
in euangelio dñs dicit cum decẽ curasset. Nonne decẽ Luc.17.
mundati sunt: et nõ est inuẽtus qui reuerteretẗ et daret laudẽ deo nisi hic Samaritanus? Sancta enim mens dissimulare nõ voluit: quod cognouerat accusandum.

[Sic benedicam te in vita mea: ⁊ in nomine tuo leua-
bo manus meas]. Sic/ad superiora respicit que dixe-
rat. Melior est misericordia tua super vitam. Sermo
breuis in syllaba: sed ingens in quantitate promissio.
Quid enim maius homo dare potest: q̃ cum creatori
suo libēter animam probatur offerre? Benedicit enim
vnusquisq; in vita sua pfecte deū: quando bonis operi
bus in hac luce versatur. Addidit Et in nomine tuo le
uabo manus meas. In nomine dn̄i leuat manus suas:
qui operibus sanctis insistēdo tensis manibus orat ad
dominū: vt ip̄a oratio sancte crucis designet effigiem.
Exo.17. Sepe enim cōmonemur taliter exorare. Nam ⁊ Moy
ses quādo cōtra Amalechitas pugnauit: tensis ad ce
Ps̄.142. lum manibus supplicabat. Legit̃ ⁊ in alio psalmo: Ex-
1. Timo. 2. pandi manus meas ad te. Et Aps̄ dicit: Leuātes pu-
ras manus sine ira et disceptatione. Et intellige: q: in
hac manuū extensione cōmonemur operā debere nos
habere sanctissimā/quam ⁊ sancta fides cōmendet: et
actionū feditas nulla cōmaculet. [Sicut adipe ⁊ pin-
Al. labijs. guedine repleatur aīa mea: ⁊ † labia exultationis † lau
Al. lauda- dabunt nomē tuū]. Scripturas diuinas nouimus per
bit os meū. similitudines terrenas plerūq; celestia sacramēta mō-
DEF strare. Adipes igitur/sunt viscerum crassa velamina:
que interna iecoris operiunt atq; cōcludunt. Pingue-
do vo est saginati pecudis nutrita cibis obesitas. Ip̄a
fuit sacrificijs digna ⁊ imolationib⁹ cōgrua. Qua simi
litudine petit ecclesia aīam suā virtutū pinguedine sa-
ginari: vt digna dn̄o possit offerri. Pinguis enim aīa
esse nō potest: nisi a deo pasta nituerit. Sed pinguedo
aīe/diuinarū rerū scientia est/recta fides/incōcussa pa
tiētia: ⁊ cetera vnde seculi istius macies ieiuna supat̃.
Sequit̃ Et labia exultationis laudabunt nomen tuū.
Sicca eī̄ labia ariditate peccati: diuinis nō poterant
Ps̄.49. laudibus occupari: sicut ⁊ in alio psalmo legit̃. Pecca
tori autē dixit de⁹: q̃re tu enarras iusticias meas? ⁊c̃.
Sed cum pinguedinē misericordie dn̄i anima deuota
Al. Sic. pceperit: nomē eius digna exultatiōe laudabit. [† Si
memor fui tui super stratū meum: in matutinis medita
SyL. bor in te]. In isto ⁊ inferiore versu: isto modo hypothe
ticus nobis syllogismus apparet. Si memor fui tui su-
per stratū meum: et in matutinis meditabor in te: quia
factus es adiutor meus: et in velamento alarum tuarū
exultabo. Attamen memor fui tui sup stratum meum:
et in matutinis meditabor in te: quia factus es adiutor
meus: in velamento igitur alarum tuarum exultabo.
Huius itaq; seculi difficultatibus enumeratis: quas i
deserto ⁊ in inuio ⁊ inaquoso sancta ecclesia tolerauit:
venit ad scōm modū: vbi securitatē suam dn̄o asserit
esse subiectā: q: sub velamēto alarū eius inimicoꝝ po-
tuit vitare versutias: significās ⁊ in tribulationib⁹ ip̄m
expeti debere: et in securitatibus nomini eius esse psal
lendum. Nam cum dicit Si memor fui: ostendit se re-
cordationem dn̄i semp habuisse: nec in rebus psperis
oblitā fuisse: quādo solent humana corda collata bene
ficia in memoria non habere. Per stratū enim signifi-
cat quietem: vbi solemus in somnos corpora nostra re
mittere: et ad refectionis gaudia puenire. Aptandum
est rebus prosperis ⁊ quietis: quando deum in memo-
ria vix habemus. Redit enim ad illud qd̄ superius di-
xit: Ad te de luce vigilo. Recte siquidem fidelis in ma
tutinis vigilat: qm̄ nec inter prospera sua obliuisci po-
1. Thes.5. terat lucis auctorem. His Apostolus dicit. Uos estis
Al. fuisti. filij lucis et filij diei. [Quia † factus es adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarū exultabo]. Uersus iste
continet beneficia: que illi fuerant domino largiente

collata. In periculis quippe ei fuit adiutor: cum esset
in deserto: et in inuio et inaquoso. Sub vmbra alarum
eius exultat ecclesia: quando est supra stratum suum/
id est in prosperis collocata. Sic intentionem totius
psalmi: vnius versus breuitate cōclusit. [Adhesit ani-
ma mea post te: me suscepit dextera tua]. Respiciam⁹
votum desiderantis/vt non se vicinam: sed adhesisse
domino dicat ecclesia: quod verbum conglutinatio-
nem quandam cognoscitur indicare: vt nunq̃ recedat
a bono proposito que adheret domino. Quod nimia
charitas/nimius facit affectus vt ita diligamus: qua-
tenus adherentes deo/semper esse possimus: sicut et
Apostolus dicit. Qui adheret domino vnus spiritus 1. Corin.6.
est. Addidit Post te: quia peccauit Petrus aposto-
lus/cum preire voluit: dictumq; illi est a domino. Re- Marci.8.
di retro me Sathanas. Quod proprium scripture di-
uine est: vt quos dominus liberare mauult/post se re- IDI
dire precipiat: vbi nullus locus erroris est. Sequitur
Me suscepit dextera tua. Dextera patris Christus
est dominus: qui suscepit ecclesiam alarum suarum
velamine protegendam. [Ipsi vero in vanum quesie-
runt animam meam: introibunt in inferiora terre].
Ipsi cum dicit: illos significat qui cōtrarietatibus sce
lestis Christum extinguere tentauerūt: in quo omnes
sanari: omnes viuere probatissime comprobantur. In
vanum quesierunt animam ipsius: quando falsis cri-
minationibus sanguinem eius effundere decreuerunt:
qui post triduum resurrecturus erat in gloriam sem-
piternam. Sequitur pena peccantium: Introibunt in
inferiora terre: quia non ad celos euecti sunt: sed deor-
sum eos terre viscera sorbuerunt. Male siquidem co-
gitationes in ima terre verguntur: quia de ipsis exeūt:
et in eandem iterum cenositatem voluuntur: quod iu-
deis euidenter accidit/cum in blasphemijs: et in inno-
centis cruore versati sunt. [Tradentur in manus gla-
dij: partes vulpium erunt]. Tradita est in manus gla
dij gens iudea: quando eam principes Romanorum
Uespasianus et Titus/ cede incendioq; vastauerunt.
Uulpis enim iter feras animal est omnino subdolum:
quod et fraudibus cibum querit: et salutem suam cal-
lida illusione custodit. His merito dolosi homines cō
parantur: qui simulata versutia iniquitates suas effi-
cere moliuntur. Quod bene ad Herodem refertur: de
quo dominus dixit. Ite et dicite vulpi illi: non appre- Luc.13.
hendet prophetam extra Hierusalem. Et in canticis
canticorum ait. Capite nobis vulpes exterminantes Canti.2.
vineam. Quod bestiole genus in malo frequenter po-
nitur: quoniā nimia (sicut diximus) calliditate est ver-
sutum. Iudei enim celestia credere noluerunt: et par-
tes vulpium facti sunt/id est in subdolorum maliciam
transierunt. Siue partes vulpium erunt/illud signifi-
cat: quando illa hierosolymitana vastatione cadauera
iudeorum esca fuerunt vulpium ferarūq; reliquarum.
Uel sicut alijs visum est: iudei partes vulpium dum se
dolosis et fraudulentis praua voluntate coniungunt.
[Rex vero letabitur in † domino: laudabuntur omnes Al. deo.
qui iurant in eo]. Regem dicit dominū saluatorē: Ipse
enim est rex in eternū. Qd̄ ipsis specialiter conuenire
indicauit/ incōmutabilis titulus passionis. Nā et ipse
interroganti pilato de se dixit: Ego in hoc natus sum. Joan.18.
Dicit etiā Letabit̃ in dn̄o/id est in patre: sicut ipse te-
statur. Ego in patre/⁊ pater in me est. Addidit Lauda Ibidē.14.
buntur oēs. Cū sancti dei christū laudāt: ipsi fiunt sine
dubitatiōe laudabiles: quia nō possunt preconia eius
digne narrare: nisi qui ad palmā indulgentie merue-

rint peruenire. Addidit Qui iurant in eo. Non dixit qui iurant per eũ: ne iusiurandũ crederes imperatũ:
Matth. 5. qđ alibi vetuisse cognoscit. Ipse eni dicit Nolite iurare/ neqꝫ per celũ/ neqꝫ per terram ⁊c. Sed iurãt in eo qui ei mẽtis obsequium inuiolabile cõpromittũt. Nã ⁊ alibi ꝟbũ istud significat ꝓmissionẽ fidelẽ: sicut
Psal. 131. et in alio psalmo legit Iurauit dñs Dauid veritatẽ: et non frustrabit eũ. Iurare quippe diuinitas ꝑ aliũ non poterat que similẽ non habebat. [Quia obstructum est os loquẽtium iniqua]. Reddit causam leticie vnde rex letetur in dño: ⁊ laudẽtur oẽs qui ei promissionis sue deuotionẽ fideliter impleuerũt. Quia obstructum est os loquẽtium iniqua. In isto mundo non oino cõticescunt qui iniquis locutionibus studere monstrant. Sed melius tempus illius iudicationis aduertitur: qñ generaliter conuicta ois iniquitas obmutescet: ⁊ vlterius nõ loquetur: quod nullatenus sibi ꝓdesse cognoscit. Et intẽde ꝙ in binis superioribꝰ versibus pctõrum vindicte relate sunt: et sanctorum cũ domino beatitudo narrata est. Quod
Sche. schema grece dicitur Syndicasmos: latine collatio: quod hic estimo competenter aptandum: quoniã diuersarum partium bona mala qꝫ collatione facta referuntur.

Conclusio.

O vere sancta mater eccl'ia: que fideles deo sacris nutris vberibꝰ: ⁊ facis sine dolore ferre: que te in mundi istius colluctatione libenter asseris pertulisse. Dicis etiã gratias dño semper esse referẽdas: vt nunq̃ tribulatio demergat: cum in ipsis nobis quod amare possimus exponas. Deinde quod malis/ qđ bonis prouenire possit ostẽdis: quatenus omni dubitatiõe detersa: vero principi totius deuotionis nisibus seruiatur. Cõcede rex eterne: vt qui nunc sancte matris predicatione gaudemus: indulgentie tue futuro munere perfruamur.

Explicit expositio in psalmum. 62.

In finem psalmus Dauid. lxiii.

Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Protexisti me a conuentu malignantiũ: a multitudine operantiũ iniquitatẽ. Quia exacuerũt vt gladium linguas suas: intenderunt arcũ rem amaram vt sagittent in occultis imaculatum. Subito sagittabunt eum ⁊ non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam. Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates: defecerũt scrutãtes scrutinio. Accedet homo ad cor altum: ⁊ exaltabit deus. Sagitte paruulorum facte sunt plage eorũ: et infirmate sunt contra eos lingue eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit ois homo. Annunciauerunt opera dei: ⁊ facta eius intellexerunt. Letabitur iustus in domino ⁊ sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

Tituli huiꝰ ꝟba (sicut sepe dictũ est) absolute referunt ad dñm xp̃m qui per totũ psalmũ locuturus est. Sũt eni sine aliqua hystorie narratione conscripta: vt ipa claritas tituli lucẽ nobis vẽturi psalmi videat afflare. Est eni dñs de sua passione dicturus: q̃ mundo vitã ꝑstitit: ⁊ lumen credulitatis infudit. Audiamus ergo intẽtis animis: q2 lꝫ sepe repetat: nouã tñ vtilitatẽ ex ea semꝑ accipimꝰ. Qui psalmus sextus esse cognoscit hoꝝ qui passionẽ resurrectionẽqꝫ dñicam breui relatione contingũt.

Diuisio.

Rex et caput nostrum dñs xp̃s verũ hoiem se assumpturũ esse declarãs: Prima positione orat: vt a populi iudaici timore liberet: dolos eorũ facta qꝫ ipia quasi iam fuerint trãsacta cõmemorãs: docẽs illos defecisse in ꝑsecutionibus suis: se autẽ ad resurrectionis gloriã peruenisse. Scđa positione irridet seuitiã iudeoꝝ: q2 magis ipsi turbati sunt de sceleribus suis: qñ resurgẽte dño eiꝰ annũciata est fortitudo. Tunc eni leticia iustoꝝ: ⁊ recte fidei virtus apparuit.

Expositio.

Exaudi deus orationẽ meã cũ † tribulor: a Al. depre-
timore inimici eripe aiam meã]. A parte cor
hũanitatis assumpte in qua passurus erat postulat dñs xp̃s vt in tribulatione positi eius exaudiat oratio: qñ totis viribꝰ petit qđ prodesse sentit. Sed quid petat diligẽtius audiamus. Subdidit eni A timore inimici eripe aiam meã. Nõ postulat vt minime pro oim salute moriat (vnde
Petrũ arguit dicentem Propicius tibi esto dñe: non Matth. 16.
erit tibi hoc) sed vt a timore ppl'i persequẽtis aia erepta sancte dispensationis sue cõpleat passionẽ. Sic eni ꝓposita bona ad effectũ perueniũt: qñ ꝑsequẽs nõ timet. Nam si humana cedat infirmitas nõ vincitur: sed potius aucta roborat. [Protexisti me a cõuentu malignantiũ/ a multitudine operantiũ iniquitatem]. Consideremus quẽadmodũ se ꝓtectũ dicat esse qui passus est: ⁊ non doleamꝰ mortẽ quã fidelibꝰ dñi sceleratoꝝ volũtas inferre tentauit. Protectus est plane a ꝯuẽtu malignantiũ: q2 dũ illi eũ crederẽt cõmuniter mori: resurrectionis eiꝰ gl'ia ꝓbantur esse cõfusi. Protectus est deniqꝫ virtute diuinitatis sue: q2 filiꝰ erat hois: ⁊ idẽ filiꝰ dei in duabꝰ naturis vna sine aliqua dubitatiõe ꝑsona habẽs in potestate po-
nendi aiam suã ⁊ iterũ sumẽdi eã. Protectꝰ est itaqꝫ Joan. 10.
q2 malignorũ insidias potẽtie sue virtute superauit. Addidit A multitudine operantiũ iniq̃tatẽ. Supra dixit A cõuẽtu malignãtiũ: qđ ad cõsilia põt referri: nũc A multitudine operantiũ iniquitatẽ: vt actũ exprimeret ꝓprie passiõis. [Quia exacuerũt vt gladiũ linguas suas: intẽderũt arcũ rem amarã]. Per hos quattuor versus vsqꝫ ad diuisionẽ: per diuersas allegorias: iudeoꝝ significat persecutionẽ. Sed hic reddit causa iustissima: quare ꝓtectus sit a multitudine operantiũ iniquitatẽ. Nam quantũ illi linguas suas velut mortiferũ gladiũ exacuebant: tñ eoꝝ iniquitas frangebat: vt in se potius mala cõuerterent: que cõtra innocentis sanguinẽ preparabãt. Iste eni peccantiũ mos est: vt primũ sibi noceãt: qui alterum grauare festinãt. Sed respiciamus quod dixit Linguas suas exacuerũt: illud scilꝫ tp̃s ostẽdens qñ vna
voce clamauerũt. Crucifige crucifige. In vicẽ quip- Luce. 23.
pe facti est sceleris ꝓbata sentẽtia. Nec interest qui occidat: si innocentẽ aliquis occidẽdũ esse pronunciet. Sequitur Intenderunt arcun rem amaram: id

est occultas insidias: que vt illi putabāt minime sen-
tirent. Perfidū siquidē Judam datis triginta argē-
teis sollicitauerūt vt fieret traditoꝛ: qui ei⁹ videbat
fuisse discipulus. O res amara ⁊ omni felle deterioꝛ
cōuiuā ad ꝓditionē/discipulū ad necē/conseruatoꝛē
pecunie pꝛemio subito fuisse coꝛruptū. [Ut sagittent
in occultis imaculatū. Subito sagittabūt eū ⁊ nō ti
mebūt]. De superioꝛibus pēdet iste versiculus Intē
derūt arcū vt sagittēt in occultis imaculatū. In oc-
cultis sic acciplēdū est: vt iudei putauerūt. Ceterū
actus eoꝝ occultus esse xp̄o nō potuit: qui frequēter
pꝛedictus est anteꝗ̄ fieret. Immaculatū duob⁹ di-
cimus modis. Sunt isti cōmunes imaculati: qui mi-
sericoꝛdia dn̄i abluti reddunt oino purissimi: sicut in
Psal. 50. quinquagesimo psalmo dictū est. Lauabis me ⁊ sup
niuē dealbaboꝛ. Immaculatus aūt solus vere dicit
Chꝛistus: qui nullā cōtraxit maculā pctōꝛum: sed ce
lesti puritate mūdissimus ab omni delicto ꝓbat alie
nus. Merito ergo se significās dicit Ut sagittēt ima-
culatum: quatenus iudeis timoꝛ maioꝛ cresceret qui
innocētis sanguinē fundere festinarūt. Sequit Su-
bito sagittabūt eū ⁊ nō timebūt. Subito ⁊ hic ita ac
cipiendū est: sicut iudei demētissimi putauerunt. Nā
quomodo credēdū est subitū: qđ discipulis ꝯstat esse
Matth. 20. pꝛedictū? Sicut in euāgelio legit Ecce ascendimus
hierosolymā ⁊ filius hois tradet vt crucifigat: ⁊ his
similia que de sua passiōe pꝛedixit. Nam quod dixit
Sagittabūt eū ⁊ nō timebūt: ostēdit maligne cogi-
tationis effectū: vt nō solū tractatū scelus: sed etiam
Al. sermo- impletū esse videret. [Firmauerūt sibi † verbū ma-
nē nequā. lum. † Disposuerūt vt abscōderent laqueos: dixerūt
Al. narra- quis videbit † nos]? Uerbū malum firmauerūt sibi
uerūt. qn̄ dixerunt Reus est moꝛtis. Siue qn̄ confessi sunt
Al. eos. Sanguis eius sup nos ⁊ sup filios nostros. Firma-
Matth. 26. uerunt vtiqꝫ dictū est: obstinatione durissima nō ve-
Ibidē. 27. ritatis munimine solidata. Sequit Disposuerunt vt
abscōderent laqueos: dixerūt quis videbit nos? Hic
describit cōsuetudo peccātium. Omnis eni qui dolū
parat: hominē se putat fallere: vt possit ad suas ne-
quicias peruenire. Sic iudei scelerata mēte confusi
Chꝛistū tantūmodo hoiem putātes: malignitatem
suā nō credebāt agnosci: cui cuncta celestia vel ter-
rena veracius patēt/ꝗ̄ sibi ipa sunt cognita. [Scru
Al. scruti- tati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes † scruti
nio. niū. Accedet homo ad coꝛ altū: ⁊ exaltabit de⁹]. In
his duab⁹ sentētijs: versus iste diuisus est. Dicit eni
quēadmodū se cōsilia pꝛaua confundant: ⁊ in opere
cogitatiōis sue maligna deficiāt. Cōtra: bona volū-
tas ⁊ illuminatus sensus quē ꝑfectū habere videat
ostēdit: vt quāto se deo pximat: tanto diuinitatē sibi
exaltatā esse cognoscat. Scrutati sunt iudei iniqui-
tates: quas vtiqꝫ pꝛetermittere debuissent: dum nul
lum ibi fructū salutis sue poterāt inuenire. Dixerūt
Joan. 11. eni Si dimiserimus eū sic: venient Romani ⁊ tollent
nobis ⁊ locū ⁊ gentē. Perscrutati sunt etiā iniquita-
tes. Cum enim dn̄m audissent dicentem paralytico
Matth. 9. Dimittunt tibi peccata tua: illi ptinus eū blasphe-
mare putauerūt. Quib⁹ ait dn̄s Quid cogitatis ne-
quā in coꝛdibus vestris? Perscrutati sunt quoqꝫ ini-
quitates: sicut euāgeliū dicit cū interrogationes di-
uersas insidiātes adhibebāt: vt inuenirēt qua ex cau
sa accusarēt eū. Sequit pena peccantiū Defecerūt
scrutātes scrutiniū: qꝛ semp in cogitationib⁹ suis de-
ficiunt qui ad res pessimas peruenire cōtendūt. De
Psal. 106. quibus et alio loco dictū est Infirmati sunt nec fuit

qui adiuuaret eos. Consequitur pars scđa sentētie.
Accedet homo ad coꝛ altū ⁊ exaltabit deus. Cū di-
cit Accedet homo ad coꝛ altū ⁊ exaltabit: illos signi
ficat qui res diuinas pia intētione perquirunt. Coꝛ
eni altū tūc est: qn̄ celestia cogitat ⁊ terrena deuitat.
Iste non deficit sicut illi qui scrutiniū ꝑscrutant: sed
magis magisqꝫ crescit: ⁊ vsqꝫ ad hoc peruenit vt ab
eo summus atqꝫ oipotens deus esse credatur: nō ꝙ
deus altioꝛ fiat: sed qꝛ in coꝛde sancti hois semp di-
uinitas cōsiderata grandescat. Et nota qꝛ superius
de perfidis iudeis dictū est: qꝛ defecerūt in cogitatio
nibus suis: nunc aūt de aplis dꝛ: cunctisqꝫ fidelibus
in quoꝝ coꝛde tantū exaltatus est deus: quātū cogi-
tationes veras atqꝫ sanctissimas puris mentib⁹ in-
trauerūt. [Sagitte paruuloꝝ facte sunt plage eoꝝ].
Post enumerationē iudaice pꝛauitatis quā in necē
dn̄i peragere tētauerūt: venit ad secundā positionē:
vbi fremitus eoꝝ ⁊ dura consilia aptissima cōpara-
tione deridet. Que figura dꝛ Ironia. Quid enim le- Schē.
uius/quid ve inanius/ꝗ̄ verū iudicē false adiudica-
re/ꝗ̄ occidere velle qui moꝛtuos suscitabat/ ꝗ̄ liga-
tū tradere qui mūdi vincula dissoluebat? Paruuloꝝ
siquidem sagitte inania tela sunt: qui ludendi studio
fragiles cānas in sagittarū ꝯsuetudinē iacere cōsue
uerūt. Sic iudeoꝝ vota inefficaci malignitate seuis-
sima nō intulerūt flendā moꝛtē: sed potius gloꝛiosissi
mā passionē: talesqꝫ plagas dederunt: quibus moꝛs
ipsa moꝛeret: ⁊ ꝓmissa mūdi sospitas velociter iple
ret. [Et infirmate sunt contra eos lingue eoꝝ. Con-
turbati sunt oēs qui videbāt eos]. In hoc versu oꝛi-
genis est sequēda trāslatio: vt nobis constare possit
absoluta sentētia. Infirmate reuera sunt lingue iu-
deoꝝ: qn̄ dixerūt Si filius dei est descēdat de cruce. Matth. 27.
Et viderūt postea resurgētē de sepulchꝛo: quē de cru
cis descēdere non credebant posse patibulo. Ubi est
iudei infidelitas vestra? Adhuc de viuo dicebatis
Si rex israel est descēdat de cruce. Uosipsos cōsulo/ Ibidem.
vosipsos iudiciū peto/quāto mirabilius est moꝛtuū
posse resurgere/ꝗ̄ adhuc viuū de cruce velle descen
dere? Parua pestis: dū maioꝛa ꝓuenerint. Sed infi-
delitas vestra nō potuit sanari signis multo foꝛtioꝛi
bus ꝗ̄ petistis. Additū est Cōturbati sunt oēs qui vi
debant eos: reos scilꝫ atqꝫ cōfusos: contra quoꝛū lin
guas resurrectio Chꝛisti gloꝛiosa prouenit. O noua
mentis ⁊ admirāda callositas. De illoꝛum confusio
ne turbabant alij: ⁊ illoꝝ ꝓteruitas ad penitudinem
non poterat inclinari. Conturbati sunt enim ex illis
quidam credētes: qn̄ ad aplos venerunt et dixerunt
Quid faciemus viri fratres? A quib⁹ salutaria mo- Act. 2.
nita ꝑcipiētes: per sanctū baptisma dilui meruerūt
a damnatione perpetua. [Et timuit ois homo. † Et Al. non h[...]
annunciauerunt opa dei: ⁊ facta eius intellexerūt].
Frequenter diximus generalitatem pꝛo parte poni.
Omnis eni homo hic intelligendus est: non ille vni-
uersalis: sed qui iudicium futurum considerata do-
mini potestate foꝛmidat. Nam vt intelligas de fide-
libus tantū dici: vide quod sequitur Et annunciaue-
runt opera dei: scilicet gloꝛiam resurrectionis/agni-
tionem in cōfractione panis/ascēsionem in celis/va
rijs linguis locutos fuisse discipulos: ⁊ cetera que ꝑ
apostolos suos post resurrectionem suam dominus
Saluatoꝛ ostendit. Ista enim annunciauerunt pꝛe-
dicando diuersis: et pꝛohdoloꝛ gētes auditis credi-
dere miraculis: quib⁹ illi noluerūt animū pꝛebere nec
visis. Additum est Et facta eius intellexerūt. Utiqꝫ

intellexerūt esse diuina: q₂ talia implere nō poterat humana fragilitas. [Letabit iustus in dño ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabūtur oēs recti corde]. Audiuimus promissionē dñi ⁊ sententiā verissime iudicātis. Iustum in futuro dicit esse letaturum: q₂ hic discipulos suos nouerat diuersarū passionū afflictionib⁹ ingrauandos: sed letabunt qñ sedebūt in iudicio iudicantes duodecim trib⁹ israel. Contristati sunt ad tēpus letabunt in eternū: q₂ maiora sunt premia dñi: ꝗ̄ que illi a fidelibus munere tñ ipsius ꝓbant offerri. Sed ne crederes solis aplis dici: sequit sententia generalis Et laudabūtur oēs recti corde. Corde recti sunt qui per rectas semitas dñi gradiuntur. Ab illa enim regula qui pedē voluerit amouere distortus est: nec potest quisꝗ̄ rectus dici / nisi qui illi veritati predicationiꝗ̄ ꝯsentit. Tales eni reddunt semꝑ laudabiles q₂ ⁊ dñm laudant ⁊ ab ipsa veritate laudant. Quid
Matth.25. eni laudabilius ꝗ̄ ab ipso iudice in cōspectu omniū angeloꝝ gloriose ⁊ desiderāter audire Uenite benedicti patris mei: ⁊ reliqua que nos euangelij textus edocuit.

Conclusio.

¶ Nimis proficue nos ex ꝑsona sua dñs xp̄s instruxit: vt ipse exponeret passionē suā cuius nemo pōt refutare sententiā. Nā cū iudeis dicimus Eccl'ia catholica loquit: illi forsitan negligenter accipiūt. Cū eis obijcim⁹ ꝓphetā suū: illi nichilominus ad falsas interpretationes recurrunt: vt aliquod argumentū ꝓueniat excusationi de assumptione mēdacij. Nūc quid dicturi sunt obstinati qui ip̄m dñm audiūt de se futura ꝓloquentē? Cui presumpserunt ingerere crudelissimā passionem: cuius resurrectionē inter eos factā mundus agnouit: qui debitas penas incredulis / fidelib⁹ aūt eterna premia cōpromittit. Supplicate iudei dum tp̄s est: querite dū potestis inter agnos potius ad dexterā recipi: ne ad sinistram cum hedis vos contingat expelli.

¶ Explicit expositio in psalmum.63.

¶ In finem psalmus Dauid canticum hieremie et ezechiel de populo transmigrationis cum inciperent proficisci. lxiiij.

TE decet hymn⁹ deus in syon: et tibi reddetur votū i hierusalē. Exaudi orationē meā: ad te ois caro veniet. Uerba iniquorū preualuerūt suꝑ nos: ⁊ īpietatibus nostris tu propitiaberis. Beat⁹ quē elegisti ⁊ assumpsisti: īhabitabit ī atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctū est templū tuū mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes oīm finium terre ⁊ in mari longe. Preparans montes in virtute tua accinctus potētia: qui cōturbas profundū maris sonū fluctuū eius. Turbabūtur gentes ⁊ timebūt qui habitāt termīos a signis tuis: exitus matutini ⁊ vespere delectabis. Uisitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumē dei repletum est aquis: parasti cibum illorū qm̄ ita est preparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabit germinans. Benedices corone anni benignitatis tue: et cāpi tui replebunt vbertate. Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouiū: et valles abundabunt frumento / clamabunt etenim hymnum dicent.

IN finē p̄s Dauid: verba iam nota sunt: restat vt sequētia dicere debeamus. Cū populis hebreoꝝ ꝑpter inobedientiā suā captiuus a chaldeoꝝ gente duceretur: hieremias et ezechiel ꝓphete dixerūt eos post septuaginta annos in suā patriā esse redituros: euersamꝗ̄ ab hostib⁹ hierusalē: meliore statu reparaturos. Addidit De pplo trāsmigrationis vtiꝗ̄ hebreo qui in babyloniā ciuitatē migratus est: qđ spūaliter significat qñ peccatis faciētibus in diaboli potestate traducimur. Babylonia quippe (sicut sepe memoratum est) interpretat cōfusio quā specialiter ad diabolum manifestū est ꝑtinere. Iste ergo populus qui babyloniā deserens post captiuitatē ad hierusalem ciuitatē dñi festinabat: illos respicit qui mūdi istius cōfusione dānata: ad ecclesiā xp̄i venire cōtendunt. INTER Quibus auctoritate patrum totus iste psalmus aptandus est: quoniā qñ iste populus reuertebatur ad hierusalem: Hieremias et Ezechiel morte preuenti sunt. Sed vt nodū questionis huius euitemus: talis nobis sit ordo verboꝝ. In finē p̄s Dauid canticū de populo trāsmigrationis: per prophetiā Hieremie ⁊ Ezechiel cū inciperēt ꝓficisci. Sic recte intelligit: vt verba magis ad populū: ꝗ̄ ad Hieremiā ⁊ Ezechiel pertinere videantur.

Diuisio.

POpulus iste qui seculi peccata deseruit: reuertens ad dñm Saluatorem: Primo ingressu psalmi / auctorem suum liberatus agnoscēs / orationem suam postulat debere cognosci: definiens solum illū beatum esse qui ad eius atria meruerit peruenire. Scđa sectione spem dicit dominum omnium finium esse terrarum: diuersas laudes ipsius potentiāꝗ̄ allegorica cōparatione describens: sanctosꝗ̄ eius hymnica in ipsum exultatione gaudere.

Expositio.

TE decet hymnus de⁹ in syon: ⁊ tibi reddetur votū in hierusalē]. Reuersa plebs ad dñm de captiuitate peccati in magna exultatione prorupit: asserens solum deū decere hymnum non demonū turbas: vt putabat ante gentilitas. Habuerat enim carmina que immūdis spiritibus idolisꝗ̄ fundebat: sed ad lumen veritatis adducta: ipsum solum dicit debere laudari qui creator omniū ꝓbatur agnosci. Nec tñ alibi nisi in syon: id est in contemplatione. Sed ista contēplatio recte fidei lumen declarat. In ipsa enim verus hymnus dicitur domino: disciplinabili carmine non lingue clamore peruerso. Sed vt hoc expressius intimaret adiecit. Et tibi reddetur votum in Hierusalem. Ab infidelibus vota reddebantur et marti ⁊ veneri ceterisꝗ̄ demonibus: vt si quis fuisset de prelio liberatus sacrificabat gradiuo: si quis ad fedum adulterium peruenisset: adorandam deam libidinis estimabat. Nunc autem veritate recognita: de bonis operibus in Hierusalem deo soli votum dicit

esse reddendū que est visio pacis: in qua manet fixa
immobilisqꝫ felicitas. [Exaudi orationē meā: ad te
oīs caro veniet]. Iste ppl's qui prius dixerat Te de
cet hymnus deꝰ in syon: nūc ad dn̄m hymnica suppli
catiōe ꝓclamat: dicēs. Exaudi orationē meā: vt ipse
prius faceret: qđ ceteris faciendum esse predixerat.
Ipse ppl's orationē suā exaudiri petit: quē superius
diximus. Sciens eni se esse moriturum: illū rogabat
ad quē se post hāc vitā venturū esse noscebat: vt hic
ei parceret: ne ibi de ipso iudicaret. Sic eni de illo iu
2. Corin. 5. dicio dicit Apl's. Omnes eni stabimꝰ ante tribunal
Christi: vt recipiat vnusquisqꝫ ꝓpria corporis vt ges-
sit: siue bonū siue malū. Hic eni carnem nō solū san-
ctos: sed oēm hominem debemus aduertere: q₂ oēs
ad eum cōstat esse venturos / siue dānandos / siue in
IDI. eternā requiē collocādos. Et nota ꝙ in scripturis di
uinis frequēter ⁊ sola aīa: ⁊ sola caro pro hoīe poni-
Gn̄e. 46. tur: vt est illud in Genesi. Et intrauerūt in egyptum
cū Iacob aīe septuagintaquinqꝫ. Et hic Ad te oīs
SCHE. caro veniet. Quo loco vtilimū est Synecdoche sche
matis meminisse: que significat a parte totū. [Ver-
ba iniquoꝝ preualuerūt super nos: ⁊ impietatibꝰ no
stris tu propiciaberis]. Preualuerūt quidem verba
iniquoꝝ: qn̄ pagani parentes persuaserūt filijs suis
antiquos ritus et sacrilegia que colebāt. Tracti eni
per infantiā: illud vidētur secuti qđ rudibus animis
imbiberūt. Preualuerūt super nos dictū est tāqꝫ ali
quod altissimū mare: qđ abūdantia fluētoꝝ obiecta
queqꝫ submergit: ⁊ enatare nō sinit quecūqꝫ vorauе
rit. Sed his erroribus pietas diuina subuenit: qn̄ sa
lutē mundo aduentu dn̄i Saluatoris indulsit. Per-
scrutandum est aūt quid velit propiciatus intelligi.
Apte dicimus hoc de sacerdotibꝰ: quotiēs per imo-
lata sacrificia peccatis nostris ꝓpiciā faciūt diuini-
tatē: vt ira que debebat̄ delictis: cōuertat̄ in gratiā
salutis: ⁊ qui erāt factis suis iustissime rei: reddātur
diuinitatis muneribꝰ absoluti. Sic diuinitas ꝓpicia
ta est humano generi: qn̄ nobis ⁊ sacerdotē ⁊ hostiā
2. Corin. 5. ipsum ꝯtulit xp̄m: sicut dicit Apl's Deus erat in xp̄o
mundū reconciliās sibi: non reputās illis delicta eo-
rum. [Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti: inhabita
Al. atrijs. bit in † tabernaculis tuis]. Quidam versum hunc
aptandū estimant dn̄o Saluatori: sed nos illū ma-
gis ad cōmunē beatū dicimus esse referendū. Dixe-
rat enī superius. Impietatibus nostris tu ꝓpiciabe
ris: nūc sequitur Beatus quē elegisti ⁊ assumpsisti:
vt non hoc de illo singulariter imaculato: sed de pec
catore absolute dixisse noscat̄. Beatus est igit̄ quem
elegit dn̄s. Sed vide quid ait Elegisti: vt hāc electio
nem nemo suis meritis applicaret: sicut ipse ī euāge
Ioan. 15. lio dicit Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. As-
sumi est aūt in eternā requiem collocari: quā sanctis
suis dn̄s pius cōpromittit. Sed quid talibus cōtin-
git: ipse subsequit̄. Inhabitabit ī tabernaculis tuis.
Inhabitare dicimus eos: qui adeptū locū nulla per
mutatione derelinquūt. Sed qualis sit ista habita-
Psal. 83. tio: in alio psalmo dicit Concupiuit ⁊ defecit anima
mea in atria dn̄i. Ibi enī habitare iam premium est:
quia nequeūt illuc introire: nisi quos celestis miseri-
cordia dignat̄ eligere. [Replebimur in bonis domꝰ
tue sanctū est templum tuū]. Si bona domus dei. i.
hierusalem future ad liquidum valuerit perscrutari
mens humana: non sufficit: de quibus dicit Aposto-
1. Corin. 2. lus Quod oculus nō vidit / nec auris audiuit / nec in
cor hoīs ascendit: que preparauit deus his qui dili-
gunt eū. Sed q₂ fas est pro parte audita loqui: do-
mus eius bona sunt / tricenarius / sexagenarius / ⁊ cē
tenarius fructus: quē ibi sanctis suis fidelibꝰ dn̄s pol
licet̄. Sūt etiā ⁊ hic bona domus eiꝰ: que dicit Apo
stolus Alijs enī dat̄ sermo sapiētie / alijs sermo sciē- 1. Corin.
tie / alij fides in eodē spiritu / alij gratia sanitatū / alij
genera linguarū / alij interpretationes sermonū ⁊c̄.
Et intuere qđ dixit Replebimur: quasi ad mēsuram
nostrā quātū possumꝰ capere potabimur: significās
illud qđ idē Apl's dicit. vnicuiqꝫ aūt nostrū data est Ephe. 4.
gratia ſm mensurā donatiōis Christi. Sequit̄ San
ctū est templū tuum Siue hoc pertinet ad domum
dei que est eccl'ia / siue ad incarnationē dn̄i: sicut legi
tur in euāgelio. Destruite tēplū hoc: ⁊ in triduo edifi Ioan. 2.
cabo illud. Et paulo post ait euāgelista Hoc eni dice
bat de tēplo corporis sui. [Mirabile in eq̄tate. Exau
di nos deus salutaris noster]. Quod dixit Mirabile
in equitate: ad templū respicit predictū. Multis eni
modis potest esse mirabile. Sed addidit In equita-
te: vt illū aduentū ipsius debuisses aduertere: cū bo
nos segregat a malis: et vnicuiqꝫ digna retribuet.
Verū vt hoc de ipso intelligere deberemus: sequitur
Exaudi nos deus salutaris noster. Ipse eni deꝰ Sal
uator noster est: qui mūdo salutē contulit: ⁊ humano
generi sua pietate subuenit. [Spes oīm finiū terre:
et in mari lōge]. Postqꝫ ppl's ille cōuersus orationē
suā simplici corde ꝓfudit: bonisqꝫ dn̄i se asseruit esse
cōpletū: venit ad secundā sectionē in qua laudes dn̄i
virtutesqꝫ describit. Nam sensus iste iudeoꝝ persua-
siones: hereticorum praua dogmata false veritatis
abscidit. Spes eni dn̄i nō est localis: neqꝫ vnius gen
tis sed oīm fideliū terre: qn̄ illi per vniuersum orbem
humilia vota funduntur. Qui merito oīm spes est:
qn̄ fidelibus cūctis eterna premia cōpromisit. Sed
ne hoc tm̄ de sola terra intelligeres: quā magnam vo
cant: addidit Et in mari longe. Siue ad insulas re-
spicit: quas non videbat̄ terre finibus inclusisse: siue
ad mare longum. i. totius seculi habitationem: de
quo ⁊ alibi dicit Hoc mare magnū ⁊ spaciosum ma Psal. 103.
nibus. Longum est eni: qm̄ habitatio eius innume-
ras cōtinet nationes. Nam mare mundū debere in-
telligi dn̄s quoqꝫ testat̄. Ait eni discipulis suis Fa-
ciam vos piscatores hoīm. Ubi eni pisces maxime: Matth. 4.
nisi in mare sunt? Mari quippe iuste cōparat̄ hic mū
dus: q₂ falsitatibus amarus est: fluctibus diabolicis
quatitur: ⁊ viciorum tempestatibus commouetur.
Preparans montes in virtute tua: accinctus poten
tia]. Versum istum: paulo diligētius perscrutemur:
Est enim verborū subtilitate profundus. Quod eni
dictum est Preparans montes in virtute: ad terre-
nas altitudines omnino nō pertinet. Preparare ꝓo
non dicimus: nisi quod ad cōpetentes alios vsus ne
cessaria qualitate prouidetur. Et ideo preparatos
montes Apostolos per allegoriam decenter accipi
mus: qui ad verbum predicationis electi sunt: forti-
tudinem habentes fidei: ⁊ altitudinem sanctitatis:
humiles cōuersatione: sed merito celsiores. Hos do
minus preparauit in virtute sua: q₂ per eos fecit ma
gna miracula: vt ⁊ magnitudine verbi īcredulos cō
uerterēt: ⁊ factoꝝ admiratiōe durissima corda mol-
lirēt. Sed quēadmodū hec preparauerit: ꝯsequēter
exponit Accinctꝰ potentia. i. indutus maiestate sua.
Humanitas eni dn̄i verbi potestate precincta est: vt
qđ homo nō habuit virtus diuina prestaret. Accin-
gimus enim nos honore balthei: dum tamen alia sit

dignitas cinguli q̄ natura cingētis. Sic ⁊ in psalmo
psal.44. quadragesimoquarto dictum est. Accingere gladio
ps̄.129. tuo circa femur potētissime. Et alibi Precinxisti me
leticia. Hec enim ⁊ talia duas naturas indicāt dn̄i
DOS. xp̄i: plenissimas atq̄ ꝑfectas in vna eadē q̄ ꝑsona:
sicut oīs catholica cōfitet eccl̄ia. Qui cōturbas ꝓ
Al.non hꝫ. fundū maris: sonū fluctuum eius † quis sustinebit?
Turbabunt gētes]. Postq̄ ꝑ allegoriā mōtiū dixit
Aplos esse preparatos: nūc exponit quid ꝑ eos dn̄s
fuerit operatus. Turbauit eñi apostolis predicanti
bus nō solū superficiē maris: sed fundū maris. i. gen
tiliū corda demersa ꝓfundius. Nam cū sua numina
cōticuisse cernerēt: ⁊ annichilata esse sentirent: meri
to corde turbati sunt: qñ spes suas ad nichilū perue
nisse noscebāt. Nam cū seculū mare dicat: congrue
fundo maris cōparata sunt corda demētium. Inde
eñi inuitus surgit: qḋ fluctus excitāt pctōꝝ. Inde ve
nit inopinata cōmotio: que innocentiā verberat: san
ctosq̄ defatigat. Sequit Sonū fluctuū ei⁹: quis susti
nebit? Hic significat ꝑsecutores: qui lꝫ ipsi velut flu-
ctus altissimi concitent: sonos eoꝝ. i. dicta crudelia
nullatenus ab hoībus sustinentur: nisi diuina gratia
concedēte eoꝝ ꝓteruia fracta superet. Quis sustine
bit quantū ad hoīm pertinet fragilitatē/dicit. Nam
dono dn̄i suffragāte: martyres eoꝝ violentiā supera-
re potuerūt: vnde maxime cōturbate sunt gētes: qñ
fidelissimos cernebāt ⁊ viuos facere virtutes: ⁊ mor
tuos supplicantiū vota cōplere: cōtra sua numina et
eoꝝ potentiā pauescere ⁊ responsa denegare. Tunc
eñi ⁊ delphicus apollo cōticuit: tūc a delphis diana
discessit: tūc Cytherea venus erubuit. Sed quid ro-
go gētes facere poterant: qñ sua numina formidare
Al.non hꝫ. cernebant? Et timebūt † omnes qui habitāt † fines
Al.termi- terre a signis tuis exitus matutini ⁊ vespere † dele-
nos. ctaberis]. Hic tp̄s significat quo apostoli diuersa si
Al.delec- gna faciebant. Necesse eñi erat vt vniuersitas con-
tabis. tremisceret que orbem terre habitare videbatur: qñ
talia signa cernebat: que nec lectio eoꝝ prodiderat:
nec visio vlla monstrauerat. Ipse eñi dixit: vnde ti-
mor ille concipi potuisset. i. a signis tuis. Addidit
Exitus matutini. Exitus matutini est: quando aliq̄s
ex mundi istius felicitate ad dn̄m conuertitur Sal-
uatorem. Matutinum eñi tempus semꝑ clarescit: et
processu diei gratiā illuminationis acquirit. Quod
autē dixit Et vespere delectaberis: significat quan-
do grauia patientibus semper obscurum est: sed ta-
men ad dn̄m veniunt creatorē qui merores eorum
cōuertit in gaudiū. Itaq̄ vtrarūq̄ rerum exitus de-
lectabit dn̄s: q̄ vndiq̄ deuotos per abundantiā sue
largitatis acquirit. [Visitasti terram ⁊ inebriasti eā:
multiplicasti locupletare eam]. Terram hic genus
humanum debemus accipere: quod satiatū atq̄ re-
fectum est: qñ dn̄s aduenire dignatus est. Sed vnde
ista terra debriata sit: alter psalmus exponit: dicēs.
Psal.22. Et poculū meū inebriās: q̄ preclarum est. Ebrietas
felix: satietas salutaris: que quāto copiosius sumit:
IDI. tāto sobrietatē mētib⁹ donare dignat. Quapropter
hoc genus locutionis in scripturis diuinis est ꝓpriū
qm̄ in bono plerūq̄ ponit. In scripturis aūt secula-
ribus vel in communibus fabulis: ebrietas in bona
parte penitus nō habet. Subiūgit Multiplicasti lo-
cupletare eā. Verba ista inexplicabilē modū dona-
tionis ostēdūt. Nā qui multiplicat locupletare: quā
tum sit non videt exprimere: sed in immensum ducit
ETY. qḋ verbis talibus pollicet. Locuples eñi dicit: loca

plura tenens. Ipsa est terra quā dignatus est assu-
mere non quam humanitatis more calcauit. Istam
siquidem quā terimus non locupletādam legimus:
sed potius immutādam: sicut Ysaias dicit Erit celū Ysa.65.
nouum ⁊ terra noua. [Flumen dei repletū est aquis:
parasti cibū illoꝝ: † ita est preparatio † tua]. Bene Al.qm̄.
misericordia dn̄i plenissimo fluuio cōparat. Non eñi Alueus.
aliqua siccitate potest iminui qui potationibus cre-
bris nescit expendi. Mundialis aqua/aut imbribus
accipit augmentū/aut siccitate defectum: dei ꝟo flu
uius semꝑ plenus/semper equalis est. De quo dictū
est Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Et ipse Psal.45.
dn̄s in euāgelio ait Qui biberit aquam quā ego do Ioan.4.
ei: non sitiet vnq̄: sed fiet in eo fons aque salientis in
vitam eternā. Nec moueat quod alibi singulari: ali-
bi plurali numero flumina sunt posita. Vnitatis eñi
virtus est multa cōplecti. Nam cū dicamus eccle-
sias pluraliter: vnam tñ constat esse catholicā: quod
innumeris vicibus cognoscit esse memoratum. Sed
postq̄ de potu fluminis dixit: de cibo spirituali subie
cit: ne conuiuiū dn̄i copiosissimū amicos suos relin-
queret ex aliqua parte ieiunos. Dicit eñi Parasti ci
bum illoꝝ. Cibus iste non dentibus mandit: sed ani-
me auiditate deuoratur. De quo dictū es Panē celi Psal.77.
dedit eis: panē angeloꝝ manducauit homo. Sic to-
tum ad cōmunionem sacram conueniēter refertur:
quādo ⁊ eius sanguinem bibimus: ⁊ de eius corpore
saginamur. Et ne aliquid casualiter factū putares:
sicut arbitratur irridenda gētilitas: subdidit Quia
ita est preparatio tua. Sic enim omnia contigerūt:
queadmodū sunt ab ipso disposita: sicut ipse in euan
gelio dicit Nonne quinq̄ passeres veneūt dipondio: Luce.12.
et vnus ex illis non cadet super terram sine volunta
te patris vestri? [Riuos ei⁹ inebria multiplica † ge- Al.genimi
nerationes eius: in stillicidijs eius letabitur † cum na.
exorietur]. Riuos etiā hic dicit apostolos vel alios Al.germi-
fideles qui de illo dei semper repleto flumine bibe- nans.
runt. Sed ne potum ipsorum crederes esse tenuissi-
mum: dicit riuos ipsos inebriandos: vt ad tātam sa-
tietatē perueniant: quāta ⁊ ipsis abunde sufficiat: ⁊
alijs profutura concedat. Redit igitur ad singularē
numerum: quem ecclesiastice vnitati diximus con-
uenire. Dicit enim Multiplica generationes eius.
illius scilꝫ riui qui de flumine sancto profluxit: vt
per generationes succedentes predicatio beata nō
deficiat: sed multiplicet: vnde catholica semper cre-
scat ecclesia: vt qui modo imbuunt sacro dogmate:
post alios docere videantur: qḋ quotidie fieri euidē-
ter cognoscimus. Dictum est de riuis qui pertinent
ad perfectos: nunc dicit de stillicidijs qui ad inchoā
tes respiciunt christianos: quādo angustata primor
dia latissima non pōt introire doctrina. De quibus
dicit Apls Non potui vobis loqui quasi spirituali- 1.Corin.3.
bus: sed quasi carnalib⁹. Quasi paruulis in Christo
lac vobis potum dedi: nō escam. Stillicidia eñi sunt DEF.
gutte que de tectis cadūt non pondere: sed assiduita
te penetrantia: que quātum distent a riuis etiam vi-
sualis nobis ratio patefacit. Ergo in primordijs suis
letabitur omnis fidelis: cum exoriet ex aqua ⁊ spiri-
tu sancto: quando vere renascimur: ⁊ glorie domini
ipsius dignatione preparamur. Est enim nobis tunc
magna leticia: quādo antiqui hominis vetustate de-
posita: in noue regenerationis gaudia cōmutamur.
Sed lꝫ hec dei munera alio modo in auctoritate pō
sita videantur: cōuersa tñ prouectus nostri ordinem

videnť mõstrare certissimũ. Primo eni ariditas fidei quibusdam stillicidijs aiať: post riuis affluẽtib⁹ irrigamur: deinde sicut ꝟsus superior ad fluminis illius plenitudinẽ iuuãte dño peruenimus. Sic ꝑ hec tria
Al. corone diuini muneris ordo declarať. [Benedices † coronã anni benignitatis tue: ⁊ cãpi tui replebunť vbertate]. Corona anni: hic totus mũdus conuenienter aduertiť ꝑ quẽ catholica dilatať eccłia. Benedicit enim dñs: quos vere fecerit xp̃ianos/ flumine / riuo/ stillicidio: que iam superius dixit. Deniq̃ vide quid sequiť Et cãpi tui replebunť vbertate. Campos dicit fideles hoies atq̃ iustos: qui equalitati camporũ equissimo pectore cõparanť. Tales eni vbertate replenť: q2 fructũ tricenariũ ⁊ sexagenariũ vel cẽtena
Al. speciosa. riũ dño largiẽte prestabũt. [Pinguescẽt † fines deserti: et exultatione colles accingenť]. Fines deserti ppłi gentiũ sunt: ad quos nullus ꝓpheta fuerat destinatus: sed toti in iudea natione prophetabãt. Isti ergo fines deserti: pingues magno munere diuinitatis effecti sunt: qñ ad eos apłoꝝ predicatio sancta ꝑuenit: ⁊ gr̃a dñi ꝑ fidẽ decori facti sunt: quos pridem incredulitatꝫ macies horrẽda turpabat. Prima deniq̃ satio per ꝓphetas in iudea natione ꝑuenit: scđa in gẽtib⁹ per apłos lõge lateq̃ diffusa est. Sed plus de istis finib⁹ deserti frumentũ virtus dñi cõquisiuit: q̃ de illis terris que culte videbãtur apparuit: sicut
Jsa. 54. propheta dicit Letare sterilis que nõ paris: erũpe ⁊ exclama q̃ non parturis: q2 multi filij deserte magis q̃ eius q̃ habet virũ. Colles ꝟo copiosos martyres debemus accipere: q2 ipsi sunt post apłos celsiores. Hoc eni significat Exultatione accingenť: q2 p̃stãte dño ꝑueniũt ad eternũ gaudiũ ꝑ tolerãtiã passionũ.
Al. valles. [Induti sunt arietes ouiũ: ⁊ † cõualles abũdabunt frumẽto: eteni clamabunt ⁊ hymnũ dicent]. Induti sunt illã vestẽ nuptialẽ significat: qua arietes ouiũ .i. apłi ⁊ sancti reliqui vestienť: qui doctrine bone duces extiterũt ppło christiano. Sequiť Et conualles abũdabũt frumẽto. Cõualles ppłos significãt hũiles: q2 nichil his humilius q̃ in quadã terre ꝯcauitate descẽdũt. Isti ergo humiles abũdabunt frumẽto: sicut ille publicanus qui nec oculos audebat ad celum erigere: nec aliqua meritoꝝ presumptione cõfidere abũdabit frumẽto. Nam q2 humilis conuallis fuit erectus est: q2 prestãte dño se ipse deiecit: ⁊ ideo fortior factus est: q2 vires suas inualidas esse cõfessus est. Adiecit Clamabunt ⁊ hymnũ dicẽt. Finalis ista cõclusio: ostẽdit nobis allusiones illas quas superius dixit mystica siłitudine suscipiendas. Neq̃ eni fines deserti clamabũt/ nec conualles / nec arietes ouiũ/ nec cetera q̃ dixit anterius: sed clamabunt illi ⁊ hymnũ dicẽt: ad quos res iste cõprobabili similitudine referunť. Dixit eni prius clamabũt: ⁊ ne clamorẽ ipsum crederes esse cõfusum: addidit Et hymnũ dicẽt .i. laudẽ que rationabilibus creaturis noscitur cõuenire suauiter.

Conclusio.

Intelligamus populũ illũ beatum qui venit ad dñm Christũ: quali suauitate letatus est: et sciam⁹ inestimabile esse beneficiũ qđ tanta legiť exultatione celebratũ. Hymnum quoq̃ eius quẽ primo versu psalmi ꝓmiserat: q̃ta gratia diuersitatis ornauit: laudem incarnationis eius mirabili breuitate describẽs: ⁊ quid mundo prestiterit fidelis institutor edocuit. Ad postremum in resurrectione ventura: vniuersos sanctos ei⁹ hymnica in eo dicit exultatione gaudere: sicut et in presentia mirabili breuitate narrauit: ⁊ ad spem maximam cõcitandam futura nobis premia cõpromisit. Tribue rex celestis: vt ⁊ nos erepti ab ariditate peccati flumine misericordie tue copiosius irrigati pinguescere mereamur: vt hymnũ cum sanctis tuis tibi iugiter decantare possimus.

Explicit expositio in psalmum. 64.

In finem psalmus Dauid canticũ resurrectionis. lxv.

Iubilate deo om̃is terra psalmũ dicite noi ei⁹: date gloriã laudi eius. Dicite deo q̃ terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tue mẽtienť tibi inimici tui. Oĩs terra adoret te ⁊ psallat tibi: psalmũ dicat noi tuo. Venite ⁊ videte opera dei: terribilis in consilijs sup filios hominum. Qui cõuertit mare in aridã: in flumine pertransibunt pede ibi letabimur in ipso. Qui dominatur in virtute sua ineternũ: oculi eius super gẽtes respiciũt: qui exasperant nõ exaltentur in semetipsis. Benedicite gẽtes deũ nostrũ: et auditã facite vocẽ laudis ei⁹. Qui posuit aiam meã ad vitã: ⁊ nõ dedit in commotionẽ pedes meos. Qm̃ ꝓbasti nos de⁹: igne nos examinasti sicut examinať argẽtũ. Induxisti nos in laqueũ: posuisti tribulatiões in dorso nostro: imposuisti homines sup capita nostra. Transiuimus per ignẽ et aquã ⁊ eduxisti nos in refrigeriũ. Introibo in domũ tuã in holocaustis: reddã tibi vota mea que distinxerũt labia mea. Et locutũ est os meum: in tribulatione mea. Holocausta medullata offerã tibi cũ incẽso arietũ: offeram tibi boues cũ hircis. Venite audite ⁊ narrabo oẽs qui timetis deum: quãta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamaui: ⁊ exultaui sub lingua mea. Iniquitatẽ si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit deus: ⁊ attendit voci deprecationis mee. Benedictus deus: qui non amouit orationem meã ⁊ misericordiã suã a me.

Quãuis hec nomina que in capite tituli sunt posita: premissa expositione videanť esse notissima: tñ non erit importunum scientibus interdum ipsa repetere: vt intẽtio totius inscriptionis euidẽtius possit agnosci. In finem quod dictum est respicit ad dominum Saluatorem: sicut dicit Apostolus Finis eni legis Christus ad iusticiã omni credẽti. Roma. Psalmus ipsum sine ambiguitate denunciat: quia psalmus ex superioribus sonat: sicut opera eius dictaq̃ tonuerũt. Dauid eni dictũ est interpretari desiderabilis ⁊ manu fortis: q̃ verba specialiter ꝑtinent ad regẽ nr̃m dñm xp̃m. [illegible] Restat nunc vt sequẽtia dicere debeam⁹. Cãticũ istud gñale: qđ dici de dño Saluatore premissa nomina docuerũt:

de gloriosa ipsius resurrectione predicat: per quod
ecclesia gētes admonet quas per gratiā dñi prescie
bat esse credituras: vt cōmuniter gaudeāt que erāt
in suo capite reparande. Sed qm̄ gens iudea se tm̄
ad beate vite premia putabat esse venturā: qr inter
ceteras nationes que adhuc idolis dedite seruiebāt
sola legē veri dñi habere videbat: sed erat infidelita
tis sue vicio peccatura: prophetico spiritu canticum
istud sancta pfudit ecclesia asserens spem illā resur
rectionis non solū fideles ex iudeis: sed vniuersitatē
de cūctis gentibꝰ habiturā: sicut ppheta dicit Uiuo
ego dicit dñs ⁊ implebitur gloria mea vniuersa ter-
ra. Deniq; et psalmus iste sic inchoat. Jubilate deo
omnis terra.

Diuisio.

Contra persuasionē iudeorū qui se dicebāt
solos ad beatā vitam pre oībus pertinere:
mater eccl'ia spem generalis resurrectio-
nis interpositis tribus diapsalmatibus le
ta decantat. Primo ordine hortās vniuer-
sitatem: vt de dñi resurrectione cōgaudeat: que cun-
ctis erat fidelibus eterna premia prestatura. Scd'o
ordine inuitat oēs vt veniant ad dei opera cōsiderā
da: quatenus vna credulitas iungat quos vnū pre-
miū expectare videbat. Tertio iterū monet gentes:
vt dñm benedicant qui nos lz diuersis pbet tribula-
tionibus: tm̄ ad requiem sue miserationis adducet.
Quarto ordine iterū inuitat vniuersitatē: vt cōmu-
nita exēplo liberationis sue: amplius confidat in do
mino benedicens eum: qm̄ orationem eius exaudire
dignatus est.

Expositio.

Jubilate deo oīs terra: psalmū dicite nomi
ni eius/date gloriā laudi eiꝰ]. Sancta ec-
clesia (sicut diximus) omni terre dixit esse
gaudendū: que erat Christo dño creditu-
DEF. ra. Jubilate eni dicitur exultatio cordis:
que imēsitate sui verbis nō pōt explicari. Unde me-
rito a tali verbo sumpsit initium: vt magni beneficij
incōprehēsibilis probaret esse leticia. Nam cū dicit
Omnis terra: nō humū sed fideles significat ac de-
uotos qui de tali poterāt gaudere miraculo. Que fi
SCHE. gura dicit Metonymia. i. trāsmutatio: quotiens per
id qđ cōtinet id quod cōtinet edicit. Judeos eni tali
predicatione cōuincit: qui spem beate resurrectiōis
sibi tm̄ estimabāt esse pollicitā. Sequit Psalmū di-
cite nomini eius. Post illā inexplicabilē iubilationē
cōgruū fuit vt ad psalmodiā credituros pplos hor-
taret: quatenus qđ aīo cōceperat: de pprijs laudi-
bus explicaret. Illud eni soli deo cognitū: istud fue-
rat ⁊ ab hoīb' audiendū: sicut legit Corde credit ad
Roma. 1. iusticiā: ore aūt cōfessio fit ad salutem. Qđ aūt dicit
Nomini eius: significat dñm Saluatorē: cuiꝰ aduen
tu mūdi vulnera probant esse curata. Intendamus
quoq; qđ dictū est Date gloriā laudi eius: ⁊ antido-
tū celeste siticulosis animis hauriamus. Dat gloriā
laudi eiꝰ: qui preconia dñi frequētata exultatiōe cō-
celebrat: vt totū ipsi deputās nichil hūanis estimet
viribꝰ applicādū. Uitandū est eni et omni studio fu-
giendū: ne fragilitas humana laudibꝰ suis ambiat
erigi: que magis debet iusta increpatione culpari.
Al. dñe. [Dicite deo q; terribilia sunt opera tua † in multi-
tudine virtutis tue mētient tibi inimici tui]. Audia-
mus quid eccl'ia gētes vno comate doceat dicere: et
magnā causam religionis sub breuitate concludere.
Quā terribilia sunt opa tua. Quāuis opa dñi dicat
esse terribilia: tm̄ q̄tū terroris habeāt nō edixit. Sed
opera dñi hac ratione arbitror esse metuēda: vt cōsi
deremus quid nobis possit accidere: si illa maiestas
que mundū miserata respexit: peccatis nostris facie-
tibus reddat infensa. Deus eni pro nobis dignatus DDS.
est homo fieri: sicut papa Leo ad flauianū scribens:
doctor apostolicus dicit Creator angelorum vnus
passus est esse mortalem mortaliū inuisibilis in suis
visibilis est factus in nostris: incōprehensibilis vo-
luit cōprehendi: ante tpa manens esse cepit ex tēpo
re. Uniuersitatis dñs seruilē formā obumbrata ma-
iestatis sue immēsitate suscepit. Impassibilis deus
non est dedignatus homo esse passibilis: ⁊ imortalis
mortis legibꝰ subiacere. Hec si cōsideremꝰ: terribi-
lia sunt nobis opa dñi: qm̄ tante dignationi nec illud
possumus exhibere: quod pro nostra salute dignat
nos celestis pietas admonere. Sic em̄ et alibi legit
Dñe audiui auditū tuū ⁊ timui: consideraui opa tua Abachuc.
et expaui. Sed timor iste affectuosus ⁊ pius est: dul- 3.
cedinē habēs nō amaritudinis qualitatē: spem gene
rans nō diffidentiā creās/desideriū cumulās/nō ar-
dorē charitatis extinguēs. Sequit In multitudine
virtutis tue mentient tibi inimici tui. Multitudo vir
tutis erat: quod curabat homines diuersa infirmita
te laborantes. Sed in hac virtute mentiebant ini-
mici eius: qm̄ dicebant Hec signa in beelzebub facit. Matth. 12.
Mentiti sunt etiam in multitudine virtutis eius: qm̄
dixit Uidebitis filium hominis venientē in nubibus Ibidē. 26.
celi. Et illi dixerunt Blasphemauit: quid adhuc ege
mus testibus? Ad postremum mentiti sunt in multi-
tudine virtutis eius: qm̄ post resurrectionis gloriam
data pecunia custodibus dicebant Dicite qr vene-
runt nocte discipuli eius: ⁊ furati sunt eū nobis dor- Ibidē. 28.
miētibus. Sic venerabilis mater sub cōpendio bre-
uitatis future sancte incarnationis mysteria decla-
rauit. [Omnis terra adoret te: ⁊ psallat tibi/psalmū
dicat nomini tuo † altissime]. Quia superius menti Al. non hz.
tos fuisse dixit inimicos: nunc generalitas admone-
tur vt veraciter adoret dominū Christum. Addidit
Et psallat tibi: qđ reuera diuinis decet virtutibꝰ exhi-
beri. Subsequitur Psalmū dicat nomini tuo altissi-
me. Prius dixerat Psallat tibi: post iterū pene ipsa
verba repetijt. Sed bene perquirentibus longe di-
uersa sunt. Prius eni psalmodiā intelligi voluit: hic
vero operam sanctitatis admonuit. Nam cū dicit No
mini tuo altissime: significat (sicut supra dictū est) do
minū Saluatorē: qui altissimus iure dicit: qr nichil
supra se altius: sicut pater ⁊ spūs sanctus quicq; ha
bere cognoscit. Qđ nomen positū est ad cōuincendā
specialiter superbiā iudeorū: qui sic abiectū esse cre-
diderūt: vt eum crucifigere nō pauerent. Simul etiā
hoc noīe cōuicti sunt arriani. Nā qui est altissimus in
deitate sua: nō pōt habere maiorē. [Uenite ⁊ videte
opera † dñi † q; terribilis in ɔsilijs sup filios hoim]. Al. dei.
Sponsa regis eterni ordine secūdo gentes inuitat: Al. non hz.
vt miracula veteris testamēti deuotis possint mēti-
bus intueri: quatenus qđ hebreo pplo in figura cōti
git: in se cognoscant verissime fuisse completū. Pro-
ptrea vero dictū est Uenite: quasi adhuc longe positis:
quasi adhuc in Babylonia ciuitate morātibus. Ui-
dete positum est. i. lumine cordis cognoscite. Ceterū
carnalibus oculis videre non poterant: que consta-
bant esse preterita. Opera domini: non ista dicit que
omnes pariter vidēt celum/terram/mare ⁊ oīa que
in eis sunt: sed illa inuitat eos specialiter intueri: que
fidelissimi spiritualiter agnouerunt: hebreis fugiēti-

bus diuisum mare patuisse: quadragita annis popu
los ad saturitatē pastos in heremo: siccis pedib⁹ trā
situ Jordanis fluēta pbuisse: et cetera que iudeis fi=
guraliter cōtigerūt. Subiecit q̄ terribilis in cōsilijs
sup filios hoim. Filios hoim fecit terribiles atq̄ me
tuēdos: cū per eos miracula magna mōstrauit. Ue=
rum q̄ sint ista opa q̄ vult gētes adhuc rudes agno=
scere: sequētia declarabūt. [Qui conuertit mare in
Al. i flumi= ne. aridā: † ⁊ flumina pertrāsibunt pede: ibi letabimur
in † idipsum]. Ista sunt opa dñi que superior vsus
Al. ipso. admonuit. Conuertit mare in aridam: qñ hebreū po
pulū per medios fluctus iter fecit habere terrenū.
Flumina pertransiuit pede: qñ Jordane dextera le=
uaq̄ diuiso: in terrā repromissionis iudaicū deduxit
exercitū. Sed querendū est ad quid plurali numero
flumina posuerit: dū legamus in Jordane tātūmo=
do contigisse? Non immerito: q: lz in ipso solūmodo
cōtigerit: frequēter tñ ibidē accidisse mōstrat. Nam
et Helie illic talis trāsitus fuit: vt discipulo ipsi⁹ re=
IDI. deūti similiter fluminis ipsius fluēta patuerint. Si=
ue q: scripture diuine mos est: ⁊ vnū pro plurimis di
cere: et plurima vnitatis noie vocitare. Sequit Ibi
letabimur in idipsum. Hic iā sacramēta illoꝝ operū
festinat ostēdere: q: in eoꝝ prefiguratione veraciter
post letatus est ppls christianus. Nam q gēs iudea
per maria trāsiuit: sequēs Christi baptisma nuncia=
bat. Quod flumina sine altitudinis periculo siccis
pedibus trāsmeauit: mūdi huius significabat fluēta
secure posse trāsire: ⁊ ad penitentiā tutissimā perue=
DOS. nire. Unde necesse fuit vt ecclesia cū sanctis viris in
idipsum se diceret esse letaturā: vbi est gaudij nostri
IDI. fons ⁊ salutis eterne origo preparata. Quod vo ait
ibi In idipm: inter ppria scripture diuine cōnumerā
Al. dñatur dum est. [Qui † dominabit in virtute sua in eternū:
oculi eius super gētes respiciūt]. Exposuit qd dixe=
rat Letabimur in idipsum: scz qui dominat in virtu=
te sua in eternum. Dominari eni possunt ⁊ principes
terrarū: sed non in virtute sua: neq̄ in eternū. Qua=
propter hec duo addita sunt: vt oipotentis regis vir
tus possit ostēdi. Et ne promissiones predictas ina=
nes putaret adhuc ceca gētilitas: addidit Oculi ei⁹
super gētes respiciunt: vt qd ille per se videre nō po=
terant: aspectu veri luminis intuerent afflate. Dñs
eni quos respicit illuminat: quos visitare disponit et
Al. exaspe rant. liberat. [Qui † in ira prouocant nō exaltentur in se=
metipsis]. Consuetudo fragilitatis nostre congrua
breuitate descripta est: q: dū talia facimus vnde ad
iram dñm puocemus: exaltamuur in nobismetipsis
peccata nr̃a magis cupientes defendere. Sed hos
prohibet in seipos exaltari: quos opz humiles in=
ueniri. Fideles enim non in se: sed in Christo exaltari
oportet: vbi altitudo firma est ⁊ nūq̄ ruiturus ascē=
Al. auditā facite. sus. [Benedicite gētes deū nostrū: et † audite vocē
laudis]. Uenit ad tertiū membrū in quo gētes mo=
net: vt deum verū consona predicatione glorificent.
Sequit Et audite vocem laudis eius. i. que dicit pa=
ter de filio: fideli credulitate suscipite. Uox eni lau=
Matth. 3. dis ipsius est Hic est filius meus dilectus: in quo mi
chi bene cōplacui. Quā purissimis ac deuotis mēti=
bus oportet audiri: vt vnus atq̄ idē credat dñs xp̃s
qui ante secula ex patre progenitus est cōsubstātia=
lis: ipse ex Maria virgine pcreatus nobis dignatus
est fieri in assumpta humanitate cōsimilis. Sancta
eni ecclesia in hac fide viuit: in hac fide proficit: vt in
dño Christo nec sine vera diuinitate humanitas: nec
sine vera credatur humanitate diuinitas. [Qui po=
suit aiam meam ad vitā: ⁊ non dedit † cōmoueri pe= Al. in
des meos]. Nunc enumerat quibus ex causis mise= motio
ricordia dñi predicet. Duo sunt ista sacramēta libe=
rationis nostre. Primum qd nos per munus baptis=
matis ducit ad vitam. Non eni illuc nostris meritis
peruenimus: sed ipsius beneficio miserationis attra
himur. Deinde ne nos exinde permittat expelli: qui
grauibus vicijs probamur onerati. Ipse eni nos po
nit ad vitā qui dixit Ego sum via veritas ⁊ vita. Ip= Joan.
se gressus nostros non sinit cōmoueri: qui manū suā
Petro ne mergeretur extendit. Et ne crederes ocio= Matth.
se ista dici a quibus periculis liberata fuerit: subter
enumerat. [Quoniā pbasti nos deus: igne nos exa=
minasti sicut † igne examinatur argentum]. Hacte Al. non
nus singulari numero prophetasse videtur ecclesia:
nūc pluraliter loquit ex mēbris suis: p hos tres ver
sus exponēs fideles dñi q̄tris tribulationibus affli=
gantur. Probari nos facit deus: qñ per diuersa gene
ra tentationū pro sui nois cōfessione tolerantiā bea
te passionis indulget. Non eni ille nos pbando no=
uit: sed presciēdo cognoscit. Sequit diuerse marty=
rum pene. Igne eni charitatis examinat beata con
sciētia: q̄ tm̄ Christi dñi amore succendit: vt vrentiū
flāmaꝝ tormēta vincant. Sz iste ignis nō cōsumpto
rius sed purgatorius est. Dat eni argēti exēplū: qd
igne ideo decoquit: vt purius inde reddat. Iaceret
eni massa argenti cū sordibus suis: nisi magni calo=
ris beneficio natiua inquinamēta deponeret. [In=
duxisti nos in laqueū: posuisti tribulationes in dorso
nostro]. Induxisti nos in laqueum. i. intrare nos feci
sti custodie catenas: quas martyres sustinere merue
runt. Laqueus qui non deciperet sed probaret: qui
corpus quidem necteret: sed anime vincula dissolue
ret: qui nō ad reatū perduceret: sed absolutionis do=
na prestaret. Addidit Posuisti tribulationes in dor=
so nostro: videlz verbera que ⁊ Paulus pertulit: ⁊ re
liqua fideliū turba sustinuit. Ad hoc verberibus hu
miliati: vt diabolicā superbiā cū mundi ipsius dele=
ctatione respuerēt. Nā cū dicit Posuisti tribulatio
nes in dorso nr̃o: significat corporeos dolores quos
de illatis verberibus sustinebāt. [Imposuisti hoies
sup capita nostra. Trāsiuimus per ignē et aquā: ⁊ † Al. edu=
induxisti nos in refrigeriū]. Imposuisti dicit: vt oia sti.
ipsius volūtate facta fuisse constaret: sicut dicit dñs
pilato Nō haberes potestatem in me: nisi tibi data Joan. 19.
fuisset desup. Sequit Hoies vt intelligeres pctōres
quippe qui psecutiōibus seuis sanctos martyres di=
uersis cruciatib⁹ affligebāt. Sup capita nr̃a: hoc est
vt dares eis potestatē capitalē i nos ferre sentētiā.
Addidit Trāsiuimus p ignē et aquā: qd vtiq̄ factū
est qñ alios martyꝝ ignis absumpsit: alios aqua de
uorauit: ⁊ per diuersa elemēta mors eoꝝ pbat iple=
ta. Sequitur seculi illius beata pmissio Et induxisti
nos in refrigeriū: vt ista oia que in mēbris suis patie
bat ecclia non ad detestabilem penā: sed ad quietis
beatitudinē cognosceres esse collata. Refrigerium DES.
est eni post vrentes curas delectabilis ⁊ amena se
curitas: quam in illa retributione suscipiūt qui pati
pro dñi nomine meruerūt. [Introibo in domū tuam
in holocaustis: reddam tibi vota mea]. Hic redeūt
membra Christi ad numerū singularē. Dicit eni cor
pus eius: in domo ipsius se feliciter intraturum. i. in
illa futura hierusalē: vbi non holocausta pecudum:
sed puritas querit animarū. Et intende quoniā sicut

tribus versibus superioribus penas martyrū dixit:ita
nūc alijs quattuoꝛ vsqꝫ ad finem diuisionis cōmemo=
rat bona beatoꝛū: vt fideles in duris afflictionibus ro=
Ety. boꝛaret: quibus tāta pꝛemia pollicetur. Holocaustum
em̄ dꝛ totū incēsum. Et qꝛ se supius examinatū igne di
xerat sicut argentū: iuste se holocaustū oblaturū dicit:
hoc est purgatā delictis aīam suā. Sequitꝛ Reddā tibi
vota mea/id est vt laudes tuas sub ppetuitate decan=
tē: ⁊ cū angelis ⁊ potestatibus/thꝛonis ⁊ dn̄ationibus:
hymnū misericoꝛdie tue semp edicā. Hec sunt em̄ vo=
ta fidelium: hec desideria simpliciū chꝛistianoꝝ: vt in
illa societate recipiantꝛ: qui se fidei et operū sanctitate
iunxerunt. [Que distinxerunt labia mea. Et locutū est
os meum in tribulatiōe mea]. Illa vota exponit/que
superius dixit: id est que distinxerunt labia mea. Fide=
les enim q̄uis in afflictione sint positi (sicut Job fuit)
dn̄m laudant: ⁊ se semp accusant. Ideoqꝫ pbātur disti
guere vota labijs suis: qꝛ dubiū nō est diuisum esse qđ
humanitati imputatꝛ: ⁊ diuinitati semp offertur. Et re=
spice beatā tolerātie sanctitatem: vt illa se vota laudis
dicat reddere post resurrectionē/que in tribulatiōe cō
cinunt: qn̄ frequenter carnis imbecillitate peccatur: et
doloꝛibus victa plerūqꝫ nō sinitur aīa pbabilia cōple=
re disposita. Hic autē dei munere tanta copia charita
tis ostēditur: vt aduersa oīa superasse mōstretur. [Ho
Al. arietū. locausta medullata offeram tibi cum incenso † et arie
tibus]. Adhuc ipsa vota que superius memoꝛauit ex=
ponit. Holocausta medullata sunt sacrificia: que puro
atqꝫ intimo coꝛde diuinis cōspectibus damus. Nā qn̄
inuicē holocausti cōtritionē coꝛdis offerimus: opoꝛtet
vt intus habeat purissimam fidem: intus habeat opera
fidei que ad vicē medulle oblationē pinguissimam red
dant/ne sit aridū atqꝫ vacuū qđ diuinis conspectibus
DOS. imolamus. Quapꝛopter talia se holocausta pꝛomittit
offerre: que firmitatē habeant medulle ⁊ pinguedinem
fidei salutaris. Addidit Cum incenso ⁊ arietibus. In=
censo significat oꝛationes: que ad instar tymiamatis di
Ps. 140. uinis conspectibus offeruntur: sicut alibi legitur: In=
tret oꝛatio mea sicut incensum in conspectu tuo. Arie=
tes vero significant apostolos: qui duces chꝛistiano po
pulo pijs pꝛedicationibus extiterunt. Et respice quo=
niā vtrūqꝫ cōiunxit dicēdo: Cum incēso ⁊ arietib⁹. Ip
sum reuera incensum suauissimū est dn̄o: qđ apl̄oꝝ tra
ditionibus pbatꝛ adiunctū. Memēto autē/ꝙ hic ꝟsus
et sequēs allegoꝛice pferūtur. Per significātias enim
aīalium declaratur oblatio deuotoꝝ. [Offerā tibi bo=
ues cū hircis]. Boues intelligūtur pdicatoꝛes: q pe=
ctoꝛa humana feliciter exarātes: eoꝝ sensibus celestis
verbi semina fructuosa condebant. Hirci ꝟo intelligū
tur: qui diabolicis pꝛauitatibus studentes: hispidis vi=
Ety. cijs vestiuntꝛ. Hircus em̄ dictus est/quasi hirsut⁹. Sed
et eos cū bobus offert eccl'ia: qn̄ cōuersi chꝛisto dn̄o cō
fitētur. Hircus em̄ fuit latro ille qui pēdebat in cruce:
sed mox factus est bos qn̄ ad cōuersionē veritatis dn̄o
Luc. 23. respiciēte puenit. Dixit enim Memento mei dn̄e cum
Al. non hꝫ. veneris in regnum tuum. [Venite † et audite ⁊ narra=
Al. deum. bo † vobis oēs qui timetis † dn̄m: q̄ta fecit aīe mee].
Venit ad quartā positionē vbi non iam rudes: sed fide=
les aduocat ac deuotos: iam nichil de passionib⁹ suis
cōmemoꝛās: sed totū de aīe sue liberatione locutura.
Audiamus quāta fecit aīe ipius: vt ⁊ nos discam⁹ ex=
petere qđ matri nr̄e cognouerim⁹ dn̄m cōtulisse. [Ad
ipsum oꝛe meo clamaui: et exaltaui sub lingua mea].
His duabus rebus diligenter impletis pfectus efficitꝛ
chꝛistian⁹. Pꝛimū: vt ad dn̄m clamet oꝛe suo/id est re=
cta cōscientia non voluntate puersa. Sic em̄ de his di
cimus qui aliqua rōne falluntꝛ. Mentē suam nō hꝫ: sunt
aliena que loquitur. Ergo oꝛe suo clamat/qui dn̄o pure
supplicat: qꝛ illud non nostrū: sed oīno diabolicum est
qđ cognoscitur esse peruersum. Secundū sequitur Et
exaltaui sub lingua mea. Sub lingua dicit in cōsciētia:
qꝛ coꝛ nostrum sub lingua nostra est: vbi tacita cogita=
tione laudamus: ⁊ exaltare nobis illum videmur q sem
per pbatur altissimus. Et vide oꝛdinē rerū. Pꝛimo di=
xit oꝛis clamoꝛē: Deinde venit ad purissimū coꝛdis af
fectum vn̄ ⁊ taciti solemus audiri. [Iniquitatē si † cō= Al. aspexi.
spexi in coꝛde meo: non exaudiat † deus]. Qđ dixerat Al. domin⁹
Exaltaui sub lingua mea: ipsum diligēter exponit. Nā
qui deum laudat in coꝛde suo: non debet sensum varia
imaginatione cōfundere: nec aliquā iniquitatē conspi=
cere: sed totam illi mentem vigilantissime deputare vt
locum in eo diabolus nequeat inuenire. Sic enim pu
ritas oꝛantis accipitꝛ: si nullis cogitationum soꝛdibus
polluatur. Dicit enim Si hoc feci non exaudiat deus:
ostendens qm̄ qui talia faciunt inanibus illusionibus
illudūtur. [Pꝛopterea exaudiuit † me deus: et † inten= Al. non hꝫ.
dit voci † oꝛationis mee]. Quia non cōspexerat iniqui Al. attēdit.
tatē in coꝛde suo: ppterea se dicit auditum. Ille enim Al. depꝛe=
clamoꝛ ascēdit ad dn̄m: qui pollutionē rerū non habet cationis.
humanarū. Intēdentes enim ad ipsum/talem recipi=
mus vicissitudinē: vt ⁊ ille nos miseratus intēdat. De=
niqꝫ hoc sequitꝛ Et intēdit voci oꝛationis mee. Suppli
cemus ergo vt donet nobis oꝛationē purissimā: quate
nus fideliter exoꝛatus ⁊ ille nos plenissime de sacrario
sue pietatis exaudiat. [Benedictus † dominus qui nō Al. deus
amouit † depꝛecationem meam: et misericoꝛdiam suā Al. oꝛonē
a me]. Duo ista cōnexa sunt/quando deus depꝛecatio
nem non amouet: misericoꝛdiam suam sine dubitatio=
ne concedit. Nā cum oꝛatio nostra suspenditur: ⁊ illius
misericoꝛdia ptelatur. Consideremus etiā quarte par
tis initium: qua fuerit veritate cōceptum. Dixit enim
Venite et audite quāta fecit anime mee. Secutus est
in fine veracissime pꝛomissionis effectus: qꝛ nec depꝛe=
cationem eius amouisse cognoscitꝛ: nec misericoꝛdiam
suam suspendisse monstratur.

Conclusio.

¶ Pedissequa quidē expositione psalm⁹ iste decursus est: sed
modo nobis est eius adunanda contextio: vt virtus hu
ius cantici euidenter possit agnosci. Pꝛimum saluta=
riter gentes allocuta est sancta mater ecclesia: vt gene
raliter in domini laudibus occupentur: quatenus sup=
num desiderium mundi nobis tollat affectum. Deinde
inuitat eas vt discant miracula veteris testamenti ad
pꝛefigurationem illis potius visa fuisse concedi: quate
nus ad spem maximam sequens populus concitetur:
quando que veteri populo sunt pꝛestita: future regene
rationis beneficia nunciabant. Docuit nos etiam quo
niam de diuersis cladibus quas hic populus sustinet
chꝛistianus: domini miseratione liberetur: et ad illā feli
cem patriam ipso largiente perueniat. Pꝛomissio sin=
gularis/sponsio desiderabilis/et hic ipso pꝛotegēte cu
stodiri: et ibi eodem largiente in eterno pꝛemio collo=
cari. Hoc si fixo animo semper intendimus: nunq̄ mū
di istius pericula foꝛmidamus: sed cum leticia summa
cantabimus: quod in huius psalmi fine conscriptū est.
Benedictus dominus qui non amouit depꝛecationē
meam; et misericoꝛdiam suam a me.

Explicit expositio in psalmum. 65.

¶ In finem in hymnis: psalmus cantici David. lxvi.

DEus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuā: in omnibus gentibus salutare tuū. Confiteantur tibi populi deus: confiteātur tibi populi omnes. Letentur et exultent gētes / quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus confiteātur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deꝰ: et metuant eum omnes fines terre.

Hymnus ⁊ canticum: hec duo nōia nisi subtiliter inspiciātur: vnum vidētur propemodū indicare mysteriū: q̄ɀ vtraq̄ laudē dn̄i significare monstrātur. Hymnū diximus carmē esse / metri alicuius lege compositum: sicut omnes psalmos in hebrea lingua ꝯstat esse formatos. Hi quotiens soli ponūtur in titulis: significātur organis et tympanis fuisse prolati. Sed iste hymnus quem nunc propheta canit: ideo premisit in finē: q̄ɀ tota oratio ad dn̄m christū sine dubitatione dirigiť. Psalmus vero cantici est: qui sola humana vocis modulatione canebať. Sed nunc ꝑ hec nōia vtrūq̄ deprehēdiť potuisse cōiungi: vt ⁊ istrumētis musicis ⁊ humana voce canereť: ⁊ ideo oīs cantus ⁊ hymnus est: nō oīs hymnꝰ et cantus est. Nā hoc nobis distinctiōis huius prebet indiciū: q̄ɀ psalmi qui canticū nō habēt: poterāt per sola musica instrumenta cantari. DEF

Diuisio.

POst sexagesimiquinti psalmi canticū resurrectionis: mirabili ordine deprecationē suā propheta subiunxit: vt benedicti ad diuinam cognitionem deduci mereamur: ad quam nostra non possint merita peruenire. Prima ergo parte fidelibus loquens supplicat: vt benedici cum ipsis mereatur a domino: quatenus illuminati corde: in cunctis gentibus christum dn̄m predicandū esse cognoscant. Deinde conuersus ad dn̄m / prophetie spiritu confitendum illi dicit a populis: quia gentes iudicat in equitate. Tertio eundem versum repetit quem superius dixit: hoc mysterium adijciens: quia fructum suum terra iam protulit: et ideo frequentato verbo postulat nos debere benedici.

Expositio.

Al. nobis DEus misereať nostri ⁊ bn̄dicat † nos: illuminet vultū suum suꝑ nos: et misereatur † nobis]. Supplicationem suam ꝑpheta Al. nostri. dirigens ad necessarij nōis cucurrit auxiliū. Bene eñ prius misereri petijt: qui de meritoꝝ suorum ope non presumpsit. Prius enim fuit vt misereref errantibus: et postea bn̄dictionis sue dona prestaret. Nam bn̄dictio dn̄i semꝑ augmentat / siue cū illū bn̄dicimus: nos absolute ꝑficimus / siue cū nos ille bn̄dixerit: aīe nostre ꝑfutura cōcedit. Sed queramus quā benedictionē postulat: quia multe sunt q̄ largiēte dn̄o cōcedunť. Bn̄dixit adā ante peccatū dicēs
Gen. 1. ei. Crescite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terram: et dn̄amini eius. Bn̄dixit abraā cū dixit. Benedicēs bn̄dicā Ibidem. 26
te: et multiplicās multiplicabo semen tuū sicut stellas celi: ⁊ sicut arenā que est ad oram maris. Bn̄dixit etiā terras in varios fructus: vt indigentiam nostre fragilitatis excluderet. Sed hic illā benedictionē petijt / quā subter exponit: vt tenebras nostre mentis excludens: claritate nos dn̄i saluatoris illuminet. Sequiť quippe Illuminet vultū suum super nos. Hec erat petitio bn̄dictionis: vt illuminaret vultū suū suꝑ eos: q̄ɀ eum videre non poterāt qui in suis viribus luminis beneficia non habebāt. Illū enim humanus videre non pōt sensus: nisi qui splendoris ipsius fuerit claritate perfusus. Repetit Et misereatur nobis. Necessaria iteratio: qm̄ et a misericordia dn̄i ꝑficere incipimus: et in bona spe ip̄o largiente seruamur. Que figura diciť Epembasis: id est repetitio crebra sermonis. [Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gētibus salutare tuum]. SCHE Euidenter expressit qđ superius dixit. Benedicat nos et illuminet vultū suū suꝑ nos. Ad hoc eñ ista ꝑficiūt vt in hoc mūdo cognoscamus viam illam veritatis / id est dn̄m saluatorem: qui nos ducit ad vitam: in qua nemo errare poterit / nisi qui ab eiꝰ regulis deuiare presumit. Et ne nos probare hoc exemplis alijs egeremus: quis esset via / consequēter exposuit. In oībus gentibus salutare tuum: vt nec vnius loci via ista crederet: et quale esset beneficium mūdi testimonio nōis sui potuisset agnosci. Quod nomen ipsi Christo dn̄o euidenter aptatū est: qñ beatus ille Symeon eum in manibꝰ accipiēs dixit. Nunc dimitte seruum tuum in pace: q̄ɀ viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omniū populorum ⁊c̄. Luc. 2 Considera etiam q̄ in primo versu loquitur ad populum fidelem: et subito conuertitur ad dominū christum / non iniuria: qm̄ hoc est membris loqui qđ capiti. Hec figura diciť Prophonesis / id est exclamatio: quotiens inter alia que loquimur ad dominū subito verba conuertimus. SCHE [Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes].
Postq̄ fidem prouenire populis exorauit ꝑpheta: venit ad secundam partem dicens ad dn̄m: Confiteātur tibi populi deus. Confiteantur: verbum equiuocū est. Nam et laudes ⁊ peccatorum deplorationes noscitur indicare confessio. Sed hic vtrūq̄ debet intelligi: vt ⁊ peccata sua confiteantur populi: ⁊ gloriam dn̄i predicare non desinant. Deniq̄ verbum ipsum in vno versu noscitur esse geminatum: vt ad fidelem populum totū cognosceres esse faciendum. Nam quod addidit Omnes / donatistarum prauitates elisit: qui putāt ecclesiā domini in orbe terrarum non esse diffusam. [Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis]. Querēdum nobis est: quare moneat gentes letari ⁊ exultare: cum iudiciū dominū dicat esse facturum. Metuere enim potest rea cōsciētia: cum audit veracem dn̄m iudicaturum. Sed de illis dicit: qui iam confessi peccata formidare nequeūt ventura iudicia. Illis enim non iudex: sed aduocatus est Christus: qui se propria confessione damnauerūt. Quapropter exultent gentes et gaudeant: que faciem eius in confessione preuenire meruerūt. Sequitur causa leticie: quia misericordi iudici probantur esse confessi: qui nouit humilium corda sanare: et superborum colla concidere. Nam vt illam confessionē (quā diximus) debuisses aduertere: dicit Et gentes in terra dirigis: vtiq̄ in hoc mundo: vbi eas facis delicta propria confiteri: vt diabolico nequeant errore subuerti. [Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes]. Uenit ad tertiam narrationem: in qua versum

quidē secunde partis repetiuit: sed oīno rem aliā subter adiecit. In superiori enim versu posuit Letentur ⁊ exultent gentes: nunc autē dicit Terra dedit fructum suum: vt ⁊ si vnū initiū sonet: non tamen sensus ipse ꝓpter sequētia ad causas similes tēdere videatur. Istos vero populos quos frequenter repetit: quidā eos duodecim tribus intelligere voluerunt: que in illo iudicio remunerationis gratiā cōsequētur. [Terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus deus noster]. Terra dedit fructū suum scilȝ cōfessiones populoꝝ: qḋ superius prouenire necessaria repetitione memorauit. Reuera suum quē pia dñi largitate ꝑcepit: nō quē diabolo semināte generauit. Dedit etiā terra fructū suū: quādo dñm saluatorē diuersaꝝ gentiū turba suscepit. Illa enim que erat peccato Ade spinis ⁊ tribulis plena: vitalem fructum intulit / cum dñi iussionibus obediuit. Tūc eñ apostoloꝝ fides in varias linguas sancto spiritu replēte prorupit: Tunc virtutes inestimabiles mundus agnouit: Tunc reuera fructū suū terra ꝓtulit: qñ spinas diaboli tribulosq̧ deseruit. Et q̄ fruct⁹ prouenire potuit: iuste bñdictio postulat̄. Dicit eñ Bñdicat nos deus de⁹ noster. Dixerat semel de⁹: sed ne gentilium dñs putaret̄: q̄ ipsi deum se dicunt colere: q̄buis vanis erroribus implicentur: addidit tñ Deus noster: vt reuera ipse solus colendus deus credat̄: quē sancta catholica colit et cōfitet̄ ecclesia: hoc est patrē ⁊ filiū ⁊ spiritū sanctū. [Bñdicat nos deus: ⁊ metuāt eum omnes fines terre]. Geminat Bñdicat nos: qḋ sepe repetendū est / ⁊ sine fine cōstat optandū: q̄ semper necessa-
SCHE rium: semꝑ ꝓbat̄ esse proficuū. Que figura dicit̄ Tantologia / id est eiusdem sermonis iteratio. Intueamur etiā quēadmodū timor dei inter magna munera postuletur: qñ post bñdictionē petitā metus cōcedi terre finibus exorat̄. Est enim inter prima dei munera: quoniā qui illum timere norunt / ⁊ amare nō desinūt. Sic eñ ⁊
Eccli.1. Salomon dicit: Initium sapiētie timor dñi. Et in alio psalmo: Timeat dñm oīs terra. Sed timor iste non ex humana trepidatione cōtingit: sed diuina inspiratione prestat̄. Hunc ergo timorē / terre finibus ꝓpha miseratus optauit: vt ⁊ credere inciperēt: ⁊ credita cauta sollicitudine custodirent.

Conclusio.

Quam latissimos fidei cāpos sub breuitate suauissima psalmus iste cōplexus est. Supplicauit eñ dño christo: vt aduētu suo benedicere nos larga pietate digneť: quatenus salus mūdi expectata gētibus innotescat: ⁊ fructū misericordie ipsius de plenissima religiōe ꝑcipiāt. Sit ergo nobis ⁊ sub breuitate dulcissimus: et ꝓphetie sue dignitate preclarus / qñ illud ante tot secula predixit: qḋ iam salutariter mūdus agnouit. Presta rex eterne: vt sicut te ĩ humilitate carnis venisse cognouimus: ita et in deitatis potentia concessum nobis clementem iudicem sentiamus.

Explicit expositio in psalmum. 66.

In finē psalmus cantici Dauid. lxvij.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius: ⁊ fugiāt qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulētur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Cantate deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomē illi. Exultate in cōspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus q̄ inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est: etenim celi distillauerūt a facie dei sinai / a facie dei isrł. Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum: euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: ⁊ speciei dom⁹ diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros: penne columbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mōs pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finē. Currus dei decem milibus multiplex milia letantium: dominus in eis in sinai in sancto. Ascēdisti in altum cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes: inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperū iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verūtamen deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantiū in delictis suis. Dixit dominus ex basan conuertam: cōuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes cōiuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarū. In ecclesijs benedicite deo domino: de fontibus israel. Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eorum: principes zabulon et principes neptalim. Māda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in hierusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregatio tauroꝝ in vaccis populorū: vt ex-

cludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volunt/ venient legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eius deo. Regna terre cātate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascēdit sup celū celi: ad orientē. Ecce dabit voci sue vocē ꝟtutis: date gloriā deo super israel: magnificētia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue/ benedictus deus.

Vim nominis istius hinc debemus aduertere: quia dū finis dicat: in initio semp apponitur. Significat enim rerū caput et eternale principiū: sicut ipse in euangelio dicit. Ego sum principiū ꝓpter qđ ⁊ loquor vobis. (Joan. 8.) Sequitur psalmus cātici qui humana tm̄ solet voce cātari. Dauid autē ipsum dn̄m designat: quē ⁊ finis ille ꝑnunciat. Lōgus psalmus/ ⁊ ad fastidium releuandum: quinꝫ diapsalmatibus prenotatus: per que nos diuisiones cōpetenter impressimus. Nam licet has in alijs psalmis q̄ꝫtum aspirat dn̄s humana ꝑscrutetur industria: iuste tn̄ incisiones absolute sequēde sunt: quas ꝑ diapsalmata diuina fecit auctoritas. Sciendū est autē toto psalmo ꝑ mysticas similitudines psalmigraphū loqui: qui sacramentis euangelicis oīno repletus est: ⁊ ascēsionis christi descriptione deuota monstratur esse precipuus.

Diuisio.

Prouidentie spiritu ꝓpheta cōpletus/ que inimicis domini accidant: vel que fidelibus in futura iudicatione contingant: per optatiuū modū Primo ingressu psalmi huius conuenienter edicit: vt ⁊ perfidos de pena terreat: ⁊ famulos domini promissa remuneratiōe letificet. Secundo ingressu virtutes significat/ quas cōtulit populo iudeorum: ac deinde dicit quēadmodū ex his perfecit ecclesiā. Tertio per montis speciem significat dn̄m saluatorem/ asserēs que beneficia prestiterit ecclesie: qn̄ eā resurrectionis sue munere subleuauit. Quarto inimicoꝝ dn̄i superbiam conquassandā esse ꝓnunciat: ⁊ conuersionē et martyria ab vtroꝫ sexu etiā ex pessimis dicit esse faciendā: cū aduentus dn̄i mundo salutaris illuxerit. Quinto dicit in ecclesijs dn̄m debere benedici: vbi apostoli ⁊ christ9 ipse p̄dicauit/ supplicās vt dona que dedit fidelibus suis/ cōseruare dignet. Monet etiam vt velociter ad dominū veniant: qui in hoc mūdo tanꝫ in egypto ⁊ ethiopia cōmorātur. Sexto ingressu: vniuersitatem monet vt psallat dn̄o christo: qui iam resurrectionis sue miracula patefecit: ac deinde psalmum dominica laude conclusit.

Expositio.

[Exurgat deus et dissipent inimici eius: et fugiāt a facie eius qui oderunt eū]. Confidenter ꝓpheta videt optare: qđ nouit esse vēturum. Petit em̄ resurrectionē christi: qua dissiparetur aduersi scilꝫ iudei: qui resurrectionis eius vidēdo potentiam: sceleris sui facinora formidabant. Vltio quippe eorum vno verbo descripta est. Non enim in vnā gentē populus ipse collectus est: sed per orbem terrarū effusa charitate dispersus est. Sequitur inestimabilis pena maledicti: vt ab eius facie fugiant: cuius vbiꝫ constat esse presentiam. Quale est enim semper fugere: ⁊ infensi iudicis presentiam nō vitare? Addidit Qui oderunt eum: vt eos significaret q̄ in sua pertinacia constiterunt. Odiū enim illis reb9 debemus: quibus nos acquiescere nullatenus posse profitemur. [Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei]. In istis duobus versibus sub cōparatione gemina peccatorū pena predicitur. Fumus est em̄ ex flamma ista corruptibili surgens: tenebrosa conglobatio. Que q̄ꝫtum plus extollitur: tantū ꝑ inania tenuat. Huic peccatores merito cōparant: qm̄ ex flāma nequicie sue producunt fumiferas actiones: que licet ad altiora supbia faciente cōsurgant: necesse est vt sua magis velut fumus elatiōe deficiant. Sequitur eoꝝ alia cōparatio: Cera est ex fauis collecta tenera mollisꝫ substantia/ que sic ignis calore resoluit: vt eius corpulentia penitus absumatur. Huius similitudo delinquētibus competenter aptatur: qm̄ in iudicio dei a facie ipsius sic dispereunt peccatores: quēadmodū cere deliquatitudo proximo igne consumit. Et intuere ꝙ hic peccatores in substātia sua/ non dicit posse cōsumi: qui perpetuo igne torquendi sunt: sed dicit eos a facie dei esse perituros: qꝛ nunꝫ ad gratiā ipsius beneficiaꝫ vēturi sunt: sicut q̄dā errantium dicere tentauerunt. Et nota ꝙ in his versibus figura est Parabole: id est rerum dissimiliū comparatio. Peccatoribus enim fumus ⁊ cera comparata noscuntur. [Et iusti epulentur ⁊ exultent in conspectu dei: † delectentur in leticia]. Sicut superius dicta est pena peccatoꝝ: ita nunc iustorū remuneratio ventura narratur. Epulas dicimus exquisitas et abundātes copias ciboꝝ: quibus ⁊ corpus reficit: et plerūꝫ desideriū edacitatis augetur. His cōparant pabula fidelium sagina iustorū/ qui saturati adhuc desiderant: et de celestibus delitijs inexplebiliter farciunt. Sed vbi reperiātur iste delitie: subsequenter adiungitur: scilicet In cōspectu dei: vbi semp est desiderabilis ⁊ vera leticia. Quale est enim exultare sub conspectu tanti iudicis vt illū quē hic iuste metuimus: ipsius munere liberati sub eius presentia gaudeamus? Adiecit Delectentur in leticia: vt hoc ipsum illos possit delectare qđ leti sunt: qꝛ dum leticiā suam nullo norūt fine claudendā: suauius in ea delectātur: quā se amissuros esse nō sentiūt. Sic beatitudinis illius ventura felicitas: sub lucētibus q̄busdam modulis indicatur. [Cantate deo psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascēdit sup occasum dominus nomen † est ei. Exultate in conspectu eius]. Postꝫ pessimoꝝ penas: iustorūꝫ premia vētura narrauit: hortat populos ꝓpheta vt in his que audierāt fideli mēte presumētes: laudes deo hymnica exultatiōe concelebrent. Cantat enim deo: qui contemplationem eius puro ac fideli semp animo contuet. Psalmū dicit nomini eius: qui opera efficit que ille precepit. Sequitur Iter facite ei: id est corda vestra purificata preparate: que dignetur sanctus dn̄s introire/ siue predicatiōibus beatis cunctos imbuite: sicut Isaias propheta dicit. Parate vias domini: rectas facite semitas ei9. (Isa. 40.) Sꝫ cui fiat istud iter edicitur. Qui ascēdit super occasum. Ascendit vtiꝫ dn̄s christus super occasum a mortuis resurgendo: vt captiuā duceret nostrā captiuitatem: ⁊ mors relinqueret liberos: quos peccatis alligantibus tenebat obnoxios. Necesse enim fuit vt occasus tenebrosus cederet: sup quem sol iusticię ꝓbabatur exortus. Et ne quis ambigeret q̄ ascēdit sup occasum dicit Dominus nomen est ei: vt nemo dubitaret deum esse dn̄m saluatorē/ quē nefandi iudei velut cōmunem hominē trucidandū esse putauerunt. Sequitur Exultate in ꝯspectu eius: non in p̄sentia hominū vbi est caduca

leticia:sed in cõspectu eius vbi iugiter se puritas men=
tis oblectat:⁊ quaslibet hic erumnas patiatᷣ considera
tione futuri premij semper erigitur. [Turbabuntᷣ a fa=
cie eius patris orphanorum ⁊ iudicis viduarũ. Deus
in loco sancto suo]. Postq̃ dixit in conspectu dñi bea=
tis esse gaudendum:nunc a facie ipsius predones atq̃
impios asserit esse pellendos:qui orphanos ac viduas
seua cupiditate dilacerant. Turbati eñ ⁊ nimiũ formi
Matth. 25. dantes a facie dei tales expelluntᷣ:qñ audierint Ite in
ignẽ eternum qui paratus est diabolo et angelis eius.
Sed qui sit iste a cuius facie pelluntᷣ exponit: id est Pa
tris orphanoꝝ ⁊ iudicis viduarũ. De quo et alibi legi=
Ps. 9. tur: Pupillo ⁊ vidue tu eris adiutor. Quid ergo depre
dator eorum pati poterit: qui iudicis sui susceptos im=
pia laceratione contriuit? Patris autẽ ⁊ iudicis geni=
tiuos posuit casus:vt q̄d sit deus:his cõplexiõibus pos
sit ostẽdi. Addidit quoq̃ Deus in loco sancto suo: sub
audiendũ est:qui immutabilẽ seruat firmamq̃ senten=
tiã:sicut de ipso a patre Augustino dictum est. Mutas
Al. inhabi= tẽpora nec mutas consilia. [Deus qui † habitare facit
tare. † vnanimes in domo. Qui educit vinctos in fortitudi=
Al. vnius ne]. In hoc versu et duobus alijs qui sequũtur ꝑ duo
moris. decimã speciem diffinitionis:que grece Cataepenon:
DEF latine per laudẽ dicitᷣ: declaratur quis sit deus/id est q̇
habitare facit vnanimes in domo: sicut legitur in acti=
Act. 4. bus apostolorũ. Multitudinis credentiũ erat cor vnũ
et anima vna: Siue q̄ prophete et euãgeliste in domo
dñi vnũ sentientes verbũ veritatis consentanea predi
Ps. 132. catione locuti sunt. Et alibi ipse dicturus est: Quã bo=
num ⁊ q̃ iocundũ habitare fratres in vnum. In domo
eñ illius illi habitãt: qui se mutua charitate consociãt.
In domo vero ecclesiã significat. Sequitur Qui edu
cit vinctos in fortitudine. Hic humanũ genus signifi=
cat:qꝺ vinctum lege peccati fortitudinis sue robore li=
berauit. Alligato enim diabolo/eduxit vinctos quos
tenebat ille captiuos. Bene autem dictum est. Eduxit:
quia ab inferno liberãs ad gaudia regni celestis leua=
Al. exaspe= uit. [Similiter eos qui † in iram prouocant/qui habi=
rant. tant in sepulchris]. Enumerat adhuc quos educit vin
ctos in fortitudine sua. In iram enim prouocant dñm:
blasphemi ⁊ pessima se cõuersatione tractantes. Ipsi
sunt quippe qui viui habitant in sepulchris:id est q̇ in
fetida et carnali actione sepulti sunt. De quibus et in
Ps. 5. alio loco dictũ est. Sepulchrum patens est guttur co=
rum. Nam licet mortuos visualiter suscitauerit:huma=
num tñ genus de sepulchris eripuit: qñ eis per veram
Al. egredie fidem vite gaudia votiua restituit. [Deus cum † egre=
ris in cõspe dereris corã populo tuo:dũ trãsgredereris in deserto]
ctu populi Iungendũ est huic versui cognosceris. Adhuc eñ in
tui cũ ꝯtrã opationis eius laudibus ꝑseuerat. Egressus est quidẽ
sieris. deus corã populo israelitico: dum in colũna ignis ap=
paruit: dum in deserto eos manna largitate satiauit.
Sed hoc melius ad populum respicit christianũ. Egre
ditur enim corã populo:qñ educit vinctos in fortitudi=
ne sua:qñ resuscitantᷣ qui in sepulchris habitant. Xp̃m
enim cõtuetᷣ fidelis: qñ in operibus magnis eius pieta
tẽ potentiãq̃ cognoscit. Trãsgressus est etiam in de=
serto qñ ad gentes venit:ad quas ꝓpheta nullus acces
sit:que velut heremus desolata a verbo dñi reddebantᷣ
aliene. [Terra mota est etenim celi distillauerũt a fa=
Al. sinai. cie dei: † mons sina a facie dei israel]. Interiecto dia=
psalmate:venit ad scd̃m ingressum:vbi enumerat que
israelitico populo virtꝰ diuina ꝯcessit. Terra mota est/
id est terreni hoies videndo tam magna miracula cre=
diderunt. Celi distillauerũt a facie dei:qñ inuicẽ stillici

diorum manna descendit a facie dei:quia per columnã
ignis ac nubis presentia ipius noscebatᷣ. Mons quoq̃
sina a facie dei fumauit:qñ ibi moyses in duabus tabu
lis legem beatus accepit. Nã ⁊ in exodo ita scriptũ est. Exo. 19.
Totus autem mons sina fumabat:eo q̄ dñs descẽdis=
set super eum. [Pluuiam voluntariã † segregãs deus Al. segre=
hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam]. gabis.
Exponit illud qꝺ superius dixit:Celi distillauerũt. Ip
sa est enim pluuia voluntaria: quam tunc comedendi
auida gens iudea promeruit. Nam vt voluntati eius sa
tisfieret:inexpertum miraculum mundus accepit. Plu
uia siquidem illa voluntaria fuit:non ista que generali=
ter vbiq̃ diffunditur. Deniq̃ sic segregans deus here
ditati tue:q̄ non hoc dñs alijs gentibus dedit: qꝺ tũc
hebreo populo miseratus indulsit. Hereditas enim ip
sius fuit populus hebreoꝝ:sicut legitᷣ Et facta est por=
tio dñi populus eius Iacob funiculus hereditatis eiꝰ
israel. Hec si ad tẽpus infirmata est dño saluatori mi=
nime credendo ꝑfecit hereditatẽ suam:qñ gentes reli=
quas in supplemẽtum credulitatis admittit. [Anima=
lia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pau=
peri deus]. Quia superius dixerat de hereditate. dñi.
Tu vero ꝑfecisti eam:nunc adiecit vnde eam ꝑficeret.
Aialia fuerunt gentes vera religione vacuate:sed cum
ad dñm venerũt facte sunt eiꝰ que iam nichil indigeãt:
sed rationabili ac pleno lumine cõpleantur. Hec habi
tabunt in ecclesia:cũ vere religionis cultũ ipso miserã=
te ꝑceperint. Iterumq̃ que sint ista aialia:consequen=
ter exponitur. Dicit eñ Parasti in dulcedine tua pau=
peri deus. Parasti significat predestinatos:qui ab ori=
gine mundi ipso miserãte preparati sunt. In dulcedi=
ne tua/non seculi huius vbi amara patiuntur:sed in il=
la suauitate ĩ qua pauperes dei reges ditissimos ante=
cellunt. [Dñs dabit verbum/euangelizantibus † virtu Al. virtute
tes multas]. Versus istiꝰ ordo talis est. Dñs dabit vir= multa.
tutes multas euangelizantibus verbum. Dedit enim
virtutes multas apostolis: qui verbum eius veneran=
da confessione predicabant: qñ eis languentiũ turbas
sanare concessum est. Nam ipsum quoq̃ euangelium
multarũ constat esse virtutũ. Quid enim fortius q̃ ani
mas saluare:que errorum suoꝝ vicijs poterãt interire?
Sicut iacobus apostolus dixit. Scire debet q̄s: q̄ qui Iaco. 5.
conuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue/saluat ani=
mam eius: ⁊ operit multitudinẽ delictoꝝ. [Rex virtu=
tum dilecti: † et species domus diuidere spolia.] Ver= Al. dilecti:
sus iste sollicitius inquiratᷣ. Est enim verboꝝ subtilita= et speciei.
te perplexus. Hic enim dilectũ/filiũ patris debemus
accipere:sicut ipse in euãgelio dicit. Hic est filiꝰ meus Matth. 3.
dilectus:in quo michi bene cõplacui. Qꝺ schema dici SCHE
tur Antonomasia/id est vice nomis posita:qñ sic aliud
nomen ponitur:vt tñ illud qꝺ necessarium fuerit sentia
tur. Dilecti ergo pater:rex angelorum ⁊ potestatũ est:
qui virtutibus imperat. Quod ⁊ de filio conuenienter
accipitur:de quo alius psalmus dicit. Dominus virtu Ps. 23.
tum ipse rex glorie:quod tamen sancte trinitati certum
est conuenire. Hic tamen patrem vult intelligi:q̄ dile
cti posuit/id est Christi. Sequitur Et species domus
diuidere spolia. Pulchritudo domus diuine cognosci
tur: quando spolia diaboli/id est homines scelerati in
domin ecclesia transferuntur. Spolia siquidem diabo
li/sunt populi quos dominus alligatos forte liberauit:
sicut in euangelio ipse dicit. Nemo intrat in domum for Marci. 3.
tis et vasa eius diripit: nisi prius alligauerit fortem:et
tunc domum illius diripiet. His enim spolijs domum
sue potestatis ornauit:ecclesiam sanctã gaudere fecit:

quoniam ferocis inimici vota frustrauit. [Si dormia-
tis inter medios cleros penne columbe deargentate: et
Al. pallore posteriora dorsi eius in † specie auri]. Subaudiendũ:
suscipient vos. Hic dormire nõ stuporem somni signi-
ficat/aut obliuionẽ rerum quam pati cõsueuimus dor-
miẽtes: sed dormiẽtes dicit in preceptis domini quie-
scentes: et in idipsum requiem habentes. Cleros enim
auctoritate patrum/duo testamenta debemus accipe-
re: inter que monet continere atq; quiescere christia-
nos. Sensus ergo talis est. Commonet fideles si dor-
miatis inter duo testamẽta: hoc est si animam vestram
in scripturis diuinis vltima dormitiõe reponatis. Dor
mitionem vero pro morte poni: dominus in euangelio
Joan.11. testatur dicẽs. Lazarus amicus noster dormit: sed ea-
mus vt a somno suscitem eum. Sequitur Penne colũ
be deargentate. Per hec comata (sicut superius dixi-
mus) subaudiendũ: suscipient vos. Penne significant
claritatem/que nos in illam patriam ducunt: si hic in le
ge domini quiescere mereamur. Columbe deargenta-
te: ecclesiam significant. Que merito columba deargẽ
tata dicit: quia innocentiam habet columbe: et diuinis
eloquijs argenteo candore resplendet. De qua scriptũ
est. Una est columba mea: vna est dilecta mea. Huius
columbe posteriora/id est vltima in specie auri clarifi-
cata resplendent: q2 postq; de hoc mũdo discesserit: su
pra aurũ eius gratia relucebit. Et respice ꝙ in hoc mũ
do argento comparata est. In illa resurrectione auri
eam specie dicit ornandã: sicut in.44. psalmo iam di-
Ps.44. ctum est. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deau-
rato: circumamicta varietate. [Dum discernit celestis
Al. eam. reges super † terram: niue dealbabuntur in selmon].
Post diapsalmatis silentium: venit ad psalmi tertium
membrum: vbi enumerat dona que contulerit ecclesie
resurrectionis gloria contributa dominus celestis. Re
ges sunt apostoli sanctiq; pontifices: vel ceteri fideles
qui ꝓbabiliter regere corpora sua diuino munere me-
ETY. ruerunt. Rex ergo a regendo vocat9 est. Et merito hoc
illis nomen impositum est: qui cupiditates seculi refre
nare diuina virtute potuerunt: sicut apostolus quosdã
1. Corin.4. increpans dicit: Sine nobis regnatis: et vtinam regna-
retis: vt et nos vobiscum conregnaremus. Hos ergo
reges dum sup eam columbam/quam superius dixit:
discernit concorditer dominus atq; distribuit. Super
niuẽ dealbabunt in selmon/id est supra candorẽ niuis
elucescunt: qui ecclesiam regere fideliter atq; ordina-
INTER. re noscunt. Qd autẽ dictũ est In selmon: nomen hui9
montis vmbra interpretat: que hic congrue diuina vir
tus intelligitur. Ipsa enim ab estu vicioꝝ nos defendit
et reficit: ipsa nobis celestia dona concedit: sicut sancte
Luc.1. marie angelus annunciauit. Spiritus sanctus supue-
niet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et alibi.
Ps.16. Sub vmbra alarum tuarum ꝓtege me. Hec est vmbra
que in bono ponit. Deniq; laudẽ montis sequẽti versu
dicturus est. Dealbabunt autẽ ponitur et in malo: sicut
Act.23. in actibus apostolorũ legitur. Percutiet te dñs paries
Matth.23. dealbate. Hoc et euangelium quoq; testatur. Similes
estis monumẽtis dealbatis: que plena sunt ossib9 mor-
Al. Mons dei mons pinguis. tuoꝝ. [† Montem dei montem vberem. Mons coagu
latus mons pinguis]. Per quintam speciem diffinitio
nis: que grece Cata antilexin latine verbum dicitur: ex
DEF ponit propheta qui sit mõs ille selmon quem superius
dixit. Ac si diceret Mõtem dico/id est ipsum dominũ
Isa.2. saluatorem: de quo Isaias propheta cecinit. Erit in no
uissimis diebus preparatus mons domus domini in
verticem montium: et eleuabit super colles: et ibunt ad
eum oẽs gentes. Addidit Et montem vberem: ex quo
perpetua et suauia fluẽta descendũt: qui aquas habet
irriguas et celesti suauitate cõditas. Subiungit Mõs
coagulatus: scilz ꝓpter paruulos enutriendos: qui nõ
esca corpulenta: sed coagulato lacte potãdi sunt. Addi- DOC.
dit etiam Mons pinguis: q2 fertilitate sua semꝑ vberri
mus est. O mons breuiter quidem laudatus: sed cele-
stium rerum qualitate copiosus: ex quo aque viue de-
currunt/lac in paruulorum salutem preparatur pingue
do spiritualis cognoscitur: et quicquid summe bonum
creditur: in montis istius est gratia constitutum. [Ut
quid † suscepistis nos montes vberes. Mons in quo Al. suspicimini montes coagulatos.
beneplacitum est deo habitare in eo]. Dixit superius:
montem debere intelligi dominũ saluatorẽ: sed nunc
reprehendit propheta: ne quis debeat mõtes istos in-
telligere qui apostoloꝝ eminẽtie cõparantur: q̃uis et
ipsos per dei gratiam vberes esse noscamus. Addidit
enim Mons in quo beneplacitum est deo habitare in
eo. Sed quem montem deberemus aduertere: euiden DOC.
ter designat. Christus est enim solus mons qui patri
complacuit vt in eodem habitaret: sicut ipse testatur.
Hic est filius meus dilectus in quo michi bene com- Matth.3.
placui. Nam quod dicit Habitare in eo: et patri et filio
vtrũq; cõmune est: sicut ipse in euangelio dicit. Ego in Joan.14.
patre: et pater in me est. Cum ergo dicit: In quo bene-
placitũ est deo habitare in eo. In quo/et in eo: quia cõ-
muni lingue non conuenit: proprium hoc scripture di-
uine esse dicamus: sicut in.65. psalmo dixit. Ibi in idip IDI
sum. [Etenim dominus habitabit † vsq; in finem]. Il Al. non hz
los montes quos dixerat non debere intelligi: quia de
domino saluatore loquebatur qui est mons montium:
et sanctus sanctorum: et rex regum: et dñs dominantiũ.
Redit ad salutis auctorem dicens: montibus illis/id
est apostolis inhabitare dominũ christum vsq; in finẽ:
scilicet vsq; ad maiestatis sue ꝑfectissimum terminũ/
qui est finis sine fine: et bonorum omnium perfecta ple Al. milibus.
nitudo. [Currus dei decem † milium multiplex: milia Al. eis
letantium dominus in † illis in sina in sancto]. Con-
suetudo est scripture diuine allegorice loq̃: vt cũ aliud
dicat/aliud velit intelligi. Quod in hoc psalmo posi-
tum frequenter inuenies. Unde hic currus significatur
hominum iuncta copulatio: quia ita sanctos charitas
vincit: sicut loris et iugis animalia sociantur. Unde et
dominus ait. Jugum meum suaue est: et onus meum
leue est. Sanctorum ergo vnanimitas currus est do-
mini/quem ille velut auriga insidet: et ad voluntatis
sue ministerium salutari lege moderatur. Sed vt istum
currum ostenderet/non equis deditum: sed humanis
cogitationibus attributum ait. Decem milium multi-
plex. Quod bene ad inumeros populos: nõ ad equos
noscitur pertinere. Subiunxit Milia letantium: quod
vtiq; de fidelibus debet intelligi. Et vt ostenderetur le-
ticie plenitudo: ait Dominus in illis qui magne exul-
tationis est cumulus: et bonorum omnium dulcedo mi INTER.
rabilis. Sequitur In sina in sancto. Sina mõs est de-
serti in quo moyses legem accepit/interpretaturq; mã
datum: vbi reuera dominus requiescit: quoniam in san Al. ascendisti.
ctis mandatis eius solet presentia contueri. [† Ascen
dit in altum captiuam † duxit captiuitatem.] Quam Al. cepisti.
pulchre per Ideã figuram: triumphatoris actus de- SCHE.
scribitur. Idea est enim species: cum rem futuram ve-
lut oculis offerentes motum animi concitamus. Ille
enim crucifixus descẽdit ad inferos: et liberatos a ca-
ptiuitate perduxit ad celos. Necesse enim fuit mortẽ
perire: cui9 regnum vita peruasit. Hec sunt spolia illa

que superius dixit: vnde sancta ornatur ecclesia: vn=
de domini complenda sunt castra. Ascēdit ipse/vtiqꝫ
qui propter nos descendit erudiendos. In altum: vi=
delicet supra celos celorum. Et quod super omnes al
titudines/atqꝫ honores esse dinoscitur: sedet ad dex=
tram patris. Quis iam fidelium de concessa liberta=
te dubitet: cum sit extinctus interitus ⁊ captiuata ca
Al. accepi=sti. ptiuitas? [† Dedit dona † hominibus. Etenim † qui
non credunt: inhabitare dominum deum]. Adhuc in
Al. in illa triumphi similitudine perseuerat: quādo ad im=
Al. non credentes. mensa gaudia concitanda festiuitas indicitur ⁊ dona
prestātur. Dona enim dñi fuerūt super apostolos: spi=
ritus sancti concessa magnalia/siue qđ doctor gen=
Ephe. 4. tium dicit: Vnicuiqꝫ autem nostrum data est gratia:
ſm mensuram donationis christi. Sequitur Etenim
qui non credunt inhabitare dominū deum. Hic sub=
audiendum est eos conuertit: vt nobis possit verbis
integris constare sententia. Nam qui non credunt in=
habitare: id est qui ad domini negligunt penetralia
peruenire: vt in domo eius cū fidelibus habitare pre=
ualeant: dñs deus eos conuertit qui fidem suam hu=
mano generi miseratus indulget. Ipsa enim est gra=
tia que gratis datur: quia nos ipsius bona preueniūt/
dum et ipsum quoqꝫ bonum velle conceditur. [Bene
Al. die quotidie. dictus dñs † de die in diem: prosperum iter faciet no
bis deus † salutaris noster]. Post triumphalem illā
Al. salutarium nr̃oꝝ. descriptionem: breuis quidē sed magna dicitur laus.
Benedictus dñs de die in diem/id est cūctis diebus:
omniqꝫ tempore benedicendus est: qui ascendit in al=
tum captiuam duxit captiuitatem/dedit dona homi=
nibus: ipse etiā prosperū iter faciet nobis. Iter quip=
pe cursum vite significat/qui iam prosper effect⁹ est:
quoniā redemptorē suum mundus agnouit. Adiecit
Deus salutaris noster: vt nullus de prospero dubita=
ret itinere: cui dux salutaris est dominus Christus.
Dicant michi quos spectacula humana delectāt: qđ
tale in editionibus pomposis cōsulum videant? Huc
animos: huc ora deflectant: illud salutariter corde re=
spiciant: vnde non ad fugitiuam leticiam: sed ad exul
tationem destinentur eternam. [Deus noster de⁹ sal=
Al. domini. uos faciēdi: et domini † exitus mortis]. Post diapsal
matis incisionem/ad quartū venit ingressum: vbi di=
cit quemadmodū morte sua nos saluos effecerit. Ait
enim Deus noster deus saluos faciendi: subaudiam⁹:
hic habet potestatem saluos faciendi nos. Quapro=
pter ipse nos saluos fecit/qui est dominus noster Ie=
sus christus: qui pro nobis mori dignatus est: qui ascē
dit in altum: et fecit illa que dicta sunt. Deniqꝫ sic se=
quitur: Et domini exitus mortis. Exitus mortis q̇ do=
mini fuit: ipse nos liberat: ipse a morte perpetua facit
exire. Quod pulchre arbitror esse subiunctum: ne hu
mana causaretur infirmitas: quare morior? quare de=
ficio? Adhibita est q̄relis nostris magna curatio: Do=
mini exitus mortis. Exitus mortis est domini: hoc est
resurrectio votiua fidelium. Reuera exitus ille singu
laris ac mirabilis fuit: quia et ipse ab inferis egressus
est: et inde suo nos munere prestitit exire. [Verumta
Al. cōfriget men deus † conquassabit capita inimicorū suorum:
verticem capilli perambulantium in delictis suis].
Ne mala pertinacium multa esse crederētur dicit: Ve
rūtamen deus conquassabit capita inimicorum suo=
rum: quatenus supra perfidos et pertinaces vindictā
quoqꝫ peruenire cognosceres. Capita inimicorū/sunt
auctores iudaice quidem seditionis: sed et heretico=
rū sine dubitatione doctores. Illi enim in carne chri=
stum persecuti sunt: isti autem crudeliores in ipa etiā
(si dici fas est) deitate deseruiunt. Sequitur Verti=
cem capilli perambulantium: id est qui tales sibi ca=
lumniarum minutias querunt: vt ipsos quoqꝫ verti=
ces capillorum perambulare ac perscrutari posse vi=
deantur: significans versutias inanium questionum:
que profutura deserunt: et non necessaria detestabili
disputatione perquirunt. Et vt eorum studia inania
comprobaret: addidit In delictis suis. Vbi cogita=
tio insipiens fuit que perduxit ad culpas: vt sunt ma=
nichei/priscillianiste/donatiste/montani: et ceteri qui
se damnosi dogmatis fetoribus miscuerūt. [Dixit do
minus ex basan conuertam: conuertam † de profun= Al. in ꝓfundum.
dis maris]. In hoc versu auctoritas nobis doctissi=
mi Hieronymi absolute sequenda est: qꝛ translatio ei⁹
lucida cunctam nobis abrogat questionem. Dixit do
minus: Queramus qđ dixerit: qꝛ nescio que magna
promissio est/quaꝫ dominus pollicetur. Interpretaꝛ INTER
basan/siccitas/que humanum genus possederat ari=
ditate peccati: sed eam dominus conuertit ad viridi=
tatem suam dum illi fluuios salutis infudit: et germi=
nare fecit vite fructum que prius inferebat exitium.
Adiecit Conuertam de profundis maris: scilꝫ popu=
los quos de mundi istius profundo liberauit. Mare
enim mundum istum debere suscipi frequēti lectione
iam notum est/qui et gustu amarus est: et viciorū flu=
ctibus inquietus. [Vt intingatur pes tuus in sangui=
ne: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso]. Illum
populum quem superius conuertendū dixerat ex ꝓ=
fundis maris: nūc ad quid perducatur exponit. Vtiqꝫ
vt pes eius/id est actio boni propositi: vsqꝫ ad sangui
nem gloriosi martyrij perueniret. Nam qui ante gra=
diebatur in voluptuoso mari: post ambulare fecit in
sanguine: qđ est durum iter carni: sed beata via est ani
me quam ipso miserante transimus: si in eo spem no=
stram cordaqꝫ reponimus. Addita est obscura qui=
dem: sed nimis complectenda sententia. Lingua ca=
num tuorum ex inimicis ab ipso. Canes/et in malo
ponuntur: sicut apostolus ait. Videte canes: videte Philip. 3.
malos operarios. Et in bono: sicut hic positū est. De
quibus ait in euangelio chananea. Vtiqꝫ dñe: nā ⁊ ca Marci. 7.
nes edunt de micis que cadunt de mēsa dominorum
suoꝝ. Et in alio psalmo dictum est. Conuertentur ad Ps. 58.
vesperā: ⁊ famē patiētur vt canes. Isti em̄ canes pro
dño latrare non desinūt: domūqꝫ ei⁹ cautissima saga=
citate custodiunt. Hic ergo dicit: Lingua canū tuoꝝ
ex inimicis ab ipso: qꝛ prius inimici fuerant/qui post=
ea clamosis latratibus ecclesiam domini vendicarūt.
Sed hoc ipsum a quo fieri potuisset adiecit: id est ab
ipso. Ab ipso vtiqꝫ dño/qui amara mutat in dulcedi=
nem/tristiciam vertit in gaudium/egritudines dete=
stabiles in salutem. [† Visi sunt gressus † tui deus: Al. Viderunt
ingressus dei mei regis † qui est in sancto † ipsius]. Al. tuos.
Totus hic versus incarnationem significat dñi salua Al. mei.
toris. Dicit enim Visi sunt gressus tui deus: siue per Al. non hꝫ.
assumpti corporis formam/siue vestigia predicatio=
nis: quibus innocenter ille in hoc mūdo sanctis gres=
sibus ambulauit. Et vt dominū saluatorem euidēter
ostenderet: adiecit Ingressus dei mei regis: quia ipe
rex in hoc mūdo specialiter ingressus est: de quo scri=
ptum est in titulo passionis: Rex iudeorum. Nam et Mar. 15.
corpus ipsius euidenter expressit dicens. Qui est in
sancto ipsius. Sanctum enim templum corporis fuit
dñi christi. In eo em̄ erat plenitudo diuinitatis: quā
perfidi videre non poterant. [Preuenerūt principes

Al. iuuēcu larum. coniuncti psallentibus: in medio † iuuenum tympani
striarum]. Principes apostolos significat: qui ꝛ prin-
cipes sunt credentium populorum: ꝛ preuenerūt oēs
in sanctitate doctrine. Et ideo duces effecti sunt: qꝛ
ipsos sunt postea populi subsecuti. Addidit Cōiun-
cti psallentibus: ne crederes paucos fuisse. Coniun-
ctam quoq; multitudnē psallentium cōuenienter ad-
iunxit/ qui iam laudes dñi non voce tm̄: sed et bonis
actibus personarent. Sequitur In medio iuuenum
tympanistriarum. Ne sexum femineum crederes esse
contemptum: in medio dicit istum actum iuuenū tym
panistriarum/ id est iuuencularum prima etate floren-
tium que tympana sua: hoc est corporis tensionē ad
domini laudes gloriamq; verterunt: macerantes se
ieiunijs: carnisq; magis afflictione gaudentes: qđ ho-
dieq; in multis virginibus diuina virtus operatur.
Alij vero tympanistriarum: ecclesiarum intelligi vo-
luerunt: quarum atria velut quidam tympanus: lau-
des dño populorum iubilatione concelebrant: de qui-
bus sequenti versu dicturus est. [In ecclesijs benedi
Al. dño: domino. cite † deum: dominū de fontibus israel]. Interiecto
diapsalmate/ ad quintam psalmi trāslatus est sectio-
nem: in qua dicit vbi dñs debeat benedici. Ait enim
fidelibus: In ecclesijs benedicite deum dñm: qꝛ non
per diuersa conuenticula paganorum: neq; hereticoꝝ
speluncas: sed in ecclesia catholica dominus benedi-
ci debet: vbi recta fides est: ꝛ vera confessio. Ibi enim
iuste laudatur: vbi non maledicitur. Nam quomodo
ab illo laudem suscipiat: qui se impia superstitione cō-
maculat? Sequitur De fontib9 israel: de doctrina sci-
licet christiana/ quam gentibus apostoli infuderunt.
Fons enim religionis inde per ceteras nationes ema
ETy. nauit. Fons quippe a fouendo dictus est: qꝫ corpora
Al. adolescentulus in mētis excessu. nostra labore fessa refoueat. [Ibi beniamin † adole-
scētior in pauore. Principes iuda duces eorum: prin-
cipes zabulon: † pricipes neptalim]. Hunc modum
locutionis proprium scripturarum diuinarum esse di-
Al. Et. ximus: quādo hebrea nomina ad aliquod mysterium
IDI significationis interserit. Dubium quippe nō est om-
nes prophetas euangelice predicationis beatū tem-
pus optasse: qđ nūc psalmigraphus vehementer affe
ctans per nomina tribuum: et dñm christum: ꝛ ipsos
indicasse probatur apostolos. Ibi beniamin adolescē
tior in pauore. Ibi scilꝫ in templo hierusalē: vbi ver-
ba dñi paulus audiuit: qđ et textus actuū apostolorū
euidēter enarrat. Siue vt quidam volunt: ibi in eccle-
sia: vbi dixit psallendum esse. Beniamin: Paulū desi
gnat apostolum: qui fuit de tribu beniamin. Ipse em̄
Philip. 3. dicit: Nam ꝛ ego israelita sum ex semine abraham: de
tribu beniamin. Adolescentior in pauore: qꝛ licet eta-
te fuerit adolescens sicut in actibus apostoloꝝ: in pas
Act. 7. sione beati stephani Lucas dicit. Et falsi testes depo
suerūt vestimēta sua secus pedes cuiusdam adolescē
tis nomine sauli. Qui q̄uis esset adolescēs etate: ado
lescentior extitit in pauore: quādo ad vocem dñi cor-
Ibidem. 9. ruit: qui ei miseratus intonuit. Saule saule: quid me
ETy. persequeris? Adolescens autem ab adolendo: id est
a crescendo dictus est. Principes iuda dominum si-
gnificat saluatorem: qui de tribu iuda descendit: sicut
Apoc. 5. Joannes in apocalypsi dicit. Vicit leo de tribu iuda:
radix dauid. Addidit Duces eorum/ id est populorū
qui erant in ecclesia constituti: qđ non solum ad Pau
lum vel ad dominū: sed ꝛ ad illos aptandū est: quos
dicit iferius: Principes zabulon: principes neptalim
Zabulon ꝛ Neptalim: tribus fuerunt iudaico populo

constitute: vnde reliqui apostoli trahere leguntur ori-
ginem. Et hi omnes principes bene appellati sunt: qꝛ
eos honore ac primatu dignissimos fidelium turba
sequebatur. Dicuntur enim principes ꝛ qui reges nō
sunt sicut in exodo legitur: in dedicatione taberna-
culi: quomodo obtulerint dona duodecim principes
singuli de singulis tribubus israel. Congruit autem
ipsorum quoq; nominum significationes edicere: quo
niam et ipse probantur ecclesie conuenire. Juda: con- INTER
fessio dicitur: Zabulon: habitaculū fortitudinis. Ne
ptalim dilatatio mea. Que si diligenter inspicis: ec-
clesie catholice competenter aptabis. [Manda deus
virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in
nobis]. Post illam de aduentu domini beatissimam
predicationem: quasi eam inestimabili accepto mune
re: ad patrem propheta conuertitur dicens. Manda
deus virtuti tue. Virtus enim patris: Christus est do-
minus: sicut apostolus dicit. Christum dei virtutem ꝛ 1. Corint.
dei sapientiam. Manda: ad personarum pertinet di-
stinctionem. Nam vnum velle illis est: vnum posse ꝑ-
petue. Quid autem mandetur edicit: Confirma hoc
deus quod operatus es in nobis. Magna petitio: vt
confirmet deus in nobis fidem suam quam donare di
gnatus est. Opus enim domini fuit: vt ceca gētilitas
lumine veritatis afflata: verum dominum saluatorē
cognoscere potuisset: ſm illud Apostoli. Benedict9 Ephe. 1.
deus et pater domini nostri Jesu christi: qui benedi-
xit nos in omni benedictione spirituali in celestibus:
in quo et elegit nos ante mundi constitutionē vt esse-
mus sancti et immaculati in ipso. [A templo tuo † qđ Al. non hz.
est in hierusalem: tibi offerent reges munera]. Cum
soleant in templo munera offerri: hic a templo hie-
rusalem dicit nichilominus offerenda. A templo er-
go Hierusalem offerunt reges munera: qui in eccle-
sia dei recta conuersatione viuentes/ sui cordis offe-
runt puritatem: quādo iam venitur ad premiū: quan-
do grana segregantur a paleis: et vna fit hierusalem
mater omnium qui sub Christi lege vixerunt. Reges
vtrūq; possumus accipere: quia ꝛ ipsi imperatores of
ferunt seipsos deo munera/ siue fideles homines: qui
suum corpus per christi gratiam regere meruerunt.
Et respice qꝫ Hierusalem tantum dixit domini tem-
plum: vbi et visio pacis est: et discordantium hereti-
corum non miscetur aduersitas. [Increpa feras † syl Al. arūdis
uarum: concilium taurorum † inter vaccas populo- cōgregatio
rum]. Vt illa sancta credulitas confessionis munimi- Al. i vaccis.
ne firmaretur: dicit propheta. Increpa feras syluarū/
id est argue superbos homines et feroces qui in pra-
ua persuasione consistunt: vt istorum inuectio fideliū
sit solidata munitio. Pro iniquis enim hominibus vel
diabolo feras ponit: sicut in alio psalmo dicitur. Ex- Ps. 79.
terminauit eam aper de sylua: et singularis ferus de-
pastus est eam. Addidit Concilium taurorum inter
vaccas populorum. Subiungit nichilominus incre-
pandum: hoc est hereticos indomitos: qui erecta cer-
uice seducunt animas innocentes: ꝛ ad suum gregem
trahunt quos infelici persuasione decipiunt. Vacce
quoq; populorum/ sunt mulieres ductili voluntate le
uissime: que perfidie doctores tanq̄ tauros sequun-
tur: de quibus dicit Apostolus. Ex his enim sunt q̄ 2. Timo.
penetrant domos: et captiuas ducunt mulierculas
onerantes peccatis: que ducuntur varijs desiderijs
semper discentes: et ad scientiam veritatis nunq̄ ꝑ-
uenientes. Cur ergo tales debeant increpari: subter Al. excludant eos.
adiunctum est. [Ut † non excludantur hi qui probati

Al. dissipa.

sunt argēto. † Disperge gētes que bella volūt]. Utilitas illius increpationis ostēsa est: qꝛ dū falsitas arguit: nichilominus veritas cōprobat. Oportet enim feras syluaꝝ increpare/ tauros abijcere/ vaccas populoꝝ inuehere: vt hi qui probati sunt. i. quos charitas spūalis decoctis sordibus vicioꝝ: velut argentū mundissimū/ ad aīe puritatē vsqꝫ perduxit: corroborentur atqꝫ pficiant. Addita est quoqꝫ sentētia que dissiparet hereticos. Ipsi eni sunt gentes que bella volunt. i. que contentionib⁹ non profectū aīe tendūt: sed vt peruersis suasionibus captiuēt aīas innocentes. [† Offerunt velociter ex egypto: ethiopia festinet manus dare deo]. Congruat ꝛ hunc versum ꝫm trāslationē patris Hieronymi recipere: qui ꝛ ppter hebraicā veritatē sequēdus est: ꝛ nexū nobis ambiguitatis absoluit. Egyptus ꝛ ethiopia pro incolarū suoꝝ tenebrosa nigredine semper in malo ponūtur. Que figura dr Synecdoche. i. a parte totū. Significat eni mundū qui densis tenebris vicioꝝ a diabolo premebatur obnoxius. Hic dñi clarificatus lumine ad eterne vite meruit munera peruenire. Cōmonet ergo ppheta gētium poꝑlos: vt offerant velociter ex egypto deo munera: hoc est aīas sua mundana sorde purgatas. Ethiopia quoqꝫ festinet manus dare deo. Metaphora a bellātibus tracta qui ne crudeliter intereant manus suas victoribus dedunt: vt armis depositis periculum mortis euadant: sic ethiopia cōmonet ne se tardet deo tradere: quatenus victa floreat q̄ in sua libertate sordebat. [Regna terre cātate deo: psallite dñō]. Hanc quoqꝫ partē pulchra exhortatione cōclusit: dicens eni Regna terre: omne genus humanum significare voluit: qꝛ lꝫ sint gentes que nō habeant reges: tñ hoc verbo concluditur quicquid gentiū esse sentitur. Quod dicit Cantate ad anime respicit puritatē Psallite ad operas sanctissimas que dñō pbant accepte. [Psallite deo qui ascendit super † celos celorum ab oriente. Ecce dabit † vocē suam: vocem virtutis sue]. Post quinti dia psalmatis interpositionē: ppheta venit ad sextā partē admonēs fideles vt deo psallāt qui resurrexit a mortuis. Nam cui deo psalleret exponit Qui ascēdit super celos celoꝝ: dñs vtiqꝫ iesus qui de celo descendit ad liberandā infirmitatis nostre naturā: ipse etiā super celoꝝ celos ascendit: qui sedet ad dexterā patris. Considerandū aūt est ꝙ frquēter in scripturis diuinis plurali numero celos dictos iuenies: dū legat In principio fecit deus celum et terrā: cum tñ pluraliter dicti: ꝛ celi legant ꝛ terre. Modus eni iste locutionis latius patet: vt abusiue singularia plurali numero dicamus: ꝛ pluralia singulari. Ab oriente vero qd dixit: hierosolymā euidēter ostendit que est in oriētis partibus collocata: vnde dñs apostolis videntibus ascēdit ad celos: terra multis plena miraculis: vbi fidelium credulitas plus aspectibus ꝙ lectionibus eruditur. De qua pulchre ac vere Leo pater apostolicus dixit Et qd alibi non licet non credi: ibi non potest nō videri. Quid enim laborat intellectus: cui est magister aspectus? Et cur lecta vel audita sunt dubia: vbi se ꝛ visui ꝛ actui tota humane salutis ingerūt sacramenta? Unde nec illud quoqꝫ iudico trāseundum: qd illi triūphali ascēsioni: illā quoqꝫ imaginē tabernaculi in epistola ad hebreos beatus apostolus Paulus mirabiliter applicauit: dicens. Christus autē assistens pontifex futuroꝝ bonorum: peramplius ꝛ perfectius tabernaculū non manufactum. i. non huius creationis: neqꝫ per sanguinē hircorum et vituloꝝ: sed per propriū sanguinē introiuit semel in sancta eterna redēptione inuenta. Et iterū Non eni in manufacta sancta Jesus introiuit exemplaria verorum: sed in ipsum celū vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Sic igit actus iste magnificus qui nūc per gaudia preclara describitur: illo tabernaculo congrue prefiguratus esse monstrat. Sequitur Ecce dabit vocē suā vocē virtutis sue. Hoc multis modis intelligi potest. Dedit vocem suā qñ paralytico dixit Surge ꝛ ambula: qñ lazarum suscitauit: qñ demonibus vt obsessos relinquerēt imperauit. Dabit etiā vocem virtutis sue: qñ in nouissimo die vt resurgat humanū gen⁹ edixerit. Quid eni forti⁹ ꝙ reuocare fauillas ad corpus mobile viuāqꝫ substātiā et naturā illā mortalitatis ad eterne vite dona perducere? Sicut in euāgelio legitur Ueniet hora ꝛ qui sunt in monumētis audient vocem eius ꝛ procedēt. [Date † honorem deo super israel: magnificētia ei⁹ et virtus eius in nubibus]. Adhuc in ipsis exhortationibus perseuerat. Cum eni dicit Date honorem deo: ipsi magis vt honorētur hortatus est. Nam qui deo dat laudes se facit esse laudabilem: sic ꝛ qui illi dat honorem sibi conquirit sine dubio dignitatem. Super israel dum dr ecclesia catholica significatur in qua deus vere conspicit: dum recta fide sentitur. Israel eni interpretat vir videns deū. Quapropter alibi non potest videri: nisi ibi vbi ei probatur verissime populus confiteri. Sequitur Magnificētia eius et virtus eius in nubibus. Magnificētia pertinet ad illud: quia semper magna facit. Uirtus quoniā imperio eius famulatur effectus. Omnia eni facit que vult in celo ꝛ in terra. Sed ista magnificentia ꝛ virtus domini in nubibus esse dicit: non in istis visibilibus: que aut aquas depluunt / aut corpulēta qualitate densant. Sed aliquas potestates designat superna ratione pollentes: que iussis dñi intellectuali conditione famulant: de quibus dictum est Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Multis enim significationibus sermo iste repletus est: quod etiam respicit ad apostolos ꝛ prophetas. [Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel]. Ecce ne nubes illas intelligeres aereas: dicit Mirabilis de⁹ in sanctis suis/ siue in angelis/ siue in hominibus qui eius iussionibus obsecūdāt. Iterum geminat Deus israel: vt in hominū cordibus infigeret: vbi deus mirabilis appareret. [Ipse dabit virtutem ꝛ fortitudinem † plebis sue: benedictus deus]. Ne quis de humana imbecillitate diffideret: nec se crederet ad tanta premia peruenire veraci promissione firmatur: quia dñs dabit fidelibus suis virtutem patientie et fidei fortitudinē: vt possint ad eterna premia peruenire. Et vt designaret euidētius qui possit dare que superius dixit: addidit Benedictus deus. i. qui omnium ore sempqꝫ debeat benedici: vt sicut nūqꝫ beneficijs cessat: ita ꝛ benedictiones semper accipiat. Non eni duobus verbis laudem eius credamus breuiter explicandā. Nam ꝛ qui scripturas eius meditatur benedicit dominum: ꝛ qui iussa ipsius sancta operatione cōpleuerit benedicit dominum: et qui ei fideliter confitetur benedicit dominum. Sic fit vt breuis ista laudatio: totius vite nostre tempore sub assiduitate soluatur.

Conclusio.

Cucurrit copiosus psalmus ingentium more fluuiorum: qui quātum plus ter

Marginal notes (left): Al. Ueniēt legati ex egypto: ethiopia pꝑueniet manus ei⁹ deo — SLHE. — Al. celū celi ad oriētē — Al. voci sue. — IDI. — Gñe. i. — Heb. ix.

Marginal notes (right): Joan. v. — Al. gloriā. — INTER. — Isa. v. — Al. plebis.

ras occcupant tanto amplius agros fecũdant. Fluuius qui non ore sed magis auribus hauriatur/ fluuius qui potetur mẽte non corpore / fluuius qui sine aliquo humore semper irriguus est puros sensus inebrians: ⁊ peccatis ebrios ad sobrietatem mẽtis adducens. Aqua que simul sitim tollit ⁊ famẽ que non digestionibus effunditur: sed percepta semper augetur. Orem⁹ vt iste nos fluuius sine intermissione possideat. Non erimus arena sterilis: sed ager fecũdus si beneficio dñi alueus eius nos semper teneat occupatos. Memento tñ q̈ hic psalmus ascensionem domini mirabili pre ceteris fulgore descripsit.

Explicit expositio in psalmum. 67.

¶ In finem pro his qui cõmutabuntur Dauid. lxviij.

Saluum me fac de⁹: qm̃ intrauerunt aque vsq; ad animam meã. Infixus sum in limo profundi: ⁊ nõ est substantia. Veni in altitudinẽ maris: ⁊ tẽpestas demersit me. Laboraui clamãs rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dũ spero in deũ meũ. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderũt me gratis. Confortati sunt qui p̲secuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exoluebã. Deus tu scis insipiẽtiam meã: et delicta mea a te nõ sunt abscondita. Non erubescãt in me qui expectant te dñe: dñe virtutũ. Non cõfundant̃ super me: qui querũt te deus israel. Qm̃ p̲pter te sustinui opprobriũ: operuit confusio faciẽ meã. Extraneus factus sum fratribus meis: ⁊ peregrinus filijs matris mee. Qm̃ zelus domus tue comedit me: ⁊ opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt sup̲ me. Et operui in ieiunio aĩam meã: ⁊ factũ est in opprobrium michi. Et posui vestimentũ meum ciliciũ: ⁊ factus sum illis in parabolã. Aduersum me loquebant̃ qui sedebãt in porta: ⁊ in me psallebãt qui bibebant vinũ. Ego võ orationẽ meam ad te dñe: tẽpus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto vt nõ infigar: libera me ab his qui oderunt me et de profundis aquarũ. Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundum neq; vrgeat sup̲ me puteus os suũ. Exaudi me dñe qm̃ benigna est misericordia tua: ẜm multitudinem miserationum tuarũ respice me. Et ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me. Intende aĩe mee ⁊ libera eã: p̲pter inimicos meos eripe me. Tu scis iproperiũ meũ ⁊ ꝯfusionẽ meã: et reuerentiã meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperiũ expectauit cor meum ⁊ miseriam. Et sustinui qui simul contristaret̃ ⁊ non fuit: ⁊ qui consolaretur ⁊ non inueni. Et dederunt in escã meã fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eoꝝ coram ipsis in laqueũ: ⁊ in retributiones ⁊ in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videãt: ⁊ dorsum eorum semper incurua. Effunde sup̲ eos iram tuã: et furor ire tue cõprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorũ non sit qui inhabitet. Qm̃ quẽ tu percussisti persecuti sunt: et sup̲ dolorẽ vulnerũ meoꝝ addiderũt. Appone iniquitatẽ sup̲ iniquitatem eoꝝ: ⁊ non intrẽt in iusticiã tuã. Deleant̃ de libro viuentiũ: ⁊ cum iustis non scribantur. Ego sum pauper ⁊ dolẽs: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cũ cãtico: et magnificabo eũ in laude. Et placebit deo super vitulum nouellũ: cornua p̲ducentẽ ⁊ vngulas. Videãt pauperes ⁊ letẽtur: querite deum ⁊ viuet aĩa vestra. Quoniã exaudiuit pauperes dñs: et vinctos suos nõ despexit. Laudẽt illum celi ⁊ terra: mare ⁊ oĩa reptilia in eis. Quoniã deus saluam faciet syon: et edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabũt ibi: ⁊ hereditate acquirẽt eam. Et semen seruorum eius possidebit eam: ⁊ qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

In finem ad dñm respicere saluatorem nullus ignorat: qui in hoc psalmo suam narraturus est passionẽ: ita vt eius verba ⁊ euãgelica testetur auctoritas: ⁊ de eo ap̄ls sumere doceatur exemplũ. Legitur enim in euangelio Et dederũt in escam meã fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Et alibi Zelus domus tue comedit me. Apostolus quoq; paulus ait Fiat mensa eorum coram ip̄is in laqueũ: ⁊ in retributionem: ⁊ in scandalum. obscurentur oculi eoꝝ ne videant: ⁊ dorsum eoꝝ semper incurua. Quos versus hic positos: memor lector inuenies. Vñ quis dubitare possit hũc psalmũ passioni dñice cõuenire: cui talis ac tanta in hũc intellectũ suffragatur auctoritas? Sequit̃ Pro his qui cõmutabũtur. Ista igitur cõmutatio significat populos christianos: qui veteris hoĩs prauitate deposita: in noue regenerationis sunt munere cõmutati Pro his aũt q̄d dictũ est intelligendũ est: qm̃ reuera passio dñi pro cunctis fidelibus collocata monstrat̃. Dauid quoq; subiunctũ est: vt ⁊ finis et initium dño xp̄o cõgrueret: sicut ipse de se dicit Ego sum alpha ⁊ o/ initiũ ⁊ finis. Sic totius psalmi virtus tituli huius dispositione declarat̃. Memento aũt quartum hũc esse psalmũ: qui passionem resurrectionẽq; dñicam latius eloquuntur. Apoca

Diuisio.

Hactenus dia psalmatum beneficio diuisiones intrepidus annotaui: sciens segregationem ibi merito poni: vbi silentia diuina prouenerunt. Nunc autẽ oremus dñm: vt qui donat in terra viã: ipse in abyssis cauta prestet itinera. Per totũ psalmũ (sicut diximus) ex

forma serui loquit̄ christus. Primo capite deprecat̄:
vt saluus fiat a patre:qm̄ gratis a iudeis multas tri
bulationes insecutionesq̀ perpessus est. Scd̄o capi
te postulat a parte mēbroꝝ: ne decipiat̄ spes fideliū
in eiꝰ resurrectione cōfisa:oīa se dicens equanimiter
sustinuisse:que iniqui videbant̄ ingerere. Tertio pre
cat̄:vt ipsius exaudiat̄ oratio:quatenus de luto huiꝰ
seculi eiꝰ conuersatio imaculata liberet̄. Scire naq̀
dicit deū quātis inimicoꝝ appetat̄ isidijs: vt vsq̀ ad
passionis exitum machinato discrimine perueniret.
Quarto virtute prescientie sue que cōtingere pote-
rāt inimicis vētura ꝓnunciat. Quinto a forma serui
se pauperē ꝓfitet̄: vnde et laudes se dicit redditurū
paterne clementie:hortans fideles vt in dn̄o debeāt
confidere qui ecclesiam suā de mundi istius aduersi
tate liberauit:et sanctis suis in ea perenni felicitate
prospexit.

Expositio.

SAluū me fac deus: qm̄ intrauerunt aque
vsq̀ ad aīam meā]. Deitatē xp̄i impassi-
bilē cuncta mētis sanitas cōfitet̄: sed as-
sumpsit infirmitatem nostrā q̄ subiacere
potuisset exitio Ex ipsa nūc dispēsatione
clamat Saluū me fac deus: vt qꝛ mortē refugere nō
debuit quā volūtarie sustinebat resurrectionis auxi
lium humanitas eius exposcit:vt celerius fieri salua
potuisset. Passus est eni ille qꝛ voluit:patiunt̄ mar-
Joan.21. tyres z nolētes. Sic enim ipse dn̄s Petro dixit aplo
Cum senueris alius te precinget et ducet quo tu nō
vis. Nunc causa reddit̄ quare se saluū fieri postula-
bat:scz qm̄ intrauerunt aque vsq̀ ad animā meam.
Aquas pro seditionibus plebis motuq̀ populoꝝ de
bere suscipi sepius scriptura diuina testat̄: sicut est
Ps.123. illud Forsitan velut aqua absorbuisset nos. Et sequi
tur Torrentē pertrāsiuit aīa nostra:forsitā pertran-
sisset aīa nostra aquā intolerabilē. Qua propter po-
pulus ille iudaicus vsq̀ ad aīam dn̄i saluatoris in-
trauit:qn̄ cū crucifigere scelerata mēte presumpsit.
Al.limo. [Infixus sum in † limū ꝓfundi: z non est substantia.
Ueni in altitudinē maris:et tēpestas demersit me].
SCHE. Primo sciēdū est schema esse Characterismos: que
latine informatio vel descriptio nuncupat̄. Passionē
quippe suā vēturam quibusdā allusionibus dn̄s de-
scribere cōprobatur. Sed hūc versum subtiliter in-
quiramus:qꝛ nō parue ꝓfunditatis esse dinoscit̄. In
illa conditione rerū de limo quidē terre hoiem deus
creauit:sed non de ꝓfundo. Facti sunt autē hoies li-
mus ꝓfundi:qn̄ et originali et quotidianis peccatis
tenentur obnoxij. Per hunc limū ꝓfundi infixus est
dn̄s: qn̄ dementiū turba iudeorū clamabat Crucifi-
Joh.19. ge crucifige. Quoꝝ caro originali peccato dedita li-
mus erat:sed scelerata calliditas ꝓfundi sibi nomen
ETY. adiecerat. Limus eni dictus est: quasi ligās humū.
Sequit̄ Et non est substātia. Omne malū substantia
non est:qꝛ substātia dici non pōt que a dn̄o creata nō
est. Non eni subsistit sed accidit:nec extrinsecus ma-
net sed tm̄ videt̄ esse dum ꝓuenit. Ueraciter ergo ne-
gat substantiam fuisse viciatā naturā quā a se noue
Psal.38. rat non creatā. Sic z in alio psalmo legit̄ Et substan
tia mea tanq̀ nichil ante te est. Non illa vtiq̀ quam
deus creare potuit: sed que diabolo suadēte viciata
succubuit. Siue illud simpliciter debemus aduerte-
re crucifixus sum iniquitate iudeoꝝ : z nō est carnis
virtus euadendi mortiferā passionē. Addidit Ueni
in altitudinem maris: z tēpestas demersit me. Ille
qui super maria fixis gressibus ambulauit: qui pe-
tro dexteram ne mergeretur extēdit:quēadmodum
se tempestate dicit esse demersum? Hic altitudo ma
ris : copiosam ppl̄i significat insaniā. Idē tēpestas
est seditio cōcitata demētiū. Ipsa eni demersit dn̄m
saluatorē:qn̄ eū peruenire fecit ad crucē. [Labora-
ui clamans rauce facte sunt fauces mee:defecerunt
oculi mei dum spero in deū † viuum]. Querendū est Al. meum.
quēadmodū hic dicit Laboraui clamās:dū legat̄ in
euāgelio Non respōdebat eis verbū. Quod Isaias Isa.53.
quoq̀ dicit Sicut ouis ad occisionē ducet̄ est : et si-
cut agnus coram tondēte se sic nō aperiet os suum.
Utrūq̀ verū:vtrūq̀ cōpletū est. Nā z tacuit cū tra-
deret̄: vt eius dispositio ad mundi salutarē terminū
perueniret. Et oīno clamabat:cū dicebat Pater iu- Joan.17.
ste mūdus te nō cognouit. Uel illud Pater si fieri po Matth.26.
test trāseat a me calix iste. Et iterū Pater ignosce il Luce.23.
lis:qꝛ nesciūt quid faciunt. Nam z illo tp̄e laborans
clamauit qn̄ dicebat Ue vobis scribe z pharisei. Ue Matth.23.
mūdo ab scandalis : z his similia. Laborabat ergo Ibidē.18.
clamās:qn̄ nō audiebat̄ a perfidis. Labor eni inau-
ditū significat clamorē: qꝛ laborare illos nō dicimꝰ:
quos votū suū impleuisse testamur. Deniq̀ sic sequi
tur Rauce facte sunt fauces mee. Raucedo qn̄ fau-
ces nostras possidet:verba nostra ad alienas aures
cōfusa ꝓueniūt. Merito ergo dicit fauces suas rau-
cas esse factas : qꝛ dicta eiꝰ nequaq̀ sacrilegus po-
pulus audiebat. Adiecit Defecerūt oculi mei dum
spero in deum meū. Oculos istos carnales defecisse
credamus dn̄o qui morte cōclusi sunt:qꝛ cordis ocu-
los in sua deitate semꝑ intētos habuit qui nūq̀ car-
nis lege peccauit. [Multiplicati sunt super capillos
capitis mei: qui oderūt me gratis]. Scimꝰ capillos
nostros ad decorē capitis esse cōcessos Sic ecclesie
apl̄i sunt tributi:vt sicut cesaries ornat caput : ita et
oēs fideles decorare ꝓbent̄ ecclesiā. Ergo vt ostēde
ret plus esse numerū infideliū q̀ deuotoꝝ:dicit mul-
tiplicatos esse perfidos iudeos supra numerū capil
loꝝ.i. recte credentiū. Qd̄ si ad litterā velis accipe-
re:per Auxesin dictū est : vt per hoc turbam iudaice SCHE.
multitudinis indicaret. Sequit̄ Qui oderūt me gra
tis. Gratis plane qn̄ illū persecuti sunt quē ꝓpicium
optare debuerūt. Gratis eni tunc odisse dicimur:qn̄
quēpiam sine aliquibus offensionibus execramur:
sicut z in.34. psalmo iam dictū est Qm̄ gratis abscō Psal.34.
derūt michi interitū laquei sui. [Confortati sunt ini-
mici mei qui † me persequuntur iniuste : que non ra- Al. ꝑsecuti
pui tunc exoluebā]. Superius dixit suꝑ capillos ca sunt.
pitis multiplicatos inimicos:et ne crederes tm̄ eos
innumeros non etiā noxios fuisse:addidit Conforta
ti sunt qn̄ id qd̄ conabant̄ efficere probant̄ implesse.
Et vt illos inimicos sua culpa cognosceres excitatos:
adiecit Qui me persequunt̄ iniuste : hoc est qd̄ supe-
rius dixit:gratis. Reuera iniustū fuit:vt qui venerat
ad iudaicos populos saluādos:eos potius inuenis-
set inimicos. Subiunxit Que nō rapui tunc exolue-
bam. Rapuit Adam suasus a diabolo: qn̄ hoc qd̄ il-
le preceptū inhibuerat presumpsit attingere. Et me
rito morte dānatus est:qꝛ vite delegit cōtēnere pre-
ceptorē. Christus aūt peccata nō rapuit:delicta ne-
sciuit:z tn̄ crucē quasi aliqd̄ delictū ꝑpetrasset exce
pit:z soluit pro nobis qd̄ pro se iuste nō pertulit: z vt
nostre mortis chirographum vacuaret:ip̄e totiꝰ cul
pe ꝑsoluit debitā quātitatē. [Deus tu scis insipiētiā
meā:z delicta mea a te nō sunt abscōdita]. Uenit ad
scd̄m caput : vbi iam loquitur pro parte membroꝝ.

1.Corin.1. Insipiens enim esse non pōt xp̄s. De quo dicit apl's.
Dei virtutē et dei sapientiā. Sed insipientiā habere
pro illis dr qui sicut ait titulus: cōmutati esse noscun
tur. De insipiētibus enī facti sunt vere sapientes: qr
recte religionis gratiā post magna crimina ꝑcepe-
Ibidem. rūt. De quibus idē dicit apl's Que stulta sunt huius
mūdi elegit deus vt cōfundat sapientes. Simili mo
do pro suo corpore caput loquit xp̄s: dicēs Delicta
DDS. mea a te nō sunt abscōdita. Certū est enī qr deo ma-
nifesta sunt cuncta q̄ agimus: et nobis plerūq ignota
sunt que culpis surripiētibus perpetram⁹. De hu-
Ps.18. mana quippe ignorātia dictū est Delicta quis intel-
ligit? Merito ergo ad illos referēda sunt delicta ista
qui absoluēdi sunt debitis suis. Dn̄s aūt xp̄s pecca-
Ioh.14. ta non habuit: sicut ipse dicit Ecce veniet princeps
mundi huius: et non inueniet in me quicq. De quo et
Isa.53. Isaias dicit Peccatū nō fecit: nec dolus inuētus est
2.Corin.5. in ore eius Sed magis: sicut dicit apl's Eum qui nō
nouerat peccatū: pro nobis peccatū fecit. i. pater fi-
liū suū hostiā pro peccatis cōstituit imolādum. Qd
pater Augustinus in libro enchiridion subtiliter cō-
prehēdit atq disseruit. Quapropter insipiētiam vel
delicta a parte mēbrorū posita debemus accipere.
SCHE. Que figura dr Tapinosis. i. humiliatio: cum verbis
humillimis rei minuit magnitudo. [Non erubescāt
Al. dn̄e. in me qui te expectant domi ne † deus virtutū. Non
Al. cōfūdāt † reuereant sup me: qui † requirunt te deus israel].
Al. querūt Ecce versus iste declarauit a membris dictū: qd su-
perius ait. Precatur enim Iesus christus ne de ipso
erubescāt qui resurrectionē eius glorioso desiderio
sustinebāt: quam carnalibus oculis non poterāt in-
Matth.13. tueri: sicut ipse dn̄s dixit Multi ꝓphete et iusti cupie-
runt videre que vos videtis: et audire q̄ auditis. Pe-
tit ergo infirmitas carnis: ne aliter eueniat q̄ spiri-
tus sanctus predixerat per ꝓphetas. Cum enī dicit
Dn̄e deus virtutum: ostendit impossibile nichil esse
omnipotentie ipsius. Nam qui virtutibus imperat:
non est qd nō pro sua volūtate perficiat. Et intende
quēadmodū ad resurrectionis mysteriū transferat.
Dicit enī Non reuereant sup me q̄ requirūt te deus
israel. i. non humanas insultationes diutius de mea
dormitione sustineant: qui te requirere comproban-
tur. Et bene addidit Deus israel: vt qui diuinitatem
eius poterant intueri: non seducerentur infirmitate
Al. susti- carnali. [Quoniā propter te † supportaui impro pe
nui oppro- rium: operuit † reuerentia faciem meam]. Redit ad
brium. personam suam per hos sex versus pene vsq ad fi-
Al. cōfusio nem diuisionis: enumerās diuersa cōtraria que per-
SCHE tulit a iudeis. Quod schema dicitur Synatrismos:
latine cōgregatio: vbi multas res ad inuidiā facien-
dam in vnū cumulum congregamus. Supportauit
Matth.12. enī improperium: cū ei dicebat a iudeis In Beelze
Ibidē.11. bub eijcis demonia. Et alibi Et ecce homo vorax et
potator vini: publicanorū et peccatorum amicus. Et
Matth.13. alibi Nonne hic est fabri filius? et his similia. Sequi
tur illud qd solet euenire in bono negocio laceratis
quos tanto amplius cōstat ad tempus tristes effici:
quāto in se cognouerint iniqua cōfingi. [Extraneus
Al. ꝑegri- factus sum fratribus meis: et † hospes filijs matris
nus. mee]. Iudeos hic appellat fratres qui erant ei san-
guinis vicinitate coniuncti. Quibus extraneus fa-
ctus est: qm̄ ei credere noluerunt. Nam cum ip̄e esset
de semine abraā s̄m carnem illi malis operibus ab-
dicati a patriarche sunt origine segregati: sicut ait
Ioan.8. in euangelio Si filij abrae essetis opa abrae fecisse-

tis. Adiecit Et hospes filijs matris mee. Hospitem
dicimus quēlibet domum nostram ad tēpus habitā
tem qui non noīe cōsanguinitatis: sed tanq peregri
nus excipit. Matrem ꝟo suam synagogam dicit: de
qua ortus est cum in iudea gente nasci dignatus est.
Filios ergo matris ipsos dicit: quos superius dixit et
fratres. Sed isti filij si fuissent veri: non vt hospitem
habuissent: sed vt fratrē charissimū suscepissent do-
minū christū. [Qm̄ zelus domus tue comedit me: et
opprobria exprobrātium tibi ceciderunt super me].
Ipsa est sententia quam euangeliste cōmemorant.
Quapropter nullus ambigat hūc psalmū passionis
dn̄ice predicere veritatē: qm̄ et incarnatus dei filius
ipsa verba locutus est. Comedebat enim eum zelus Ioan.2.
domus dei: qm̄ funiculo facto cathedras vendētium
colūbas et nūmulariorū mēsas euertit: docens aliud
esse templū sanctū: aliud negociationis officiū. Sed
istum zelum qd fuerit consecutū patenter adiungit.
Et opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt super me.
Nam postq indigni salutarib⁹ monitis increpaban
tur opprobria supra eum quasi cōferta tela miserūt:
vt pro admonitionibus sanctis vicissitudinem red-
derent iurgiorū. Dicebant enim Nōne hic filius ma- Luc.4.
rie est et ioseph? Et in alio loco Hunc aūt nescimus Ioan.9.
vnde sit: et his similia que insana iudeorum turba lo-
quebatur. Sed quod dixi Exprobrantiū tibi: querē-
dum est quare dicat patri exprobratum: dum non le
gamus a iudeis tempore passionis dn̄i christi tale
aliquid perpetratū? Sed exprobratum est patri ab
eis: sicut in.77. psalmo dicturus est. Et male locuti Psal.77.
sunt de deo et dixerunt: nunquid poterit deus parare
mensam in deserto? Vel qm̄ insani de formato vitulo
dicebāt Hi sunt dij tui israel: qui te eduxerūt de ter- Exod.32.
ra egypti. Unde nunc recte christus dominus dicit
cecidisse supra se opprobria que deo patri anteriori-
bus temporibus exprobrabant: vt ex consuetudine
magis ipsa: q̄ hoc nouiter aliquid putares effectū.
Sequitur Ceciderunt super me: vt effectum mortis
ostenderet: quem crucis dignatione suscepit. Tunc
enī cadunt super nos mala: qm̄ ea vitare non possu-
mus. [Et operui in ieiunio aīam meā: et factū est in
opprobriū michi]. Ieiuniū dicimus quotiēs a cibis DEF.
carnalibus abstinemus: nec esuriem nostrā aliqua
comestione satiamus. Ad quā similitudinē ieiunas-
se se dicit dn̄s xp̄s: qr hoīm fidē quam valde esurie-
bat minime poterat inuenire: sicut et in.34. psalmo Psal.34.
dictū est Ego aūt cū michi molesti essent induebam
me cilicio: et humiliabā in ieiunio aīam meā. Eodem
modo et sitire se dixit: qm̄ ad samaritanā venit et aquā
petijt: dicens. Sitio da michi bibere. i. vt fidē ab ea Ioan.4.
quā querebat agnosceret. Sed qr ieiunium istud ab
humana indeuotione trahebat: Operui dixit aīam
meā: quasi aliquo pallio tristicie circūdedi. Sequit
Et factū est michi in opprobriū. Semper boni ma-
lis opprobrio sunt: qr minime eorū sceleribus acquie
scunt: dū illis studiose detrahunt quibus nulla socie
tate iungunt. Testantur enī ista opprobria/alapas/
flagella/cōsputa/que Iesus saluator ab insana ple
be perpessus est. [Et posui vestimentū meū ciliciū: et
factus sum illis in parabolam]. Per ciliciū tristicia
significat et lachryme: qm̄ dn̄s humani generis im-
becillitate per motus suscitaturus Lazarum fleuit.
Nusq enim legit dn̄m vsum fuisse cilicio. Factus est
quoq iudeis in parabolā: qm̄ per similitudines quas-
dam carnaliter populum docere videbatur: sicut in

euangelio legit Dixit dñs parabolā ad turbā. Et in
Psal.77. alio psalmo. Aperiā in parabolis os meū. Parabo-
DEF. la est eni natura discrepātiū rerū sub aliqua similitudi
ne facta cōparatio more ꝓuidētie sue: vt qui celestia
capere nō poterant: per terrenas similitudines audi
ta percipere potuissent. [Aduersum me loquebant
qui sedebāt in porta: et in me psallebāt qui bibebant
vinū]. In portis sedent qui cōuentibus hoim sedu-
la curiositate miscent. Nam sicut per transeuntiū et
redeuntium turbas porta excipit: ita diuersa triuia
ETY. vel platee populoꝝ numerositate cōplentur. Porta
quippe dicta est ꝙ inde portētur oia. Dicit eni pas-
sionē suā gētis iudaice fuisse fabulā: vt nullus exci-
peret qui a tali collocutione redderet alien9. Testis
est huius cause ille locus euangelij: vbi Cleophas a
dño: necdū reuelato interrogatus est: et ille respōdit
Luce.24. Tu solus peregrinus es in Hierusalē et nō cognoui-
sti que facta sunt in ea in diebus his. Omnes eni ci-
ues eandē fabulā habuisse mōstrant: qn peregrinus
dicit qui huius cause putabatur ignarus. De oppro
brijs ac cōuitijs iudeoꝝ hactenus est locutus: nunc
ꝙtum michi videt de fidelibus dicit Et in me psalle
bāt qui bibebāt vinū. In deo psallūt qui actione ꝓ-
babili dirigunt: et operibus reddūt que monitis cele
stia mādata suscipiant. Nam vt hoc de fidelib9 intel
ligere deberemus: ait Qui bibebant vinū. Vinū nō
ebrietatis: sed illud spiritale: de quo legitur Poculū
Psal.22. tuū inebriās ꝙ preclarū est. Ipsi eni psallebant: qui
per intelligētiā supernā salutari nectare potabant.
Alij hoc iudeis perfidis applicāt: qui quasi impleta
cogitatione sua de nece dñi temulentissime garrie-
bant. [Ego ꝓ orationē meā ad te dñe: tps benepla-
citi de9. In multitudine misericordie tue]. Venit ad
tertiū caput: vbi cōtra maledicta iudeoꝝ orationis
sue exposuit sanctitatē celestis doctor: insinuās iur-
gijs hoim non inflāmatis rixis: sed pijs orationibus
obuiandū. Videamus nūc quid sit tps beneplaciti.
Illud tempus est beneplaciti: qn incarnationis sue
beneficio periclitātem mundū ab imminenti libera-
uit exitio. Hoc tēp9 est beneplaciti: de quo et aposto-
2.Corin.6. lus ait Ecce nunc tēpus acceptabile / ecce nūc dies
salutis. Tēpus quod vicit oia secula / tēpus qd mun
dum reparauit labētem / tēpus quod eternitatē cō-
tulit et salutē. Sed hoc tempus quomodo ꝓuenerit
decenter exponit. Ait eni In multitudine misericor
die tue. Nam si multitudinis misericordia non fuis-
set: nequaꝙ redimi poteramus obnoxij. Non enim
parua misericordia fuit: que tam ingētia peccata su
perauit. Multitudo quidē fuit delicti: sed multo nu-
merosior misericordia illa que vicit: sicut et i.50. psal
Psal.50. mo dictū est. Et ꝫm multitudinē misericordiaꝝ tua-
rum dele iniquitatem meam. [Exaudi me in verita-
te salutis tue]. Commemorato tempore misericor-
die quo passione sua salutem mundo prestitit: conse-
quens fuit: vt et resurrectionē sibi euenire precaret
quā in veritate pollicitus fuerat per ꝓphetas. Pre-
catur ergo patrē non natura diuinitatis qua ei sem-
per equalis est: sed infirmitas assumpti hois in qua
Al.infigar minor est patre. [Eripe me de luto vt non † inhereā:
Al. ab his libera me † ex odiētibus me et de † profundo aqua-
qui oderūt rum]. Per assumpte carnis infirmitatē: in qua mise
Al.pfūdis ria iaceat genus humanū potēter exponitur. Doce-
mur eni vt hisdem verbis et nos deū rogemus: qui-
bus caput nostrū exorasse cognoscimus. Hoc pla-
ne subtiliter ꝑscrutandū est: quare se superius infixū

limo dixerit: et hic ne in ipo herere possit exorat. In-
fixus vtiꝙ limo fuit: qm suscepte carnis infirmitate
tenebatur: vnde etiā mortē crucis accepit. Hic aūt
cōpetenter exposcit vt aia eius a desiderijs luteis. i.
huius mūdi cupiditatibus reddat aliena. Qd bene
suscipit a parte mēbrorum: qr ille luto inherere non
poterat qui peccati maculā nō habebat. Libera me
ex odientibus me. Istud ad iudaicū populū manife
stum est pertinere: qr resurgēte christo eoꝝ odia fru-
stra euanuerūt. Nam qd dixit De profundo aquarū
ad populū ipsum non est dubiū pertinere: qui et pro-
fundus erat malignitate consilij et seditionibus tur-
bulentus. [Non me demergat tēpestas aque: neꝙ
absorbeat me profundū / neꝙ vrgeat super me pu-
teus os suū]. Similitudo et isteversus ponit: quēad-
modū et ille superior. Dicit eni in secundo versu psal
mi Veni in altitudinem maris et tempestas demersit
me: et hic rogat ne demergatur a fluctibus. i. a seculi
istius tēpestate seuissima que in modū maris aias
obruit: qn eas vicio prauitatis inuoluerit. Deniꝙ ꝑ
totum tractatū hoc decēter ait Neꝙ absorbeat me
profundū. Profundū vtiꝙ peccatorum est qui vora
citate quadā deglutit aias impiorū: vt ad penitudi-
nem redire nequeant: qui de actuū suorum iniquita
te desperant: sicut legit Peccator cū venerit in pro- Prouer.18.
fundū malorū spernit. Repetit iterū eundem sensum
alijs verbis ꝙ superius dixerat. Neꝙ vrgeat super
me puteus os suum. Puteus eni est terre altius ex- DEF.
cauata ꝓfunditas. In quem per allegoriam vere in
cidunt peccatores: qn se a viciosa voluntate nō ab-
strahūt: vrgetꝙ super eos os suū concludere cū vsꝙ
ad mortis sue tēpus in pessima voluntate persistūt.
Hoc ergo totū a se effici petit alienū: quoniā pecca-
ti cōtagia non habebat: vt mēbra sua cognoscerent
quantis periculis subiacerent: nisi clemētissimi dñi
munere respirarent. Que figura dicit Metabole. i. SCHE
iteratio: qn vna res repetitur sub varietate verboꝝ.
Legitur etiam puteus in malo: vt in libro Geneseos Gñe.14.
Vallis autem syluestris habebat puteos multos bi
tuminis. In istos sacrilegi prophaniꝙ mittuntur.
Sunt etiā et in bonā partē memorati: qui scripturas
diuinas repositas in altissima ꝓfunditate significāt
quales fuerūt patriarche Abraā / Isaac / et Iacob.
Vel ille de quo Moyses in heremo hebreū populū
domini iussione satiauit. Sic vtrisꝙ puteis vnū qui-
dem nomē: sed causa diuersa est. Illi eni in tartarū
dirigūt: isti ad celorum regna transmittūt. [Exaudi
me domine: quoniā benigna est misericordia tua: ꝫm
multitudinem † misericordiarū tuarum respice † in Al. misera
me]. Periculis hūane fragilitatis vt oportebat ex- tionum.
positis voce membroꝝ ad illam salutarē reuertitur Al.non hz.
deprecationem. Dicit eni Exaudi me dñe: causamꝙ
quare exaudiat adiūgit: non qr meretur humanitas
sed qr misericordia dñi est benigna sempꝙ ad bene-
faciendum parata: cum tn̄ pie petitur et ei purissime
supplicat. Et vt ipsam benignitatē pius doctor ex-
poneret: adiecit Scdm multitudinem miserationū
tuarum respice in me. Ad ipam semper redit: quam
debilibus scit patronam: cui omnia peccata cedunt
ꝙuis numerosissima cōprobentur. Et intuere quod
vbi pietas postulatur semper homo respici dicitur.
Nam si peccata respiciat: nos sine dubitatione con-
dēnat. [† Ne auertas faciē tuam a puero tuo: quo- Al.z
niam tribulor velociter exaudi me]. Suscepti homi-
nis forma seruatur. Nam sicut in se respici orauit:

ita nūc ne auertat faciē suā a puero suo deprecatur.
Puer eni frequēter legiť dñs xp̄s ab innocētie puri=
tate. Cui simplex etas hoc beneficiū largiť: vt vicia
Matth.19. mūdi maliciāqꝫ nō diligat: sicut ipse testatus est. Ta
Isa.42. liū est eni regnū celoꝝ. Legiť eni ſm illud Ecce puer
meus quē elegi/ dilectus meus in quo cōplacuit aīe
Ibidem.9. mee. Et alibi Puer natus est nobis: et filiꝰ datus est
nobis. Iuste ergo remediū petit: q̄ se positū in tribu=
latione cognoscit. Totis eni viribꝰ salus posciť cum
tp̄e necessitatis optať. [Intēde aīe mee ⁊ libera eā:
propter inimicos meos eripe me]. Intende aīe mee
dicit: vt reuera cōpos fiat liberationis cū eam diui=
nitas ꝓpiciata respexerit. Sequiť quoqꝫ causa qua=
re debeat intendi: scilꝫ ꝓpter inimicos meos eripe
me. Propter inimicos eni celerrimum petit resurre=
ctionis auxiliū: vt qui contēpserāt crucifixum: tertio
die resurgēti credere debuissent: quatenus tali bene
ficio liberati: a perpetua dānatione redderentur ex=
Al. non hꝫ. cepti. [Tu † enim scis improperiū meum: † cōfusio
Al. ⁊ nem † ⁊ verecūdiam meā. In cōspectu tuo sunt oēs
Al. meā et qui tribulāt me]. Improperiū cōfusionē ⁊ verecun=
reuerentiā diā pro humano genere: sic suscepit dñs Saluator:
vt mortē. Non eni ista pro suo reatu sustinuit: sed oia
hec innocēs pertulit: vt nos bonus magister in tali=
bus rebus positos exēplo sue patiētie miseratus in=
strueret. Improperiū quippe pertulit: qñ dicebāt iu
Matth.26. dei Blasphemauit/ quid adhuc egemus testibꝰ? Cō
fusionem cum plebs insana iudeoꝝ clamaret Alios
Ibidē.27. saluos fecit: seipsum saluū facere non pōt. Verecun=
diam qñ alapis flagellisqꝫ cedebať: ⁊ pontio Pila=
to immaculatus agnus tāqꝫ reus traditus est. Se=
quiť In cōspectu tuo sunt oēs qui tribulant me: scilꝫ
qui talia faciebāt: ante cōspectum diuinitatis erant
iam positi: q̄uis ad tp̄s iudicij adhuc nō viderentur
adducti. Hoc ad inuidiā ꝑtinet excitādā: vt nefariū
scelus p̄sente maiestate cōmitterent. [Improperiū
expectauit cor meū et miseriā. Et sustinui qui simul
Al. qui ꝯso contristareť ⁊ nō fuit: ⁊ † cōsolantē me ⁊ nō inueni].
laretur. Improperiū ⁊ miseriam expectauit cor eius: qñ ini=
quitates iudeoꝝ: ⁊ diuersa que passus est pro sua vo
luntate sustinuit: ⁊ consideratione humani periculi
passionē suā benignus excepit: sicut in euangelio le=
Luce.22. giť Desiderio desideraui hoc pascha mādu care vo
biscū. Aliter eni ista crucifixio ꝑuenire nō potuit: ni=
si illius desideriū fuisset. Contra cuius desideriū vo
luntatēqꝫ iudeorū insania minime preualere potuis=
set. Sequiť Et sustinui qui simul cōtristaretur ⁊ non
fuit. Si passionē dñi queras ⁊ discipulos eius cōtri=
status inuenies: qñ traditus est Pilato: et multos
alios fideliū qñ ducebať ad crucē. Sed hic nō istam
contristationē fideliū debemus accipere: qñ illi eam
Mar.8. modis oībus habuerūt: pro qua Petrus audiuit Re
di retro sathanas: sed hic magis persecutorū tristi=
ciam debemus aduertere: quā indeuote mētes con=
corditer respuerūt: qñ leti scelus suū uidebanť iple=
re: pro quibus etiā dñs in passione positus exorabat
Luce.23. Pater ignosce illis q2 nesciūt quid faciunt. In illorū
eni tristiciā socium nō habuit: quos scelus peragere
obstinata mēte cernebat. Adiecit Et cōsolantē me ⁊
nō inueni. Doctores sanctos ille populus cōsolať in
quo predicationū verba ꝑficiūt. Sed q2 iudeorum
pertinacia resistebat dño Saluatori: iuste dicit nō se
inuenisse qui eius animū cōsolareť. [Et dederunt in
escā meā fel: ⁊ in siti mea potauerūt me aceto]. Iste
versus est qui cōsummauit venerandā dñi passionē.

Mattheus eni refert cū dñs dixisset Sitio: oblatū il
li fel cū aceto permixtū: vt reuera facta iudeoꝝ ama
ritudo potionis ipsius et austeritas indicaret. Ille
eni dixit Sitio: q2 fidē in ipsis desideratā nō poterat
inuenire. Isti obtulerūt amarissimos mores suos: q̄
nulla cōpunctione cōuersi sunt. [Fiat mēsa eoꝝ corā
ipsis in laqueū: ⁊ in † retributionē ⁊ in scandalum]. Al. retri=
Postqꝫ in oratione sua futurā exposuit passionē: ve= tiones.
niens ad q̄rtū modū nō maledicēdi voto: sed qd erat
emersurū predicēs per totā diuisionē iudeis digna
factis ꝓnunciat esse ventura. Mensa dñi est vtriusqꝫ
legis intellectualis epulatio in qua cōuiuarum mo=
re pascunť qui delicias dñi auiditate mētis esuriūt:
et sancti spiritus saluberrima ebrietate cōplentur.
Ipsa mēsa est quā apostoloꝝ corona precingens: da
pes celestis muneris absumebat. Mensa eni ⁊ in bo
no ⁊ in malo ponitur: sicut dicit apostolus Non po= 1. Cor.10.
testis mēse dñi participes esse ⁊ mense demoniorū.
Illam ergo sanctā habuerūt iudei: qñ mandata dñi
sub integritate coluerunt. Postqꝫ xp̄o a fide ieiunare
ceperunt: mensa eorū coram ipsis gentibus tradita
est: vt grauius doleret ipsis vidētibus adempta feli
citas: sicut eos in euangelio dñs increpat: dicens
Auferetur a vobis regnū dei: ⁊ dabitur genti facien Matth.21.
ti fructū eius. Sed ne quem moneat qd dicit Mensa
eorum: que reuera dñi esse cognosciť. Similiter ipse
dñs in euangelio dicit In lege vestra scriptū est: nō Luce.10.
quia iudeoꝝ erat: sed q2 ipsis constat fuisse prolata.
Sequitur In laqueū: scilꝫ vt de littera in qua iudei
alios astringere conabanť: ipsi in eam potius cade=
rent obligati. Additum est In retributionē: q2 sub=
tracta illa mensa ⁊ gentibus tradita malorum retri=
butio fuit: quippe quādo in ea epulari nolētes ab ea
merito vidētur excludi. Adijcitur Et in scandalum:
quia deserētes pacis auctorē: ipsi sibi ⁊ rixas ⁊ pra=
ua studia concitauerūt. Vindicta grauis/ vltio vehe
mens/ humani generis refectionē ieiunis faucibus
amisisse. [Obscurentur oculi eoꝝ ne videant: et dor=
sum eoꝝ semper incurua]. Constat hanc penā atro=
cium fuisse iudeoꝝ: vt obscuratis oculis solē verissi=
mum nō viderēt. Nam qui intendere noluerunt: ipsa
illis optať pena ne videāt. Adijcit Et dorsum illorū
semper incurua. Hoc illis euenit qui nimio delictoꝝ
pondere pregrauati: ceruicē suam in terram cernui
semꝑ incuruāt: nec eis ad celum respiciēdi possibili=
tas datur: qui grauati sunt onere peccatoꝝ. Dorsum
eni dictū est quasi descēdēs deorsum. Nam qd dixit Ety.
Semꝑ: significat impios: qui nulla satisfactione con
uersi sunt. [Effunde suꝑ eos irā tuā: et † indignatio Al. furor
ire tue † apprehendat eos]. Cum diciť Effunde/ ma= Al. cōpre
gnitudo ire significať: que in morem fluminis copio= henda.
sa descēdit. Hoc etiā designat Super eos: vt nō tm̄
eos possit cōtingere: sed etiā probeť obruere. Sequi
tur Et indignatio ire tue. Indignatio est ire: qñ vin=
dicta vehemens in peccatoris necē cōsurgit: ⁊ illud
consequiť qd timeť. Adijcit Apprehēdat eos: quasi
dānatos ⁊ territos quibusdā manibus apprehēdat:
vt non liceat effugere quod datur pro sceleribus su=
stinere. [Fiat habitatio eoꝝ deserta: ⁊ in tabernacu
lis eoꝝ non sit qui inhabitet]. Hoc vtrūqꝫ iudeis cō
tigisse manifestū est: cū ciuitas illa Hierusalem fre=
quēti captiuitate deleta est. Factū est eni vt ⁊ domꝰ
priuate fierēt deserte: ⁊ tabernacula. i. dñi templum
vel regis palatium sine cultore remanerēt. Et nota
ꝙ in domibus priuatis habitationem posuit in dñi

templum inhabitationē. Ibi eni habitamus mansio
ne corporea: hic aūt inhabitamus vbi frequētamus
deuote mētis aspectu. [Qm̄ quem tu ꝑcussisti ꝑsecu
ti sunt: ⁊ sup dolorē vulnerū meoꝝ addiderūt]. In-
ter infideliū iustissimas penas: causa ponitur dñice
passionis: q2 ꝑcussum ꝑsecuti sunt sibiq3 traditū de-
testabili feritate necauerūt: sicut ipse dicit Nō habe
Joan.19. res in me potestatē: nisi tibi data esset desup. Legit
Roma.8. etiā Qui ꝓprio filio nō pepercit: sed pro nobis oibus
tradidit illū. Scriptū est quoq3 absolutius: q2 deus
frequēter ꝑcutit ad salutē: vt est illud Deuteronomij
Deu.32. Ego occidā ⁊ viuere faciā / percutiā et ego sanabo.
Quapropter ꝑcussum se dicit dñs iesus xp̄s a dispē
satione qua passus est. Sed hinc iudei detestabiles
extiterūt: qm̄ qd̄ oportuit pro mūdo fieri ꝑ ipsos cru
deli voto ꝓbat impletū. Sequit Et sup dolorem vul
nerū meoꝝ addiderūt. Eodem modo dicta est ⁊ ista
sentētia. Dolor erat vulnerū pio dño: cur nō de infide
li ꝓplo sitim suā esurieq3 satiabat? Addiderūt iudei
gloriosam quidē dño: sed sibi ꝑniciosissimā passionē:
vt illi detestabile inferrēt exitiū qui venerat pro salu
Al. eorum te cunctoꝝ. [Appone iniquitatē sup iniquitatē † ip-
soꝝ: ⁊ nō intrēt in tuā iusticiā]. Iniquitas prima fuit
iudaice nationis: vt ꝓphetas ad se missos extingue
rēt. Apposita est aūt iniquitas sup iniquitatē ipsoꝝ:
qn̄ ipsum quoq3 dñm nostrū iesum crucifigere malue
runt: qd̄ in euāgelio colonoꝝ ⁊ vinee parabola dicta
Matth.21. testat. Quidā habuit vineā ⁊ sepe circūdabat eam
vsq3 ad illū locū vbi ait: ⁊ eijciētes eū extra vineā oc
ciderūt. Sic eni dr̄ Appone iniquitatē / per tropicā
Exod.10. locutionē / queadmodū lectū est. Indurauit dñs cor
Pharaonis: nō q2 rem malā dñs apposuit: sed q2 fie
ri ꝑmisit: qd̄ saluti multoꝝ expedire iudicauit. Addi
tur pena peccati Ne intrēt in iusticiā dñi. i. ne parti-
cipes xp̄o fiant in illo regno iusticie. Illi eni ad iusti
ciam: hoc est ad regnū dñi perueniūt qui hic eā sere-
no mētis lumine contuent. Qd̄ perfidis accidere nō
pōt: qui cordis obstinatione cecati sunt. Uel sic Ap-
pone iniquitatē eoꝝ: qm̄ occiderūt ꝓphetas: et dñm
necauerūt. [Deleant de libro viuentiū: ⁊ cum iustis
non scribant]. Uerba talia per tropicā locutionē de
deo dici frequēti lectione notissimū est. Nam delere
et scribere ⁊ librū habere: datū est homini causa me
morie: vt qd̄ mētis infirmitate retinere non poterat
adiumēto scripture cū res posceret potuisset agno-
Exod.32. scere. Sic eni ⁊ Moyses dicit ad dñm Si huic ꝓplo
non parcis: dele me de libro viuentiū. Sed liber iste
noticie dñi est inuiolabilis firmaq3 sentētia. Dicitur
ergo de iudeis Deleant de libro viuētiū: nō q2 scripti
erāt: sed q2 ascriptos se esse iudicabāt. Ibi eni quod
scribit deleri nō pōt: q2 totū in predestinatione soli-
datū: ⁊ nullus euētus mutare poterit qd̄ illa proui-
dentia superna decreuit. Sequit Et cū iustis nō scri
bant. Idem ip̄e locutionis est modus: vt scribere di
cat deum: qd̄ est in illa iudicatione facturus: sicut in
Luc.10. euāgelio dicit. Sed potius in hoc gaudete: q2 nomi-
na vestra scripta sunt in celis. Hoc eni accidere ne-
gat eis qui nō sunt (sicut titulus ait) pijs satisfactio-
Al. non h3. nibꝰ imutati. [Paup ⁊ dolēs ego sum: ⁊ salus † vul-
Al. tua. tus † tui deus suscepit me]. Postq3 iudeis que fue-
rāt emersura ꝓphetie predicatione cōpetēter opta
uit: venit ad quintā partem vbi multis modis expo-
nit a dispēsatione incarnationis sui ꝓpositi sanctita
tem. Dicit eni Pauper ⁊ dolēs ego sum. Pauper si-
2. Corin.8. cut dicit apl's Qui pro nobis pauper factus est cum

esset diues: vt illius inopia nos diuites essemus. Do
lens q2 sicut Isaias dicit Infirmitates nostras ipse Isa.53.
portauit: ⁊ pro oibus dolet. Et quare dicit Ego sum:
dum multi pauperes sint dolētes? Sed ideo sibi hāc
proprietatē deputauit: q2 nemo alter hunc dolorem
pro totius mūdi culpa sustinuit. Sed hoc ꝑ figurā dr̄ SCHE.
Metriasmō. i. mediocritatē: qn̄ rem magnā humilia
to voto deijcimus. Quod persone dñi xp̄i frequēter
aptat. Sequit Et salus vultus tui deus suscepit me.
Suscepit vtiq3 humanitatē oipotēs verbū: qn̄ mun-
dū deo recōciliare dignatꝰ est. Salus vultus tui / for
ma vnigeniti filij / in qua equalis est patri: que saluta
ris recte dr̄ per quā fidelibus medicina confert. Su-
scepit dr̄ a parte qua minor est patre; vt collocatus
ad dexterā eiꝰ ⁊ paupertatē deponeret ⁊ dolorē. [Lau
dabo nomen dei cū cantico: ⁊ magnificabo eū in lau
de]. Hoc bene potest intelligi ab his qui cōmutati
sunt. i. a parte mēbroꝝ. Laudat eni in ecclesia nomē
dñi caput nostrum cum cantico: qn̄ hymnica exulta
tione fit adunatio magna fideliū. Ipse eni in nobis
et laudat ⁊ magnificat: qd̄ nos veraciter laudare co
gnoscit. Nam si nobis esurientibꝰ esurit: si nobis sitiē-
tibus sitit: queadmodū ⁊ nobis laudātibus: non ip̄e
collaudat? [Et placebit deo sup vitulū nouellū: cor-
nua ꝓducentem ⁊ vngulas]. Hic psalmodie virtus
exponit: q2 multo acceptior est laus puro corde fusa
deo: q3 potest pecudū placere mactatio. Iste enim
prioris oblationis mos fuit: vt pro peccatis offerret
nouellus vitulus. Significabat eni hec victima in-
nocētis ac noue vite munera secutura: que defensio-
nē haberet in cornibus: pedū ꝓ munimē in vngulis
per quas seculi istius aspera cōuersatione sanctissi-
ma calcaremus. Producentē qd̄ ait cornua illud si-
gnificat: q2 christianoꝝ populus per dies singulos
virtute dñi semp auget. [Uideāt pauperes et letent
querite deum ⁊ viuet aia vestra]. Postq3 dixit plus
esse sacrificia laudis: q3 pecudū imolationes: cōuer-
tit ad pauperes suos cōmonēs vt debeant letari: qn̄
iam nō in solis facultatibꝰ oblatio posita est: sed mē
tis affectu vbi ⁊ paup pōt esse ditissimꝰ. Nolite ergo
diuites gloriari qui potestis habere vitulos cornua
producētes ⁊ vngulas: q2 deus ista respuit ⁊ mūdis-
simum cor requirit: qd̄ illi magis habēt qui diuitias
vestras obnoxia mente nō querūt. Sequit Querite
deum ⁊ viuet aia vestra. Pauperes monet: vt escam
mentis querāt nō corporis: ⁊ illū panē desiderēt an
geloꝝ vnde potius aia saginet. Respiciamus qd̄ di-
cit Uiuet aia vestra: dū peccatoꝝ viuat anima. Sed
illud ꝓprie viuere dicimus: qd̄ in beatitudinis iocū-
ditate cōsistit. Illud aūt l3 viuat: mori iuste putamꝰ
qd̄ perpetua tristicia ⁊ grauissimis doloribus onera
tur. [Qm̄ exaudiuit pauperes dñs: et vinctos suos
nō † spreuit]. Exaudiri quidē pauperes gratāter au Al. despe-
dimus: sed qui sint isti pauperes diligētius inquira xit.
mus. Pauperes sunt christi (sicut sepe diximus) qui
mūdi istius diuitias voluptatesq3 despiciunt: et eli-
gunt indigētiā humanarū rerū: vt spiritualibus epu
lis farciant. Hos exaudiri dicit dñs christus: qui in-
digentia mundi repleti sunt: ⁊ tanq3 si totū possideāt
sic paupertatis sue securitate letantur: sicut aposto-
lus monet. Tanq3 nil habentes ⁊ omnia possidētes. 2. Corin.6.
Nam quod dicit Et vinctos suos non spreuit. Om-
nes quidem cōmuniter vincti sumus lege peccati: et
quibusdam cōpedibus irretiti: q2 desideria humana
perquirimꝰ. Sed dñs vinctos suos nō spernit: id est

qui suis legibꝰ vinciunt. Ipsos eni liberat a laqueis
carnalibus: quos suis regulis connexos agnouerit.
Al. illum. [Laudēt † eū celi ⁊ terra: mare ⁊ oia † q̄ i eis sunt.]
Al. reptilia. Hac magnarū rerū breuis ⁊ absoluta sentētia: vt in
celi cōmemoratione oia eū debeāt laudare celestia:
terre quoqꝫ terrestria: maris vniuersa natātia. Et vt
fieret ꝑfecta cōclusio dictum est Et oia q̄ in eis sunt.
Sic ad dn̄i laudes inuitat quicquid creaturarū esse
Phil. 2. cognoscit. Sic ⁊ apl's cōplectit: dicēs. In noie Jesu
omne genu flectat: celestiū terrestrium ⁊ infernoꝝ: ⁊
ois lingua cōfiteat quia dn̄s Jesus xp̄s in gloria est
dei patris. [Qm̄ deꝰ saluā faciet syon: ⁊ edificabunt
ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi ⁊ hereditate ac-
quirēt eā]. Quale opus sit dn̄i in eccl'ie sue cōstru-
ctione ex laudū ipsarū magnitudine potēter aduer-
tit: qm̄ celū terra mare et oia que in eis sunt laudare
dn̄m cōmonent: qꝛ saluā faciet syon: que hic multis
persecutionibꝰ: multis fatigat angustijs. Syon eni
Hierosolymitano tēplo coheret: paruus oino colli-
INTER culus: sed nois qualitate grādescēs. Significat eni
speculationē: qua sola respicit deus: in qua dirigunt
corda fideliū: ⁊ oim creaturarū rationabiliū vna fe-
licitas si dn̄m cōtēplent auctorē. Edificate sunt eni
ciuitates iude: qm̄ eccl'ia catholica per humilitatem
ꝑiā toto orbe diffusa est. Non eni in edificijs parietū
gaudet dn̄s: que sunt vtiqꝫ vetustate peritura: sed fi-
deliū deuotione: hoc est lapidibꝰ viuis: vnde Hieru-
salē futura construit. Et bene dictū est Ciuitates iu-
de. i. dn̄i saluatoris qui ex origine iude carnis ꝓpa-
Apoca. 5. gatione descēdit: sicut de ipso legit Uicit leo de tribu
iuda. Sed ne tm̄ ciuitates: nō etiā habitationes fu-
turas aduerteres: dicit Et inhabitabūt ibi: qꝺ est ꝓ-
prie fideliū inhabitare vbi cōstanter mētis puritate
versant. Hanc aūt ecclesiā hic habitant christiani.
Hereditate ꝑo acquirent eā: qm̄ ad Hierusalē illam
eternā dn̄i miseratione peruenerint. Hereditas eni
ipsa est: que sicut iam dictū est nō morte: sed testato-
re in eternū viuēte prestabit. [Et semen seruoꝝ eius
Al. habitabunt. possidebit eā: ⁊ qui diligunt nomen eius † inhabita-
bunt in ea]. Terminū psalmi istius promissio beata
cōcludit: sed quātū grāde est premiū: tantū adhibe-
re intelligētie debemus adnisum. Semen hic operā
sanctā non carnis ꝓgeniem debemus accipere. Nā
illos reprobatos cōstat esse: qui se ex abrae descēde-
Joan. 8. re gloriabant origine: quibus dictū est a dn̄o. Si filij
abrae essetis/ opa abrae fecissetis. Qꝫ si semen bo-
nos actus (vt in multis locis dictū est) velimꝰ aduer-
tere: integra nobis poterit cōstare sentētia. Nā qui-
cūqꝫ imitatores eorum sunt: qui deo factoꝝ ꝓbitate
placuerūt: ipsi possidebūt terrā futurā: que nullo iā
fine mutanda est: regnū scꝫ dn̄i qꝺ sanctis suis fideli
ter pollicet. Et ne forsitan semē istud detraheres ad
carnis originē: vnde iudei maxime gloriant: prece-
ptum addidit generale Et qui diligunt nomen eius
inhabitabūt in ea. Ipsum est qꝺ superius dixit ser-
uoꝝ: qꝺ hic qui diligūt nomen eius. Inhabitabūt in
ea dixit: perpetua felicitate potiētur terra: que iam
nō spinas tribulosqꝫ producit: que hoies labore non
pascit: que venena nō parturit: que nunqꝫ suos inco-
las perdit: que nō vicissim sole atqꝫ astris: sed qꝺ est
felicius iugiter de proprio auctore lucebit. Et nota
ꝙ ordine suo psalmus iste cōclusus est. Primum qꝺ
ex persona dn̄i christi ꝓlatus est. Deinde inchoauit
ab oratione. Tertio passionis dn̄ice gesta memora-
uit. Quarto verbis euangelij assona veritate cōsen
sit. Quinto in spe fidelis populi dicta conclusit. Sic
quartus iste psalmus est: qui passionē dn̄i predicta
lege prophetauit. Conclusio.

Audiuimus Psalmū celesti dispensatione
mirabilē: vbi quāta est in diui
nitate potestas: tāta in humanitate constat humili-
tas. Assumpsit sanctū verbū naturā nostre imbecilli
tatis: sicut titulus ait: pro his qui cōmutabunt: vt ꝑ
indebitā mortē suā liberaret nos a morte iustissima.
Intrauit inferni claustra: vt panderent inferna. Ui-
ctus est interitus saluatoris aduētu: ⁊ ꝑpetuas tene
bras iure ꝑdidit postqꝫ eternū lumen accepit. Debel
lauit diabolū per humanā naturā quā tenebat ob-
noxiā: et ꝑ imbecillitatē carnis superatus est fortis:
qm̄ supra vniuersas rōnabiles creaturas extulit: qꝺ
oibus spūalibus infirmius fuit. Cui eni dixit angelo
rū: sicut apl's ait Sede a dextris meis? Nā quelibet Heb. 1.
alia natura non est vnita christo: sed sola carnis no-
stre glorificata susceptio. Reuera oipotens: Reuera
misericors: qui dānata beauit/ perdita restituit/ ob-
noxia liberauit/ miserias nostras a nobis fecit alie-
nas: ⁊ prestitit hominē per suā mortem viuere: quem
creatū immortalē diabolus fecerat interire. Conce
de oipotens deꝰ: vt qui pro nobis carne dignatus es
pati: dones nobis quod coronare digneris.

Explicit expositio in psalmum. 68.

In finem Dauid in rememoratiōe ꝙ sal-
uum me fecit dominus. lxix.

Deus in adiutoriū meū itēde:
dn̄e ad adiuuādū me festina.
Cōfundant ⁊ reuereant: qui
querūt aiam meā. Auertant
retrorsum ⁊ erubescāt: qui vo
lūt michi mala. Auertant sta
tim erubescētes: q̄ dicunt michi euge euge.
Exultēt ⁊ letent in te oēs qui querūt te: ⁊ di
cant semper magnificet dn̄s/ qui diligūt sa-
lutare tuū. Ego vero egenus ⁊ pauper sum:
deus adiuua me. Adiutor meus ⁊ liberator
meus es tu: domine ne moreris.

Finis ⁊ dauid: vt sepius dictū est: signifi
cāt dn̄m saluatorē ad quē dirigunt hec
verba fideliū: qꝛ totus hic psalmꝰ ex ꝑso
na martyrū dr̄: qꝛ varia qdē persecutio-
ne laborabant: sed spem fixā habere in
dn̄o minime desinebant. Adiectum est In rememo-
rationē. Duobus eni modis memores sumus: cum
peccatoꝝ recordatione supernā iusticiam formida-
mus: ⁊ iterum dū cōcessa beneficia purissimo corde
retinemꝰ. In tricesimo septimo itaqꝫ psalmo vbi hec
verba posita sunt: metus est futuri iudicij: ⁊ recorda
tio pctōꝝ: hic aūt spes liberationis: ⁊ futuri ꝑmij ꝓ-
missa securitas sustinet. Nam vt hanc recordationē
ostenderet: adiecit Qꝺ saluū me fecit dn̄s: vt non de
metu hec memoria: sed de accepto beneficio proba-
retur esse cōcepta. Congruū quippe fuit: vt qm̄ in su
periore psalmo passionē suam narrauerat dn̄s xp̄s:
spēqꝫ resurrectiōis addiderat: post caput suū simili-
ter ⁊ membra loquerent: quatenus ⁊ passiones suas
fideles edicerent: ⁊ spem votiue resurrectionis assu-
merent. Diuisio.

MArtyꝝ/cõfessorumq; populus qui multi=
plici quidẽ/ sed felici clade laborabat Pri
ma positione dñm deprecaṫ: vt a ꝑsequen
tium periculis libereṫ:⁊ irrisiones eorũ ir=
ritas faciat/ quatenus cõuersi dicta sua sa
lutariter erubescãt. Secũda parte supplicat/vt ma=
gnificans dominũ exultet turba fidelium:quoniã ipse
pauperes ⁊ egenos suos iuuare/⁊ liberare dignatur.

Expositio.

DEus in adiutoriũ meũ intende:dñe ad ad=
iuuandũ me festina]. Pia cõfessio initium
sumit a dño:vnde nouit periclitãtibus ve=
nire presidiũ. Et vt erumnas suas beatissi
moꝝ martyꝝ cetus ostẽderet:dicit In ad=
iutorium meũ intẽde. Tunc em̃ adiutoriũ poscimus/
quãdo periculis subiacemus:vt aliquo remedio sub=
leuati/calamitates diuersarũ possim⁹ vincere passio=
nũ. Intẽde dicit/ ꝓpitius respice:q₂ oĩa dñs etiã cum
Ps.i. non rogaṫ agnoscit. Sed mos iste periclitantium est:
vt ita liberari credant/si se a dño respici posse cogno=
scant. Et ne longius ꝓtraheretur beneficiũ quod scie
bat venturũ esse:adiecit Dñe ad adiuuandũ me festi=
na. Sic diciṫ festina/quasi misericordia diuina tarda=
ret/⁊ per morã aduentus eius fierẽt tormẽta grauio=
ra. Festina dicit ergo dño/q̃ festinabat de huius secu=
li clade liberari. Nam illi cõiuncta est volũtas/⁊ acce
lerata ꝑfectio:dũ omnia creatori seruiunt: qm̃ ei⁹ im=
perio cũcta famulanṫ. Sic in vno versiculo multa cõ=
SCHE. clusa sunt. Que figura dicitur Epitrochasmos.i. dicti
rotatio:cũ ea que latius sentienda sunt breuiter expli
canṫ. Sed nõ sequendus in omnibus generaliter hũc
locum facũdissimus Cassianus/in decima collatione
plurima de eius vtilitate disserẽs/ tanto honore cõce
lebrat:vt quicquid monachi assumpserint/sine huius
versiculi trina iteratione nõ inchoẽt. Quem repetita
sepius laude cõgeminans:nimis vtilẽ ꝓbat esse eius
Al.non hz. memoriam. [Confundanṫ ⁊ reuereanṫ † inimici mei:
qui querũt animã meã. Auertanṫ retrorsum ⁊ erube=
Al.volunt. scãt qui † cogitãt michi mala]. Imitator capitis sui
populus martyꝝ/emendationẽ inimicorũ suoꝝ ex=
postulans dicit:Cõfundanṫ et reuereanṫ inimici mei.
Confundi est/quãdo voluntates suas iniqua cõscien=
tia studio veritatis agnoscẽs:de facti sui peruersitate
turbaṫ. Reuereri est/quãdo iustitiã lesam nostra ope=
ratione cognoscimus:⁊ ꝓ his rebus penas nos incur
rere formidamus. Quod illis accidit/qui ꝑuersitate
damnata/ad pietatem dñi conuersionis studio redire
festinabãt. Sequiṫ Qui querũt aĩam meã. Bene sin=
gulari numero aĩam suã posuit turba fideliũ:quibus
Act.4. est(sicut scriptura dicit)aĩa/⁊ cor vnũ. Querebãt er=
go inimici aĩam fideliũ non ad venerationẽ/sed vt sa=
tisfaciẽtes odijs suis/eã a corpore segregarẽt. Quod
factũ est in martyꝝ passionibus:quãdo eos trucida=
bat ꝑsecutor infensus. Legitur et in bono queri:sicut
Ps.141. est Perijt fuga a me:et nõ est qui requirat aĩam meã.
Et q₂ hoc verbum omonymũ est:addidit Ut auferant
eam: quatenus istud in malũ positum intelligere de=
buisset. Subiunxit Auertantur retrorsum/ et erube=
scant qui cogitaut michi mala. Auertitur retrorsum:
qui(sicut sepe dictũ est)a praua cogitatiõe descẽdens
dñi iussa subsequitur. Sensus ergo talis est:Qui cogi
tant michi mala/hãc retributionẽ suscipiãt: ne in sua
iniquitate persistãt. O pia sanctorũ etiã ipsa que pu=
taṫ aduersitas. Melius optabant inimicis:q̃ sibiipsi
petere videbãtur in ꝓsperis cõstituti. [Auertanṫ sta=
tim erubescẽtes:qui dicũt michi euge euge]. Prioris
sensus excultio: vt a suo ꝓposito erubescẽtes/veloci=
ter se compellanṫ abscedere:qui falsis laudationibus
cognoscũtur fidelissimos increpare. Euge em̃/sermo
laudãtis est. Sed hic sub ironia.i. sub irrisiõe dictum
aduerti debet:qm̃ ab inimicis videtur esse ꝓlatũ. Si=
ue illos increpat q̃ afflictiones martyꝝ/ penasq; col=
laudãt:⁊ nõ ad auctoris gratiã referunt/qđ eis est lar
ga pietate cõcessum. Nã vtrũq; vitiosum est:aut alie=
nis calamitatibus illudere / aut hoĩes de sua possibi=
litate laudare. [Exultẽt et letenṫ in te oẽs qui querũt
te † dñe:⁊ dicãt semper magnificeṫ dñs/qui diligũt sa Al.non hz.
lutare tuũ]. Postq; de ꝑsequentiũ iniquitate/⁊ cõuer
sione locutus est/secũda positiõe deprecaṫ vt exultẽt
⁊ letenṫ omnes qui diligũt dñm christũ. Illis em̃ con
fusio ⁊ verecũdia:istis exultatio ⁊ letitia ꝑennis opta
tur:sicut in euãgelio dñs dicit Et ibunt hi in suppliciũ Mat.25.
eternũ:iusti autẽ in vitam eternã. Sed hũc veracis le
titie modũ competẽter insinuat. Dicẽdo em̃ In te/fa
tetur caducã esse letitiam: que humana presumptiõe
gloriatur. Adiũctum est Oẽs qui querunt te dñe. Nõ
suis viribus/sed tua pietate requisiti. Nã vt te quere=
ret genus humanũ:tu illud de celo ꝓspiciens/miseri=
corditer inquisisti. Ipse em̃ ad nos venit/vt ad eũ re=
dire mereremur. Isti tñ qui dñm querũt/quid debeãt
dicere salutariter admonenṫ: id est dicant Semꝑ ma
gnificetur dñs. Semꝑ/cõtinuũ genus ostẽdit:q₂ nũq;
debet a laude dñi cessari. Et vt nobis sensus iste ma=
nifestius elucescat/verborum ordo reddẽdus est: hoc
est Dicant semꝑ qui diligunt salutare tuũ:magnifice=
tur dñs. Intelligamus hoc verbũ ab humana cõsue=
tudine fuisse mutuatũ. Magnificaṫ eniz ille qui laudi=
bus crescit:q̃ bona opinione grandescit. Ceterũ deus
nõ habet incrementũ: q₂ ipse in se totus singularis/et
ineffabilis intelligiṫ plenitudo:nec aliunde potest cre
scere/q̃ cõsueuit creaturis om̃ibus incremẽta ꝓstare:
sed magnificãdo nos inde ꝓficimus: ⁊ cũ laudes deo
sancta mente ꝑsoluimus/nostra cõscientia semper au
geṫ. [Ego vero egenus ⁊ pauꝑ sum:deus adiuua me]
Adiutor meus/⁊ liberator me⁹ es tu: dñe ne † tarda= Al.moreris.
ueris]. Turba fidelium cũ dñice passionis imitaretur
exemplũ: ipsa quoq; verba eius ad suã trãstulit psal=
modiam. Dicit em̃ ex persona sua dñs in alio psalmo
Ego vero egenus ⁊ pauꝑ sum: dñs curam habet mei: Ps.39.
sicut et hic dictũ est a persona beatorũ. Sed dũ dicit
Ego vero egenus ⁊ pauꝑ sum:significat illos diuites
fuisse mũdanos:de quibus dicit Confundanṫ et reue=
reanṫ inimici mei qui querunt aĩam meã. Sed videa=
mus cũ sit celesti thesauro ditissima:vbiq; se egenã et
pauperẽ dicit gloriosa pauꝑtas: vtiq;/q₂ mundanas
copias nõ habet:⁊ intus vbi est diues semper ambit/
semper desiderat/semꝑ accipit : sicut apl's dicit:Fra= Philip.3.
tres ego me nõ arbitror apprehendisse. Et iterum. Si 1.Cor.8.
quis existimat se scire aliquid: necdũ cognouit quẽad
modũ eũ oporteat scire. Uides merito dici tales ege=
nos/tales pauperes:qui cõtinue acquirere gratiã di=
uinitatis exoptãt. Egeni em̃ sumus/quãdo iugiter in=
digemus. Pauperes/dũ semꝑ ad beneficia ipsius aui
da mẽte ꝓperamus. Sequiṫ Deus adiuuat me:id est
in tribulatiõe mũdana:vbi cũ vitiorũ aduersitate pu=
gnamus/vbi ⁊ spũs immũdos hostes patimur:et dñi
liberatiõe liberamur. Addidit Utrũq; ꝯiũctũ: vt ad=
iutor sit dñs in necessitatib⁹/⁊ de hac seculi clade libe
rator. Et intende q₂ dicit Tu dñe: vt tota spes nostra
ad euz debeat fixa respicere. Sequiṫ Ne tardaueris.

Periclitantiũ mos est tardum iudicare: quis celerrimũ prestetur auxilium. Ille em̃ competenter ꝛ mẽsurate facit omnia: sed nos tardum putamus/ qđ desiderio magno requirimus. Conclusio.

¶ Totus hic psalmus celestis philosophie luce resplẽdet. Est eniz morali pbitate formatus: petens in afflictionibus remediũ/ ꝛ inimicorũ saluberrimam cõfusionẽ: vt erubescẽtes mala sua deserant/ qui prauis actibus obsecũdant. Deinde bonorum letitiã eterna gaudia cõpromittit: ꝛ qđ est in afflictiõe summa presidiũ/ celerrime dñm venire depreca tur: qui huius mundi pregrauãtis angustias aduẽtus sui visitatione submoueat. Illo eniz viso diaboli corruit superbia: que olim impia dñatione regnabat. Religatus est qui mundũ peccatorum vinculis illigabat ꝛ eo vsq₃ dñi virtute perductus est: vt nũc sanctos pateat/ qui pridẽ humano generi nequissimus imperabat. Unde desideranter ꝛ sepe dicendum est Adiutor meus ꝛ ptector meus es tu dñe: ne tardaueris.

¶ Explicit expositio in psalmum. 69.

¶ Dauid psalmus filiorum Jonadab et priorum captiuorum. Lxx.

In te dñe speraui non cõfundar in eternũ: in iustitia tua libera me/ ꝛ eripe me. Inclina ad me aurẽ tuaz: et salua me. Esto michi in deum ptectorem/ ꝛ in locũ munitũ: vt saluũ me facias. Qm̃ firmamentũ meũ: ꝛ refugiũ meũ es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: ꝛ de manu cõtra legẽ agentis et iniqui. Qm̃ tu es patientia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea. In te cõfirmatus sum ex vtero: de vẽtre matris mee tu es ptector meus. In te cantatio mea semper: tanq̃ pdigiũ factus sum multis: ꝛ tu adiutor fortis. Repleatur os meũ laude/ vt cãtem gloriam tuam: tota die magnitudinẽ tuam. Ne proijcias me in tẽpore senectutis: cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerũt inimici mei michi: ꝛ q̃ custodiebãt animã meam/ cõsilium fecerunt in vnũ. Dicentes deus dereliquit eũ/ persequimini ꝛ comprehendite eũ: q2 non est qui eripiat. Deus ne elõgeris a me: deus meus in auxiliũ meũ respice. Confundãtur et deficiãt detrahẽtes anime mee: operiantur cõfusione et pudore/ qui querũt mala michi. Ego autez semp sperabo: et adijciam super omnẽ laudem tuam. Os meũ annunciabit iustitiam tuã: tota die salutare tuũ. Qm̃ nõ cognoui litteraturam introibo in potẽtias dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me a iuuẽtute mea: ꝛ vsq₃ nũc pnunciabo mirabilia tua. Et vsq₃ in senectam ꝛ senium: deus ne derelinquas me. Donec annũciem brachiũ tuũ: generationi omni quẽ ventura est. Potentiam tuã ꝛ iustitiã tuã deus vsq₃ in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis sit tibi? Quantas ostendisti michi tribulationes multas ꝛ malas/ ꝛ cõuersus viuificasti me: ꝛ de abyssis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et conuersus consolatus es me. Nam ꝛ ego cõfitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuam deus: psallam tibi in cithara sanctus israel. Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi: ꝛ anima mea quã redemisti. Sed ꝛ lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi et reueriti fuerint/ qui querunt mala michi.

Dauid ꝛ psalmus assidua iteratiõe notissima sunt. Qđ autẽ dicit Filiorũ Jonadab ꝛ priorũ captiuorũ/ virtutẽ psalmi p hystoricas causas insinuat: in vestibulo monẽs/ qđ in penetralibus inquirat. Hieremias ei pphetа refert Jonadab fuisse dei sacerdotẽ: qui filijs suis precepit in tẽplo degere/ ꝛ pbabili se sobrietate tractare: qđ eos cõstat fecisse/ ꝛ obediẽtie sue apud deũ magnã gratiam cõperisse: qui nunc p fidelibus ac deuotis ponunt. Nam ꝛ ipsum nomẽ indicat causam. Jonadab quippe interpretat dñi spõtaneus id est q̃ deo incoacto desiderio seruiebat: sicut scriptũ est Uoluntarie sacrificabo tibi. Sequit Et priorũ captiuorũ. Hanc hystoriã regum textus enarrat. Nam cum Israeliticus populus diuina mãdata cõtemneret: prime/ secũde/ ꝛ tertie captiuitati decretus fuerat subiacere. Sz vt agnoscẽs ad supplicationẽ dñi correcta mẽte remearet/ anteq̃ prĩa captiuitas pueniret/ p pphetam eis hic malũ denũciauit esse venturũ: sed illi cõsueta nequitia in sua obstinatiõe manserũt. Isti ergo nũc in loco cõtumaciũ ponũt: qui freqũter admoniti corrigere noluerũt. Cõmonemur ergo in hoc titulo/ vt deuotionẽ habeam⁹ filiorũ Jonadab: nõ contumaciã iudeorũ/ qui captiui esse meruerũt. Psalmus em̃ tot⁹ ad holem ptinet fidelẽ: q̃ mũdi spem renuẽs/ in dño pura deuotione confisus est/ gratiã diuinitatis tota nobis intẽtione cõmendans: per quã peccatorũ nostrorũ nexibus possimus absolui. Diuisio. Jere. Pa. 53.

Per figuram Ethopeiam introducit persona generalis: que peccatorũ captiuitate liberata/ diuinis mãdatis adherebat: predicans nobis christi dñi eximiã charitatem: q̃ nullis meritis precedẽtibus gratis semp impẽdit. Hec in prima parte psalmi ab humanis iniquitatibus iugiter se petit liberari: vt dño gratias referre mereat. Secundo loco supplicat/ ne in senectute eius beneficijs priuetur: cuius auxilio in iuuentute ptecta est. Tertio loco dona eius enumerans/ iugiter se agere gratias pollicetur. Expositio. Scħe.

†Deus in te speraui dñe nõ cõfundar in eternum]. Hic iterum hypothetici syllogismi facies nobis decora subridet eo modo. Si deus in te speraui dñe nõ cõfundar in eternũ: attamẽ deus in te speraui/ nõ cõfundar in eternũ. Nunc que sequunt (dño iuuãte) tractemus. Eligitur quidam fideliũ: qui et primis tẽporibus fuit/ ꝛ in presenti esse nõ desinit/ ꝛ vsq₃ ad finẽ seculi perfecta in dño mentis soliditate cõsistit. Hic totam spem suam in dño ponens/ gratie nobis diuine sacramenta Ar. In te dñe spe. Syl.

cōmēdat: ne falsa in nobis presumētes/muneris eius
ꝓsperitate vacuemur. Intelligamus quid est ꝙ se pe
tit non cōfundi in eternū. s. in illa iudicij retributione:
vbi ꝯfundi omnino penale est. Hic em̄ frequēter pro=
spere cōfundimur/ quādo a pessima intētione reuoca
mur: et in bonam partē traducti ꝓbabiliter erubesci=
mus/ q̄ pridē de nostro scelere gaudebamus. Premi=
sit ergo causam quare cōfundi non debeat in eternū:
scꝫ qm̄ sꝑauit in dn̄o. [In tua iustitia libera me/ ꝛ eri=
Al. salua. pe me. Inclina ad me aurē tuā: ꝛ † libera me]. Cū di
cit In tua iustitia/ misericordiā petit diuinaꝫ. Illius
quippe est iustitia/ parcere supplicāti. Sic em̄ equita
ti ip̄ius placitū est homini remittere: qui sua noscit̄ fa
cta dānare. Libera/ ab imminētib⁹ ꝑiculis dicit. Eri=
pe a potestate diaboli: ne cū eo sub eternitate damne
mur. Cum em̄ dicit Inclina/ humilē se iacere ꝯfitetur
q: nisi diuina gratia ad hominē se liberādū inclinaue
rit/ ad illam misericordiā suis meritis non potest ꝑue
nire quā cupit. Nō est em̄ cuiusq̄ meritū qd ad illum
attingat: nisi ip̄e misericors ad peccatores ꝓnus ad=
ueniat. [Esto michi in deū ꝓtectorem/ ꝛ in locū muni=
tum: vt saluū me facias. Qm̄ firmamentū meū/ et re=
fugiuꝫ meū es tu]. Potest aliquos nisi bene inspiciat̄
offendere: ꝙ supra ꝓtectionē diuinam munitū locum
noscit̄ addidisse: quasi vero locus defendat/ queꝫ vir=
tus superna non vendicat. Sed prima sentētia rogat
vt ab inimicis spiritualibus eius aīa ꝓtegatur: dein=
de petit etiā corporis sospitatē/ que ab inimicoꝝ telis
SLHE. ac gladijs loco munitissimo vēdicatur. Metaphora a
castellis tracta: q: tūc aduersarios euadimus/ quādo
locis munitissimis vēdicamur. Sed locus iste diuina
Ps. 16. ꝓtectio est: sicut in alio psalmo dicit. Sub vmbra ala
rū tuarū ꝓtege me. Qm̄ em̄ cum christo sumus/ nul=
las diaboli insidias formidamus: qm̄ fraudat̄ nequis=
simus ille ꝓprio voto vbi est diuina defensio. Et vide:
sua suis q̄ pulchre sunt reddita. Firmamētū pertinet
ad ꝓtectionē: refugiū ad locū munitū. Que duo me=
rito sibi a dn̄o venire credidit: q: nichil suis virib⁹ ap=
plicauit. Estimo hic et aliud sentiendū: vt firmamen=
tū in hoc seculo dn̄s dicat̄/ vbi ꝛ patientia querit̄: refu
giū in illa beatitudine eterna/ vbi iam aliquod pericu
lum non timet̄. [Deus meus eripe me de manu pecca
toris: ꝛ de manu cōtra legem agentis ꝛ iniqui]. Cla=
mat homo ille generalis: q: captiuus fuerat lege pec=
cati: sed per diuinā gratiā se cōfidebat absolui: vt eri=
piat̄ a potestate noxia peccatoris: qui semꝑ illud affe
ctat facere/ qd nec diuine legi/ nec equitati certum est
cōuenire. Sed q: peccatorē vniuersaliter dixerat: nūc
eum partibus duabus exponit dicēs: De manu cōtra
legē agentis ꝛ iniqui. Cōtra legē agit/ qui accepta le
ge facit cōtra regulas mādatoꝝ: vt sunt iudei qui in=
ter reliquas gentes legem suscepisse noscunt̄. Iniqui
vero sunt pagani: q̄uis ꝛ iudei q̄ nulla dn̄i lege refre=
nant̄: sed more ferarū faciunt quodcūq̄ libuerit. Sic
omnē peccatorē duab⁹ his partibus ꝓbat̄ amplexus
Roma. 2. Ita ꝛ apostolus loquit̄ de genere vtroq̄ peccātium.
Qui sine lege peccauerūt/ sine lege peribunt: ꝛ qui in
lege peccauerūt/ per legē iudicabunt̄. [Qm̄ tu es pa=
Al. dn̄e. tientia mea dn̄e: † spes mea a iuuentute mea]. Dicit
quapropter de manu peccatoris eripi debuisset: scilꝫ
q: patiētia ipsius dn̄s erat: vt cū ad ipsum intēderet/
ꝛ per eū se saluandū crederet/ omnia libenti aīo susti=
DEF. neret. Patientia est em̄ honestatis aut vtilitatis cau=
sa: rerum arduarū ac difficiliū/ voluntaria ꝛ diuturna
ꝑpessio. Sequit̄ Spes mea a iuuentute mea. Premi=
sit patiētiam: ꝛ spes eius digne secuta est: sicuti ꝛ apo
stol⁹ dicit. Tribulatio patiētiā operat̄/ patiētia ꝓba= Roma. 5.
tionem/ ꝓbatio autē spem. Prius est em̄ vt cū dei gra
tia per patiētiam ꝓbemur: ꝛ tūc illā fructuosaꝫ spem
ip̄so donāte habere merebimur. Nā ꝙ addidit A iu=
uētute mea: illā etateꝫ significat/ in qua dn̄o credidit.
Nā quocūq̄ tēpore ad ipsum veniat̄/ merito iuuētus
nostra dicitur: q: in ipsa plenissimo robore solidamur.
Siue illud a iuuētute mea significat: ex quo cepit con
tra diaboli pugnare versutias. Ipsa em̄ etas est/ que
ad certamē dirigit̄: ꝛ ad colluctatiōes arduas aptissi=
ma viuacitate ꝑparat̄. [In te cōfirmatus sum ex vte
ro: de ventre matris mee tu es protector meus. In te
† decātatio mea semꝑ]. Hūc versuꝫ paulo sollicitius Al. cātatio.
ꝑscrutemur: ne nobis aliqua obuiare possit absurdi=
tas. Dixit em̄: Spes mea a iuuentute mea. Nunquid
cōfirmatio eius in deū esse potuit/ quādo in materno
vtero nulla fultus ratiōe vegetatus est: maxime cum
legat̄: Ecce em̄ in iniquitatib⁹ cōceptus suꝫ: ꝛ in deli= Ps. 50.
ctis peperit me mater mea? Sed hic vterū sancte ma
tris ecclesie debemus accipere/ vbi primū fidei rudi=
mento cōcipimur: deinde ex aqua ꝛ spiritu sancto ge=
neramur. Tunc em̄ cōfirmatio nostra potest esse dn̄s
quando ad eū fidei munere venerimus. Addidit: Tu
es ꝓtector meus: vtiq̄/ qm̄ aduersus diaboli nequi=
tias ipse nos ꝓtegit ac defendit: et in hoc mūdo pre=
stat euadere: ne peccatis possimus onerātib⁹ interire
Sequit̄ retributio premioꝝ: vt sicut semꝑ beneficia/
ita et psalmodia debeat esse cōtinua. Nam si tēpus a
muneribus nō vacat: quare se quispiā ab eius glorifi=
catione suspēdat? Significat em̄ ꝛ presens seculum ꝛ
futurum. Hic em̄ illi ꝓ liberatione cantamus: ibi aūt
gratias ꝓ eterna remuneratione peragimus. Ita fit
vt dn̄s laudari semꝑ debeat: q: continuū est omne qd
prestat. [Tanq̄ ꝓdigiū factus sum multis/ et tu adiu
tor fortis]. Prodigiū in hoc seculo fit fidelis: quando
alia sectat̄ q̄ pōt amare peccātium multitudo. Que=
rūt illi diuitias/ iste pauperiem: querūt illi epulatiōes
iste ieiunia: querunt deniq̄ illi gaudia/ iste tristitiam.
Queādmodū ergo non potest videri ꝓdigium: qui se
cōtra multorū cognoscit̄ tractare cōsensum? Hoc est RHE.
qd oratores humilis cause genus esse dixerūt: qd sic
cōtemptibile credit̄/ vt portentū potius estimet̄. Sed
negligēde sunt humane imputationes: quādo diuine
nobis ꝓbantur fauere virtutes. Caducū est em̄ omne
cōtrarium: vbi adiutor ꝓbatur esse fortissimus. Sed
cum dicit Adiutor/ admonet vt dei gratia suffragāte
nos quoq̄ ad bonū niti/ ꝛ cōtendere debeamus: ne di
uinis bn̄ficijs inueniamur aduersi. [Repleat̄ os meū
laude † tua: vt † possim cantare gloriā tuam tota die Al. non hꝫ.
† magnificētiam tuā]. Dixit hactenus humano gene Al. cantem.
ri q̄ diuersa beneficia cōtulisset: nunc quoq̄ ꝛ hoc pe Al. magnitu
tit a dn̄o/ vt possit ei gratias agere cōpetēter. Nam si dinem.
ille os nostrū non repleat: nec lingua mouet̄/ nec desi=
deria honesta flammant̄. Magna si cōsideremus/ no=
stra felicitas est totū petere: nec petendo semꝑ horre=
re. Creator noster inde magis offendit̄: si a pia suppli
catiōis importunitate cesset̄. Sequitur causa cur re=
pleri desiderauerit os suū laudibus christi: scꝫ vt pos=
sim cantare gloriā tuā. Gloria est multoꝝ ore celebra DEF.
ta laudatio. Sed huic bono addidit ꝑpetuitatē. Naꝫ
cum ponit Tota die/ nūquid noctibus a laudibus dn̄i
dicit esse cessandū: maxime cuꝫ se illo tempore laudi=
bus dn̄i catholica cōsolet̄ ecclesia? Tunc em̄ vesperti
ni/ tūc nocturni/ tunc matutini ꝑagunt̄: cum populus

fidelis inuigilat. Sed dicēdo Diem/ cōclusit ⁊ noctē:
Gen.1. sicut ⁊ in Genesi legitur: Factum est vespere: factum est
SCHE. mane dies vn⁹. Que figura dicitur Synecdoche.i.a
parte totū. Magnificētiam vero dicit: qꝛ magna pre-
stitit: vt aurē suam ad humilē inclinaret/ vt ꝓtegeret
periclitātem/ vt eriperet de manu peccatoris/ vt eum
cōfirmaret ex vtero/ de ventre matris ꝓtegere decre
uisset. Sic vno magnificētie nomine predictoꝝ bene-
ficiorū laus cūcta cōclusa est. [Ne ꝓijcias me in tem-
pore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelin-
quas me]. Venit ad secūdam partem: in qua vehemē
tius supplicat/ ne tēpore senectutis sue ꝓijciatur a dño:
quādo fessa virtus corporis pl⁹ indiget adiuuari. Sꝫ
hanc senectutē non solū etatē finitimā debemus acci
pere: sed etiam cū tribulatiōibus crebris atqꝫ marty-
rijs robur aīe cōsenescit. Hoc eñ significat: Cum de-
fecerit virtus mea.i. quādo patientie firmitas quassa
ta mollescit: nec sustinere potest viribus suis onus tri-
bulationis impositū. Tūc se ergo petit nō debere de-
relinqui: qꝛ cum ipso totū poterat sustinere. [Quia di
xerūt inimici mei michi: ⁊ qui custodiebant aīam meā
consiliū fecerunt in vnū]. Redditur causa cur ad sub-
ueniēdū pietas dñi debeat ꝓuocari: qm̄ debilitate ca-
ptata insidiantiū feruor accēsus est: dum credūt faci-
le decipi/ a quo nō potest defectis viribus obuiari. Et
ne crederentur leues inimici aīe sue: dicit aduersus eos
qui custodiebant eum: ad decipiendi.s. studiū/ non ad
salutis votū. Sequitur Consiliū fecerūt in vnū. Trucu-
lentior semꝑ est inimicorū adunata collectio: et qd̄ nō
diuiditur grauius vno fasce portatur. Nam cuiusmodi
sit istud consiliū subsequenter exponit. Ait eñ. [Dicē
tes deus dereliquit eū: persequimini ⁊ comprehēdite
Al. non hꝫ. eum: qꝛ non est qui eripiat † eum]. Hoc est qd̄ vir ille
fidelissimus siue in afflictiōibus positus: siue in senili
etate metuebat. Hostes eniꝫ carnales mundana po-
tius cōtuentes/ cū viderint hominē crebra calamita-
te fatigatū: credunt a deo desertū/ qui diuinam putāt
gratiam in solis corporeis viribus cōstitutam. Perse
quimini eū dixerunt: qꝛ fugere non poterat. Compre-
hendite: qꝛ reluctari violētissimis non valebat. Ex eo
eñ a dño derelictum arbitrati sunt: qꝛ eum truculētie
sue traditū esse senserunt. Quod quidā ⁊ dño saluato
ri applicandū esse putauerūt. Sed decentior ordo est
dictiōis: ne personam quam in mediū deduximus/ in-
cōgrua subito varietate mutemus. Sequitur Quia nō
est qui eripiat eū. Dementes prorsus qui hoc estima-
bant potius qd̄ videbant: quasi deus deserat premijs
quos exponit iniurijs: et non magis coronare velit/
quos ꝓbari debere ꝑmittit. Sic deliberat qui ad ocu
lum iudicat. Negauit presentē dñꝫ/ qui fidelibus suis
visuale venire nō putauit auxilium: dū credidit nō exi
stere/ quē arbitrabatur humanis cōspectibus nō ad-
Al. auxiliū. esse. [Deus ne elongeris a me: de⁹ meus in † adiuto-
rium meū respice]. Humana putat infirmitas elōga-
re deum: quādo ei venire tardat auxiliū. Ille eniꝫ nec
motu ꝓgreditur/ nec de loco ad locū transfertur: sed oīa
ineffabiliter replens/ vniuersa volūtatis sue virtuti-
bus administrat. Petit ergo ne gratia eius ab ipso di
scedat: ⁊ grauioribus iniquorū exponatur insidijs. Ad-
didit De⁹ in adiutoriū meū respice. Quia se nouerat
affligendū: orat vt per adiutoriū dñi ei digna patien-
tia tribuatur. Nam quē ille adiuuat/ malorū cōtritione
non deficit: sed tūc spe potius erigitur/ quādo tribula
tionū fasce pregrauatur. [Confundantur ⁊ deficiāt detra
hentes aīe mee/ operiantur confusione ⁊ pudore/ q̄ que-
rūt mala michi]. Venit ad increpatiōes saluberrimas
quales catholica facere cōsueuit ecclesia. Cōfundan
tur eñ dicit: cū tuā viderint disposita nō mutari. Defi
ciāt detrahentes aīe mee: id est obloquētes inaniter:
qui institutum rectū mordacibus derogationibus so-
lent oblatrare. Admonet eñ tales patiētie virtute su
perari/ quos tantū precepit sustinere: vt ipsi magis in
suis oblocutiōibus deficere videātur: quatenus saltē
cessent sua nimietate fatigati/ si nequeāt desinere ra-
tione cōuicti. Sequitur Operiantur cōfusione et pudore.
Pulcherrimis verbis depingit iniquoꝝ ventura cor-
reptio. Operiantur dixit: quasi quodā velo roseo vere-
cūdie eorū facies obtegantur. Quod solet accidere his
qui actiones pristinas vita meliore cōdemnant. Ad-
didit Qui querūt mala michi: sicut illa mulier pericli
tanti Job ꝓprio viro dicebat: Dic verbū in deū/ ⁊ mo Job.1.
rere. Quod praui solent facere suasores: q̄ blandimē-
to salutis carnee occulto vulnere aīas videntur impete
re. [Ego autē semper † in te sperabo: et adijciā super Al.
omnē laudem tuā]. Decursa emēdatione quā pecca-
toribus est deprecatus accidere/ ad suā delectationē
bonūqꝫ conuertitur: vt sicut illi de diuina potētia despe
rabāt/ ita iste sperare se semꝑ dicat in dño. Que figu-
ra dicitur Synchrisis: id est collatio: quādo quis me- SC.
liorē causam suam/ qꝫ aduersarij esse demōstrat. Se-
quitur Et adijciā suꝑ omnē laudē tuam. Hoc plane nisi
diligētius intueamur obscurū est. Nam qꝫuis diuinis
laudibus nichil possit adijci/ quādo augmentū nō re-
cipit admiranda ꝑfectio: tamen est qd̄ ab hominibus
possit noua predicatiōe celebrari. Nam cū dixero ver
bum patris fecisse celum ⁊ terrā/ ⁊ oīa que in eis sunt:
perfecta dñm deuotione laudaui. Sed cū adiunxero
incarnatū esse ꝓ salute cunctoꝝ/ adieci cumulum lau
dibus plenis. Sic eñ inferiora testātur: qꝫ ista laudis
adiectio ad incarnationē omnipotentis verbi absolu
te ꝑtineat. [Os meū † ꝓnunciauit iustitiam tuā: tota Al.
die salutare tuū. † Quia nō cognoui † negociatiōes]. ciabit
Iustitia patris saluator est dñs: quem se ꝓnūciaturū Al.
gentibus pollicetur. Et ne forte aliam crederes esse iu- Al. im
stitiam: addidit Salutare tuū. Quid eñ aliud denun tura
ciare potuit fidelis: nisi vñ fides christiana surrexit?
Unde ecclesie in toto orbe fertiles pullularūt? Unde
salus mūdi gloriosa incarnatione ꝑuenit? Tota vero
die (sicut sepe dictū est) continuū tempus ostēdit. Se
quitur Quia nō cognoui negociationes. Pars ista ver-
sus (nisi bene requiratur) recipere cognoscitur questionē.
Nam si oñis negociator omnino damnādus est: nec
illi hāc penam refugiunt/ qui artes reliquas exercere
noscūtur. Quid est eñ aliud negociatio: nisi que pos-
sunt vilius cōparari/ carius velle distrahere? Deinde
in vitas patrū Paphuntium illum sanctissimū virum
per reuelationē negociatori legimus comparatū. Et
inuenimus hodieqꝫ in ecclesia dei tractātes quidem
mercimonia: sed summa fide pollētes. Act⁹ eñ pessi-
mus nō res honesta damnatur. sicut ⁊ diuitem legimus
non introire in regnum celorū: cum tñ Job/ Abraam
Isaac/ Jacob patriarche facultatib⁹ q̄qꝫ fuerint af-
fluētes. Negociatores ergo illi abominabiles estimā
tur: qui iustitiā dñi minime considerantes/ ꝑ immode
ratū pecunie ambitū polluūtur: merces suas pl⁹ per-
iurijs onerando qꝫ precijs. Tales dñs eiecit de tēplo
dicens: Nolite facere domum patris mei domū nego Joan.
ciationis/ speluncam latronū. Ergo sensus iste taliter
complectēdus est vt putamus: Os meū ꝓnunciauit
iustitiam tuam: qꝛ nō cognoui negociationes: illas.s.

Al. poten tias. que malis actibus inquinãtur. [Introibo in † poten-
tiam dñi: dñe memorabor iustitie tue solius]. Poten-
tiam hoíes estimãt per negociationes acquirere: et in
hoc mundo fieri preminẽtes. Iste beatus neglecto ta
li ꝓposito/ introire se dicit in potentiã dñi: id est ad re-
gna celestia: vbi reuera peruenisse certa felicitas est.
Introibo aũt dixit: vt ostẽderet Hierusalem supnam
clausam ꝑfidis/ apertam esse fidelibus. Et quid ibi fa
cturus sit subsequẽter enarrat. Dñe memorabor iusti-
tie tue solius: illo scꝫ tempore: cũ agnos sequestrat ab
hedis/ cũ totos gẽtium populos momẽtanea equita-
te discernit/ cũ impios in gehennam/ fideles mittit in
requiem sempiternã. Tunc eñ vere memor erit iusti-
tie solius dñi: qm̃ eam ⁊ mirabilẽ/ et singularẽ esse co-
gnoscit. [Deus docuisti me a iuuẽtute mea: ⁊ vsq; nũc
ꝓnunciabo mirabilia tua]. Iuuentutẽ diximus debe
re accipi/ ex quo ceperit homo ad diuinã gratiaꝫ per-
uenire: qꝛ tunc aíe viribus firmus/ tunc incipit esse ro-
bustus. Docuisti aũt/ siue ad libros pertinet diuinos:
siue ad infusam celitus fidẽ. Et ne tm̃ hanc sentẽtiam
in primordijs crederes acquisitã: dicit qđ beatis mẽ-
tibus solet accidere. Et vsq; nũc: vt per spacia tempo
rũ eius doctrina creuisse videret. Sequit: Pronũcia-
bo mirabilia tua. Utiq; mirabilia fuerũt: vt doceretur
indoctus/ vt ex perfido fieret deuotus/ vt ex peccato-
re iustissimus. Hec ergo se predicaturũ esse ꝓnunciat
que in ipso fecerat diuina clementia. [Et vsq; in sene-
ctam ⁊ seniũ: deus ne derelinquas me. Donec annun-
ciem brachiũ tuũ generationi]. Apud grecos duo no
mina ista diuersa sunt. Senectam grauitatem vocãt:
seniũ etatem finitimã. Sed qꝛ latinitas hec duo disso
nãtia sibi nõ habuit: hic etates due quasi simili nomi-
ne nũcupant. i. senecta ⁊ seniũ. Sensus ergo talis est:
Ut qꝛ se dixerat a iuuẽtute sua doctũ/ vt solum dñi iu-
stitiam predicaret: nunc petit vt neq; in matura/ neq;
in senili etate deserat a dño: quatenꝰ eius fortitudine
roboratus/ vsq; ad finem suum laudes possit debitas
explicare. Sed videamus etates iste quibus sunt assi
gnãde tẽporibus. Iuuẽtus fuit ecclesie: quando dñs
crucifixus est christus: quãdo martyrũ turba dimica-
uit: ⁊ morientibus fidelibus ecclesie virtus apparuit.
Senectã vero dicimus etatẽ/ que nunc agitur ꝓxima
fini: quãdo ꝓficit fides/ et per vniuersas ecclesias dei
populus auget/ cuꝫ mũdi istius tempora fugitiua de-
crescant. Senium autẽ tempus illud occiduũ intelli-
gendũ puto: quando ⁊ seuus ille tyrãnus adueniet/ et
turba martyrũ hancvitam optato fine cõcludet. Se-
quit Donec annũciem brachiũ tuũ generationi. Ho-
mo ille fidelis loquit introductus: petẽs a dño vt vsq;
ad senectã ⁊ senium in ecclesie cõgregatione perma-
neat: donec brachiũ patris. i. dñm saluatorẽ succedẽ-
ti generationi hominũ debeat predicare: sicut legitur
Isa. 53. Et brachium dñi cui reuelatum est/ vt religio christia
na totius mundi deuotione dilatet: maxime cũ in fine
seculi sanctorũ predestinatus numerus compleatur.
[Omni que vẽtura est. Potẽtiam tuã/ ⁊ iustitiã tuam
deus vsq; in altissima. Omni que vẽtura est/ ad supe-
rioris versus extrema iungendũ est. i. generationi. Et
ne forsitan putares illis tm̃ denũciandum fuisse bra-
chium dñi: id est dñm christum: qui eodẽ tempore fue-
runt/ cum ille ꝑ nobis incarnari dignatus est: addidit
Que ventura est: vt hanc predicationẽ vsq; ad finem
seculi cognosceres esse faciẽdam. Sequit Potẽtiam
tuam/ ⁊ iustitiam tuam deus. Hic quoq; reddendum
est/ donec annũciem. Nam potentia ad gratiã incar-
natiõis respicit: per quã hominẽ liberare dignatꝰ est.
Iustitia ad iudiciũ: in quo Adam inobediẽti mortem IDI.
adduxisse cognoscit. Nec moueat quod ordine prepo
sterato dicta sunt: cũ hoc frequenter in scripturis san
ctis inuenias. Usq; in altissima vero illud declarat: qꝛ
vtrunq; mirabile/ vtrũq; gloriosum est: reparatũ ho-
minẽ per gratiam: qui prius fuerat per iustitiam iure
damnatus. Tẽdamus etiã intellectum vsq; in altissi-
ma: qꝛ deus homo sedet ad dexteram patris: regnãs
cũ eo/ ⁊ spiritu sancto ꝑ infinita secula seculoꝝ. [Que
fecisti magnalia: deus quis similis † tibi?] Postq; gra Al. sit.
tiam creatoris/ et iustitiam eius vsq; in altissima dixit
esse ꝓgressam/ venit ad tertiam partem: vbi hymnica
exultatione cõcelebrat quãtam iustitiam peccãtibus
ostenderit/ et cõuersis iterum clemẽtiam sue pietatis
indulserit. Adam quippe inobedientẽ ꝓtinus paradi
si voluptate priuauit: latronẽ confitẽtem ad eius ame
na velociter intromisit. Hec sunt magnalia que dñm
fecisse testatur: qm̃ ⁊ ad iudicandũ singulariter fortis
ostendit/ et ad liberãdum nullus ei similis inuenitur.
Quod cũ admiratione legendũ est: qꝛ nullus compre
hendere/ nullus sufficit digne laudare. Magnalia eñ ETY.
a magnitudine vocitãtur: que stuporẽ humanis men-
tibus per suamvidentur facere granditatem. Intulit
quoq; Quis similis tibi? Quia ex opibus suis cogno
scit singularis. Magnitudo siquidẽ facti potẽtiam te-
statur auctoris. [Quantas ostẽdisti michi tribulatio-
nes multas ⁊ malas: ⁊ ꝯuersus viuificasti me]. Quã-
tas item/ sub admiratiõe legẽdũ est: quasi innumera-
biles passiones. Intende etiã ꝙ dicit Ostendisti: qꝛ fi
delibus ad presens duras tribulationes ostendit. Et
q̃uis male/ vel multe esse videant: in bonum tamẽ re-
cidunt: qꝛ ꝓdesse cõtendunt. Multas ergo quãtitatẽ:
malas indicãt qualitatem. Sequit Et cõuersus viui-
ficasti me. Si naturã verbi consideras: semꝑ incõuer
tibilis/ semper ꝓbatur immobilis: sed conuersus dicit
per tropologiam: id est cõuerti me fecisti: qꝛ distortus
fueram lege peccati. Fidelium quippe tribulatio du-
cit ad vitam: sicut in euãgelio dicit Beati qui lugent: Mat. 5.
qm̃ ipsi consolabunt. [Et de abyssis terre iterũ redu-
xisti me. Multiplicasti † iustitiã tuã: et cõuersus † ex- Al. magni-
hortatus es me]. Abyssos quidem legimus altitudi- ficentiam.
nes diuini sensus: sicut i alio loco Psalmista dicit Iu Al. cõsolatꝰ.
dicia tua abyssus multa. Sed hic ideo Terre addicũ Ps. 35.
est: vt ꝓfundas mẽsuras ⁊ voragines debuisses intel-
ligere peccatoꝝ: vnde se frequẽter ad vite gaudia re-
uocatũ esse ꝓfitetur. Sed aduertamus quid sibi velit
hoc qđ Iterũ dicit. Iterũ/ positum est ꝓ frequenti: eo DOG.
ꝙ multipliciter aliquid iteret. In sexto quippe psal-
mo auctoritatẽ secuti maiorũ: diximus septem modis
remissionem nobis dñm concedere peccatorum. Pri-
mo per baptismũ: secũdo per martyriũ: tertio per ele
mosynas: quarto cũ debitoribus nostris debita laxa-
mus: quinto per cõuersionem fratrũ: sexto per abun-
dantiã charitatis: septimo per penitẽtiam. Forte ad-
huc ⁊ alijs remissiõibus nostra fragilitas subleuetur.
Sciendum tñ ideo Iterũ dictũ: vt medicina eius fre-
quẽtior indicet. Nam ꝙ dicit Multiplicasti iustitiam
tuam: superiorem sensum ꝓbatur exponere. Quia iu-
stitiam suam multiplicat/ quando nobis per diuersas
causas afflictionũ subuenire dignatur. Iustitia enim
dñi sepe dicitur/ cum misericordiã facit: et iterũ mise-
ricordia ipsius iustitia nũcupat: qꝛ sibi semper vtrũq;
coniũctum est: sicut in centesimo psalmo legitur Mi- Ps. 100.
sericordiam et iudicium cantabo tibi dñe. Sequitur;

Cōuerſus exhortatus es me. Hoc verbum ꝙ paternū ſit debemus aduertere: vt famulos ſuos quis premiſſa diſtrictione caſtiget / tamen triſtes permanere nō patitur / dum ſcripturarum diuinarum eos ſancto alloquio conſolet. Exhortatio / cōſolatio debet intelligi: que animos cōponit / afflictionem releuat / et men-
Al. nā ⁊ ego tē ſanat diuerſis languoribus ſauciatam. [† Ego au-
Al. pſalmi. tem confitebor tibi in vaſis † pſalmoꝝ: veritatē tuā]. Cum dñs fidelibus ſuis per exhortationes pias premia eterna ꝓmiſerit / hic iā iuſtus ille generalis letus veritatem ſe pſallere cōfitet: id eſt q2 dñi ꝓmiſſa complenda ſunt: dum neſcit fallere / qd eterna veritas pollicetur. Pulchre autē definitum eſt pſalmos vaſa eſſe veritatis: quaſi ſpiritualia dolia vinū dñi incorrupto ſapore ſeruantia. [Pſallam tibi deus in cithara: ſanctus iſrael]. Frequēter diximus fidelium chriſtianorum duas maximas eſſe virtutes: ſpiritualē ad bene credendū / actualem ad bene agendū: quas hic ſe per
Ml. ſpecies muſicas vtraſqȝ dño oblaturum ſe eſſe ꝓmittit. Nam qd ad ſpiritualem virtutem pertinet / in ſuperiore verſu pſalmū ſe cantaturū eſſe pollicitus eſt: qd ad actualē in cithara laudare ſe dñm dicit. Pſalmus eñ (ſicut ſepe dictum eſt) de ſuperioribus ſonat: cithara de inferioribus: melos ad ſuperna trāſmittit. Sed cui pſallatur vel citharizetur: dicit Sancto iſrael: nō quem gētilitas putabat erroneū / ſed quem patribus
Al. Exul- noſtris vera fides oſtēderet. [† Gaudebūt labia mea
tabunt. dum cantauero tibi: ⁊ anima mea quā redemiſti]. Labia / os interioris hominis dicit. Habet eñ ⁊ mēs vocem ſuā / qua tacite clamat ad dñm. Nam vt hoc ſpiritualiter intelligeres: adiecit Anima mea quā redemiſti. Ipſa ergo gaudet in labijs ſuis internis: que ſe redēptam eſſe cognoſcit. [Sed ⁊ lingua mea tota die meditabit iuſtitiam tuā: cum confuſi ⁊ reueriti fuerint qui querunt mala michi]. Sicut ſuperius dixit Pſallam veritatē tuam in vaſis pſalmorū ⁊ cithara: ſignificare volens aīe / corporiſqȝ virtutes: ita et labia cordis ſui cantatura ꝓmiſit. Nunc autē adiecit linguam meditaturā eſſe iuſtitiam dei. i. corporis ſui ſubſtātiā: que tunc pleniſſime laudes dñi meditabit / quādo regnum eius in illa reſurrectione perceperit. Sed vt in finem ſeculi debuiſſes aduertere: ſequitur Cum cōfuſi et reueriti fuerint qui querūt mala michi. Qd vtiqȝ pleniſſime tunc fiet: quādo a dextris iuſti / et a ſiniſtris impij fuerint collocati. Duobus eñ modis cōfunduntur ⁊ reuerentur inimici: quādo aut hic penitētiam gerunt / ⁊ ſe erraſſe cognoſcunt: aut certe in aduentu ſaluatoris dum illa que fieri non credebant / ſuis oculis manifeſta cōſpexerint. Tunc ergo ſecure exultatiōis tempus eſt ſanctis / quando iam locum dominationis impij non habebunt: et letabūtur iuſti / cum malorum omniū terminus aduenerit / ⁊ bona dñs ſine fine conceſſerit: in qua chriſtianoꝝ ꝑmanet indefecta petitio.

Concluſio.

Cum totus hic pſalmus gratiā dñi que gratis datur / ſumma intētiōe commēdet: admonet etiā nos incarnationē verbi: ꝑ quam ſal⁹ humano generi ꝓuenit felici vicinitate declarandam: more ſolis qui ꝓxima luce cōſurgens / roſeā premittit aurorā: vt gratiā preclari ſplendoris preparatis poſſit oculis intueri. Patres eniȝ noſtri pſalmorū numerū in veteris ac noui teſtamenti ſacramentis ita crediderunt eſſe diuidendū: ſeptem. ſ. decades ponentes in ſabbatū: quod ad primā illam pertinet ſine dubitatione culturā: octo vero noſtro tempori deputantes: qui reſurrectionē dñi per ſingulas hebdomadas die octaua veneramur: ⁊ ideoqȝ per vtrāqȝ ſupputationem vetus ⁊ nouū teſtamentū ſacratus iſte numerus dinoſcitur cōtinere pſalmorū. Qȝ eñ centū quinquaginta poſſunt in numero ſingulorū: hoc valent ſignificare quindeciȝ decades in ordine denarioꝝ: eoqȝ fit / vt calculus iſte pſalmorū nouo ⁊ veteri teſtamento competēter aptetur. Sciendum eſt plane ꝙ in prima parte veteris teſtamenti ⁊ noua miſceat ſacramēta myſterij. Dicit eñ in ſeptennario numero ⁊ paſſionem dñi chriſti: ⁊ in octauo calculo multa ponit de veteri teſtamento: vt vtrūqȝ culture noſtre cōuenire modis omnibus ſentiat. Meminiſſe autē debemus arith- Al.
meticam / vel alias diſciplinas pſalmos cōmemorare frequenter: quas in ſubſequentibus ꝓut fuerit opportunū / de ipſis perſtrictim aliquid cōmemorare curauimus: vt quis breuiter dicta / non tñ videātur eſſe preterita. Tantum eſt vt aſtrologiam ſacrilegā ſumma intentione fugiamus: quam etiam nobilium philoſophorū iudicia damnauerunt. Quapropter preſenti operi terminuȝ ponamus: quatenus ⁊ quies parūper adhibita / lectoris reparet ſtudium: ⁊ futura pars digeſta pſalmorū de ſignificantia noui teſtamenti ſūmat competenter initium. Amen.

Explicit expoſitio in ſeptem Pſalmorū Decades: Teſtamentum vetus repreſentantes.

Incipit Expoſitio in octo Decades nouo teſtamento conuenientes. Prefatio.

Explicatis ſeptē Decadibus (ſicut dictuȝ eſt) in figuram veteris teſtamēti: nūc ad reliquas octo veniamus: quarum numerus pleniſſime nobis reſurrectiōis dominice cognoſcit indicare myſteriū: vt his partibus diligenter inſpectis / reuera liber pſalmorū totius ſcripture diuine theſaurū cōplexus eſſe videat. Nam licet ſint oīa ſpiritualibus plena diuitijs / ⁊ magnis illuſtrata luminibus: pene nullū tñ ex his (vt arbitror) volumen inuenies / qui tātis rebus celeſtibus doceat eſſe complet⁹. Nec moueat ꝙ pars illa quā diximus / ad ſacramentū teſtamēti veteris ꝑtinere: a beatitudine dñi ſaluatoris ſumit initiuȝ: ⁊ iterū in ſubſequētibus pſalmis inuenies / qd primis conſtat temporibus actitatum: que omnino nō debēt aduerſa iudicari: q2 ⁊ vetus teſtamentū de nouo plenū eſt / et nouū facit plerūqȝ veteris mentionem. Nūc ad titulum veniamus: qui interpretatiōe nominis ſui ad noui teſtamenti noſcitur pertinere myſterium.

Titulus pſalmi ſeptuageſimiprimi.

Inſcribitur enim ſeptuageſimuſprimus pſalmus in Salomonem.

Deus iudicium tuum regi da: et iuſtitiam tuam filio regis. Iudicare populū tuum in iuſtitia: ⁊ paupes tuos in iudicio. Suſcipiant montes pacē populo: ⁊ colles iuſtitiā. Iudicabit pauperes populi / ⁊ ſaluos faciet filios pauperū: et humiliabit calumniatorē. Et permanebit cum ſole: ⁊ ante lunam in generatiōe et generationem. Deſcendet ſicut pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillātia ſuper terrā. Orieт in diebus

eius iustitia: et abundantia pacis donec aufe
ratur luna. Et dominabit a mari vsqz ad ma
re: et a flumine vsqz ad terminos orbis terra=
rum. Coram illo pcident ethiopes: et inimi=
ci eius terram lingent. Reges tharsis et in=
sule munera offerent: reges arabū et saba do
na adducent. Et adorabunt eum omnes re=
ges: omnes gētes seruient ei. Quia libera=
bit pauperem a potente: et pauperem cui nō
ARG erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et ani=
mas pauperū saluas faciet. Ex vsuris et ini=
quitate redimet animas eorū: et honorabile
nomen eorū coram illo. Et viuet/ et dabitur
ei de auro arabie/ et adorabunt de ipso sem=
per: tota die benedicent ei. Erit firmamen=
tum in terra in summis montiū: superextolle
tur super libanum fluctus eius: et florebunt
de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomē eius
benedictū in secula: ante solem permanet no
men eius. Et benedicētur in ipso omnes tri=
bus terre: omnes gentes magnificabunt eū.
Benedictus dñs deus israel: qui facit mira=
bilia solus. Et benedictum nomen maiesta=
tis eius in eternum: et replebitur maiestate
eius omnis terra: fiat/ fiat.

INTER SAlomon/ interpretatur pacificus. Quis est
autē reuera pacificus/ nisi dñs christus: qui
hominē diaboli versutia deceptum/ ad crea
toris sui reuocauit obsequium: fecitqz cole=
re salutis principē/ qui sequebat miserrimus mortis
auctorem: Ipse em mediator dei et hominū hodieqz
interpellat p nobis. Quē reuera dicere nos recte pa
Joan.14. cificum/ ipsius verba testantur cū dicit: Pacem meā
do vobis: pacem meam relinquo vobis. Sed pax ista
non est quam bella disturbēt/ non est quam inquietu=
do vlla cōcutiat: sed imperturbata semper/ atqz eter=
na manens/ nullius inimici contrarietate dissoluitur.
Ipsa est de qua Propheta dicit: Dabo vobis solatiū
verum: pacem super pacem. Diuisio.

PEr totū psalmū ppheta loquens: aduentū
significat dñi saluatoris. In vna/ eademqz
psona modo humanitatē eiᵘ/ modo diuini=
tatē alternis partibus euidēter ostēdens.
In pria parte verba facit ad patrē/ iudiciū
filio petēs ad populos iudicādos: qđ tn predestinatū
ante secula esse cognoscit. Secunda/ in iudicio dñi fi=
lios pauperū dicit esse saluādos: et humiliandā diabo
li sine dubitatiōe supbiam. Nā et ipsū quoqz virginis
partū p quasdā similitudines mirabiliter cognoscit
indicare. Tertia parte/ refert que bona cōtigerint de
spū sancto: et Maria virgine nato dño christo. Quar=
ta/ ab oibus regibᵘ dicit adorandū: qz humanū genus
a diaboli potestate liberauit. Quinta pnūciat/ qm hu
manis oculis visus firmamentū fuit credentiū: et pue
ctus sine dubitatiōe iustoꝝ. Sexta/ eterno dño totius
mūdi cōsensu laudes phibet esse soluēdas. Septima
hymnū dño christo iocūdissima deuotiōe psoluit. Sic
noui testamenti clarū/ manifestūqz initium per huius
psalmi seriem cōstat expressum. Expositio.

DEus iudiciū tuū regi da: et iustitiā tuam filio
regis]. Cum dicit Deus: non videt hoc no=
mē aliquā designasse personā. Sed qm se=
quit Da filio: certissime pater inuocatᵘ esse
cognoscit. Istud em nomē relatiuum est: et
hoc qđ non dicit indicat: sicut serui appellatiōe sentit
et dñs. Scire aūt debemus ad distinguēdas/ declarā=
dasqz psonas sancte trinitatis sola hec noīa posse suf=
ficere. Nam cū dixeris Deus pater/ deus filius/ deus
spūs sanctus: plenissime sancte trinitatis visus es de=
clarasse psonas. Hec em noīa in sancta trinitate sola
sunt ppria: cetera vero. i. natura/ potestas/ eternitas/
omnipotētia: et his similia pbāt esse cōmunia. Qua=
propter beatissimus ppheta desiderio glorioso flam
matus/ petit a patre iudiciū dari filio: qđ sciebat esse
vētuꝝ: sicut in euāgelio legit Pater nō iudicat quēqz: Joan.5.
sed omne iudiciū dedit filio. Judicium em dictum est ETY.
quasi iuris dictū. i. q in eo ius dicat. Et vt veracissima
pbaretur esse petitio: eadē iterū sequenti comate ge=
minauit. Hoc est em qđ dicit: Et iustitiā tuā filio re=
gis: qđ superius ait Judiciū tuum regi da. Qđ in scri IDI.
pturis diuinis ad exprimēdam causā frequēter inue
nis esse repetitū: sicut est illud Qui habitat in celis ir Ps.2.
ridebit eos: et dñs subsannabit eos. Et illud Celi enar Ps.18.
rant gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firma=
mentū. Nā et sequēs versus eodē modo depromitur.
Que figura dicit Epimone. i. repetitio crebra senten= SCHE.
tie: quotiens vna res ad inculcādam causam diuersis
sermōibᵘ iterat. Meminisse aūt debemus: quotiēscun DOG.
qz aut ipse dñs christus sibi petit dare: aut alter vt ei
concedat expostulat/ naturā humanitatis euidenter
ostēdi. Ceterū/ verbū omnipotēs cū totū habeat pa=
tris/ nichil sibi indiget dare: sicut ipe in euāgelio dicit
Oia patris mea sunt. [Judicare populū tuū in † tua Joan.16.
iustitia: et pauperes tuos in iudicio]. Exponit causam Al. non hz.
qua repetiuerit filio iudiciū dari. s. vt iudicet orbē ter=
rarū p iustitiā patris: quā tn et filij esse non dubiū est.
Nā ideo dicit patri In tua iustitia: ne quis ausu sacri=
lego discrepari sibimet in aliquo sanctā estimet trini=
tatē. Sequit Et pauperes tuos in iudicio. Dicit etiā
pauperes patris: dū et christi dñi esse declaret: vt idē
intelligat in illa maiestate nichil potestatis esse diui=
sum: sicut ipe in euāgelio dicit: Oia que hz pater mea Ubi.s.
sunt. Pauperes ergo dei sunt: q mundana supbia de=
relicta/ humilitati se p oia tradiderūt. Nā et si pauper
supbiat/ nō est dei pauper: et si locuples humilitatē di
ligat/ nō est seculi diues. Uoluntates em taliū sunt in=
spiciende: non noīa. [Suscipiant mōtes pacē populo
† tuo: et colles iustitiā]. Per mōtes significari frequē= Al. non hz.
ter diximus aplos et pphetas: qui ad supna firmiter
eleuati/ celesti gratie primāt. Isti ergo tales pacem:
id est christū suscipiāt fideli populo predicādū. Ipse
est em dñi populus: q ei credidit/ et spūali se cōuersa=
tione tractauit: Sequit Et colles iustitiam. Colles, di
cit inferiore gradu ceteros beatos: qui recte dñi videt
predicare mādata. Nā et pacē (qđ superius dixit) dñm
significat saluatorē: et iustitiā/ eū ipsū sine dubitatiōe
designat: sicut et alibi legitur Justitia et pax osculate Ps.84.
sunt se. Pax em vere dicit: qz p ipsam homo recōcilia
tus est deo. Justitia/ qm orbē terrarū sub equitate iu=
dicabit: qui etiā diabolū per iustitiā magis/ qz potētie
virtute superauit. [† In sua iustitia indicabit paupe= Al. non hz.
res populi: et saluos faciet filios pauperū: et humilia=
bit calumniatorē]. Hactenᵘ optādo locutus est: nūc
veniēs ad secūdam partem pphetie virtute/ que sint

aduētu dñi prestāda: diuersarū parabolarū pulcher-
rima varietate cōmemorat. Nam cū superius dixerit
patri In tua iustitia: nūc dicit de filio In sua iustitia:
vt firmiter teneas nichil ibi esse aut discrepās aut di-
uisum: sed que est patris/ipsa est ⁊ filij sine dubitatio-
ne iustitia. Nam ⁊ aliter pōt intelligi. Paupes christi
seculi istiꝰ iudicio esse ꝓbanꝛ abiecti: dū ⁊ testimonijs
remoti sunt/⁊ a cōsensu honorabili submouenꝛ. Deus
autē pauperes nō in humana/sed sua iustitia iudica-
bit: qꝛ ip̄os magis elegit/quos mortalitas supba de-
spexit. Addidit quoqꝫ Populi: vbi subaudiēdū est fi-
delis. Nō em̄ quoscūqꝫ pauperes dn̄s elegit: sed qua-
Mat. 5. les ipse dicit Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsoꝝ est re-
gnū celoꝝ. Sequiꝛ Et saluos faciet filios pauperum.
Pauperes christi/sunt apl'i vel ꝓphete: q̄ mūdi istius
opulentiam electa dñi paupertate tempserūt: de quo
2. Cor. 8. scriptū est Qui cuꝫ diues esset: paup factus est ꝓpter
nos. Quoꝝ filij sunt populi christiani. Eoꝝ em̄ predi-
catione generati sunt: quibus docētibus credere me-
Gal. 4. ruerunt: sicut apl's dicit: Filioli mei quos iterū partu-
1. Cor. 4. rio/donec christꝰ formeꝛ in vobis. Et iterū. In christo
Jesu ꝑ euāgeliū ego vos genui. Hos ergo saluos fa-
ciet/quos filios apl'oꝝ esse cognouerit. Adiecit Et hu
miliauit calumniatorē. Calumniatorē/diabolū signi-
ficat superbū/crudelē/insatiabilē/maloꝝ oīm princi-
DOG. pē. Discutiamus ei quare dictꝰ est calumniator. K. lit
terā iudices antiqui dānatiōibꝰ affigebāt. Et qm̄ cru
delis impugnator cōdemnatiōibus fauet alienis. K.
littere/militē calumniatorē appellare voluerunt. Ca
DEF. lumniator itaqꝫ est/q̄ innocētiā alienā in reatū nititur
exquisita machinatiōe ꝑducere. Qđ diabolo cōgrue
videꝛ aptatū: qui humanū genus suis fraudibꝰ tot se-
culis ꝓbaꝛ impetere. Quid em̄ plꝰ calumniosuꝫ/q̄ꝫ au
ctorē esse criminū: ⁊ culturaꝫ sibi velle vendicare ter-
rarū? Hūc em̄ sp̄ualem tyrannū humiliauit dñs: qñ il
lo cū ꝑfidis damnato/fideles seviderint regnare cum
Al. gñatiōe christo. [Et ꝑmanebit cū sole/⁊ ante lunā: in † seculū
⁊ gñationē. seculi]. Hic honor sctē incarnatiōis exponiꝛ: q̄ ꝑma-
net vnita cū verbo. Sedet em̄ ad dexterā patris: re-
gnās in gloria sempiterna. Sol quippe legiꝛ verbum
patris/filiꝰ dei: q̄ deus homo vnꝰ ex duabus/⁊ in dua-
bus naturis distinctis/atqꝫ ꝑfectis ꝑmanet christus.
Sap. 5. De ip̄o ei dicturi sunt impij Sol nō ortꝰ est nobis: ⁊ iu
stitie lumē nō luxit nobis. Sequiꝛ Et ante lunā in secu
lū seculi: subaudiēdū qđ dixit supius ꝑmanebit. Per-
manet vero christus ante lunā. i. ante cōspectū eccl'ie:
quē cordis semꝑ luminibus cōtueꝛ. Luna em̄ ecclesie
merito cōparaꝛ: que natiuū nō hꝫ splendorē: sed a sole
certis modis suscipit lumē/quos astronomi inter alia
diligēter exponūt. Mirū ꝓrsus et altiꝰ stupēdū tot si-
derū cursus/tā ingentiū rerū arduas/subtilesqꝫ mēsu
ras munere creatoris vsqꝫ ad humanam potuisse ꝑue
nire notitiā. Sic ergo ecclesia a vero illo creatore mē
surate suscepit lumē/que modo ꝑsecutiōibꝰ videꝛ im-
minui: iterūqꝫ tranqllitate recepta/clarissimi luminis
hylaritate cōpleꝛ. Nā q̄ dixit In seculū seculi/tēpus
Isa. 9. indicat oīno perpetuū: sicut legiꝛ Et regni eiꝰ non erit
Al. non hꝫ. finis. [† Et descēdet sicut pluuia in vellus: ⁊ sicut stil-
licidia stillātia suꝑ terrā]. Hic ipsum mysteriū glorio
se natiuitatis exponiꝛ. Nā dñs ille virtutū/ante cuius
faciē terra tremefacta cōcutiꝛ/oīs creatura turbaꝛ: cū
nō pōt vllatenus sustineri/ qñ se mauult manifesta po
testate cognosci: voluit leniter in vtero virginali sine
aliquo strepitu tanqꝫ pluuia in vellꝰ agne descēdere:
vt virtutē suā hinc magis ostēderet/si illā ineffabilem

potētiam tēperasset: sicut dicit apl's: Qui cū in forma Philip.
dei esset/non rapinā arbitratus est esse se equalē deo:
sed semetip̄m exinauit formā serui accipiēs/in simili-
tudine hominū factus/⁊ habitu inuētus vt homo. Sꝫ
ꝯsideremus tāte rei/qualis similitudo sit posita. Vel-
lera lane sunt ouiū: que sic aquā recipiunt/vt nulla di-
uisione rumpanꝛ: ⁊ iterū sic reddūt/vt in suis integri-
tatibus ꝑseuerent. Audite si qui adhuc estis incredu-
li: et pudeat hoc de summa diuinitate non credere/qđ
videtis minimas creaturas indicare. Sequiꝛ Et sicut
stillicidia stillantia super terrā: scꝫ que in modū roris
summa lenitate descendūt. Hec si pura mēte cōside-
res: hesitationē de partu virginis nō habebis. Illud
em̄ ingens miraculū vt sine aliqua dubitatione credi
possit: exemplo duplici cōprobabit. Hinc Ambrosia-
nus ille quedam ecclesie cādela mirabilem fulgorem
lampauit dicēs: Veni redēptor gentiū: ostende partū
virginis: mireꝛ omne seculuꝫ: talis decet partus deū.
Unde etiā beatissimi pape Leōis/corusco similis ser-
mone resplenduit. Ait eniꝫ Conceptus quippe est de
spiritu sancto/intra vterū virginis matris: que illum
ita salua virginitate edidit/quēadmoduꝫ salua virgi-
nitate cōcepit. Digni patres/⁊ pontificatus arce pol-
lentes: quorū suauissima doctrina sermonū tantū va-
luit declarare miraculū. [Orietur in diebus eiꝰ iusti-
tia/et abundātia pacis: donec † extollaꝛ luna]. Nunc Al. aufer
venit ad tertiā partem: in qua per ordinē describūtur
in ortu suo dñs qualia/quātaqꝫ prestiterit. Intelliga-
mus ergo q̄ dixit Orieꝛ iustitia: quasi ante non fuerit
que semꝑ adoranda maiestate regnauit. Sed orietur
dicit ex tēpore sancte incarnatiōis: quādo erat partu
virginis nascitura. Iustitia em̄ verbum patris est: qđ
omnē creaturam ⁊ tēpora fecit vniuersa: de quo legi-
tur Veritas de terra orta est: ⁊ iustitia de celo ꝓspexit: Ps. 84.
Addidit Et abundātia pacis donec extollatur luna.
Et hic quoqꝫ subaudiendū est Orieꝛ. Abundantia er
go pacis est: dū religio christianorū toto orbe dilata-
tur. Donec extollatur luna dixit: id est quādiu ꝓtēda-
tur et augeatur ecclesia: aut cōstitutus predestinato-
rū numerus compleaꝛ. [Et dominabiꝛ a mari vsqꝫ ad
mare: et a flumine vsqꝫ ad terminos † terre]. Domi- Al. terre
nabitur dixit/cultu religiōis latiꝰ innotescit vtiqꝫ dñs
christus: de quo superiora canunt/⁊ inferiora dictura
sunt. Istud autē ad Salomonē filiū Dauid omnimo-
dis nō potest pertinere: qui tm̄ in gēte iudea rex fuisse
cognosciꝛ. Mare em̄ occeanum debemus aduertere:
qui areā totius terre (sicut quidā dicūt) lumbo suo cir
cūactus includit. Naꝫ si maria ista nostratia velis in-
telligere: totius mūdi ambitū (quē versus iste signifi-
cat) nō ꝑualebis aduertere. Sequiꝛ Et a flumine vsqꝫ
ad terminos orbis terre. Pulchra quidē breuitas: sed
ingētia nobis sacramēta ꝓfudit. A flumine/a Iorda-
ne dicit: vnde ꝑ totū orbē terrarū saluberrima regula
sacri baptismatis emanauit. Hoc aūt per figurā Pe Sche.
riphrasis dictū est. i. ꝑ circuitū totius mundi ambitū:
per maria/fluuiūqꝫ significans. [Coram illo ꝓcident
ethiopes: ⁊ inimici eius terrā lingent]. Ethiopes/pec
catores populos debemꝰ aduertere. Naꝫ sicut illi te-
terrimo corio vestiunꝛ: ita aīe delinquētiū scelerū ob-
scuritate tenebrāꝛ. Ergo isti ethiopes q̄ sunt peccato-
res ante illum ꝓcidunt: quādo se penitētie humilitate
ꝓsternūt. Adiecit Et inimici eius terrā lingent. Illos
quibus est dñi miseratiōe parcēdū: corā ipso dixit ꝓci
dere. Isti aūt iudei ꝑtinaces inimici nominanꝛ: qui in
sua obstinatiōe māsuri sunt. Que ergo illis est pena?

Terrā lingūt:id est terrā sapiūt. Hoc enim sapit vni-
cuiqꝫ quod lingit:quibꝰ in modū serpentis humus est
esca penalis. Hoc ad humilitatē ipsius iuste dicimus
esse referendū:qm̄ qui Christū deū credere noluerunt
tali vltione damnandi sunt. [Reges tharsis et insule
munera offerent:reges arabū ꝛ saba dona adducent].
INTER. Tharsis (referēte patre Hieronymo) interpretaꝛ con
templatio:qđ ad fideles referendū esse non dubiū est:
qui in diuina contemplatione defixi sunt. Reges ergo
Tharsis:id est dominatores vitioꝝ:dona offerūt dn̄o:
quādo ei ꝓbantur animo seruire deuoto. Insule vero
sunt:qui circūfluentia mūdi vitia a suis corporibꝰ ex-
cluserūt:nec dn̄atur in eis mare mūdanū:qđ perfidoꝝ
ETY. cordibꝰ cōstat infusum. Insula enim dicta est eo ꝙ in
salo sit posita. Ipsi sunt ergo puri peccatoris munera:
que diuinis altaribꝰ offerunꝛ: ipsum sacrificiū qđ dn̄s
suauiter assumit oblatū. Sequiꝛ: Reges arabū ꝛ saba
dona adducēt. Arabia poniꝛ ꝓ hoibus suaui ꝛ terrena
se delectatiōe tractātibꝰ. Nā sicut illa patria diuersis
aromatibꝰ sensum nariuꝫ mulcet:ita isti ad delectatio-
nes mollissimas illecebris secularibꝰ inuitanꝛ. Reges
ergo arabie sunt:qui blandimēta corpoꝝ rigide subij-
ciunt discipline. Similiter saba:vnde sabei dicti sunt:
quāuis corporali delectatiōe ꝑualeat: ꝛ iocūdis odo-
ribus sit referta:suauiora tamē cōuersi eiꝰ ꝓpꝗ offerūt
dona virtutū. Qđ aūt dicit: Adducent:ad ipsos respi
cit offerēdos: quia post aduentū dn̄i pecudū sacrificia
Al.non hz. cessauerūt. [Et adorabūt eū oēs reges † terre:oēs gē-
tes seruient ei]. Uenit ad quartū membrū:vbi adoran
dum dn̄m a cunctis gentibus dicit: ꝛ beneficia ipsius
subter exponit. Per oēs reges:cunctas nos voluit in-
telligere nationes:quia nulla gens est que in parte po-
puli sui ꝓpriū nō adoret auctorē. Et ideo ne tm̄ de re-
gibus aduerteres dictū:addidit: Oēs gentes seruient
ei:scilꝫ que ꝑ vniuersum mundū: ꝛ linguis diuiduntur
ꝛ patrijs. Sic Donati ꝑfidia noscitur esse cōuicta:qui
localē putat ecclesiā quā per totū orbē cōstat esse diffu
sam. Et intuere quia dixit: Reges adorabūt qui putan
tur adorādi:gentes aūt seruire que terrenos dn̄os ha-
bere noscuntur. [Quia liberauit pauperē a potente:et
Al. pauperem † inopem cui non erat adiutor]. Causam reddit quare
dn̄o Christo ab vniuersis gentibꝰ seruiatur:quia pau-
perē:id est fidelē populū a potente diabolo liberauit:
quē supra calumniatorē dixit. Hūc alio loco fortē no-
Matth.12. minat:sicut est illud euangelij: Nemo intrat in domū
fortis vt vasa eius diripiat:nisi prius alligauerit fortē.
Que vocabula malitiā eiꝰ significant nō honorē: ne-
fandā astutiā non laudabilē principatū. Sequitur: Et
inopē cui nō erat adiutor. Et hic subaudiendū est a cō
muni liberauit. Inopē vero diximus plus esse ꝙ̄ pau
perē:qui opē nō habet vite: nec sua preualet facultate
subsistere. Hos ergo liberauit dn̄s Christus:dum ve-
niens in hūc mundū diaboli iustissime pressit astutiā:
et inopie humane spūalis affluentie gratis dona con-
cessit. Merito ergo subiūxit: Cui nō erat adiutor:quia
humanū genus ad idoloꝝ culturā execranda se super-
stitione ꝯtulerat. Et quid ab eis adiuuari poterat:qui
vel sensum pecudū non habebant? [Parcet pauperi ꝛ
inopi: ꝛ animas pauperū saluas faciet]. Cū dicit Par
cet: generaliter oēs hoies pctōres ostēdit. Illis enim
parcitur: qui in aliquo reatu detinenꝛ. Parcet ergo ꝛ
electis suis:qui licet sancta cōuersatione resplendeāt:
aliqua sibi tamē egent dimitti. Sed ne putaretur vsqꝫ
ad hoc tm̄ dn̄m parcere:vt a tormentis debitis paupe
res liberaret:addidit: Animas pauperū saluas faciet:
vt quibus dimittit peccata:eis ꝛ premia futura conce-
dat. Ipsi enim salui fient: qui regnū dei possidebunt.
Unde nec istud potest cōgruere Salomoni:vt animas
saluas faceret: quod soli diuinitati certū est cōuenire.
[Ex vsuris ꝛ iniq̄tate † liberauit animas eoꝝ: ꝛ † pre- Al. redimet
clarū nomen eoꝝ corā † ipso]. Usure/ab vsu appellate Al. honorabile
sunt: que credite pecunie procurant semꝑ augmentū.
Sic in peccato versantibꝰ vsura crescit maloꝝ:quādo Al. illo
qđ in tēporali cōuersatione delinquūt: in eterna cala- ETY.
mitate recipiūt. Ab istis ergo vsuris vel ab ipsa obli-
gatione peccati liberantur fideles anime:quādo ꝑ pe-
nitentiā redduntur diuinis muneribꝰ absolute. Sequi
tur: Et preclarū nomen eoꝝ corā ipso. Reuera precla-
rum nomen vt christiani dicanꝛ:vt de suo rege resplen
deant: et accepta vocabuli dignitate glorienꝛ. Quod
tamen Esaias increpās iudeos:precinuisse dinoscitur
dicens: Interficiet vos dn̄s deꝰ:et seruos suos voca- Esa.65.
bit noie alio:vtiqꝫ christiano. Addidit etiā: Corā ipso
qm̄ ante ipsum ꝛ in ipsiꝰ regno victuri sunt. Felix pre-
sentia ante deū semꝑ esse:quē iā nō formides offende-
re. Adde:qđ tale premiū est illum videri ad quē nullo
modo possit nunc vel ipsa cogitatio peruenire. Sic in
istis paucissimis verbis: felicitatis illius ꝙ̄uis rectū:
aliqđ tamē nobis designaꝛ iudiciū. [Et viuet ꝛ dabiꝛ
ei de auro arabie: ꝛ adorabūt de ipso semꝑ tota die be
nedicēt † eum]. Ecce iam predicte visionis quintꝰ est Al. ei
modus: vbi presentiā dn̄i contulisse dicit fidei votū ꝛ
firmamēta terrarū. Nam cū dicit: Et viuet:eternitatē
eius maiestatis ostendit:sicut in veteri testamēto cre-
bro legitur: Uiuit dn̄s. Uiuit ergo:nō creature cuiusꝙ̄
vita qua vel angeli potiunꝛ: sed beatitudine singulari
qua sola trinitas sancta ꝑfruitur. Sequiꝛ: Et dabitur
ei de auro arabie. Aurū arabie pre ceteris terris fer-
tur esse purissimū: ꝛ summo splendore preciosum. Qđ
bene ad sapientiā refertur:qm̄ legimus: Accipite pru Prouer.8.
dentiā sicut argentū: et sapientiā sicut aurū probatū.
De ista ergo sapientia que ꝑ aurū arabie significatur:
dabiꝛ dn̄o munus:cū ad eū deuoti purgatissimo corde
ꝑuenerint. Siue magorū munera fortasse significat:q̄
merito auro arabie cōparanꝛ: qm̄ puritate cordis ob-
lata sunt. Antiqui aureū colorē pulcherrimū vocaue-
rūt. Et ideo aurū ab aura dictū esse voluerūt:quod ni- ETY.
mis gratissimo colore resplendeat. Nā hodieqꝫ aureū
dicimus:qđ pulchrū volumus estimare. Sequitur: Et
adorabūt de ipso semꝑ. Hoc ad humanitatē ipsius cō
stat referri: quādo ore ꝓprio queadmodū oraret insti-
tuit. Notū est enim dn̄ice orationis bn̄ficiū quo vtitur
semꝑ ecclesia:quā sanctissimꝰ pater Cyprianꝰ cartagi
nensis antistes ꝛ martyr primꝰ exponēs:breuitatē illā
profundissimā: mirabili eloquentie decore dilatauit.
Adiecit: Tota die bn̄dicent eū. Tota die: totius vite
nostre tēpus ostendit:q̄ merito dies dicitꝛ:quia fideliū
vite nullis tenebris obcecanꝛ. [† Et erit firmamētū in Al. non hz.
terra in summis montiū: supextolleꝛ suꝑ libanū fructꝰ
eius]. Sūma montiū:excellentiā significāt ꝓphetaꝝ:
quos frequēter diximus accipi debere pro montibus.
Firmamentū aūt istoꝝ montiū est vtiqꝫ dn̄s Christus
qm̄ qđ per illos de ipso predictū est: eodē veniente cō
stat impletū. Sequiꝛ: Supextolleꝛ suꝑ libanū fructus
eius:qꝛ superius sanctos dei montibꝰ cōparauit: ꝛ ipse
est mons montiū:hic electus est mons:cuiꝰ fructꝰ com
pareꝛ dn̄o Christo. In libano siquidē (sicut sepe dixi-
mus) cedri nascunꝛ eximij:summaqꝫ ꝓceritate pollen
tes. Sed qđ potest fructibus dn̄i simile reperiri:a quo
sancti ꝓducunꝛ excelsi? Neqꝫ eī tale est ꝙ̄uis ꝓceras

arbores in q̄libet altitudinem crescere vel nubila tangere: quale beatos ad celestis regni gaudia ꝑuenire. [Et florebũt de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomen eius benedictum in secula]. Nõnullam videtur facere questionẽ: quia fenum terre nunc eterne vite simile facit: qđ frequenter impijs legitur comparatũ. Qđ oĩno nõ debet permouere. Sicut enim dicitur Christus leo quia potẽs rex ferarũ est: ex alia ꝓo parte diabolus intelligit leo: quia ferox ⁊ truculentus esse dinoscit: ita ⁊ fenũ quia ꝑmitiuus terre fructus est: virẽs atq̄ gratissimus: sanctis dñi nõ incõgrue comparatur. Ex illa vero parte qua cito arescit atq̄ succidit: peccatoribus iure similat. Ita fit vt diuersis qualitatib⁹ inspectis: vna eadẽq̄ res diuersimode cõparetur. Florebũt ergo de ciuitate iusti: id est ecclesia dei: sicut fenũ terre: cui⁹ non etas sanctis: sed decora viriditas comparatur. Et inspiciendũ quod dicit: De ciuitate florebunt: non in ciuitate: quia de ista ciuitate huius seculi: in illa florebunt beatitudine sempiterna. Hic enim tribulationibus afficiuntur: vt ibi perpetua gratulatione coronentur. Sequitur: Sit nomen eius benedictum in secula. Postq̄ descripsit beatitudinẽ sanctorũ: reuertitur ad laudẽ dñi: qua illi beati sunt. Ac si diceret: In eternũ glorificet de⁹: qui eternã gloriã prestaturus agnoscit. [Ante solẽ permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes trib⁹ terre: oẽs gentes magnificabũt eũ]. Janua sexte partis aperitur: vbi eternitas dñi significatur: ⁊ terrarũ omniũ generale seruitiũ. Et ne sanctũ dei filiũ tẽporalẽ aliquis blasphema cogitatione sentiret: ante oẽm creaturã nomen eius ꝑmanere ꝓfessus

Joan. 1. est: sicut euangeliũ dicit: In principio erat verbum: et verbũ erat apud deũ: ⁊ de⁹ erat verbũ: hoc erat in principio apud deũ. Ecce nomen eius: qđ ꝑmanet in eternũ. Nam vt illud verũ intelligas: qđ est positũ Ante solẽ. Sequitur: Omnia ꝑ ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factũ est nichil. Uides ergo nomen eius extitisse ante creaturas vniuersas: quippe qui creator est omnium.

ETY. Nomẽ enim dictũ est: q̄ notã rem faciat. Hic solẽ pro oĩbus creaturis ponit: quia ꝯspectibus nostris gratior

SCHE. elucescit. Hec est enim species schematis Synedoche: que significat a parte totum. Sequitur: Benedicentur in ipso omnes trib⁹ terre. In ipso: dño Christo

Geñ. 22. dicit: sicut ⁊ Abrae dictũ est: In semine tuo bñdicentur oẽs tribus terre. Et quia tribus noĩauit: ne hoc de paucis gentib⁹ intelligere potuisses: que sub hoc nomine populũ habuerũt diuisum: addidit: Omnes gentes magnificabũt eũ. Magnificabunt cũ dicit: laudabũt vtiq̄ significat. Nã illũ qui potest facere grandiorem: cui oĩes virtutes summitatesq̄ deseruiũt? Sed illũ predicando nos magnificamur: quia ipsius laude ꝑficimus. Hoc enim ad ꝑconiũ deitatis ei⁹ dici: nulla potest diuersitas diffiteri. [Benedict⁹ dñs de⁹ israel:

Al. non hз qui facit mirabilia † magna solus]. Septima ꝓo pars que superest introit: vbi decursis oĩbus: dñs Christus magna exultatione laudat. Quãdo dñm predicamus benedicere quidẽ illũ dicimur: non q̄ per nos aut sanctificetur aut crescat: sed cũ nos ille sua benedictione sanctificat: tunc ⁊ tuitio prouenit ⁊ augmenta proce-

DEF. dũt. Et qui sit iste dñs: per quintã speciẽ definitionis euidẽter insinuat: deus israel: id est de⁹ vniuerse terre: sicut alius propheta dicit: Qui eruit te de⁹ israel: ipse deus vniuerse terre vocabitur. Addidit: Qui facit mirabilia magna solus: quia nullo indiget adiutore. Nã licet et angeli et multi iusti miracula faciant non soli: sed domino iuuante perficiunt. [Et benedictũ nomen

maiestatis eius in eternũ: † et in seculũ seculi: ⁊ replebitur maiestate eius omnis terra: fiat fiat]. Superiore Al. non hз versu deũ dicit esse benedictũ: secũdo nomen maiestatis eius: scilз quia de Christo dicti sunt christiani: qđ vocabulũ totius orbis terminũ sacra veneratiõe compleuit. Nam sicut ipse eternus est: ita ⁊ nominis eius preconia perseuerãt. Nã quod sequitur: Et replebitur maiestate eius oĩs terra: sanctos dicit: qui ipsius clarificatione repleti sunt. Terrã enim hic/omnẽ fidelẽ debemus accipere: qualem reuera dñs replere dignatur. Adiecit: Fiat fiat. Optantis est quidẽ dicere fiat: sed nimiũ desiderantis ipsum repetere. Quod magis ad mysteriũ aliquorũ psalmorũ positũ debemus aduertere: nõ sicut aliquibus visum est: libri vnitatẽ ad multas perducere sectiones. Magnificus psalmus: quem geminata vota secuta sunt. Aduentus enim dñi oĩno debuit desideranter optari. Conclusio.

¶ Perpendamus adiutores eximij: contra Euticis et Nestorij bella nefaria olim nobis arma recte fidei fuisse prouisa: vt in duab⁹ naturis verissimis atq̄ perfectis: in vna persona existere ⁊ permanere credatur dei filius domin⁹ Jesus christus: ne ad eos cõprimendos laborare possimus: qui tãte auctoritatis robore cõmonemur. Nam cum vtrãq̄ naturã in hoc psalmo reperiamus expressam: Euticis prauum dogma vnam naturã defendentis expellitur. Cum vero vna persona Christi dñi predicatur: Nestorij venena damnantur: quia cũ hic psalmus duas operationes dicat: vnã tamen dñi Christi cognoscitur predicare personã. Non enim quicq̄ plurali numero dixit: quia vnũ filium credi voluit. Ipse est enim qui ex patre ante secula natus est: qui in vtero virginis carnem nostre mortalitatis assumpsit: homousion patri ƀm diuinitatẽ: homousion quoq̄ nobis ƀm humanitatẽ. Inuisibilis deitate: factus est humanitate visibilis. Pati homo propter nos dignatus est: per se impassibilis de⁹: non summitatẽ diuinitatis imminuens: sed humilitatẽ carnis exaltans. Hoc sancta prophetia dicit: hoc euangelicus frequẽter textus insinuat: hoc per totum mundũ beata canit ecclesia: vt a catholica fide ille cognoscatur extraneus qui tali non fuerit stabilitate fundatus. Memento preterea: q̄ hic quartus est psalmus ex his quos de duabus naturis locuturos esse prediximus.

¶ Explicit expositio in psalmum. 71.

¶ Defecerunt laudes Dauid filij iesse: psalmus Asaph. lxxij.

Quã bonus israel de⁹: his qui recto sunt corde. Mei aũt pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui sup iniquos: pacẽ pctõꝝ vidẽs. Quia nõ est respect⁹ morti eorũ: ⁊ firmamentũ in plaga eorũ. In labore hoim nõ sunt: ⁊ cũ hoibus nõ flagellabunt. Ideo tenuit eos supbia: operti sunt iniquitate ⁊ impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniqtas eorũ: trãsierũt in affectũ cordis. Cogitauerũt ⁊ locuti sunt nequitiã: iniqtatẽ in excelso locuti sunt. Posuerũt in celũ os suũ: ⁊ ligua eorũ trãsiuit in terra. Ideo

cõuertetur populꝰ meꝰ hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis. Et dixerũt: quomodo scit deꝰ et si est sciẽtia i excelso? Ecce ipsi peccatores et abundãtes in seculo: obtinuerũt diuitias Et dixi: ergo sine causa iustificaui cor meũ: ⁊ laui inter innocẽtes manus meas. Et fui flagellatus tota die: ⁊ castigatio mea in matutinis. Si dicebã narrabo sic: ecce nationẽ filioꝝ tuoꝝ reprobaui. Existimabã vt cognoscerẽ: hoc labor est ante me. Donec intrem in sanctuariũ dei: ⁊ intelligam in nouissimis eoꝝ. Uerũtamen ꝑpter dolos posuisti eis: deiecisti eos dũ alleuarentur. Quomodo facti sunt i desolationẽ subito defecerũt: perierũt ꝑpter iniquitatẽ suã. Uelut somniũ surgentiũ: dñe in ciuitate tua imaginẽ ipsoꝝ ad nichilũ rediges. Qr inflãmatũ est cor meũ: et renes mei cõmutati sunt: ⁊ ad nichilũ redactus sum ⁊ nesciui. Ut iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meã: et in voluntate tua deduxisti me: et cũ gl'ia suscepisti me. Quid enim michi est in celo: et a te quid volui sup terram? Defecit caro mea ⁊ cor meũ: deus cordis mei ⁊ pars mea deꝰ in eternũ. Quia ecce qui elongant se a te peribũt: perdidisti omẽs qui fornicantur abs te. Michi autem adherere deo bonum est: ponere in domino deo spem meam. Ut annũciem omnes predicationes tuas: in portis filie syon.

Cum in titulis superioribꝰ David tm̃ videatur ascriptus: hic addidit filius Jesse: scilz vt illum David patrẽ Salomonis intelligere debeamus: qđ ad ꝓsonã exprimendã ꝓphete cõpetenter adiectũ est. Hec nona

DEF. est species definitionis: quã greci cata hypotyposin: latini per quandã imaginẽ dicũt: quãdo noiata matre vel patre ad intelligentiã indiuidue ꝑsone sensus noster adducitur. Congregantur etiã multe res ad ꝑsonas comiter exprimẽdas: vt est illud: Socrates filius Sophronici: cuiꝰ mater est phenarete: caluus: vẽtrosissimus. Hec enim oia solũ Socratẽ indicare ac definire noscuntur. Sed in hac re tãta ponẽda sunt: quãta possunt indiuidui de quo querit ab omibus ceteris sequestrare ꝑsonã. Laudes ergo istius David defecisse dicit: qđ nisi ꝑscrutemur oino cõtrariũ est: vt in medio pene opere ꝓphete dicat preconia defecisse. Sed causam huius dicti ab origine perquiramus. Cuz israeliticus populus de terra egypti: per miracula humanis oculis apparentia liberaretur: pro collatis beneficijs deo laudes per sacrificia pecudũ ⁊ instrumentoꝝ musicoꝝ consonatione reddebat: que in figurã facta sunt vsq3 ad plenitudinẽ tẽporis quo Christus dñs aduenirei. Iste ergo laudes temporales que ꝓ diuinis beneficijs reddebantur: defecerũt atq3 mutate sunt: quia nũc ecclesia catholica ĩmolatione corporis et sanguinis Christi sanctã peragit psalmodiã. Sequit: Psal-

INTER mus Asaph. Asaph significare synagogã: hebrea lingua testatur: que dñm quidẽ colebat: sed videndo florere malos: in pessimas cogitationes inciderat: ex cuiꝰ persona in hoc psalmo ipse Asaph loquitur: qui in suo nomine synagoge ꝯtinet significationẽ. De gentibus enim populis ⁊ de his qui legẽ dñi susceperũt: multa dicturus est: que ad emẽdationẽ nostrã vtiliter dicunt: ne talibꝰ cogitationibꝰ polluamur.

Diuisio.

Sicut diximus: Asaph ex typo synagoge per totũ loquitur psalmũ. In prima parte zelasse se dicit felicitatẽ mundi: pacẽ contuens peccatorum: admirans cur inimicis dei ⁊ paganis ꝓsperitas tanta prouenerit: vt os suũ vsq3 ad celũ extollere viderentur. Secunda parte: reuersurũ dicit populũ suũ ad salubre cõsiliũ: et pristine cogitationis erubescere prauitatẽ: donec vltima impioꝝ intelligere atq3 cõspicere mereatur. Tertia parte: propter dolos suos mala impijs prouenire testatur: quia sanctos viros felicitate sua scandalizare videbantur: se tamẽ beneficio dñi de his malis asserit esse liberatũ. Quarta dicit: quomodo ad ꝑfectũ intellectũ dño miserante peruenerit.

Expositio.

Quam bonus deꝰ israel † rectis corde]. Recordatus Asaph qm̃ istius seculi felicibus inuidisset: et vsq3 ad nimiam tristiciã inde peruenerit: quia dñs peccatores in hoc seculo florere pateretur: se ipse condemnans eructauit verã suauẽq3 substantiam dicens: bonũ esse deum: sed his qui recto sunt corde: id est qui operas eius studio pietatis intelligunt. Unde aduertitur prauis distortisq3 mortalibus dispositionem eius sacrilegis cogitationibus displicere. Sic sanis oculis serenissimus sol refulget: ecõtra obscurus videt illis quorum lumina infirmitate detinentur. [Mei autez pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei]. Ut intelligeres sanctũ virum contra se superiorẽ protulisse sententiã: quod familiare semper est iustis suum profitetur errorem: vt pene lapsum se diceret: cui administratio domini irrationabiliter displicebat. Scriptura frequenter per tropologiam appellat pedem arbitrium mentis: quo fixa volũtate consistit. Hunc dicit pene fuisse cõmotũ: quando a vero intellectu eius animus discrepabat. Nam cũ dicit pene: cito se ad viam veritatis redisse cõmemorat: vt damnaret errorẽ qui surripere festinabat. Sequitur: Pene effusi sunt gressus mei. Gressus significare diximus actus humanos quibꝰ per vite nostre semitas ambulamus. Ergo gressus isti bone cõuersationis pene in aliam partem fuerunt dilapsi: quãdo sub ingratitudine anime videbantur impijs tanta concedi. Et respice: quia pene effusos dicit gressus suos non lapsos: vt intelligas vigorem mentis nostre tanq3 liquidum elementũ dispergi posse: cũ a vera cogitatione ceperit discrepare. Unde intelligimus ⁊ sanctis viris cogitationes prauas frequenter surripere: sed iterum in sanitatem pristinam eos reuerti: quando a semetipsis fuerint celeriter domino prestante correcti. [Quia zelaui † in peccatoribus pacem peccatorum videns]. Secuta est causa cur gressus eius viderentur effundi: quia peccatoribus sic fuit inuidus: vt eos grauiter ferret quietos. O incongruum zelum inuidere perituris: et eos putare felices: quos eterna certum est damnatione percelli. Sequitur: Pacẽ peccatorũ videns. Reuera quia pax ista non intelligitur sed videtur aspectus nostros eludens: sed in sua nece grandescens. Nam cũ peccatores vident locupletes: multisq3 dominari populis:

Al. his qui recto sunt

Al. super iniquos

et in mūdo nō esse qꝺ timeant: putantur habere pacē.
Sed pax ista cū cōscientia semꝑ litigat:rixatur intrin
secus: ꝛ cum hostem non habeat secum ipsa decertat.
Al.respectꝰ [Quia non est † declinatio morti eoꝝ: ꝛ firmamentū
in plaga eoꝝ]. Adhuc dicit de ꝓsperitatibꝰ impioꝝ.
Ait em̄:Quia non est declinatio morti eoꝝ:id est quia
in mortē citius nō declinant: nec die ꝓtinus vrgentur
extremo:sed cū eis ad penitendū detur spaciū vite:illi
magis scelera probantur augere. Sequitur:Et firma-
mentū in plaga eoꝝ:subaudiendū nō est: quoniā vel si
eos hic cōtingat aliqua aduersitate perstringi: diuti-
na illis nō videtur ꝑmanere tristicia:ꝛ ideo ad medicū
non recurrūt:quia nequaꝗ̄ in mundanis languoribus
Al.labore longo tempore iacuerūt. [In † laboribus hominū nō
sunt:ꝛ cū hominibꝰ nō flagellabuntur]. Homines:hic
sanctos viros intelligamus:qui ꝛ labores in hoc secu-
lo sustinēt: et diuersarū afflictionū flagella patiuntur:
vt correcti ad dn̄m redire mereantur. Istud peccato-
ribꝰ obstinatis nō ꝓuenit:qꝺ ad salutē datur deuotis.
Si vero dictū ꝯtra spirituales nequitias estimamus:
potest de ipsis ꝯueniēter aduerti:qui in hoc mūdo sce-
leribꝰ suis cōgruas nō recipiunt vltiones. Nec cū ho-
minibꝰ flagellanꝭ: qui cū sequacibꝰ suis diuina iussio-
ne damnandi sunt. Tribulatio siquidē istius seculi fi-
delibus votiua correctio est:quā impij non accipiunt:
qm̄ a futuris muneribꝰ arcebuntur. [Ideo tenuit eos
Al.non hꝫ. suꝑbia † eoꝝ: operti sunt iniquitate ꝛ impietate sua].
Intendamus quo ꝑuenerit peccatoꝝ resoluta securi-
tas: et desinamus illoꝝ gaudijs inuidere:quos in fo-
ueam cognoscimus irruisse. Maloꝝ quippe libertas
cōfert absolutā superbiā: dum cōtemptū semꝑ nutrit
impūnita ꝓteruitas:ꝛ subiectū se malis esse nō credit:
qui nichil quod obuiare possit expauerit. Tenuit aūt
dixit: id est quasi quibusdā manibus apprehendit: vt
elabi nequeant cū iam tenentur astricti. Suꝑbia eoꝝ
dixit:que reuera diaboli est. Ipso enim auctore hoc fa
cinus extitit:qꝺ eū eterna cruciatione damnauit. Se-
DOS. quiꝭ:Operti sunt iniquitate ꝛ impietate sua. Si dixis-
set amicti: esset illis forsitan vel liberū caput:sed cum
dicit opertos: totos eos intelligamus esse demersos.
Iniquitas enim potest esse mediocris:sed addidit im-
pietatē:que maloꝝ oim̄ ꝓbatur extrema. Et cōsidera:
qm̄ hic versus ꝛ subsequentes: maloꝝ scelera moresqꝫ
describūt. [Prodijt quasi ex adipe iniquitas eoꝝ:tran
Al.affectū sierunt in † dispositionē cordis]. Ex macie ꝓuenit ma
licia: quādo scelus aliquod quisqꝫ mundanis opibus
desolatus excogitat. Ex adipe autē ꝓcedit iniquitas:
quādo hi qui affluentia presentis seculi dn̄o prestante
repleti sunt:quicꝗ̄ in diuinā detractionem deliniunt.
Pingue est enim validūqꝫ peccatū:quod arbitrio ma-
gis ꝗ̄ necessitate cōmittiꝭ. Nā vt exaggeretur culpa:
in abundantia rerū eos dicit deliquisse:ꝗ̄ aliqꝺ scelus
inopie excusatione cogitasse. Addidit: Trāsierunt in
dispositionē cordis. Transierūt: quasi a rectis semi-
tis errauerūt. Nā hodieqꝫ sic dicimus: Trāsiuit nos:
quādo ab aliqua veritate sensus noster errauerit. Pec
catores enim in dispositionē cordis transierunt: id est
errauerūt: quādo sorte teterrima rationabiles homi-
nes insensatis idolis seruiebant. [Cogitauerunt ꝛ lo-
cuti sunt nequitiā:iniquitatem in excelso locuti sunt].
Duplex malū est nequitiā cogitare:eāqꝫ tanꝗ̄ bonum
aliquid palā proferre. Nam quē decuerat propter co-
gitationē sceleris penitere: culpā geminat dum faci-
nora cogitata diuulgat. Illud maxime qꝺ sensisse ne-
fariū est:dixisse sacrilegiū. Sequitur:Iniquitatem in
excelso locuti sunt: Hoc est qꝺ mens perfida parturie-
bat: vt ꝯtra suū auctorē blasphema verba loqueretꝭ:vt
illū quē laudare nemo digne sufficit: ad iram ꝓuocet
iniuriosa loquacitas. [Posuerūt in celū os suū:et lin-
gua eorū transiuit † suꝑ terrā]. Ponit in celū os suū: Al.in t[...]
qui Iouem: Mercuriū:ceteraqꝫ portenta ꝗ̄ numina: DOS.
deo putat esse similia. Ponit etiā in celū os suum: qui
res humanas tyrannica volūtate transgressus:maloꝝ
suoꝝ nullū fore putat vltorē: sed potius suꝑba iniqui-
tate subiectus: deū credit nō cognoscere quod differt
in tempore vindicare. Sequitur: Et lingua eoꝝ trāsi-
uit suꝑ terrā. Suꝑ terrā vtiqꝫ transeūt:qui vltra men
suram humanitatis loquuntur:ꝛ dum sint ipsi imbecil
litate fragiles:tenere se immortales estimant dignita-
tes. [Ideo † reuertetur huc populus meꝰ:ꝛ dies pleni Al.ꝯuer[...]
inuenientur in eis]. Postꝗ̄ maloꝝ licentiā descripsit populus
et ꝯsuetudines pessimoꝝ:nūc veniens ad secūdā par- meꝰ huc
tem ad viam veritatis ideo reuersurū populum dicit:
qm̄ dn̄i illuminatione cōplendus est. Sed quia illos
reuersos dicimus:qui de locis patrioticis exierūt:con
gruum est illos hic populos aduertere qui aliquando
in accepta dn̄i lege manserunt:sed per varia desideria
mūdana dispersi sunt:ꝛ iterū correcti ad dn̄i precepta
redierunt. Quapropter Asaph hunc populū ad se re-
disse dicit:qui ad agnitionē veritatis dn̄o prestāte re-
uersus est. Sequitur:Et dies pleni inuenientur in eis.
Dies pleni sunt: quando Christus dn̄s in plenitudine
temporis quē prophete cecinerūt aduenire dignatus
est:sicut apostolus dicit:Cū autē venit plenitudo tem Gal.4.
poris:misit deus filiū suum. Tunc ergo dies pleni iu-
daicū populū perfidia sua vacuatū reppererūt:quan-
do inter eos aliqui corde reuelato Christum dominū
conspicere meruerūt. [Et dixerunt quomodo † sciuit Al.scit
deus:ꝛ si est scientia in excelso]. Illos quos superius
reuersos esse memorauit:nūc ex qua cogitatione tran-
seant euidenter exponit:vt domini misericordia decla
retur:qui de blasphemis facit iustos: et de insipienti-
bus populis prudentes efficit ac deuotos. Dubitaue-
runt enim scisse deum tot mala sceleratissimos com-
misisse: quibus videbant omnia mundi secunda pro-
uenire:nescientes penas eos grauiores incurrere: qui
tamdiu ex peccatis in sua probati sunt obstinatione
mansisse:sicut ꝛ nonagesimustertius psalmus dicit de
talibus. Et dixerunt non videbit dominus: nec intel- Ps.93.
liget deus iacob. Sequitur: Et si est scientia in excel-
so. Blasphemus iste sensus est:et in insipienti volun-
tate conceptus: dubitasse scientiam esse in eo qui sa-
pientiam humano donat ingenio:qui ꝛ angelos ipsos
et potestates celoꝝ prouidentie luce locupletat. Sci- ETy.
tus enim dictus est:quasi scire citus. Unde supra me-
moratus psalmus dicit: Qui plantauit aurē non au- Ibidem.
diet:qui finxit oculum non cōsiderat:qui corripit gen-
tes non arguet. [Ecce ipsi peccatores et abundantes
in seculo:obtinuerūt diuitias]. Proditū est / quod in-
sipientium corda fatigabat: quorum ratiocinatio est
sine ratione: tractatus sine consilio: cogitatio sine sa-
pore:vt ideo non putaret deū scisse quod agitur: quia
peccatores diuitias possidebant: quasi illis iustis ac
fidelibus talia sit pollicitus:ꝛ non magis pauperes in
mundo esse voluit quibus celorū regna promisit. [Et
dixit:ergo sine causa iustificaui cor meum:ꝛ laui inter
innocentes manus meas]. Asaph se quoqꝫ fatuis co-
gitationibus profitetur illusum: sicut superius dixit:
Mei autē pene moti sunt pedes:pene effusi sunt gres-
sus mei:vt cū se profitetur talia repudiasse: in nostris

sensibꝰ cogitationes non sinat vllatenꝰ introire. Qua-
propter increpatiue pronũciandũ est: Ergo sine causa
iustificaui cor meũ: quasi inani spe aliquis se putet il-
lusum: si in hoc sibi mundo fructũ iusticie non sentiat
ETY. esse collatũ. Causa enim a casu dicta est: ꝙ sepe bona
RHE. sit: sepe mala. Hoc genꝰ cause ab oratoribꝰ anceps di-
citur: qđ maxime in deliberationibꝰ ꝓuenit: quãdo du
bius est animꝰ quid sequat. Addidit: Et laui inter in-
nocẽtes manꝰ meas. Adhuc ipsum qđ cepit exequit.
Ac si diceret: Quid michi profuit ꝓbabili me cõuer-
satione tractasse: si diuitias possident qui vitia nõ re-
linquũt? Lauat enim inter innocẽtes manus suas: qui
pias operas laudabili peragit instituto. Nam Pilatꝰ
non lauit inter innocentes manus suas: quãdo flagel-
latũ dñm cruci tradidit affigendũ. [Et fui flagellatus
Al. castiga tota die: et † index meus in matutino]. Quasi penas
tio mea suas adhuc cõmemorat: quas vt illi videbat irrite su-
stinebat: vt iste flagellatus pauper esset: cũ impius se-
curus suas diuitias possideret. Pessima reputatio: sed
vicina correctio. Sicut egrotis fieri solet: q̃ tũc diuti-
no languore liberantur: quãdo in egritudinis fine eos
copiosior febriũ flãma succẽderit. Sequitur: Et index
meꝰ in matutino. Ecce iam ad tẽperiẽ sanitatis rediit:
qui morbosis caloribꝰ estuabat. Indicẽ dicit sibi dñm
Christũ: qui nobis viã veritatis euangelicis predica-
tionibus indicauit: et tẽpore matutino resurgẽs: spem
nostram de isto mũdo auferens: ad celorũ regna pro-
tendit. [Si dicebam narrabo sic: ecce nationẽ filiorũ
Al. repro- tuoꝝ † cui disposui]. Iam vicina veritate cõmonitus:
baui secũ ipse deliberat: ꝛ ad tantã rem perductus: cogita-
tione multiplici fluctuat. Dicebat enim: Si annũcia-
uero plebi deũ mortalia non curare: occurrere sibi pu-
tat p̃dicationes priores quas israeliticis ante p̃dixe-
rat: vt deũ colerent celi terreꝗ creatorẽ: qui per suam
sapientiam vniuersa disponit: bonis malisꝗ pro suoꝝ
actuũ qualitate restituens. Quomodo ergo poterat
aliter narrare: qui talia visus est ante docuisse? [Exi-
stimabã vt cognoscerem: hoc labor est ante me]. Pri-
mus gradus est scientie: quãdo ceperimus intelligere
minime nosse qđ ante nos scire putabamꝰ. Prius eñ
persuaserat sibi deũ non curare mortalia: qm̃ peccato-
res videbat diuitias possidere: modo autem existimat
esse querendũ: vt veritatẽ rei mereat agnoscere. Con-
stat ergo repudiatũ priorẽ sensuz: qñ alter vt agnoscat
exquiritur. Sequitur: Hoc labor est ante me. Reuera
estuanti laboriosum erat tantã rem lucida veritate co
gnoscere: vt ꝛ ꝓsperitates peccatoꝝ despiceret: ꝛ dñi
patiẽtiã veritatis ipsius ꝯsideratione laudaret. Ante
me qđ dixit: fortitudinẽ difficultatis ostendit. Quis
enim molẽ istã ignorãtie: nisi per gratiã possit diuini-
Ps. 17. tatis irrumpere? Sicut ꝛ in alio psalmo legitur: Et in
deo meo transgrediar murũ. [Donec intrẽ in sanctua-
rium dei: ꝛ intelligã in nouissimis eoꝝ]. Aduertit ali-
quãdo Asaph qđ intelligere festinabat. Repetit enim
predicte questionis aliter veritatẽ se non potuisse co-
gnoscere: nisi legẽ diuinã qđ est sanctuariũ dei cõtuẽs
intelligeret nouissima peccatorũ: quomodo in futuro
iudicio felicitas humana damnabitur: que hic ad tem
pus florere monstratur. Quo remedio hesitatio cũcta
sublata est: quia nõ debet plus animꝰ offendi: cũ se ma
RHE. gis rebꝰ talibꝰ sentiat edoceri. Quod genus orationis
deliberatiuũ dicitur: quãdo ꝛ partes ponunt: que nos
dubios reddũt: ꝛ eligitur sentẽtia que ꝛ vtilitati cõue
niat ꝛ decori. Dixit enim qđ eis scrupulũ cõmouebat:
Si dicebã narrabo sic. Occurrebat vtiꝗ illa feda va-
rietas: Ecce natio filioꝝ tuoꝝ cui disposui. Ad postre-
mũ eligitur sententia que cuncta saluaret: Hoc labor
est ante me donec intrẽ in sanctuariũ dei ꝛ intelligam
nouissima eoꝝ. Sic deliberatiuũ genus: partibus suis
regulari obseruatione completũ est. Sciendũ est sane:
de topicis oia quidẽ argumẽta ꝓcedere: sed quãdo ge
neraliter dicuntur: ad dialecticos ꝑtinent: quãdo autẽ
particulatim ꝛ specialiter exprimunt: oratoribꝰ cõue-
nire non dubiũ est. [Uerũtamen ꝓpter dolos posuisti
eis † mala: deiecisti eos dũ alleuarẽtur]. Asaph venit Al. non hz
ad tertium membrũ: vbi peccatorũ cõmemorat vltio-
nes: quas superius eis dixerat in futurũ grauiter infli-
gendas. Et ne oĩno in mũdo mali putarentur imunes:
aut scelera sua crederent habere modis oĩbus ĩpunita
dicit: Posuisti eis mala: vt quãuis mundana felicitate
potiant: reatũ in se gestent qui nõ potest deserere oĩno
criminosos. Nam tales etiam hic frequenter incurrũt
ruinas: quas eoꝝ vel suspicio non habebat. Sequitur:
Deiecisti eos dum alleuarentur. Deiecisti dum dicit:
ex alto significauit elisos. Et vt hoc intelligeres: ad-
didit: Dum alleuarentur: id est dum in cornu superbie
amplitudine ruinosa cõscenderẽt. Et ꝑpende: q: ipsuz
tempus eleuationis significat quod ruine. Non enim
dixit: postꝗ eleuati sunt: sed dum alleuarentur: quorũ
erigi cadere est: et subleuare demersio: quoniã ad illã
summitatẽ tendunt: que subita precipitatione dissol-
uitur: sicut iam ꝛ in alio psalmo dictũ est: Uidi impiũ Ps. 36.
superexaltatũ: ꝛ eleuatũ sicut cedros libani: ꝛ transiui
et ecce non erat: et reliqua. [Quomodo facti sunt in
desolationem: subito defecerũt: perierunt propter ini-
quitatẽ suaz]. Quomodo: admirãtis est: vt subito de-
solatus appareat qui tanta felicitate pollebat. Deso-
latus: vtiꝗ desertus ab illis rebus que eũ tanꝗ nume
rosa familia circuibãt. Hoc eñ cõtingere malis posse
nõ dubiũ est: quãdo debitũ pauende mortis incurrũt.
Sequitur: Subito defecerũt. Exponit etiã queadmo
dum ad desolationẽ ꝓuenerint: qui prius felicia malis
euenisse mirabãtur. Nam qđ dicit: Subito defecerũt:
significat repẽtine mortis aduentũ. Et ne illos crede-
res cõmuniter mori: addidit: Perierũt ꝓpter iniq̃tatẽ
suã: quia mali sic in hoc seculo deficiũt: vt tamẽ iterũ
in illa damnatione perpetua clade moriantur. [Uelut
somniũ † exurgẽtes: dñe in ciuitate tua imaginẽ † eoꝝ Al. surgẽtiũ
ad nichilũ rediges]. Pulchra comparatio. Talem di- Al. ipsorum
cit esse felicitatem malorũ: quale somniũ euigilantiũ.
Prestigiis enim quibusdã illusi: frequẽter ad illa nos
peruenire somniamus: que nimia cupiditate perqui-
rimus. Pauper enim subito diues efficit: criminosus
honorabilis inuenitur. Fruitur alter optato coniugio:
nõnullꝰ desiderato potit imperio. Et his oĩbus subito
derelictis: patentibꝰ oculis nõ respicimus que clauso
lumine cernebamus. Ecce illa admirãda felicitas im-
piorũ: ꝓuenit ad somniũ. Sic enim iã mortui diuitias
possidere nõ possunt: sicut euigilãtes sua gaudia ꝑdi-
derũt. In hoc aũt comate distinctio plena figenda est
qm̃ de superioribꝰ pendet. Sequitur: Dñe in ciuitate
tua imaginem eoꝝ ad nichilũ rediges. Hic iam dicit
queadmodũ in illa Hierusalẽ celesti impii diuinis nõ
possint apparere conspectibus: sed sicut in isto seculo
imaginem in se dñi polluerũt: ita in illa futura patria
eorũ effigies nõ videbit: qui in gehẽne sequestratione
mittendi sunt. Peribit ergo imago: quãdo se eis ipsa
veritas alienata subtraxerit. Nec similitudinem reti-
nere possunt: de cuius beatitudine nil habebũt. Ima- DEF.
go enim est alicuius rei existẽtis similitudo formata.

Al. inflam- matum [Quia † delectatū est cor meū:et renes mei † resoluti
sunt]. Superius ꝓpherauit impios a regno dn̄i sub-
Al. cōmu- tari mouendos: nūc causam reddit:quia ꝑ ipsos factū fue
rat vt cor eius noxia delectatione mūdanis felicitati-
bus inuideret. Unde apparet grauissimū esse peccatū:
qn̄ aliqs occasionē ꝓbuerit: vnde alterius ꝯsciētia pol
luatur: sicut nec illa praua est: que iuuante dn̄o bonis
prestat exemplū. Addidit: Et renes mei resoluti sunt.
Renes: frequēter diximꝰ ꝓ mentis cōstantia poni. Nā
sicut isti corpꝰ ꝯtinēt: ita aīe stabilitatē ⁊ illa custodit.
Renes enim suos dixit esse resolutos: quia mūdanarū
Al. non hʒ. rerū felicitatē incauta volūtate quesiuerat. [Et † ego
ad nichilū redactus sum: ⁊ nesciui. Ut iumentū factus
sum apud te]. Merito ad nichilū redactꝰ fuerat: qui ta
libus desiderijs inherebat: vt peccatoribꝰ inuidendo:
auctori suo facere videret̄ iniuriā. Ad nichilū em̄ ꝑue-
nit: qui fructu vere intelligētie vacuatꝰ agnoscitur. Et
hoc quoqꝫ nescisse se dicit. Ipsa est enim ꝓfunda igno
rantia: nescire ꝙ pecces. Unde in alio psalmo dictum
Ps̄. 18. est: Delicta quis intelligit? Sequit̄: Ut iumētū factus
sum apud te. Iure se iumentū dicit: quē carnalis emu
latio quasi irrationabile animal insidebat. Apud deū
enim in vice sunt pecudū: qui eius preceptis resistūt: ⁊
aliud sentire volūt: qꝫ sanctis regulis ꝯtinetur: sicut in
Ps̄. 31. alio psalmo dictū est: Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus
quibus nō est intellectꝰ. [Et ego semꝑ tecū. Tenuisti
manū dexterā meā]. Cū dicit: Et ego semꝑ tecū: osten
dit se ab idolis alienū: auctori dn̄o pura mente credi-
disse. Sed in hoc errabat: quia de pctoꝝ felicitate dn̄i
iudicia discernere nesciebat. Quapropt̄ hic distinctio
plena est: qm̄ est cōpleta sentētia. Sequitur: Tenuisti
manū dexterā meā. Dixit: Tenuisti manū. Et ne pu-
tares sinistrā: qꝛ ⁊ ipsa pars habet corporis manū: ad-
didit: Dexterā meā. Cuius enim hec pars a dn̄o tenet̄
semꝑ soluitur atqꝫ liberat̄: sicut Petro mergēti: dexte-
rā tenuit dn̄s: eūqꝫ fecit elementū liquidū fixo calcare
Al. et vestigio. [† In volūtate tua deduxisti me: et cum glo-
Al. susce- pisti ria † assumpsisti me]. Hic quoqꝫ gratia dn̄i significa-
tur qua redemit peccatores. Non enim dixit meritis
meis: sed volūtate tua deduxisti me: ad intellectū sci-
licet saluberrimū: ad quem post mortiferas cogitatio-
nes tanqꝫ de loco sepulchri: dn̄o viuificante reuersus
est. Sequitur: Et cū gloria assumpsisti me. Hic denun
ciat dn̄i incarnationē futurā: in qua hominē assumere
pietate sua dignatꝰ est. Quid enim mirabilius: qꝫ mor
talē naturā incarnatiōe verbi ad patris dexterā collo-
catā: et eā viuos ⁊ mortuos iudicaturā: q̄ post delictū
primi hoīs diabolicis tentationibꝰ subiacebat? Unde
etiā ꝓbatissime atqꝫ expresse Ioannes ꝯstantinopoli-
tanus ep̄s ait: Cognoscamus que natura est cui dixit:
Geñ. 3. Esto mee ꝑticeps sedis: illa natura que audiuit: Ter-
Al. est ra es: ⁊ in terrā ibis. [Quid enim michi † restat in ce-
lo: ⁊ a te quid volui suꝑ terrā]? Postqꝫ dixit quēadmo
dum a prauo sensu voluntate dn̄i fuerit absolutus: ad
quartū venit ingressum: vbi iam bonā misericordiam
ipsius liberatꝰ enumerat. Nā cū dicit: Quid restat in
celo: subaudiendū est: quid amplius petā: id est qꝫ qđ
mūdo daturus es? Beneficiū scilꝫ sancte incarnatio-
nis tue: vt deus homo ex duabꝰ ⁊ in duabꝰ naturis di-
stinctis atqꝫ ꝑfectis: vnꝰ christꝰ appareat: ⁊ damnatū
lege peccati per gratiā redemptionis absoluat. Incre
patiue autē cōtra se dicit qđ sequit̄: Et a te quid volui
suꝑ terrā? quasi diceret: Ego veritatis ignarus: qualia
suꝑ terrā sperabā: vt pctoꝝ bona cuperē habere coīa
cū tu bn̄ficia putares in eternitate mansura? Iste sunt
potius diuitie quas salubriter cupere debemus: ista fe
licitas de qua se christianus gaudeat esse locupletē: vt
sit pauper in hoc seculo: diues in celo. [Defecit caro
mea ⁊ cor meū deꝰ cordis mei: ⁊ pars mea deꝰ in † se- Al. eter.
cula]. Defectus dictus est: qm̄ deest illi effectꝰ. Et iure ET y.
cogitatio carnalis defecerat: que se errasse noscebat.
Sed illi confitetur cui culpā reuelare remediū est: de-
licta ꝯfiteri securitas. Et nota ꝙ in vno versu: cor ⁊ in
bono ponit̄ ⁊ in malo. Defecit cor: vtiqꝫ mala cogita-
tio. Deꝰ cordis: bonū intellectū significat: cū se errasse
iam salubriter sentiebat. Illud quoqꝫ notandū est: ꝙ
frequēter scriptura diuina de corporis istius parte di-
cit emanare ꝯsilia: sicut scriptū est: De corde hoīs ꝓce Matth. 15.
dūt cogitationes male: qꝫuis aliqui dicant in cerebro
esse sapiētie sedē: sed illi potius dicēti de corde nostro
credendū est: qui corda nr̄a formauit. Sequit̄: Et pars
mea deꝰ in secula. Illius hoīs pars deꝰ est: q̄ se maie-
stati ipsius ⁊ credulitati cōsociat: ⁊ ꝓbabili actione cō
mēdat. In secula ꝟo ꝙ addidit: semꝑ se ipsi adherere
ꝓmisit. Qꝛ reuera ꝑfectoꝝ est nunqꝫ ab illo velle disce
dere: sine quo cōtingit semꝑ errare. [Quia ecce q̄ elon
gant se a te peribūt: perdidisti omnes qui fornicantur
abs te]. Illorum memor est de quibus superius dixit.
Subito defecerūt: perierūt ꝓpter iniquitatē suā. Illi
enim se elongauerūt ab eo: q̄ idolis seruiētes: deo vero
nullā reuerētiā reddiderūt. Iste enim credēs deo: pau
lisper recesserat vt rediret: qn̄ sicut sepe dictū est: cogi-
tatiōes prauas de peccatoꝝ felicitate cōtraxerat. Se-
quitur: Perdidisti oēs qui fornicant̄ abs te. Fornicari
est a dn̄o qn̄ adulterinis cogitationibꝰ ab eius amore
casto deuiamꝰ: ⁊ luxuriā seculi ꝓponētes p̄ceptoꝝ ce-
lestiū nō recipimꝰ disciplinā. Qđ illos facere manife-
stū est: qui culturas idoloꝝ vanasqꝫ suꝑstitiōes impie-
tatis affectāt: ⁊ quicqđ postremo cōtra catholicā fidē
credit̄: pollutis sensibꝰ fornicat̄. [Michi aūt adherere
deo bonū est: ponere in † deo spem meā. Ut annunciē Al. dn̄o
oēs † laudes tuas in portis filie syon]. Ecce declara- Al. predi-
tus est sensus ille quē diximꝰ: qꝛ lꝫ praua se cogitatiōe cationes
polluerit: tn̄ a cultura dn̄i nō recessit. Dicit enim bonū
sibi esse adherere dn̄o. Is em̄ diuinitati adheret: qui
se illi vera fide atqꝫ ꝓbitate operū coniūgit. Nā sicut
impios dixit elongatos: ita se adherere dn̄o ꝓfitet̄: vt
illis ꝯtraria faciendo disparē vicissitudinē remunera-
tiōis inueniat. Sequit̄: Ponere in deo spem meā. Ex-
ponit ꝟbū qđ superius dixit. Ille em̄ adheret deo: qui
spem suā ponit in dn̄o: qꝛ nichil potest esse beatiꝰ qꝫ illi
oīa cōmittere: qui nouit suis cultoribꝰ cōgrue ꝓfutura
ꝑstare. Addidit: Ut annūciē oēs laudes tuas in portis INTEX
filie syon. Syon: frequēter diximꝰ montē esse Hieroso
lymis ꝯstitutū: qui nostra lingua speculatio interp̄tat̄.
Istius ergo cōtemplationis filiā: catholicā ꝯstat esse
ecclesiā: vbi reuera laudes dn̄o reddit: qui pura mente
crediderit. In portis: ip̄m ingressum mauult christia-
nitatis intelligi: quādo ad verā fidē ꝑcipiendā popu-
lus noue regenerationis adducit̄.

Conclusio.

¶ Quam mirabiliter Asaph iste: cuius no
men indicat synago
gam: ⁊ preteritos errores respuit: ⁊ future bona credu
litatis assumpsit. Deliberauit em̄ sapiēter: elegit exi-
mie: vt nō immerito post illā superioris psalmi de ad-
uentu dn̄i salutiferā promissionē: septuagesimi secūdi
psalmi: et numerus cōuenisse videatur: quando vtras-
qꝫ cogitationum partes: velut iusta libra discernens:
equabili totum moderatione pensauit. Completa est
his admonitionibus institutio christiani: vt nec cogi-

tationibꝰ malis delinquat: qui se dño cõmendare festinat. Presta dñe: ne nos talibus inuidere facias: quos tua veritate condemnas: sed execremur quos horres: et amemus certe quos diligis: quia tecũ nequeunt habere portionem: nisi qui voluntates tuas mente deuotissima subsequuntur.

¶ Explicit expositio in psalmum. 72.

¶ Intellectus Asaph. lxxiij

Ut quid deus repulisti in finẽ: iratꝰ est furor tuus sup oues pascue tue? Memor esto congregationis tue: quã possedisti ab inıtio. Redemisti virgã hereditatis tue: mõs syon in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quãta malignatus est inimicus in sancto? Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solẽnitatis tue. Posuerunt signa sua signa ⁊ non cognouerunt: sicut in exitu super summũ. Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi ⁊ ascia deiecerunt eam. Incenderũt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorũ simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa nostra non vidimus: iam non est propheta ⁊ nos non cognoscet amplius. Usq; quo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem? Ut quid auertis manum tuam ⁊ dexteram tuã: de medio sinu tuo in finem? Deus autẽ rex noster ante secula: operatꝰ est salutẽ in medio terre. Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis. Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eum escam populis ethiopũ. Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus est dies ⁊ tua est nox: tu fabricatus es auroram ⁊ solem. Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea. Memor esto huius: inimicus improperauit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi: et animas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus cõfusus: pauper ⁊ inops laudabũt nomen tuũ. Exurge deus iudica causam tuã: memor esto improperiorum tuorum que ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorũ qui te oderunt ascendit semper.

per mōtes: nūc insipiētes corde turbatos posuit atq
cōfusos. Nō immerito:qm de predicatiōibus sanctis
vñ illuminati sunt iusti/insipiētes inde turbati sunt:et
recedentes a vero lumine/ tenebrosa mūdi desideria
sunt secuti. Isti dormierūt vigilantes/somnūq in bo
nis actibus habuerūt:qui cōfusis semp turbabant er
rorib⁹. Bene aūt somnū appellauit infideliū vitā: q2
vigilare nō est psutura negligere/ z caduca pquirere.
Et bene addidit Suū:vt eos a beatorū quiete discer=
neret. Nā iste somnus fallax/atq deceptor est:vt mo
do se gaudeant diuitias acquisisse/modo nobilissimo
coniugio copulatos/modo claris honorib⁹ fuisse sub=
uectos. Sed vide qualis eos cōfusio subsequat. Et ni
chil inuenerūt viri diuitiarum in manibus suis:vt soli
hominū perdāt/ qđ minime possederūt: fiatq illis in
amissione luctus/q non habuerunt fruendo letitiā. Et
intēde quēadmodū auaros designat/atq definit. Di
cit em Uiri diuitiarū:scz qui pecunijs suis captiua mē
te deseruiūt. Sequit pulchra Emphasis: vt adhuc in SCHE.
manibus suis querāt/cū se nichil tenuisse cognoscāt.
Emphasis quippe est exaggeratio duplex. Una/que
plus significat q dicit. Altera/que demōstrat etiā id
quod nō dicit. Sed hic illa pars eius est/que signifi=
cat etiā quod nō dicit. Nam ponēdo viros diuitiarū/
totius mūdi desideria eos habuisse designat: vt p si=
militudinē somni diuersa desiderij sui pceptiōe lude=
rent. [Ab increpatiōe tua deus iacob:dormitauerūt
qui ascēderūt equos]. Cū soleat increpatio strenuos

viros cautos/atq; vigilantes efficere: hic ab increpatione dñi/q̄ est de⁹ iacob dormitasse dicit incredulos: vtiq;/q: sancta monita negligēter/atq; stupidis mentibus audierūt. Sed q̄ sint isti q̄ dormitauerint: cōsequēter exponit. Qui ascenderūt equos: id est qui in superbiā crescētes quasi equis currētibus/mūdi isti⁹ illecebras ꝑuagāt. Et si causam tāte precipitatiōis excutias: feruor ille dormitat/ festinatio stertit/ actusq; ipse tam ꝑceps somno sepult⁹ est. Talis fuit ille pharao: q̄ ascendēs currus atq; equos/ increpatiōes dñi obstinata mēte contēpsit: ⁊ dormitādo ꝑuenit ad eternum somnū: vbi nulla requies inuenit. [Tu terribilis
Al. Ex. es: ⁊ quis resistet tibi † tūc † ab ira tua?] Paulo attē
Al. non hȝ. tius intueamur quid versus iste ꝓnūciet. Supꝛius dixit increpare dñm eos q̄ ascendūt equos: id est qui ad supbiam ꝓsiliunt. In illa autē iudicatiōe cūctis dicit esse terribilē: quādo in gloria maiestatis sue veniēs superbos addixerit/⁊ humilibus corde ꝑpetuā contulerit dignitatem. Hic em̄ multi resistūt preceptis eius: quādo illa magis appetūt/ q̄ ipsius monitis inhibēt. Tunc aūt quis resistet tibi? Hoc negatiue legēdū est: q: nemo ibi potest improboꝝ resistere/ vbi cognoscūt dñm oīa scelerata damnare. Tūc em̄ dicit: id est tēpore iudicij: q̄ etiā dies ire dicit et furoris: q: nichil vlterius ꝑ patiētiam dissimulabit/qm̄ iam in impios vindi
Al. auditū fecisti iudicium. cat. [De celo † iudiciū iaculatus est: terra tremuit et quieuit]. Hic virtus ipsa iudicatiōis exponit: q: de illa summitate potētie: sic descēdit iudiciū tāq; fortissima/certaq; manu iaculū destinatū. Sȝ lācea ista plagam efficit tēporalem: illud aūt iudiciū impios eterno vulnere sauciabit. Sequit Terra tremuit et quieuit. Terra (sicut sepe dictū est) hic significat corpulentos grauissimos peccatores: q̄ diuine sentētie aucto-
Mat. 25. ritate damnādi sunt. Hi tremefiunt: cū audierint Ite in ignem eternū. Quiescūt/cuȝ in ꝑpetua damnatiōe recipiūt. Sed quies ista sine requie est. Quiescūt em̄ a malis operibus: sed in supplicio nō quiescūt/ quippe q̄ eterna flamma cruciandi sunt. [Cū exurgeret in
Al. mansuetos. iudiciū deus: vt saluos faceret oēs † quietos terre] Versus iste ad superiora iūgendus est. Dicit em̄ Terra tremuit ⁊ quieuit: cū exurgeret in iudiciū de⁹. Bene aūt dicitur exurgere in iudicio suo: qm̄ hic quietus oīa ꝑtulit/cū iudicatus est christus: q̄uis ⁊ ibi cuncta sub trāquillitate dijudicet. Sȝ exurge/tractū est a iudicibus mūdi: q̄ qm̄ aliquid districta seueritate censuerint/dicunt exurgere: q: cōmoti vident cōmissa crimina vindicare. Et ne iudiciū illud ad solā damnationē maloꝝ crederes esse faciēdū: addidit Ut saluos faceret oēs quietos terre. Quieti terre sunt/q̄ nullis vitijs mūdi hui⁹ inflāmata volūtate rapiunt: sed equabili se moderamine tractātes (sicut supꝛius dictū est) pacem mētis ꝓbant habere trāquillā. Hi salui fiūt/cū dono
Al. qm̄. dñi premia ꝓmissa recipiunt. [† Quia cogitatio hois
Al. cogitationis. cōfitebit tibi: ⁊ reliquie † cogitationū diē festū agēt tibi]. Uenit ad tertiā partē: monens vt q: solus est dñs cui festiuitas summa debeat: reddāt vota deo terribili/q̄ supbiā principū cōuertere pōt ad humillimā sanctitatē. Cogitatio vero nostra primū confitet deo: qm̄ pctā ꝑterita humili satisfactiōe dānauerit. Sȝ q: fragilitas humana semꝑ debȝ lugere qđ peccat/ addidit Et reliquie cogitationū diem festū agēt tibi. Reliquie cogitationū sunt post effusas lachrymas/ ⁊ assiduam ꝯtritionē cordis/ ꝑteritoꝝ criminū recordata ꝑnicies Hic dño aget diē festū: qm̄ se ab illo interitu peccatoꝝ sentit esse liberatum. Hinc est qđ hebrei emūdati sordibus peccatoꝝ festiuū munus dño iubent offerre: qđ ⁊ quinquagesimus psalmus michi videt tangere. Nā cū dicit Usq;quaq; laua me ab iniustitia mea/et a delicto meo mūda me: ꝑteriti tēporis ꝑnicies metu vētu- Ps. 50.
ri iudicij dño confitet. Uis etiā audire agentē ꝓphetā in spū diem festū: post multa cōsequit. Tūc acceptabis sacrificiū iustitie/oblatiōes/⁊ holocausta: tūc imponā sup altare tuuȝ vitulos. Sic beata germanitas psalmoꝝ mutua sibi veritate cōsentit. [Uouete ⁊ reddite dño deo vestro: oēs qui in circuitu ei⁹ offertis munera † terribili]. Cum oīa ꝑcepta dñi nos implere cō Al. non hȝ.
ueniat/sitq; nobis necesse vocē eius iussionis audire: hic admonet et Asaph vt primū vouere/ postea reddere debeamus. Nō immerito: q: sunt multa q̄ etiam nō ꝓmittētes debeamus exoluere: vt est illud Nō oc- Exo. 20.
cides/nō mechaberis/nō furtum facies: ⁊ cetera delicta que vetamur efficere. Alia sunt q̄ nisi voueamus/ implere nulla lege cōstringimur: vt virginitatē seruare/heremū petere/ ⁊ quotidiana nos maceratiōe ieiunijs cōstringere. Talia ergo inuitat ꝓmitti: q̄ nisi polliceamur/omnimodis nō debemus. Licet em̄ ⁊ coniugiū querere/⁊ in sancta ecclesia cōmorari/⁊ cōpetenti refectiōe gaudere: sed tñ his meliora cū ꝓmissa fuerint iubet esse reddenda: sicut dicit apls. Qui matrimonio iūgit virginē suā/bene facit: ⁊ q̄ non iūgit/me- 1. Cor. 7.
lius facit. Addidit Deo vestro/vt significet fideles: q̄ cultura sancte trinitatis exultāt. Sequit Oēs q̄ in circuitu eius offertis munera. Isti sunt oēs quibus dixit Uouete ⁊ reddite: nō hereticis vtiq;/nec paganis: sed eis q̄ altari eius munera reddere catholica institutione festināt. In circuitu quippe res agit: cū munera fideliū sacratissimis altaribus offerunt. Nā ꝙ ait Terribili/specialiter respicit ad deuotos: quibus etiā suauis esse dinoscit: sicut legitur Seruite dño in timore: ⁊
exultate ei cū tremore. Nā prauis ⁊ contemptoribus Ps. 2.
terribilis nō est. Nā si dñm metuerēt: vtiq; honesta se cōuersatiōe tractarent. [† Et ei qui aufert spiritū prin
cipū/terribili apud reges terre]. Adhuc magnificen- Al. Terribili.
tiam dñi fidelis predicator exponit. Dicit em̄ vouendum illi terribili/q̄ aufert spiritum principum: id est superbie/vel tumoris. Et vt cōuersos deberes aduertere/intulit Apud reges terre: vtiq; q̄ corpus suū regere/ac moderari dñi munere meruerūt. Hic em̄ superbie spiritu vacuatos reges intelligamus: non potestate pretumentes: q: magis in ista parte miraculum est ꝙ superbia tumidi non sunt puniti: sed potius indulta conuersione liberati.

Conclusio.

¶ Ecce ille Asaph q̄ in titulo dictus est commonere dirigētes/ vsq; ad dñi christi sacramēta peruenit: terribilem regibus ꝓnūcians/quē crucifigendum hebreorū clamauit insania. Quapropter intelligite pertinaces: q: dirigentes nō estis/sed potius errātes: qui audire noluistis tam saluberrimū per cūcta monitorem. Et ideo dispersi per aliena regna viuitis/sacrificia non habetis: qui sceptrū noluistis patrioticum diligere/sed romanū. Nam dum confitentes latino sermone dicātur iudei: quemadmodū sic appellari potestis tam grauiter obstinati? Cur ergo vltionem tantam non aduertitis: qui ipsum quoq; nomen post oīa perdidistis? Dimidiatus est hic textus psalmorū/⁊ quantos dñi largitate transiuimus: tanti nobis ad finem superesse noscūtur. Oremus vt qui nobis gratiā prestitit in preteritis: ipse nobis auxilium concedat efficaciter in futuris.

¶ Explicit expositio in psalmum. 75.

¶ In finem ꝓ Idithun psalmus
Asaph. Lxxvi.

Voce mea ad dn̄m clamaui: uo
ce mea ad deū / et intendit mi=
chi. In die tribulationis mee
deū exquisiui manibꝰ meis no
cte cōtra eū: et nō suz deceptꝰ.
Renuit cōsolari aīa mea: me=
mor fui dei / ⁊ delectatꝰ sum: ⁊ exercitatꝰ sum
et defecit spūs meꝰ. Anticipauerūt vigilias
oculi mei: turbatꝰ sum / ⁊ nō suz locutus. Co=
gitaui dies antiquos: ⁊ annos eternos in mē
te habui. Et meditatus sum nocte cuz corde
meo: ⁊ exercitabar et scopebam spiritū meū.
Nūquid in eternū ꝓijciet deus: aut nō appo
net vt cōplacitior sit adhuc? Aut in finē mise
ricordiā suaz abscidet: a gn̄atione in gn̄atio=
nē? Aut obliuiscet̄ misereri deꝰ: aut ꝯtinebit
in ira sua misericordias suas? Et dixi nūc ce=
pi: hec mutatio dextere excelsi. Memor fui
operū dn̄i: q̄ꝛ memor ero ab initio mirabiliū
tuoꝝ. Et meditabor in oībus opibus tuis: ⁊
in adinuētiōibus tuis exercebor. Deꝰ in sctō
via tua: quis deꝰ magnus sicut deꝰ noster: tu
es deus q̄ facis mirabilia. Notā fecisti in po
pulis ꝟtutē tuā: redemisti in brachio tuo po=
pulū tuū: filios iacob et ioseph. Viderunt te
aque deus: viderūt te aque ⁊ timuerūt: ⁊ tur
bate sunt abyssi. Multitudo sonitꝰ aquaꝝ: vo
cē dederūt nubes. Et ei sagitte tue transeūt:
vox tonitrui tui i rota. Alluxerūt coruscatio=
nes tue orbi terre: cōmota est / ⁊ ꝯtremuit ter
ra. In mari via tua / ⁊ semite tue i aquis mul
tis: ⁊ vestigia tua nō cognoscent̄. Deduxisti
sicut oues ppl'z tuū: in manu moysi et aaron.

In finem / notū est significare dn̄m saluato=
rem. In Idithun quoqꝫ transiliens eos / in
suꝑioribus titulis diximus nomen istud q̄d
debeat indicare. Asaph cōgregationē ap=
pellari manifestū est. Sic istoꝝ nominū ex=
positione tractata / cōgregatio debet aduerti: que vi=
tia istius seculi gloriosis passibus transiliuit: ⁊ ad illū
finē peruenit / cui nichil potest simile reperiri. Totus
ergo psalmus hic a fideli congregatione cantabitur:
que Asaph nomine cōtinetur. Diuisio.

Asaph iste quem diximus vitiorum transili
torem In prima narratiōe psalmi ad dn̄m
se clamare testatur: et tribulationibus suis
(q̄d solet fidelibus accidere) se magis insi=
nuat eruditum. Secūda narratiōe cogita=
tiōes enumerat: que solēt pulsare in hoc mūdo corda
laborātium. Tertia / beneficio diuinitatis in meliorē
sensum se asserit ꝑmutatū: vt operā / potentiamqꝫ dei
fixa mēte cogitaret: quibus rebus cognoscit̄ assidua
exercitatione ꝑfecisse. Quarta narratione ꝓsequitur
quēadmoduz per dn̄m saluatorem facta sint in popu=
lis diuina miracula. Expositio.

Voce mea ad dn̄m clamaui: † ⁊ vox mea ad Al. voce.
deū / ⁊ intendit michi]. Asaph iste munda=
norū desideriorū transilitor eximius: non ꝑ
incolumitate corporis / nō ꝑ diuitijs acqui=
rendis / non ꝑ honore capiendo / sed amore
dn̄i qui iam ꝑfectis infundit̄ / clamat ad dn̄z: vt in hoc
gymnasio cōfessionis cōtemplatio diuinitatis eū spi=
ritualiter consolet̄. Nam q̄ꝺ dicit Voce mea: modus il
le locutionis est / quē iam in tertio psalmo posuimus:
vbi ait Incenderūt igni sanctuariū tuū: ⁊ his similia.
Que figura in litteris secularibꝰ Pleonasmos appel Sche.
latur: quā nos quoqꝫ ponamus intrepidi / cuz et pater
Augustinus in modis locutionum frequētissime eam
commemorasse noscat̄. Sed animaduertēdū est: q̄m
ille tm̄ clamet ad dn̄m / qui eū talia petit / qualia se da
turū fidelibus pollicet̄. Nam qui eum ꝓ rebus trāsito
rijs rogat / nō ad dn̄z clamare cognoscit̄: q̄uis ipsum
petere videat̄. Repetit Et vox mea ad deū: subaudiē=
dū peruenit. Sed quid tn̄ expeteret nō designat: me=
rito q̄ꝛ nō est illi necessariū dicere quod prestet / qui so
lus nouit largiri q̄d expetit. Quapropter viri sapien=
tes sunt: qui se potestati diuinitatis / ordinatiōiqꝫ com
mittūt. Ipsum solū expetūt / ⁊ oīa ꝓspera cōsequunt̄.
Sic Isaias ꝓpheta dicit Dn̄e deꝰ noster pacē tuā da Isa. 22.
nobis: oīa em̄ prestitisti nobis. Sequit̄ Et intēdit mi=
chi. Ecce vox illa breuis / sꝫ pietate magnifica ad dn̄z
missa hoc egit / vt dignaret̄ intēdere. Sed quid ibi nō
prestitit: qn̄ talia miseratus indulsit? Illiꝰ quippe re=
spicere / liberare est: ⁊ tam magna cōferre / qualia non
preualet auidus p̄cator expetere. [In die tribulatio=
nis mee deū exquisiui manibus meis nocte † corā eo: Al. ꝯtra eū.
et nō sum deceptus. † Negaui cōsolari † aīam meā]. Al. renuit.
Solent mūdanis desiderijs occupati in tribulationi= Al. anima
bus optare / vt ab illa possint quā sustinēt necessitate mea.
liberari: vt si egrotus est sanitatē querat / si ꝑegrinus
patriam / si pauper expēsas. Iste (vt breui petitiōe oīa
ꝓfutura cōcluderet) nichil de suis angustijs vocifera=
tus est: nec impatiēter que sustinebat ingessit: sed tan
q̄ꝫ quietus / ac malorū suorū nescius: in die tribulatio=
nis sue toto desiderio cōtemplationez dn̄i ꝑquirebat.
Addidit Manibꝰ meis nocte corā eo: ⁊ nō sum dece=
ptus. Hic cōplectit̄ quēadmodū dn̄m viriliter inquisi
uit: ⁊ q̄ fructus eiꝰ actionis apparuit. Manibus meis
oꝑibus dicit bonis: que diuinis noscunt̄ cōuenire mā
datis. Nocte / mūdi istius significat vitā: que q̄uis lu=
cem habere videat̄ / peccatorū tn̄ obscuritate fuscata
est. Corā eo: id est nō ad faciē hominū / sed in abscōso: Mat. 6.
sicut ipse dicit Nolite facere iustitiaz vestrā corā hoī=
bus ⁊c. Illo em̄ presente fit / qn̄ humanus nō affectat̄
aspectus: vt vanis laudibus intumescat / cū se aliquis
boni quicq̄ꝫ fecisse disseminat. Sequit̄ Et nō suz dece
ptus. Ille reuera nō decipit̄ / cui ꝓmissa cōplent̄. Sol
licitius aūt perquirendū est quare dicat Negaui cōso
lari aīam meā: qui iam dn̄i cōtemplatione gaudebat.
Sanctus vir iure negat illis rebus cōsolari aīam suā
que humanis desiderijs appetunt̄. Ut si fatigat̄ vigi=
lijs / remissam vagationē querat: si ieiunijs / corpꝰ suū
cōgrua hylaritate reficiat: si tristis est / amicorū cōfa=
bulatiōibus trāsferat̄. Isti vero vna fuit cōsolatio: in=
tētionē suam ponere semꝑ in dn̄o. [Memor fui dei et
delectatus sum: ⁊ exercitatus suz / et defecit † paulisꝑ Al. non hꝫ.
spiritus meus]. Ecce quemadmodū refectus est / qui
mūdanis rebus aīam suā cōsolatam se fuisse denega=
uit. Nam cū dei memores sumus / totius munere sua=
uitatis explemur: nec potest aliquid par esse / quando

nos ceperit gratia diuina satiare. Sequit: Exercitatꝰ
sum ⁊ defecit paulisper spūs meus. Exercitatū se dicit
in illa cōtemplatione diuina: cū tractaret qua sapiētia
cuncta disponat: quali potentia vniuersa cōtineat: oīa
simul faciēs ⁊ tā multa mirabili ordinatiōe dispēsans
Et necesse erat vt intellectus eiꝰ deficeret: cū se in vna
retractatiōe tā innumerabilia: tā ingētia ꝯgregassent
Abachuc.3 sicut alibi legit: Consideraui opa tua ⁊ expaui. Bene
aūt posuit Paulisper: qm̄ ⁊ si ad tēpus visus est defe-
cisse: paulopost intelligit potuisse recreari. [Anticipa-
uerūt vigilias oculi mei: turbatꝰ suꝫ ⁊ nō suꝫ locutus].
Uenit ad scdam narrationē: in qua cogitationū suarū
estus enumerat. Dicit enim oculos suos āticipasse vi-
gilias: quas in dei laudibꝰ solēniter exhibebat. Istas/
vsus noster ꝯsueuit vocare nocturnos. Hoc enim illis
necesse est ꝯtingere: qui ad spūales cogitationes semꝑ
intēti sunt. Reddit enim cura puigiles sensus: nec som
nū capiūt: nisi qui vniuersa sollicitudine vacuant. Se-
quit: Turbatus sum ⁊ nō sum locutꝰ. Ostendit reuera
tp̄s fuisse nocturnū: qm̄ ipse homo recogitās animi sui
secreta ꝑquirit. Turbatꝰ est qppe recordatiōe peccan
tiū: qꝛ humanū genus in delictoꝝ p̄cipitia corruebat:
et pio dolore ꝓ alijs cruciabatur: qui iā vitia mūdana
trāscenderat. Tacuit ergo: qm̄ ꝓfunda nocte nō habe
bat solatiū humani colloquij: quo tp̄e cautius cogitat
quicūqꝫ deliberat. [Cogitaui dies antiquos: ⁊ annos
RDE. eternos]. Ingredit deliberatiuū dicēdi genꝰ: qꝺ suis
mēbris diligēter explicitū: in huiꝰ partis fine mōstra-
bimus. Dicit em̄ quare turbatꝰ est: qm̄ dies cogitauit
antiquos: Ade videlꝫ: quibꝰ humanū genꝰ pctis tene-
Ps.38. bat obnoxiū. De quibꝰ ⁊ alio loco dicit: Ecce veteres
posuisti dies meos. Sed isti tꝑales atqꝫ caduci sunt: ⁊
labili varietate fugitiui. Sed ꝯtra dies antiquos/ an-
nos ponit eternos: qꝛ sicut isti momēto pereūt: sic futu
ri ꝑenni longeuitate cōsistūt. In istis mors dñatur: in
illis regnat vita ꝑpetua. Isti edaci tristicia corrodent
in illis iusti secura felicitate gaudebūt. In istis deniqꝫ
fugit omne qꝺ venerit: in illis stabit quicqꝺ accesserit.
Sed qꝺ est hoc: ꝙ iste vir iā deo deditꝰ cōtra dies an-
tiquos eternitatē ponit annoꝝ? Cogitabat em̄ cur la-
bētes dies ⁊ quos tenere nemo possit: tātopere deside
ret ⁊ q̄rat humanitas: ⁊ illos eternos q̇ soli nobis sunt
specialiter appetēdi negligamꝰ: cōtēnamꝰ: nec creda-
mus esse: dū eos in p̄senti nō valeamꝰ aspicere. Merito
ergo turbatꝰ est: qui tā prauis ꝑsuasionibꝰ peccatores
Al. et cognouerat subiacere. [In mēte habui. Et meditatus
Al. scope-bam sum nocte cū corde meo: † exercitabar ⁊ † vētilabā in
me spm̄ meū]. Caput istius versus superiori iūgendū
est. Est enim: ita ⁊ annos eternos in mēte habui: nō si-
cut stulti: q̇ hoc qꝺ audiūt neqꝫ credūt neqꝫ in sua me-
moria reponūt: sed obliuioni mandāt qꝺ negligentius
acceperūt. Iste em̄ in mēte habuit annos eternos: qm̄
credebat esse vēturos. Meditat etiā cū corde suo: qui
aīam suā facit aliqꝺ cū ratione tractare. Cū illa enim
loq̇mur taciti: cū illa exercemur quieti: nec soli sumus
qm̄ cū ipsa suscepta altercatione cōfligimus. Sequit:
Exercitabar ⁊ vētilabā in me spm̄ meū. Proprie actus
ipse deliberationis exprimit. Exercemur enim qm̄ ꝑ re
tractatiōes innumeras estuamꝰ: ⁊ quasi in palestra aīe
spūali cōcertatione fatigamur. Uentilat autē spūs: cū
huc atqꝫ illuc in vēti more celerrima cogitatione trās-
Al. non hꝫ. fert. Spūs em̄ virtꝰ est aīe: q̄ intētiones eius implere
Al. cōpla-citior ꝯtēdit. [† Et dixit: nūquid in eternū ꝓijciet deꝰ: aut nō
apponet vt † bn̄placitū sit † ei adhuc]. Cū iste Asaph
Al. non hꝫ. transilitor vitioꝝ totius mūdi cogitaret angustias: et
spūs eiꝰ diutinis meditationibꝰ exerceret: dixit: Nūqꝺ
deꝰ in eternū ꝓijciet genus humanū: vt nō ei aduentꝰ
sui miseratione ꝓspiciat? Ille em̄ iā bn̄ficia dñi futura
sentiebat: qui de celestis misericordie ꝓmissa pietate
tractabat. Sequit: Aut nō apponet vt bn̄placitū sit ei
adhuc? Istud Non: nequaqꝫ negātis: sed potius affir-
mantis est. Apponet em̄: id est p̄stabit: vt ei bn̄placitū
sit genus humanū: qm̄ dignabit incarnatiōis sue decla
rare mysteria. Qꝺ aūt ait Adhuc: expectātis est: non
dolētis. Nā q̄uis fieri posse crederet: emergere tamē
subsequēti tp̄e ꝯfidebat. [Aut in finē misericordiā suā
abscidet: a † seculo ⁊ gn̄atione]. Misericordia dñi est: Al. generatione in generationē
ꝙ de maria ꝟgine nasci ſm carnē ꝓ nr̄a infirmitate di-
gnatus est. Hāc dñs nō abscidit: quā ꝓ hoīm salute ꝑ
ꝓphetas cecinit esse vēturā. De quo loco: Stephanꝰ
ep̄s mēcyclis ad Leonē principē scribens mirabiliter
dicit. Indutꝰ est filiꝰ tunicā corporis: hoc est integrū
hoīem de sctā ꝟgine: quā sctūs spūs texuit ieffabiliter
in ingressu inenarrabiliter: in egressu cōprehēsibiliter.
Ingressus est inuisibilis: egressus ē visibilis. Ingres-
sus est deꝰ verbū: egressus est idē ⁊ homo. In finē ꝟo
significat plenitudinē tp̄is: qm̄ venire dignatꝰ est. De
quo tp̄e Ioānes apl's dixit: Filioli nouissima hora est. 1. Ioan. 2.
Addidit: A sclo ⁊ gn̄atione. A sclo: in quo decretū fue
rat vt veniret. A generatiōe: iudaica scꝫ: quos carnis
cognatiōe etiā fratres appellare dignatꝰ est. O ꝓmis-
sio gl'iosa: o ꝑceptio salutaris: si agnoscere meruissent:
qꝺ eis singulari munere p̄stabat. [† Nunqꝺ obliuiscit Al. aut obliuiscetur
misereri deus: aut cōtinebit in ira † misericordiā suā]. Al. sua misericordias suas
Obliuisci illud possumus qꝺ nobis accedit ⁊ recedit.
Deo autē cui mīa substātialiter inest: queādmodū po-
test obliuisci qꝺ ab ipso nō ꝓbat auferri? Hinc ergo ꝓ-
nūciabat misereri deū: qꝛ eiꝰ p̄uidebat aduentū. Nā q̄
fortior mīa: q̄ vnde mūdi clades cognoscit esse subla-
ta? Sequit: Aut ꝯtinebit in ira misericordiā suā. Re-
spice q̄ mirabili ordine aduētꝰ iste descriptꝰ est. Absqꝫ
misericordia ponit: qꝛ miseris res tāta prestat. Faciliꝰ
est em̄ dño ꝯtinere irā: q̄ ab eiꝰ trāquillitate cognoscit
aliena. Sed magis ad misericordiā ꝓnus esse credat:
que nunqꝫ ab eiꝰ maiestate diuidit: sicut ꝑ Esaiā dicit:
Nō in eternū videx in vobis ero: neqꝫ ꝑ oē tp̄s irascar
vobis. Quapropter nō in ira ꝯtinebit misericordiā: sꝫ
in misericordia irā potiꝰ abstinebit: si tn̄ in hoc sclo cō
uersio deuota ꝓueniat. Et memento ꝙ ira in dño abu-
siue nō ꝓprie dicat. Peractū est deliberatiuū dicendi RDE.
genꝰ: cuiꝰ mēbra suis ꝟsibꝰ apta reddamꝰ. Cogitatio
ipsius habuit dies antiquos ⁊ annos eternos suis q̄li-
tatibꝰ ⁊ efficiētijs cōparare: q̄s partes ī sua mēte repo
suit: ⁊ in eis spm̄ suū diutinis fluctuationibꝰ vētilauit:
elegit tn̄ tertie partis (sicut in deliberationibꝰ fieri so-
let) certā absolutāqꝫ sniam. Dixit em̄: Nūqꝺ in eternū
ꝓijciet deꝰ vt nō apponat vt bn̄placitū sit ei adhuc? Et
reliquos duos ꝟsus qui in p̄dictā vident cōuenire sen
tentiā. [Et dixi nūc cepi: hec mutatio dextere excelsi];
Interiecto diapsalmate secūdo: venit ad tertiā narra
tionē: vbi post cogitationē bonoꝝ: trāslatꝰ ad saluber-
rimū sensum: cōpetēter se asserit imutatū. Dicit enim
primo: Nūc cepi: quasi sapere: quasi intelligere: q̄si ad
lumē splēdidissimū ꝑuenire: quippe q̇ letaturꝰ erat in
operibꝰ dñi. Sꝫ qꝺ sit istud Nūc cepi: sequēti sentētia
declarat. Que figura dicit Ephexegesis: id est expla- SCHE
natio dicti superioris. Dicit em̄: Hec est mutatio dexte-
re excelsi. Mutatio: nomē equiuocū est. Nā mutati di-
cimur: qm̄ in pessimā partē errore aliquo faciente dela-
bimur. Sed ne tale hic aliqꝺ sentiret: cōmutationē in

se dicit factā:quā dextera dn̄i ꝯsueuit opari. Dextera
enim excelsi christus est dn̄s:ꝑ quē sic sumꝰ cōmutati:
vt de cōditiōe seruili mereamur etiā eiꝰ filij nūcupari.
Hāc in se cōmutationē fieri sentiebat:quā cōcedi chri
stiano pplo qn̄qꝫ gaudebat.[Memor fui operū dn̄i:qr
memor ero ab initio mirabiliū tuorū. [Cōmutationē
de se factam in sua dicit ꝑmanere memoria:qr meliora
mereṫ suscipere:q̄ collata bona de corde nō ꝓbaṫ amit
tere. Sed ne tm̄ de se exultare videreṫ:sequitur: Quia
memor ero ab initio mirabiliū tuorū : vtiqꝫ q̄ humano
generi pius miserator indulsit. Primū:ꝙ Adam fecit
ad imaginē ꝛ silitudinē suā. Deinde:ꝙ oblationē abel
iusti susceperit. Qꝛ in arca noe crescēte diluuio:in mi=
nisteriū ecclesie aialia diuersa saluauerit. Ut abraā fi=
liū suū offerēte: typū sui aduētus celesti pietate mon=
strauerit. Postremo : ꝙ ipse ad liberādū hoiem venire
dignatus est. Hec erant ab initio credo mirabilia que
sanctū virū sua recordatiōe mulcebāt.[Et meditabor
Al.adinuē= in oibus operibꝰ tuis: ꝛ in † obseruationibꝰ tuis exer=
tionibus cebor]. Cognoscamus quo ꝑuenerit mūdi istius trāsi
litor egregius. Promittit enim se misericordia dn̄i suf=
fragāte in eiꝰ operibus.i.in scripturis diuinis assidua
cogitatiōe meditari:vbi nullū tediū/nulla satietas est:
sed q̄tū quis plus hauserit:tāto amplius dulcia sensa
ꝑquirit:vnde centesimus octauusdecimꝰ psalmꝰ mul=
ta dicturus est. Sed qr fidelibus nō sufficit solūmodo
legere:nisi etiā bonoꝝ opeꝝ fructꝰ sedula pietate mon
strare:dicit: In obseruationibꝰ tuis exercebor:id est in
p̄ceptis tuis salutaribꝰ:humili deuotiōe ꝯsabor. Exer
citatio enim bene nr̄a dicit : qn̄ iussa dn̄i ipso miserāte
peragimus.[Deꝰ in sctō via tua:q̄s deꝰ magnus sicut
deꝰ noster]? Uenit ad laudes dn̄i:quibꝰ fortitudinē eiꝰ
mansuetudinēqꝫ cōmemorat : vt beniuolentiā pijssimi
iudicis facilius impetrarēt iterata preconia. Apparet
quippe sanctū virū certissima fuisse pollicitū . Cōstat
enim ꝛ libris eū ꝛ operibꝰ eruditū:qn̄ ad paternas lau
des deuota exultatiōe ꝓrupit. Dicit enim: Deꝰ in sctō
Ps̄.85. via tua. Sctūs:christꝰ est dn̄s:sicut ipse dicit:Custodi
aiam meā qm̄ sanctꝰ sum. Idē ipse viā se dicit:vt est il
Ioan.14. lud : Ego sum via veritas ꝛ vita. Sed cū fidē hoibus
p̄buit qua pater ꝑfectissime nosceret:via pr̄is iuste dr
quia ꝑ ipsum queadmodū trinitas coleret accepimꝰ.
Matth.28. Ipse enim dixit: Ite baptizate oēs gētes:in noie pr̄is
et filij ꝛ spūs scti. Sequiṫ : Quis deꝰ magnꝰ sicut deꝰ
noster? Iā quasi eruditꝰ in spū sancto letꝰ exultat:po=
tentiāqꝫ dn̄i vniuersis preferēs simulachris:que falsa
persuasione in terra colebantur:illa enumeranṫ vilissi=
ma/infirma/despicienda:dn̄s aūt noster magnꝰ:fortis
et terribilis : oia faciēs quecūqꝫ vult in celo ꝛ in terra.
Ergo hic versus ꝯtra illos increpādos dicit: q̇ adhuc
suꝑstitionū errore cecabanṫ:vt infelices agnoscāt quē
SCHE. refugiunt/q̄s sequunṫ. Hoc schema dr Syndicasmos:
qđ latine interpretaṫ collatio siue ꝯiunctio. Fit aūt ex
cōparatione cōtrarioꝝ : qn̄ aut ꝑsone aut cause:siue in
cōtrariū siue in simile cōparanṫ. [Tu es deꝰ qui facis
Al.non hꝫ mirabilia † solus. Notā fecisti in pplis virtutē tuam].
Cū dicit Tu es deꝰ:essentiā diuie maiestatis ostēdit :
Exo.3. sicut ipse dicit:Ego sum q̇ sum. Esse em̄ ipsi ꝓprie coue
nit:q̇ vt sit nullius adiutorio ꝯtineṫ:sed nature sue po=
tētie semꝑ magnꝰ:semꝑ excelsus:semꝑ incōmutabilis
ꝑseuerat. Quapropter ipse est q̇ facit mirabilia solus.
Nā licet hic ꝛ sctis suis facere sepe p̄stiterit: solꝰ tn̄ est
qui mirabiles opatiōes ad effectū sue volūtatis addu
cit. Sed videamus quare dixerit Solus:cū ꝛ filius ꝛ
spūs sctūs cooperenṫ in oibus? Solus dixit : qr trini=
tatē sctām vnū dn̄m:vnū deū veraciter ꝯfitemur:sicut
ipse dicit: Audi israel:dn̄s deꝰ tuus deꝰ vnus est. Se= Deut.6.
quiṫ : Notā fecisti in pplis virtutē tuā:id est cū in hūc
mūdū misit dn̄m saluatorē:q̇ sicut dicit apl's:dei virtꝰ 1.Corin.
est:ꝛ dei sapiētia. Notū enim fecit:qn̄ eū ꝛ illi notū ha
buerūt q̇ facietenus sciebāt:et illi altius ꝯtēplati sunt
qui eū pr̄is filiū fideli mēte crediderūt. Notus ergo fa
ctus est pplis infidelibꝰ solūmodo corꝑe:fidelibꝰ aūt
et diuinitate:sicut in euāgelio dicit: Bti mūdo corde: Matth.5.
qm̄ ipsi deū videbūt.[† Liberasti ī brachio tuo pplm Al.redemisti
tuū:filios † israel ꝛ ioseph]. Sēsum excolit superiorē.
Dicit enim q̇d p̄stiterit humano generi paterna clemē Al.iacob
tia:qm̄ in brachio suo:id est in dn̄o saluatore liberauit
pplm suū:sicut legiṫ : Et brachiū dn̄i cui reuelatū est? Esa.53.
Et ne haberes ambiguū quē populū liberauit:sequiṫ:
Filios israel ꝛ ioseph. Populū sepe diximꝰ:intellectu
pluralē numerū ꝯtinere:q̄uis singulariter ꝓlatus esse
videaṫ. Quapropter filios israel:iudaicā plebē que tn̄
credidit debemꝰ accipere. Ioseph:alterā que venit ex
gētibꝰ. Sed siue q̄ credidit de iudeis:siue que de gen=
tiū vocatione collecta est: vnus est dei ppl's: q̄uis tpe
credulitatis sue diuisus esse videaṫ:sicut in euangelio
dicit: Sūt aūt oues q̄ nō sunt ex hoc ouili:oportet me Ioan.10.
et eas adducere vt sit vnus grex ꝛ vnꝰ pastor. Nā noie
Ioseph : gētiū fidē nō incōuenienter aduertimꝰ:qr iste
Ioseph : q̄uis filiꝰ fuerit Iacob:qui primo vocatꝰ est
israel:tn̄ qr traditꝰ est a fratribꝰ ꝛ ꝑuenit ad gētes:vbi
honorabilis habebaṫ ꝛ potens:ita vt eiꝰ arbitrio egy=
ptioꝝ terra regereṫ:rōnabiliter eiꝰ noie gētes indicanṫ
q̄ dn̄o saluatori deuota mēte crediderūt. Nā ꝛ ip̄m no
men Ioseph: indicat crescēs:qđ gentibus cōuenienter
aptaṫ:ex quibꝰ christi eccl'ia semꝑ augeṫ. Ergo sensus
iste est:qr ꝛ de pplo israelitarū:ꝛ de gētiū cōgregatiōe
liberauit eos ī brachio suo:id est in dn̄o saluatore ; q̇ ei
credere puro corde maluerūt.[Uiderūt te aque deus:
viderūt te aque ꝛ timuerūt: ꝛ † ꝯturbate sunt abyssi]. Al.turbate
Uenit ad quartā narrationē:vbi iam letus refert quas
virtutes christi dn̄i maiestas effecerit. Nā de quo dixe
rat prius. Notā fecisti in pplis ꝟtutē tuā:nūc dicit de
ipso:Uiderūt te aque deus. Per aq̄s pplos significare
freq̄nter scriptura diuina testaṫ: qn̄ eas ꝛ videre cōmē
morat ꝛ timere. Ipse sunt em̄ aque:que sensu rōnabili
dn̄m cognoscere vel metuere potuerūt. Nā vide quid
addidit:Uiderūt te aque ꝛ timuerūt:qn̄ vtiqꝫ in bruto
elemēto nō poterat euenire vt tantā miraculoꝝ mani=
festationē cognoscerēt ꝛ timerēt. Sequiṫ : Et turbate
sunt abyssi. Id est pplos ꝛ in hoc sermone debemꝰ nu=
merosiores aduertere:q̇ more liq̄di elemēti:vitioꝝ fla=
tibus cōmouenṫ. Sed feliciter tūc turbati sunt : qn̄ ad
ꝯuersionis studia ꝑuenerūt. Et intēde qđ subsequētia
vsqꝫ ad finē psalmi:ꝑ figurā Parabolen dicunṫ qn̄ res SCHE.
genere dissimiles sibimet comparanṫ.[Multitudo so=
nitus aquarū:vocem dederunt nubes. Etenim sagitte
tue † ꝑtransierūt]. Multitudo sonitus aquarū est : qn̄ Al.trāseūt
psalmodia dulcis offertur : qn̄ gemitibꝰ ac lachrymis
culpa diluiṫ:qn̄ grē ꝓ suscepto munere referunṫ:ꝛ qua=
si mari ꝯfragosum:ita in sctis ecclesijs resonāt diuersa
vota pploꝝ. Sed quare sit factus sonitus : multitudi=
nes aquarū pulchre subiecit : qr vocē dederūt nubes.
Nubes p̄dicatores significare sepe iā diximꝰ:de q̇bus
scriptū est: Mandabo nubibus meis ne pluant suꝑ eā Esa.5.
imbrem. Qui vocē suā magnā dederūt:cū p̄cepta dn̄i
vulgauerūt in toto orbe terrarū:sicut ꝛ alius psalmus
ante predicauit. In omnē terrā exijt sonus eoꝝ:ꝛ in fi= Ps̄.18.
nes orbis terre verba eorū. Hinc sonitus venit aqua=

rum: hinc turbate sunt abyssi: quia verba ista predicationũ errantibus populis deuotiora studia cõtulerũt. Sequitur: Etenim sagitte tue pertrãsierũt. Sagittas hic euãgelistas decenter aduertimus: qui predicationibus suis deuotos pp̄los vsqꝫ ad cordis intima medicinaliter transfoderunt: non inflicto vulnere: sed salute. [Uox tonitrui tui in rota. † Illuxerũt coruscationes tue orbi terre: cõmota est ⁊ contremuit terra]. Et hoc quoqꝫ comparatiue dicitur: quia tonitrui vox ita reuoluitur: quasi de rotis venire perstrepentibus audiatur. Sic enim cum de summo funditur spacio celorum volubili murmuratione pertranseunt: vt rotatus atqꝫ sinuosus ipse sonitus sentiatur. Siue magis in rota orbem terrarũ debemus accipere: qui in speciem rote absoluta rotunditate concluditur. In rota ergo: id est in mundo: vox tonitrui eius egressa est: quando predicatores christi circulum totius orbis verbis tonantibus impleuerũt. Sed ille nubes: illa tonitrua: sequitur quid fecerũt. Illuxerũt coruscationes tue orbi terre. Dignis comparationibus beneficia diuina narrantur: vt res celestes supernis similitudinibus exponantur. Illuxerũt coruscationes: diuina precepta dicit veritatis lumine radiantia que tenebras hominũ p totũ mundũ salutari illuminatione fugauerunt. Dicit enim: tonitrua ⁊ coruscationes iste quid egerint: vt terra: id est corpora nostra cõmouerentur ⁊ contremiscerent audito tãto miraculo. Cõmotos quippe ⁊ tremefactos illos dicit: qui verbũ dei fideliter audientes: ad cõuersionis studiũ christi munere puenerũt. [In mari via tua: ⁊ semite tue in aquis multis: ⁊ vestigia tua non cognoscentur]. Si ad litterã hoc velis accipere: in mari fuit via eius: quãdo super dorsa pelagi visualiter ambulans: Petrũ apostolũ vt ad se veniret euocauit. Siue magis illud intelligendũ est: In mari vie tue: in cogitationibꝰ hominũ: que velut mare perfidũ fluctuãt: vbi tamen ille vias habet: quãdo eos sibi larga pietate subdiderit: Aque multe: cõuersorũ est turba gentiliũ: vbi sunt semite dñi: id est vie ipsius: dum ad eos venire dignatur. Sequitur: Et vestigia tua nõ cognoscentur. Hoc cũ imputatione legendũ est: vt cũ palam venerit: tantisqꝫ se demonstrauerit miraculis: non sit tamen cognitus ab infidelibus iudeis. Merito ergo illis exprobrat: qui tante maiestati: ⁊ tam presentibus beneficijs credere noluerũt. Uestigia siquidem: significant presentiam corporalẽ. Nam vestigium est plante signũ: quod facimus ambulantes. [Deduxisti sicut oues populũ tuũ: in manu moysi ⁊ aaron]. Cum hoc miraculum nulli alteri possit aptari: sine dubio ⁊ illa imputatio que precessit: quia non cognouerũt vestigia eius: ad populũ ptinet hebreorũ. Deducti enim sunt in Moysi ⁊ Aaron manu: id est operatione: quã diuersorũ miraculoꝝ nouitate faciebãt. Et bene dixit: Sicut oues: non tamen oues: quia non credendo facti sunt hedi. Hic enim Sicut / veritatem non significat: sed imaginationẽ. Moyses autẽ interpretatur assumptus: quoniã de flumine collectus est a filia Pharaonis. Aaron ꝓo fortitudinis mons. Que nomina ipsas quoqꝫ virtutes quas fecerũt videnᵗ exprimere. Moyses enim inter alia iubente dño in aquis est operatus: quando in mari rubro hebreos viam fecit habere terrenam: significans per baptismatis donũ liberandum esse populũ fidelem Aaron ecclesie tenebat imaginẽ: quã bene monti fortissimo comparauit: que ⁊ honore sancto preminet: ⁊ fidei soliditate consistit. His enim ducibus israelitarum populũ diuina virtute legimus esse liberatum.

Al. alluxerunt

INTER

Conclusio.

O idithun vere humanarũ rerum transilitor egregie: qui psalmũ mirabili institutione cantasti: in tribulationibus exercitatus: negasti te vllo modo consolatũ. Deinde: deliberatio tua ad perfectã noscitur peruenisse sententiã. Tertio: sentis te iam feliciter immutatũ: nec tamẽ prosperis animũ relaxas. Sed cum te semper intentũ ad magnalia dñi profiteris: augmẽto quodã sapientie: iugiter profecisse cognosceris. Quarto: miracula christi sub magna exultatione concelebras: et cũ diuersa percurris: institutionẽ christiano populo qua saluetur ostendis. Presta dñe: vt solita nos iubeas pietate purgari: quatenus qui sumus actuum qualitate dissimiles: clementia tua faciat esse consortes.

Explicit expositio in psalmum. 76.

Intellectus Asaph. lxxvij.

Attendite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loquar ppositiões ab initio. Quanta audiuimus ⁊ cognouimꝰ ea: ⁊ patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata a filijs eoꝝ: in generatione altera. Narrãtes laudes dñi et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit. Et suscitauit testimonium in iacob: et legem posuit in israel. Quãta mãdauit patribus nostris nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera. Filij qui nascentur ⁊ exurgent: ⁊ narrabũt filijs suis. Ut ponant in deo spem suã: ⁊ nõ obliuiscantur operũ dei ⁊ mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorũ: generatio praua ⁊ exasperãs. Generatio que nõ direxit cor suũ: ⁊ nõ est creditus cũ deo spũs eius. Filij effrem intendentes et mittentes arcũ: cõuersi sunt ĩ die belli. Nõ custodierũt testamẽtũ dei: ⁊ in lege eius noluerũt ambulare. Et obliti sunt bñfactorũ eius: ⁊ mirabiliũ eius que ostendit eis. Corã patribꝰ eorũ fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos. Interrupit mare ⁊ perduxit eos: ⁊ statuit aquas quasi in vtre. Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte in illuminatiõe ignis. Interrupit petram in heremo: ⁊ adaquauit eos velut in abysso multa. Et eduxit aquam de petra: ⁊ eduxit tanqꝫ flumina aquas. Et apposuerũt adhuc peccare ei: in irã excitauerũt excelsũ in inaquoso. Et tẽtauerũt deũ in cordibꝰ suis: vt peterent escas aiabꝰ suis. Et male locuti sunt de deo: dixerũt nunquid poterit deꝰ parare mensam in deserto? Quõ percussit petrã ⁊ fluxerũt aque: et torrentes inundauerũt. Nũquid ⁊ panẽ poterit dare: aut parare mensam pp̄lo suo? Ideo audiuit

dn̄s ⁊ distulit: et ignis accensus est in iacob et ira ascendit in israel. Quia nō crediderūt in deo: nec sperauerunt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper: et ianuas celi aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum: ⁊ panem celi dedit eis. Panem angelorū manducauit homo: cibaria misit eis in abundantiā. Transtulit austrū de celo: ⁊ induxit in virtute sua africū. Et pluit sup eos sicut puluerē carnes: ⁊ sicut arenā maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorū eorū: circa tabernacula eoꝝ. Et manducauerūt ⁊ saturati sunt nimis: ⁊ desideriū eorū attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eorū erant in ore ipsorū: et ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum: et electos israel impediuit. In omnibus his peccauerūt adhuc: et non crediderūt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eorū: ⁊ anni eorū cum festinatione. Cū occideret eos querebāt eum: et reuertebantur et diluculo veniebāt ad eum. Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorū: ⁊ deus excelsus redemptor eorum est. Et dilexerūt eū in ore suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei. Cor autē eorū non erat rectū cū eo: nec fideles habiti sunt in testamento eiꝰ. Ipse autē est misericors ⁊ propitius fiet peccatis eorū: ⁊ non disperdet eos. Et abundauit vt auerteret iram suam: et non accendit omnē iram suā. Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens ⁊ non rediens. Quotiens exacerbauerūt eum in deserto: in iram concitauerūt eum in inaquoso. Et conuersi sunt ⁊ tentauerūt deū: ⁊ sanctū israel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in egypto signa sua: et ꝓdigia sua in campo thaneos. Et conuertit in sanguinem flumina eorū: et imbres eorū ne biberēt. Misit in eos cynomiā ⁊ comedit eos: et ranam ⁊ disperdidit eos. Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuste. Et occidit in grandine vineas eorū: et moros eorū in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorū: ⁊ possessiones eorū igni. Misit in eos iram indignationis sue: indignationem ⁊ iram ⁊ tribulationē: immissiones per angelos malos. Viam fecit semite ire sue: non pepercit a morte animarū eorum: et iumenta eorū in morte conclusit. Et percussit omne primogenitū in terra egypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis cham. Et abstulit sicut oues populū suum: et perduxit eos tanq̄ gregem in deserto. Et deduxit eos in spe ⁊ non timuerunt: ⁊ inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montē sanctificatiōis sue: montē quē acquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorū gentes: ⁊ sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorū: tribus israel. Et tentauerunt ⁊ exacerbauerūt deū excelsum: ⁊ testimonia eius non custodierūt. Et auerterunt se ⁊ non seruauerūt pactū: quemadmodū patres eorū cōuersi sunt in arcum prauū. In iram concitauerunt eum in collibus suis: ⁊ in sculptilibus suis ad emulationē eum prouocauerūt. Audiuit deus ⁊ spreuit: ⁊ ad nichilū redegit valde israel. Et repulit tabernaculū silo: tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatē virtutē eoꝝ: et pulchritudinē eorū in manus inimici. Et cōclusit in gladio populū suū: et hereditatē suam spreuit. Iuuenes eorū comedit ignis: et virgines eorū non sunt lamentate. Sacerdotes eorū in gladio ceciderūt: ⁊ vidue eoꝝ non plorabantur. Et excitatus est tanq̄ dormiens dominus: tanq̄ potens crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobriū sempiternū dedit illis. Et repulit tabernaculū Joseph: ⁊ tribum effrem non elegit. Sed elegit tribum iuda: montē syon quem dilexit. Et edificauit sicut vnicornis sanctificium suū: in terra quam fundauit in secula. Et elegit dauid seruum suum ⁊ sustulit eū de gregibꝰ ouium: de post fetantes accepit eum. Pascere iacob seruum suū: et israel hereditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui: ⁊ in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Quotiens intellectus inuenitur in titulis: magni cuiusdam rei nobis significantia declaratur. Nam cum intellectum generaliter dicamus: quicquid nos aduertere bonum malūq̄ facit: hic tamen intellectꝰ ponitur quando sensus noster ꝑfecta intelligentia tendit ad dn̄m. Asaph vero diximus hebrea lingua significare synagogam: latine collectionem. Sed quia intellectum premisit: fidelem hic synagogam loqui declarauit. Exprobrare enim malis nequeunt/nisi corda fidelium. JNTE

Diuisio.

Quanto psalmus hic probatur esse longissimus: tanto studiosius debet numerosis diuisionibus aperiri: vt et per distinctionem melius elucescat: et ipsa partium sectione fastidiū longinquitatis abstergat. In prima parte psalmi: duo tm̄ versiculi persone dn̄i ꝓbantur aptari: vt reuerentia cresceret sequentiū dictorū:

vbi ipse rex facere videbatur initiũ. Scđa parte: latius
loquitur Asaph: imputans iudeis ꝙ tantis beneficijs
dñi extitisse ꝓbarenť ingrati: illi tñ prauitate distorti:
cor suũ nequaꝙ̃ dñi iussionibus admouerũt. In tertia
vero numerãtur quãta munera israelitico populo vir-
tus diuina prestiterit: nec tamẽ illi a murmurationibꝰ
cessauerũt. Quarta dicit: qualis in eis vindicta ꝓue-
nerit: ⁊ queadmodũ sit miseratione dñi mollita senten
tia. Quinta parte: ꝑpter murmurationes eorũ vindi-
catũ in eis est: sed iterũ ad supplicationẽ dñi cognoscẽ
tes eius magnalia redierunt. Sexta: denuo illi dolose
locuti sunt: et errores solitos sunt secuti: misericordia
tamen dñi nõ eos passa est dissipari: quod malis eorũ
iuste potuisset infligi. Septima dicit / queadmodum
dñm cõcitauerint in deserto: cũ tamẽ ꝑpter ipsos decẽ
plagis egyptiorꝫ populus fuerit vehemẽter afflictus.
Octaua: bñficia dñi referunť: ⁊ iudaice obstinationis
iterũ culpa subiũgitur. Nona: vltio grauissima subse-
quitur: ita vt captiuitati populũ tradiderit: ⁊ taberna-
culũ silo / in quo habitare inter hoies videbať abiece-
rit: posteaꝗ elegit montẽ syon: ⁊ dauid seruũ suum: de
cuius semine christus dñs nasceretur: qui mũdo salu-
taris medicus adueniret. Sic ꝑ hũc psalmũ ab initio
electionis gentis hebraice: vsqꝫ ad aduentũ dñi salua-
toris facta descriptio est.

Expositio.

R. popule [A]Ttendite † populus meus legẽ meã: incli
nate aurem vestrã in verba oris mei]. In
hoc principio loquitur deꝰ: qui ꝑ Moysen
legẽ dedit hebreis. Et dum dicit: Legem
meã attẽdite: nõ tãtũ vult qđ dicit auribꝰ
percipi: quantũ veritatem dicti cordis oculis intueri.
Attendit enim audita: qui res dictas deuota mẽte re-
spexerit. Dum dicit autem: Populus meus: illos pro-
fecto significat: qui eius mãdatis obedientes fuerũt.
Non enim aut ꝓphete: aut alij iusti a nostra fide dici
potuerunt alieni: q̃ actus illos primi tẽporis spũaliter
1.Corin.10. acceperũt: sicut dicit apostolus: Nolo enim vos igno-
rare fratres: quia patres nostri oẽs sub nube fuerũt. Et
paulopost: Et oẽs eundẽ cibũ spũalẽ mãducauerũt: et
oẽs eundẽ potũ spũalẽ biberũt. Sequitur: Inclinate
aurẽ vestrã in verba oris mei. Hic affectus precipitur
audiendi: qm̃ qui toto corde vult audita ꝑcipere: aurẽ
suã cognoscitur inclinare: vt humilis ac paratus acci-
piat: quod de ore sancte potestatis emanat. Sed nota
ꝙ iam inter fideles accipitur: cui auscultãdi tanta cu-
ra delegatur. [Aperiã in parabolis os meũ: loquar ꝓ-
positiones ab initio]. Attentũ sibi reddit auditorem:
cũ se parabolis dicit esse locuturũ: vt non remisse pos-
sit audiri qui se tam granditer ꝓmittebat effari. Pa-
DEF. rabola enim greco vocabulo dicit similitudo: quando
illud qđ intelligi volumus: per cõparationes aliquas
indicamus. Sic enim ferreũ quẽpiã dicimus: quando
durũ ac fortẽ desideramus intelligi. Cũ velocẽ: vẽtis
aut auibus comparamus. Et intuere ꝙ dñs os suum
dicit Asaph: qui est inferius locuturus. Unde merito
eũ intellectus precessit: cui tam magna erat testimonij
gratia cõferenda. Sequitur: Loquar ꝓpositiones ab
initio. Loquitur vtiqꝫ ipse: qui loqui facit. Nam q̃uis
alieno ministerio sermo depromať: spiritus sanctus lo
quitur: cuius ꝑcepta vulganť: sicut dicit apľs Petrus.
2.Pe.1. Non enim vnꝗ̃ voluntate humana allata est prophe-
tia: sed spiritu sancto acti locuti sunt sancti hoies dei.
Propositiones autem: obscuras ⁊ abditas significant
questiones: que adhibita disputatione soluende sunt.
Has suo loco positas: cõpetentius admonemus. Ab
initio videlicet veteris testamenti dicit: sicut Asaph
infra locuturus est. [Quanta audiuimus et cognoui-
mus ea: ⁊ patres nostri narrauerũt nobis]. In perso-
na dñi psalmi huius honorabili capite cõstituto: venit
ad secũdã partẽ: vbi Asaph introducitur loquẽs: cuiꝰ
nõ tanꝗ̃ humana verba: sed celestẽ debemꝰ suscipere
iussionẽ. Quãta: multitudinẽ rerũ demonstrat. Audi-
uimus pertinet ad ꝓphetas. Cognouimus ad nouum
respicit testamẽtũ. Audita sunt enim: cũ ꝓphetarenť.
Cognita: dum implerenť per dñm christũ. Sequitur:
Et pr̃es nostri narrauerũt nobis. Patres suos Moy-
sen dicit ⁊ alios prophetas veteris testamenti: qui de
dñi aduentu multa locuti sunt ⁊ illuminati predicaue-
runt: quod ⁊ iste fieri preuidebat. Iusti enim nõ essent
nisi ꝓbarentur credere que dicebãt. [Non sunt occul-
tata a filijs eorꝫ: in generatiõe altera]. Hec que refert:
patres suos de aduentu dñi predicasse dicit: nec a fi-
lijs eorꝫ abscondita fuisse magnalia: id est ab spiritua-
libus filijs: qui eorꝫ imitatores fuerũt. Nam qđ dixit:
In generatione altera: iam non hebreorꝫ sed gentium
significat cõgregationẽ: quia ex aqua ⁊ spiritu sancto
indiuidue trinitatis beneficio regenerãtur: vnde ⁊ illi
intelligẽtie vero lumine sunt repleti. [Narrantes lau-
des domini ⁊ virtutes eiꝰ: ⁊ mirabilia eius que fecit].
Ordo verborum talis est: Annũciauerunt nobis pa-
tres nostri narrantes laudes dñi. Facta quippe domi-
ni narrare / laudasse est: cuius dum opera referuntur:
gloria semꝑ augetur. Uirtutes eius / significat libera-
tiones: quas fecit in ppľo iudeorꝫ: quãdo eos de Pha-
raonis impia potestate liberauit. Mirabilia vo: ꝙ eos
in deserto magnalibus pauit: ꝙ eis gentes potentissi-
mas leuissima concertatione subiecit. Addidit: Que
fecit: vt non tm̃ ꝓmissa: verũetiã completa esse vide-
rentur. Hec autem cuncta ex testamenti veteris refe-
runtur hystoria. Hystoria est enim: preteritarũ rerum DEF.
fida cõmemoratio / ab etatis nostre memoria remota.
[Et suscitauit testimoniũ in Jacob: ⁊ legem posuit in
israel]. Uenit ad illud qđ superius dixit: Loquar ꝓpo
sitiones ab initio. Initiũ quippe: vetus est testamẽtũ
vnde inferius dicturus est. Illud fortasse cõmemorat DOG
in Jacob testimoniũ suscitatũ: quãdo cũ angelo col-
luctans in prefiguratione futurorꝫ: tactus vno femore
claudicauit: significans israeliticũ populũ: partẽ fidei
firmitate cõstare: partẽ a sua potius salute discedere.
Hoc enim fuit populi erraturi vel credituri testimo-
niũ: quod iacob ꝯcertatio illa predixit. Suscitatũ autẽ
dixit: quasi in lucẽ redditũ: quod somno ignorãtie vi-
debatur oppressum. Ipsum est quod superius ꝓmisit:
Aperiã in parabolis os meũ: scilicet qm̃ ab isto initio
erat locuturus talia. Sequitur: Et legẽ posuit in israel
vt eos vtiqꝫ deuotos esse suo dño cõmoneret: ne vana
volũtate permissi in deuios laberentur errores. Pro-
prie dictũ est Legẽ posuit: quasi peccatoribꝰ iugũ: le-
uibus pondus: erraturis vero cõtestationis exemplũ.
Unde alio loco ait: Quia iusto lex non est posita. Hoc 1.Tim.1.
est qđ superius dixit: Loquar ꝓpositiones ab initio.
Sed hoc ꝯgrue suis locis diligẽs lector aptabis: quia
vbiqꝫ ista cõmemorare fastidiũ est. [Quanta manda-
uit patribus nostris nota facere ea filijs suis: vt co-
gnoscat generatio altera. Filij qui nascentur et exur-
gent: ⁊ narrabũt ea filijs suis]. Uersus isti significant
per generationes hominum mandata dñi fuisse trans-
missa: ne quis putaret vni datũ: quod oibus cognosci-
tur attributũ. Acceperunt enim iudei: qđ ad christia-
nos non est dubiũ peruenisse. Ideo enim additũ est:

Ut cognoscat generatio altera: non vtiqꝫ iudaica: sed
quā de gentibus cōstat electā. Altera enim hic extra-
neos significat: non ꝓpinquos. Nam qđ sequit̄: Filij q̄
nascentur ⁊ exurgēt: ⁊ narrabūt ea filijs suis: vult intel
ligi sine dubio christianos: qui ꝑdicatiōes sanctas/ad
aiarū salutē cōferendā suis posteris vtiqꝫ tradiderūt.
[Ut ponant in deo spem suā ⁊ nō obliuiscantur operū
Al. non hꝫ dei † sui: ⁊ mandata eius exquirant]. Utilitas paterne
predicationis hic euidēter expressa est: vt posteri eoꝝ
spem suā nō ponāt in lege que punit: sed in gr̄a cōces-
sa que redimit. Sequitur: Et nō obliuiscant̄ operū dei
sui: sicut fecerūt ꝑfidi iudei: qui oblito auctore suo ad
culturas se demonū trāstulerūt. Addidit: Et mandata
eius exquirant. Ipsa est enim dei summi vera recorda
al. generatio tio: si mādata eius deuotis mentibꝰ impleamus. [Ne
praua ⁊ exa- fiant sicut patres eoꝝ † genus prauū ⁊ peramarū. Ge-
sperans. Ge nus quod nō direxit cor suū: ⁊ non est creditus cū deo
neratio q̄ nō spūs eius]. His versibꝰ duobus sub definitionibꝰ pul
DOG. chris notat̄ ꝑfidia iudeorū. Dicit enim: Ne fiant sicut
patres eoꝝ: qđ fuit genus prauū ⁊ peramarū. Genus
prauū: q̄r veritatē recipere noluerūt. Necesse est enim
distorti ꝑmaneāt: qui regulā rectā nō sequunt̄. Pera-
marū dixit: id est supra cūctas acerbitates asperrimū:
vt qui ad eos venerat saluādos: in eius potius arma-
rentur exitiū. Sequit̄: Genus quod nō direxit cor suū:
hoc est qđ superius dixit/prauū. Nā si vtiqꝫ direxisset
cor suū: nec extiterat prauū: nec a deo redditū fuerat
alienū. Ille enim dirigit mentē: qui ad diuinas se cor-
rigit iussiones: nec aliquid superbia humane presum-
ptionis excogitat: cū regi oīa diuinitatis administra-
tione cognoscit. Nā quod repetendo dicit Genus: ad
illos tm̄ respicit: qui in sua obstinatione māserūt. Ce-
terum fuerunt ex iudeis: qui dn̄o pura mente famulati
sunt. Addidit: Et non est creditus cum deo spūs eius.
Illius spiritus non credit̄ esse cū deo: qui operas eius
visuales nō intelligit mysterijs spūalibus applicādas
sed totū ad illud vult referre qđ cernitur. Sicut iudei
fecerūt: qui tm̄ miraculis presentibꝰ intenti: nichil ad
spiritualem intelligentiam salubriter retulerūt. [Filij
Al. non hꝫ. effraim intendētes arcū: ⁊ mittētes † sagittas cōuersi
sunt in die belli]. Effraim/interpretatur frugifer: siue
INTER vbertas. Hic filius fuit Joseph iunior: quem Jacob
auus suus primario loco ꝑposteratis manibꝰ bn̄dixisse
legitur in veteri testamento. Eius filij abundātes mu-
neribus diuinis: et pollentes paterna bn̄dictione: de-
fectu fidei corruerūt. Intenderunt enim arcū: ⁊ mise-
Exo. 19. rūt sagittas: qn̄ admonēte Moyse dixerūt: Quecūqꝫ
locutus est dn̄s deꝰ noster faciemus ⁊ audiemus. Con
Ibidem. 32. uersi sunt aūt in die belli: qn̄ aaron dixerūt: Fac nobis
deos quos adoremus. Uides om̄ia parabolis ⁊ propo
sitionibꝰ explicari. Nam iste sensus ad illos pertinet:
qui aliquid precipitata festinatione ꝓmittūt: nec tn̄ in
ea cupiūt ꝑseuerare sentētia: sicut Petro aplo cōtigit:
Matth. 26. qui ter negauit eū/cū quo se ꝓmiserat esse moriturū.
[Non custodierunt testamentū dei: ⁊ in lege eius no-
Al. benefa- luerunt ambulare. Et obliti sunt † beneficiorū eius: ⁊
[Ne memineris † iniquitates nostras antiquas: cito Al. iniquitatũ nostraruz antiquarũ.
† nos anticipet misericordia tua: q2 pauperes facti su
mus nimis]. Confessiõe delictorũ ꝓpitiũ sibi iudicem
reddit: vt qui se ꝑ iustitiam vindicare nõ poterat/per Al. anticipẽt nos misericordie tue.
supplicationes necessarias expiaret. Sed cum sciret
Asaph Antiochi regis tẽpore nonnullos iudeorũ esse
seducẽdos: vt dñi cultura derelicta/nefanda idola se-
querẽt: nõ poterat ꝓ antiquis tm̃ rogare culpis/quos
sciebat futuris quoq; tẽporibus ingentia scelera ꝑpe
trare. Sed hic antiquas similes antiquis culpis esti-
mo debere sentire: quibus ꝑ innumeros annos nefan
da mũdi prauitate peccatũ est. Sicut et ali⁹ psalmus
dicit Ecce veteres posuisti dies meos. Sequit: Cito Ps. 38.
nos anticipet misericordia tua. Qui timet iudiciũ dñi
anticipari se eius misericordia recte desiderat: q2 nisi
indulgẽtia preuenerit peccatorẽ/ in iudicio non absol
uet errãtẽ. Addidit Quia paupes facti sumus. Pau-
pertas est em̃ in nobis bonorũ: ꝛ nõ habemus q̃d offer
re iustitie/si nos incipiat vigor eq̃tatis inquirere. Su-
per hoc ponit et nimis: ne quis se putaret de ꝓbitate
actuũ suorũ debere presumere/ cũ se bonis meritis ni-
mis euperẽ esse cognosceret. [Adiuua nos de⁹ salu
taris noster: † ꝓpter † honorẽ nois tui]. Cũ dicit Ad- Al. et.
iuua nos/ significat forsitan illud certamen qđ Mata Al. gloriam
thias assumpturus erat: vt hebreos a supstitionũ cla
de liberaret: vt causa humanis virib⁹ desperata/dñi
virtute iuuaret. Et bene infirmitatẽ suã intellexit/qui
Saluatorez medicũ totis virib⁹ inuocauit: quatenus
erepti iudei honorez eius nomini reddere potuissent.
Utiliter aũt se adiuuandũ ꝓpter honorẽ dñi dicit: non
ꝓpter aliqđ meritũ suum. [Dñe libera nos. † Propi- Al. Et.
tius esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuũ]. Qui de
ꝓprijs viribus desperat/ necessarie ad auxiliũ omni-
potẽtis iudicis currit: vt quod actibus ꝓprijs cõfiteri
nõ potest/pietate sancti nois tribuat. Ideo em̃ Sal-
uator dicit: q2 in se sperãtes saluat/ꝛ imminẽtes pec-
catorũ penas cõmutat in ꝓmia. [Ne † qñ dicant † gẽ Al. forte.
tes: vbi est deus eorũ? Et innotescat in natiõibus corã Al. in gentibus.
oculis nostris]. Reddit causam cur petiuerit plebem
dñi debere liberari: scz ne illud vsitatũ dicat a ꝑfidis:
vbi est deus eorũ? Nam q̃uis fideles diuersa flagella
patiant/istud tñ ab eis nõ potest ferri: quãdo creatu-
rarũ omniũ insultat auctori. Dicendo em̃ Ubi est? pu-
tatur aut ꝑsens nõ esse/aut nõ posse defendere. Et re-
spice q̃ necessarie inter calamitates suas illud oppro
briũ cõmemorat: qđ ad diuinam cõtumeliã ꝑtinebat.
Sequit Et innotescat in natiõib⁹ corã oculis nostris.
Hic est subaudiendũ vindicta: quã solet dñs de perfi
dis facere: qñ eos cogit desideria praua dãnare. Cuz
dicit Corã oculis nostris/celeritatẽ postulat vltiõis:
vt videat fieri/qđ aliqñ nouerat posse cõcedi. [† Uin- Al. vltio sanguinis.
dica sanguinẽ seruorũ tuorũ: qui effusus est]. Tertiam
partẽ que restabat exequit: vt vindicet sanguinẽ fide-
lium/q̃ ꝓ eius noie martyria ꝑtulerũt. Uindicatio est
em̃: per quã vis/et iniuria iusta retributione defendit.
Sed hic illud videt optari: qđ ad cõuersionẽ respicit
inimici. Nam cũ hic in eis tẽporaliter vindicat: interi
tum eterne damnatiõis euadũt. Sic em̃ in Apocaly-
psi legimus Sub ara dei martyruz aias postulare vt Apoc. 6.

diuino iudicio vindicenť. Que vindicta accipiēda est
ad modū quē diximꝰ: qꝛ beati viri crudeliter se nō ex=
Mat.5. petūt vindicari: cū acceperint monita: Orate ꝓ inimi
cis vestris: benefacite his qui oderūt vos: ⁊ his si{lia}.
Ad postremū ipse dñs preceptoꝝ suoꝝ potētissimus
Luc.23. executor in cruce positꝰ ait: Pater ignosce illis: qꝛ ne=
Al. introeat sciunt quid faciūt. [† Intret in cōspectu tuo gemitus
compeditoꝝ. Scdm magnitudinē brachij tui: posside
Al. mortifi= filios † morte punitoꝝ]. De illis dicit/ quos ꝓ nomi=
catorum. ne dñi vinxerat irreligiosa gētilitas: qui crebris gemi
tibus omnipotēti dño supplicabāt/ vt eius ecclesia in
fratribus nō deficeret: etiā si ipsos imminēs pena con
sumeret. Sācti em̄ viri talia semꝑ petūt/ que ad fidei
augmenta ꝓficiunt. Sequiť Scdm magnitudinē bra
chij tui posside filios morte punitoꝝ. Nimis pia sub=
oriť ⁊ affectuosa precatio: ne filios eoꝝ dñs a sua pos=
sessione ꝓijciat/ qui ꝓ eius religiōe morte puniti sunt.
Innumera em̄ tūc ibi turba martyrū fuit: quoꝝ poste
ros dñm desiderāt possidere: ne aliquo errore vitienť.
Ille siquidez qñ nos possidet/ diabolica in nobis iura
Al. Et. nō preualent. [† Redde vicinis nostris septuplū in si=
nu eoꝝ: improperiū ipsoꝝ qđ exprobrauerūt tibi dñe]
Tale est Redde: quale qđ superius ait Uindica: qđ et
si afflictionē tribuit corpoꝝ: salutem tñ efficit aiarum.
Uicinos/ finitimos dicit: de quibus superius ait Facti
sumus opprobriū vicinis nostris. Septuplū/ ꝑfectio=
nem significat muneris celestis: qđ accipimus/ qñ spi
ritus sancti illuminatione complemur. De quo ⁊ alio
Ps.11. loco dictū est Argētum igne examinatū terre purga=
tū septuplū. Quod ad cōuersionem ipsorū non est du
biū ꝑtinere: qñ sic recipiūt/ vt in bonis partibus com=
mutenť. In sinu eorum/ vtiqꝫ in aiarum secreto debe=
mus accipere: vbi semꝑ fit gloriosa cōuersio. Sequiť
Improperiū ipsorū qđ exprobrauerūt tibi dñe. Fece
runt iniurias/ dicāt laudes: fuerūt increduli/ sint deuo
ti: extiterūt superbi/ fiant humiles. Tunc em̄ dñs glo
Al. pascue riose vindicatus agnosciť: qñ maledicorū ore laudať.
tue. [Nos autē populus tuus/ ⁊ oues † gregis tui: cōfite=
Al. seculū. bimur ibi in † secula]. De illis (sicut arbitror) dicit re=
liquijs: qui Matathie studio cōgregati/ legem dñi cu
stodire meruerūt. Iste reuera sunt oues dñi: que eius
gloriam cōfitētes/ in fidei firmitate manserūt. Potest
aūt hoc ⁊ generaliter accipi: vt ibi mixtus videatur ⁊
populus christianus: qm̄ (sicut sepe dictuz est) ex duo=
bus populis cōgregatio facta est vna scōꝝ. Intuen
dum autē est lamentationē suam qua suauitate cōclu
serit: vt dñi dicat esse gregē/ ꝓ quo deuotissimus sup=
plicabat: ne diutiꝰ irasceret eis/ quos suos esse memi=
Al. in gene= neret. [† Et in seculū seculi narrabimus laudē tuam]
ratiōe ⁊ ge= Hic illam tāgit futuri seculi beatissimā psalmodiam:
nerationem quā chorus sanctorū sine cessatione dicturus est: non
annūciabi= vt alios instruat/ qꝛ ibi nullus erit indoctus: sed vt ho
mus tibi. norem debitum reddētes/ preconiorū ipsorum suaui=
tate pascantur. Conclusio.

¶ Secundus iste iam psalmus est: qui honora
bilem hierusalem pia lamenta=
tione defleuit. Sed sciēdum ꝙ septuagesimustertius
captiuitatē cōtinet: quā pertulit sub Romanis: iste ve
ro Antiochi regis deflet sacrilegam/ ⁊ crudelissimam
vastitatē. Considerandū quoqꝫ/ ⁊ alta mente cōden=
dum est: qđ charitatis studio cōmonemur ecclesie dei
bonis letari/ ⁊ iterum calamitatibus eius vehemēter
affligi. Legitur enim Felices qui gaudēt in pace tua:
et felices omnes qui contristabunť in omnibus flagel
lis tuis. Quapropter cōuenit vt qđ vnicuiqꝫ fidelium
ꝓuenerit/ ad nostros dolores ꝓximitatis studio trās=
feramus: sicut apostolus dicit: Si quid patitur vnum 1. Cor.12.
membrū/ compatiunť omnia membra: siue glorifica=
tur vnum membrū/ cōgaudent omnia membra. Hinc
enim charitas illa precelsa conquiriť: hinc predicata
vnitas inuenitur. Et si causam boni istius altius per=
scruteris: hinc ⁊ illa celestis affectio gignitur/ que dñi
ecclesiam locupletari monstratur.

¶ Explicit expositio in psalmum.78.

¶ In finem ꝓ his qui immutabūtur: te=
stimonium Asaph. Psalmus. Lxxix.

Qui regis israel intende: q̄ dedu
cis velut ouem ioseph. Qui se=
des super cherubin: manifesta=
re coram effraim/ beniamin/ et
manasse. Excita potētiam tuaz
⁊ veni: vt saluos facias nos. Deus conuerte
nos/ et ostēde faciē tuā: ⁊ salui erimus. Dñe
deus virtutū: quousqꝫ irasceris suꝑ orationē
serui tui? Cibabis nos pane lachrymarū: et
potum dabis nobis in lachrymis in mēsura.
Posuisti nos in ꝯtradictionē vicinis nostris
et inimici nostri subsannauerunt nos. Deus
virtutū cōuerte nos: ⁊ ostende faciē tuam et
salui erimꝰ. Uineā de egypto trāstulisti: eie=
cisti gētes/ ⁊ plantasti eā. Dux itineris fuisti
in cōspectu eiꝰ: ⁊ plātasti radices eius/ ⁊ im=
pleuit terrā. Operuit mōtes vmbra eiꝰ: ⁊ ar
busta eiꝰ cedros dei. Extēdit palmites suos
vsqꝫ ad mare: ⁊ vsqꝫ ad flumē ꝓpagines eiꝰ.
Ut quid destruxisti maceriā eius: et vinde=
miāt eam omnes qui pretergrediūtur viam?
Exterminauit eam aper de sylua: ⁊ singula=
ris ferus depastus est eā. Deꝰ virtutū cōuer=
tere: respice de celo et vide/ et visita vineam
istā. Et ꝑfice eam quā plantauit dextera tua:
⁊ suꝑ filium hoīs quē cōfirmasti tibi. Incēsa
igni ⁊ suffossa: ab increpatiōe vultus tui pe=
ribūt. Fiat manus tua suꝑ virū dextere tue:
et super filium hoīs quem cōfirmasti tibi. Et
nō discedimus a te viuificabis nos: ⁊ nomen
tuum inuocabimus. Dñe deus virtutū con=
uerte nos: ⁊ ostēde faciē tuā/ ⁊ salui erimus.

Doctis viris et in auditorio christi salutari=
ter eruditis: si quis vsitata repetere coneť
offendit. Nam cuz omnia tituli istius verba
iam nota sint: restat vt hoc qđ nouiter dixit
Testimoniū Asaph perquirere debeamus
Iste Asaph ante trepidus/ ante sollicitus: qui ꝓ syna
goge peccatis visus est psalmis prioribꝰ exorare: tan
ta nūc presumptione completur/ vt iam cōmutatis in
melius testimoniū cōuersionis prebere videatur. Di=
cit em̄ de primo aduētu dñi saluatoris: qui hoīem de=
terioratum lege peccati/ ad sancte cōuersatiōis dona
perduxit: translatāqꝫ vineā de egypto potētie sue ra=
dice solidauit. Hoc est qđ dicit Testimonium ꝓ his q̄
immutabunť. Cantatur ergo hymnus iste de aduētu

viri agricultoris/⁊ vinea dñi: vt iam non obscuris/sed
manifestis ꝑcibus eius postulet aduentus. Qui psal-
mus eiusdē rei secundus esse dinoscitur. Diuisio.

ASaph iste quē titulus precinuit cōmutatū
In prima sectione dñi deprecat aduentū.
Secūda testatur quemadmodū vinea que
est ecclia/toto orbe sit dilatata. Tertio lo-
co incarnatiōis eius beneficio ꝑ similitudinē vinee vi
sitare deprecat ecclesiā: seqꝫ dño postulat adherere.

Expositio.

Al.ouem. QUi regis israel intende: qui deducis velut †
Al.mani- oues ioseph. Qui sedes sup cherubin † ap
festare. pare]. Per secundā specie definitiōis que
DEF. grece Enneomatice dicit: latine notio nun
cupat: magno desiderio venire christus dñs postulat:
vt per id qḋ facit/planissime indicatus esse videatur.
Nam ista species definitionis nō per substātiam: sed
ꝑ actus suos vnāquāqꝫ personam indicare cognosci-
tur. Recte igit dicit regi celi et terre Qui regis israel:
cuius arbitrio ⁊ creata sunt/⁊ administrant vniuersa.
Sed ꝙuis oīa in eius potestate sint posita: illa tñ re-
gere dicit/ que se tractare celesti ꝯuersatiōe nouerūt.
Ideo eñ subiunctū est Israel: qꝛ ipsos ꝓpitius regit
INTER. qui eū puro corde respiciūt. Israel eñ interpretatur
(sicut sepe dictū est) vir mente videns deū. Intēde: ac
si diceret: Supra nos lumē tue pietatis infunde: vt q̄
per nos sumus tenebrosi/aspectus tui reddamur cla-
ritate cōspicui. Sequit Qui deducis velut oues Io-
seph. Ioseph/fidelem populū debemus aduertere: q̄
sic in caulas dñi deducit: quasi oues ad pascua cōgre
gent. Nam ⁊ ipsum nomē Ioseph/significat sine op-
probrio: qḋ deuoto populo certū est cōuenire. Et no-
ta ꝓpria verba singulis data fuisse ꝑsonis. Regit qui
israel est: deducit qui Ioseph est. Addidit Qui sedes
INTER. sup cherubin appare. Cherubin/plenitudo sciētie in-
terpretat: in qua christū dñz insidere manifestum est.
Sz qm̄ adhuc in secreto sue maiestatis erat/ rogat vt
beneficio sancte incarnatiōis appareat: quatenus fi-
deles suos firmissima credulitate consolidet. Et vide
qꝛ trina inuocatiōe versus iste cōtextus est: vt oīa coo
perari sanctā significet trinitatem. [Coram † effrem/
al.effraim. beniamin/et manasse. Excita potētiam tuā et veni: vt
saluos facias nos]. Ista noīa constat esse gentis he-
braice: ante quos vt appareat/spūali virtute depre-
cat: hoc est vt (sicut ꝓmissus fuerat ꝑ ꝓphetas) ex iu-
IDI. deorū gente nascat. Sed qm̄ non incassum hec nomi
na more scripture diuine videt aptata: interpretatio-
nes eoꝝ studiosissime requiramus. Effrem/significat
fructificatio. Bēiamin/filius dextre. Manasses/obli-
tus. Has virtutes inesse cōstat dño saluatori. Fructi-
ficauit eñ: qm̄ ad tēpus corpore trucidato/ad perpe-
tua celoꝝ regna surrexit. Filiꝰ dextre: id est filiꝰ omni-
potētis patris. Oblitus/illud indicat: quādo iniuria-
rum suarū oblitus/in cruce positus ꝓ iudaico populo
supplicauit. Orabat ergo vt in his virtutibus veniret
quas euz facturū esse nullatenus ambigeret. Sequit
Excita potentiam tuam ⁊ veni: vt saluos facias nos.
Quātam nobis vtilitatē ꝑ incarnationē dñi nouerat
esse tribuendam: tanto studio deprecat vt excitet po-
tentiam suā/⁊ veniat ad pctā humani generis abluē-
da. Quod eñ desideriū/que preces/que vota sufficiāt
illud expetere/qḋ mundū possit a sua impietate salua
Al.non hz. re? Deus † virtutum cōuerte nos: ⁊ ostēde faciē tuam
⁊ salui erimus]. Qm̄ credebat in se mirabilia facien-
da/iuste deū inuocauit virtutuz: qui solus preualet de
incredulitatis morte liberare. Et qꝛ se nouerat esse di
storū: cōuerti se magnopere postulauit. Hoc eniz cui
cōueniat facere: nisi virtutū dño qui solus potens est
que vult vniuersa cōplere? Post cōuersionis autē be-
neficiū apte sequit Ostende faciem tuā: qꝛ solet diui-
nitas hoīes iam cōuerso corde respicere. Qz ei addi-
dit Et salui erimus: euidēter significat dñm saluatorē
cuiꝰ reuera sumus incarnatiōe saluati. [Dñe deꝰ vir-
tutū: quousqꝫ irasceris † in orationez serui tui?] Hoc Al.super.
de illo tēpore sentiēdū est: quo Asaph venire dñm po
stulabat. Et qꝛ ꝓ dispensatione diuina erat aliquate-
nus differendū: dicit Quousqꝫ irasceris in orationem
serui tui: vt nō illa iam ꝓuenire facias/que ꝓmisisse co
gnosceris? Et intuere pietatē ac desideriū supplican
tis. Iratū sibi dñz credebat: qm̄ humano generi sub-
uenire tardabat. [Cibabis nos pane lachrymarū: et
potū dabis nobis in lachrymis in mēsura]. Postqꝫ se
differri posse presenserat: enumerat mala que passu-
rus erat populus hebreorum. Dicit eñ Cibabis nos
pane lachrymarū: significās eos sub afflictiōe victu-
ros. Panis eñ lachrymarū: vita est plena doloribus:
sed tñ in ea dñi miseratione cibamur: quādo cladibus
erumnisqꝫ nō extinguimur: sed potius erudimur. Se-
quit Et potū dabis nobis in lachrymis. Priꝰ dixit pa
nem: nūc dicit et potū. Ista eñ duo sunt quibus viuit
oīs humanitas: vt panem ꝓ qualibet esca ponas/po
tum ꝓ omni potione. Nam qḋ tēpus a lachrymis esse
poterat vacuū: quibus ⁊ ipsa refectio videbat esse plo
ratio? In mēsura/in distributo modulo dicit: sicut ait
apls. Fidelis deus q̄ nō patietur vos tentari supra id 1.Cor.10.
qḋ potestis: sed faciet cum tentatiōe etiā ꝓuentū ve-
strū vt possitis sustinere. [Posuisti nos in cōtradictio
nem vicinis nostris: et inimici nostri † deriserūt nos]. Al.subsan-
Contradictio gētilis illa cogitāda est: que aduersum nauerunt.
predicatores christi prauis cōtentiōibus erigebatur:
credēs illa se posse defendere/q̄ in templis suis vide-
bat adorare gētilitas. Siue magis illud tēpus com-
memorare videt/qḋ in superioribus dixit: qꝛ sub rege
Antiocho dū aliqui iudei sacrificarēt idolis: cōtradi-
cebant his q̄ legem dñi custodire videbant: ⁊ ideo vi-
cinos parētes debemus aduertere/qui eis ꝓximitate
generis adherebant. Sequit Et inimici nostri derise-
rūt nos. Merito inimici deridebāt: inter quos tā nefa
riū videbāt esse certamen/vt pars eorū in pristina re-
ligiōe cōstaret: pars aūt idolis coacta seruiret. [Dñe
† deus virtutū cōuerte nos: ⁊ ostende faciem tuam/⁊ Al.non hz.
salui erimus]. Repetit versum quē iam superius ante
hos tres posuisse monstrat: qꝛ desiderātis mos est fre
quēter repetere/que magnis precibus postulat adue
nire. Ipa est ergo facies: id est presentia christi: ꝑ quā
salui facti sumus. Ipsa/per quā laqueos mortis eua-
simus. Ipsa deniqꝫ que ⁊ indignis/⁊ cōfitentibus ce-
lorū regna largit. [Vineā † ex egypto transtulisti: eie Al.de.
cisti gētes/⁊ plātasti eam]. Venit ad secūdam sectio-
nē: in qua per mysticas figuratiōes que fuerint gesta
cōmemorat. Quod schema dicit Metabole: vniꝰ rei SCHE.
frequens iteratio sub varietate verborū. Per hos eñ
sex versus vsqꝫ ad tertiam diuisionē: vinea ista descri
bitur. Vineam eñ dicit hebreorū gentē: quā positā in
typo cōstat ecclesie: vnde fideliū nata est cōgregatio
populorū. Vinea quippe a viribus dicta est. Hanc ex ETY.
egypto deduxit magnis/notisqꝫ miraculis/⁊ expulsis
gentibꝰ: id est ammorreis/cetheis/iebuseis: ceterisqꝫ
alijs finitimis eoꝝ: tanqꝫ mirabilis plātauit agricola.
Hoc est testimoniū redditum de immutatis hebreis:

qꝺ continet in titulo. Vinea siquidē ecclesie ⁊ hic pul-
cherrime cōparat: qm̄ sicut illa inter folia caduca ne-
cessarios infert fructus: sic ⁊ ista inter turbas vmbra-
tiles peccantiū ornat fruge sanctoꝝ: q̄ seculi hui⁹ affli
ctione tanꝙ torcularibus pressi/ saporē norūt emana
re dulcissimū. Siue qꝛ fossa plus ꝓficit/ ⁊ potata mul
tiplicat: qꝺ soli merito dat ecclesie/ que solet passiōis
falce crescere: et ꝑsecutionū plagis in sancto populo
semꝑ augeri. Sed hec vinea quemadmodū ꝑ vniuer-
Al. dux itine sum mundū dilatata sit: subter edicit. [† Viā fecisti in
ris fuisti. cōspectu eius: ⁊ plantasti radices eius/ ⁊ † repleta est
Al. impleuit terra]. Isti vinee fructuose que mūdi spacia cōprehē
terram. dit/ viam fecit dn̄s: dū eius cōspectibus apparere di-
gnatus est. Ipsa em̄ ꝓficiendi fuit causa: vt suū vide-
ret agricolam/ et ab eo imbrē predicatiōis acciperet:
quatenus fructus suauissimos ꝓcrearet. Sequit Et
plātasti radices ei⁹: ⁊ repleta est terra. Radices eius
sunt ꝓphete celestis regis oꝑatiōe plātati: ex quibus
illa felices palmites tendēs/ vniuersum mundū quasi
amenis fidei vmbraculis occupauit. [Operuit mōtes
vmbra eius: et arbusta eius cedros dei]. Latitudo et
altitudo istius vinee decēter exponit. Illos em̄ nouit
operire quos nutrit: qm̄ eius vmbra fructificat: ⁊ am-
plius facit crescere/ q̄ magis tegere cōprobatur. Sed
qualis est ista vinea que mōtes operit? Vtiqꝫ superna
qm̄ quelibet altitudo terrarū cuncta sub celo est. Se-
quit Et arbusta ei⁹ cedros dei. Quia cedros dixit/ be
ne arbusta posuit. Vites em̄ qn̄ in arbores ascendunt
arbusta nominant. Sed ꝙuis in. 30. psalmo cedros ꝓ
superbia designāda positas dixerimus: tn̄ qm̄ hic est
additū Dei/ martyres debemus aduertere: q̄ in eccle-
sia christi inter altissima sunt cacumina constituti. Et
hos ecclesia ꝓtegit: qm̄ in eius esse gremio cōproban
Al. extendit tur. [† Extēdisti palmites † eius vsqꝫ ad mare: ⁊ vsqꝫ
Al. suos. ad flumen ꝓpagines eius]. Palmites/ significāt disci
Joan. 15. pulos dn̄i: quibus ipse in euāgelio dicit Ego sum vitis
vera/ ⁊ vos palmites. Mare/ cunctarū gentiū vult in-
telligi sanctissimā credulitatē. Extēdisti em̄ dicit: qm̄
ab Hierosolymis hec vinea ꝑ apl̄oꝝ predicatiōes in
cūctas mūdi partes extēsa est. Accipere em̄ localem
nō possumus: de qua iā dictū est Plātasti radices ei⁹:
et repleta est terra. Propagines aūt eius filios rege-
neratiōis dicit/ q̄ a flumine Jordane manauerūt: vbi
dn̄s in exemplū nostre salutis baptizari dignatus est.
Al. destru- [Vt quid † deposuisti maceriā eius: ⁊ vindemiāt eam
xisti. oēs q̄ † transeūt viam]. Istius vinee que a iudaico
Al. ꝑtergre populo ducit originē/ mirat cur fuerit euersa munitio:
diuntur. hoc est dn̄i subtracta defensio. Maceria est em̄ de so-
DEF. lis lapidib⁹ cōstructa custodia: que solet vineas defen
sabiliter circuire. Et merito tali vbo in suꝑiore trāsla
tione ꝑmansit. Sequit Et vindemiāt eā oēs. Hic vin
demiāt/ in malo positū debemus accipe: sicut ⁊ Hie-
remias dicit Vide dn̄e ⁊ cōsidera/ qꝛ vindemiasti nos:
sacerdos ⁊ ꝓpheta de sanctuario tuo defecerūt. Vin-
demiāt ergo dicit: diripiūt atqꝫ cōculcāt: qꝺ a trāseū-
tibus fieri solet/ qui predicādi studio labores auferre
ETY. nitunt alienos. Vindemia dicit/ qn̄ vua viti demit: qꝺ
Isa. 5. etiam isti vinee deus ꝑ Isaiam ꝓphetam minat. De-
struā maceriā eius/ ⁊ erit in direptionē: et destruā pa-
rietē eius/ ⁊ erit in cōculcationē. Addidit Qui trans-
eūt viam. Gētes significat/ que viam. i. christum dn̄m
transeūtes: in idoloꝝ sacrificijs iugiter ꝑmanebant.
[Exterminauit eā aper de sy ua: ⁊ singularis fer⁹ de-
ETY. pastus est eā]. Exterminauit/ extra terminos atqꝫ pa
triam suā vbiqꝫ dispersit: qꝺ in gente cōtigit iudeoꝝ.

Hoc est qꝺ superius ait Vindemiāt eā. Aprū Vespa-
sianū forsitan debemus accipere: qui illis extitit ⁊ for-
tis/ et seuus. Per hoc autē nomen significatur iudeis
fuisse cōtrariū: qui hoc animal inter cetera habere vi-
debant immundū. De sylua. s. de gētibus: que merito
syluis squalidis cōparāt: qui adhuc insiti de fructuo-
so germine non fuerūt. Aper enim dictus est ab eo qꝺ ETY.
in locis asperis commoret. Singularē autē ferū/ Ti-
tū eius filiū memorat: qui reliquias belli tanta popu-
latiōe cōtriuit: vt gentē/ et ciuitatem quasi herbarum
pabula terribili depastione cōsumeret. Necesse enim
fuit hoc vinee cōtingere: cuius maceria videbatur esse
deposita. Spiritualiter autē aper ꝓpter ferocitatem
⁊ fortitudinē nimiā/ diabolus intelligi potest. De syl-
ua aūt dixit: qꝛ cogitatiōes eius agrestes/ auieqꝫ sem-
per existunt. Et nota ꝙ his sex versibus qui predicti
sunt: vinea ista describit per quartā speciez definitio-
nis: que grece Hypographice/ latine descriptionalis DEF.
appellat. Hec adhibita circuitiōe dictoꝝ/ factoꝝqꝫ
rem de qua queritur/ competēti significatione decla-
rat. [Deus virtutū cōuertere: respice de celo ⁊ vide/ ⁊
visita vineā istam. Et ꝑfice eam quā plantauit dexte-
ra tua: ⁊ super filium hominis quem cōfirmasti tibi].
Relatis oībus que superius cōtigerunt/ Asaph ve-
nit ad tertiam sectionem: in qua rogat vt omnipotēs
agricola visitet vineā dissipatā/ quam plātare digna-
tus est: ⁊ respiciat super filiū hominis quē cōfirmauit
sibi. Cōmutatus quippe in melius/ hoc singulare re-
mediū rebus omnibus expetebat: vt christo dn̄o sup-
plicaret. Cum dicit Deus virtutum conuertere: petit
eum vt supplices suos serenus aspiceret/ ⁊ periclitan
tibus subueniret. Sequit Respice de celo et vide: sci-
licet quibus fluctib⁹ laboret humanitas/ quibus pec-
catis ad inferna rapiat: et delectetur vitijs vnde eam
perpetua morte constat extingui. Cum autē dicit Vi-
sita vineā istam/ et dirige eā quam plantauit dextera
tua: aduentū sancte incarnationis expostulat: vt pre-
sente cultore suo vinea plantata ꝓficiat: sine quo nec
fructus inferre poterat/ nec ꝓficuam habere culturā.
Addidit Et super filiū hominis quem cōfirmasti tibi.
Omnino declaratum est qꝺ superius dixit Visita. Fi-
lius quippe hominis christus est dn̄s ex Maria virgi-
ne genitus: a patre natus ante oīa secula. Qui vtiqꝫ
cōfirmatus est: quando de ipso veritas paterne vocis
insonuit dicēs: Hic est filius meus dilectus in quo mi Mat. 3.
chi bene complacui: ipsum audite. [Incensa igni/ ⁊ † Al. suffossa
effossa † manu: ab increpatione vultus tui peribunt]. Al. non hꝫ.
Incēsa igni/ ⁊ effossa manu: humana vitia significata
debemus aduertere. Incenditur quippe aliquis igne
cupiditatis/ siue calore suꝑbie: quādo crimina nefan-
da cōmiserit. Effossa vero manu sunt: cum per opera-
tionē sceleratam alijs preparamus insidias: ⁊ decipe
re volumus nesciētes/ dū nos in ipsam magis foueam
corruamus. Hec ergo peccata ab increpatiōe vultus
dn̄i peribunt: quando illis dicēdum est Ite in ignem
eternū: qui paratus est diabolo/ et angelis eius. Non
em̄ vlterius visuri sunt: quem ꝓpter sua scelera per-
diderunt. [Fiat manus tua super virum dextere tue:
et super filiū hominis quem cōfirmasti tibi]. Grande
sacramentū/ grande munus diuinitatis exponitur: qꝛ
tādiu forsitan dubitari potuit ꝙ Israel saluus fieret/
donec salutaris dominus adueniret. Illo em̄ venien-
te ꝓmissio tota completa est: nec vlterius ab ipso di-
scedit ecclesia/ que sponsi sui spirituali dilectiōe con-
iuncta est. Nam cum dicit Fiat manus tua suꝑ virum

dextere tue: operationē sancte incarnationis exposcit.
Ps.43. Ipse est enim dextera patris: de quo alio loco dicit:
Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non
saluabit me: sed dextera tua ⁊ brachiū tuum ⁊ illumi-
natio vultus tui. Deinde more suo ꝓpter explanatio-
nem repetit quod superius dixit: Et super filiū homi-
nis. A cōmuni iungendū est, Fiat manꝰ tua: id est ope-
ratio sancta ad effectū ꝓmissa perducat. Filius enim
hominis: idēipse est dn̄s Christus qui etiam dextera
patris est. Sequitur: Quē cōfirmasti tibi. Confirma-
tus est vtiq̄ apud homines: sicut iam dictū est: quādo
Math.3. de ipso vox paterne veritatis insonuit dicens: Hic est
filius meꝰ dilectus in quo michi bene cōplacui: ipsum
audite. Quod nō piget eiusdē exempli iteratione de-
clarare: quando ⁊ in auctoritate eadem verba constat
esse repetita. [Et non discedimus a te: viuificabis nos
et nomen tuum inuocabimus]. Ad superiora respicit
pars ista vocabuli. Dicit enim. Fiat manus tua super
virum dextere tue: id est vt mittere digneris filiū tuū:
qui reum mundū liberet a crimine peccatorū. Et non
discedimus a te: id est quē semel mente concepimus:
cordis oculis iugiter intuemur. Nec a te deuotionem:
nostram possumus amouere: cuius aduentre filiū ma-
gnopere cognoscimur expetisse. Et que sit vtilitas ab
ipso non discedere: consequenter exponitur. Viuifica-
bis nos ⁊ nomen tuū inuocabimus. Viuificabis nos:
quando peccatorum morte deposita ex aqua ⁊ spiritu
sancto renascimur. Nomen autem eius inuocabimus:
hoc significat quoniā dn̄i Christi institutione saluta-
ri in oratione quotidiana nomen patris iugiter inuo-
camus. [Dn̄e deus virtutū cōuerte nos: ⁊ ostēde faciē
tuā ⁊ salui erimus]. Que suauitas: q̄ sit vtilitas versi-
culi huius hinc datur intelligi: qm̄ in hoc psalmo tri-
plici eum repetitione memorauit: vt quasi prati flori-
feri planiciē tensaz per ordines certos iocūditas rosei
coloris ornaret. In ista siquidem breuitate: regulā to-
tius religionis exponit. Primū est enim: vt nos dn̄s
cōuertat. Deinde: vt ostendat faciē suā. Tertio: vt sal-
uos efficiat. Non enim anteq̄ cōuertat ostendit faciē
suam: nec saluat nisi nos prius lumine sue pietatis in-
spexerit. Quapropter versus iste mēte cōdendus est:
quia per ipsuz sub breuitate petimus quicquid nobis
expedire monstratur.

Conclusio.

Nimis Asaph istū cōmutatū cōstat in melius:
qui vineā Christi dilatatā toto orbe cō-
spexit: ⁊ palmites eiꝰ mōtes obūbrare vidit ⁊ cedros.
Spectaculū reuera beatū cuiꝰ amenitas ipsa cogita-
ta refectio est: vt toto mundo vna vinea vmbrā faciat
suis frondibꝰ: ne q̄s fideliū reddatur sole fuscatus. De
Ps.120. quibꝰ scriptū est: Per diē sol non vret te: neq̄ luna per
noctē. Verū ista vinea ꝓ botris mustuosis sctōs infert
fructꝰ: martyres creat: ꝓphetas educit: apl̄os gignit:
fideles edit innumeros: et quicquid in ecclesia sancta
gloriose geritur: isti similitudini decenter aptatur.

Explicit expositio in psalmum. 79.

In finem pro torcularibus Asaph quinta sabbati. lxxx.

Exultate deo adiutori nostro:
iubilate deo iacob. Sumite
psalmum ⁊ date tympanum:
psalterium iocundum cum ci-
thara. Buccinate in neome-
nia tuba: in insigni die solen-
nitatis vestre. Quia preceptuz in israel est:
et iudicium dei iacob. Testimonium in Jo-
seph posuit illud: cum exiret de terra egypti
linguā quam non nouerat audiuit. Diuertit
ab oneribus dorsum eius: manus eius in co-
phino seruierunt. In tribulatione inuocasti
me et liberaui te: exaudiui te in abscondito
tempestatis: probaui te apud aquā contra-
dictionis. Audi populus meus et contesta-
bor te: israel si audieris me nō erit in te deus
recens: neq̄ adorabis deum alienum. Ego
enim sum dominus deus tuus qui eduxi te
de terra egypti: dilata os tuum et implebo
illud. Et non audiuit populus meus vocem
meam: ⁊ israel non intendit michi. Et dimi-
si eos ꝯm desideria cordis eorū: ibūt in ad-
inuentionibus suis. Si populus meus au-
disset me: israel si in viis meis ambulasset.
Pro nichilo forsitan inimicos eoruz humi-
liassem: ⁊ sup tribulantes eos misissem ma-
num meam. Inimici domini mentiti sunt ei:
et erit tempus eorum in secula. Et cibauit
illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle sa-
turauit eos.

PRo torcularibus: ecclesiam significari su-
perioribꝰ est titulis indicatū. Sed quoniā
ibi hanc prefigurationem in vuarū expres-
sione posuimus: nunc in vuarū vindemiis
explicemus. Cum tunsus aceruus oliuarū
subiectus fuerit agricolarū arte ponderibus: nimiaq̄
ceperit pressura torqueri: ⁊ amurcā cenosam ⁊ oleum
pinguissime puritatis emanat. Quod in ecclesie per-
secutionibus fieri posse non dubium est: quando ⁊ deo
puras mentes declarat: ⁊ fecilentas conscientias eui-
denter assignat. Quinta vero sabbati: significat a sab-
bato quintū diem: quando dominus in conditione re-
rū ex aquis creauit animalia: sicut Genesis lectio de-
cursa testatur. Dixit deus: ꝓducant aque reptilia ani- Gen.1.
marum viuarum. Hoc ad baptismatis gratiam simi-
litudine decora cōiungitur: Que reuera animalia vi-
ua sua fecūditate producit: dum sanctificate aque im-
maculatos reddunt: quos pollutos propriis sceleri-
bus acceperūt. Sed vt partibus res expositas in vnā
seriem colligamus: intentio tituli talis est: vt in finem
designet dominū Christum: Pro torcularibus eccle-
siam: Asaph congregationem: Quinta sabbati bapti-
zatos. Unde colligitur psalmum in ecclesia domini
regenerate congregationi esse locuturum. Hic enim
Asaph ad hystoriam quidem loquitur iudeis: sed me-
lius spiritualiter intelligitur de populo christiano.

Diuisio.

IN prima parte psalmi loquitur Asaph fi-
delibus: vt per organa diuersa musicorū
laudes debeant domino personare: quo-
niam multa beneficia suo populo prestare
dignatus est. Secūda verba sunt domini
cōminantis ne idola colantur: sed ipse solus adoretur
qui prestare ꝓfutura munera cōsueuit. In tertia par-
te: Asaph ex sua iterū persona reloquitur: arguens in-
fideles cur fallaces extiterint: cum eis dona domini

copiosa largitate collata sint. Expositio.
Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo ia
cob]. Asaph iste quē sepe diximus signifi=
care synagogam: populos cōmonet fideles
vt non desināt cū summa leticia deo laudes
dicere: qui eos a seuissimis periculis est di=
gnatus eripere. Adiutori autē qđ dixit: verus deꝰ tali
verbo declaratur: quia fictitius deꝰ non est adiutor sed
elisor: nō sanās sed vulnerās: non subleuans sed valde
demergens. Nostro enim dū dicit: deuotos se cōmo=
ETY. nere testaꝝ. Iubilate dictū est a iuuādo: id est delectā=
do: vt quibꝰ non poterat exultatio verboꝝ sufficere: in
abundantissimā atq; inexplicabilē leticiā ꝓsilirēt: do
cens gaudentibꝰ animis dño debere gratias agere: nō
cōfusos aliqua anxietate cantare. Nā si terrena despi=
cimus: semꝑ ex illo leti sumus: ad quem mens incerta
atq; titubans nō potest ꝑuenire. Iacob / significat po
pulū christianū: cui anterior synagoga consentit: dum
ad istū per gratiā translatū est: quod illi cōstat ablatū.
Hi sunt quos dixit Quinta sabbati: qui de sacra scilꝫ
regeneratione nascūtur. [Sumite psalmū ⁊ date tym
panū: psalteriū iocundū cum cithara]. Organa quidē
ista vtraq; musica sunt: sed causas continere ꝓbantur
egregias. Dicit enim: Accipite psalmū ⁊ date bonas
operas. Psalmus enim ad diuina ꝟba ꝑtinet intiman
da: qm̄ cōformatio ipsius canorū ventrem (sicut sepe
diximus) habet in capite: qđ merito ad psalmū referꝝ:
DEF. qui semꝑ resonat suꝑna mysteria. Tympanū est: quod
tenso corio quasi supra duas (vt ita dixerim) metas si=
bi ab acuta parte copulatas solet resonare percussuꝫ:
sicut hominū corpus: dum pro dño tribulatione qua=
titur: ad suꝑna mādata dulcius tēperatur. Hoc ergo
cōmonet: vt accipientes diuina verba dño debeamus
offerre terrena: quia tunc deo bene damus tympanum
dū elemosynas facimus: cū ieiuniꝭ corpus affligimꝰ:
cū vitia seculi cū suo auctore nichilominꝰ despicimꝰ.
Addidit: Psalteriū iocundū cum cithara. Admonet
etiā ⁊ hec duobꝰ iocūdissime copulari: vt ⁊ verba dei
que in psalterio continentur: et cithara que humanos
actus significare cognoscitur: in vnā societatē debeāt
cōuenire: q̄r vtrūq; melos sibimet copulatū: dño pro=
baꝝ acceptū. Psalteriū enim: idē significat qđ psalmꝰ.
Cithara: qđ tympanū: sed diuersitate nominū easdē
res sub breuitate cōclusit. Nam quēadmodū cithara
cōtra psalteriū cōformata sit: frequenter expositū est.
In hoc aūt ⁊ sequenti versu iterū nobis enthymema=
ticus: id est rhetoricus syllogismus elucescit eodē mo
do. Canere preceptū est in israel ⁊ iudiciū deo iacob:
SYL. Cantandū est igitur in initio mēsis tuba in die insigni
Al. buccina= solēnitatis eoꝝ. Modo reliqua ꝑscrutemur. [†Canite
te in neome initio mensis tuba: in die insigni solēnitatis vestre].
nia Preceptū fuerat inter alia iudeis: vt a primo die septi
mi mensis: septem diebus canerent: quod hodieq; car
naliter faciunt: nō intelligentes ideo fuisse iussum: qm̄
spiritus sancti gratia septiformis baptizandis erat to
to orbe predicanda. Unde nunc fideles admonet chri=
stianos: vt laudes dñi preconiali debeant voce canta=
re: cum noue regenerationis fuerint gaudia cōsecuti.
Tuba enim cū ponitur: grandisonis aliquid predicari
Esa. 58. clamoribus indicatur. Sed ⁊ alius ꝓpheta dicit: Ex=
clama ⁊ exalta sicut tuba vocē tuam. Cōsiderandū est
MU. quoq; ꝙ per organa musice discipline et psallere dño
et diē precipimur solēnitatis implere: vt sicut illa re=
diguntur ad dulcisonū melos et in vnā cōuenientiam
suauiter colliguntur: ita oīs actus noster redigatur ad
dñm: ⁊ iocundissima modulatione eius auribꝰ offera=
tur. Est em̄ discipline ipsius magna vis delectabilisq;
cognitio: quā doctores seculariū litterarū (largiente
deo qui cōcedit omne quod vtile est) fecerūt doctrina=
bili lectione cognosci: que in rerū natura prius teneba
tur abscondita. Prima ergo huius discipline partitio
est: armonica: rhythmica: metrica. Secunda partitio
instrumētoꝝ eius est: in percussionalia: in tensibilia in
flatilia. Tertia diuiditur: in symphonias sex. Quarta
diuiditur in tonos quindecim. Sic totius virtus pul=
cherrime istius discipline talibꝰ priscorū distinctioni=
bus explicaꝝ: per quos modos in secularibꝰ libris mul
ta quidē legimus ostensa fuisse miracula. Sed vt fabu
losa forte taceamus: per citharā canorā Dauid legi=
mus a Saule fugasse demoniū: muros hiericho clan=
gentibꝰ tubis ꝓtinus corruisse: lectio diuina testatur:
vt dubiū non sit musicos sonos: iubente tamen ac per=
mittēte dño: magnas plerūq; fecisse virtutes. [Quia
preceptū in israel est: ⁊ iudiciū deo iacob]. Dicit cau=
sam quare debeant tuba canere: quia lex data est per
Moysen in israelitico populo: qua cognita nullus pec
care debuisset. Iudicium autem deo iacob: id est deo
christianoꝝ. Ipse enim rationalē creaturā celesti veri
tate iudicauit: sicut in euangelio ait: Pater non iudi= Joan. 5.
cat quēquā: sed omne iudicium dedit filio. Hac ergo
dispensatione mirabili: dñm constat esse laudandum:
qui ⁊ legē dedit ⁊ iudiciū futurū sue maiestatis inno=
tuit. Iacob enim diximus significare pplm sequentē:
qui adoptatus per gratiā Christi prime districtionis
ꝑcepta superauit. [Testimoniū in ioseph posuit: † cū Al. illud
exiret de terra egypti: linguā quā non nouerat audi=
uit]. Ioseph: significat augmētatio: cuius nominis in=
terpretatio testimoniū est hebrei populi: qui de terra
egypti multiplicatus exiuit. Sed hoc ad nostram ge=
nerationē cōpetenter aptatur. Nā sicut ille per maris
rubri vndas saluatꝰ eiectus est: sic nos a terra egypti:
id est a vitiꝭ carnalibus absoluti sacra vnda regene=
rante renascimur. Nec nomē ipsum maris vacat: quia
sicut illud rubrū ꝯstat dici: ita ⁊ hec aqua rubra potest
nuncupari: que vna cū sanguine de latere dñi Salua=
toris exiuit. Sequitur: Linguā quā non nouerat au=
diuit. Linguā hic: noui testamenti precepta debemus
aduertere. Nā si sermones intelligas: quomodo lin=
guā quā non nouerat populus hebreus audiuit: dum
Christū dñm locutū cōstet hebraice? Hoc ergo dicit:
quia ꝑ euangeliū audierūt linguā: id est precepta: que
prius eorū noticia non habebat. Siue illud significat
tempus: quādo apostoli spiritu sancto repleti: linguis
ignotis et variꝭ sunt locuti. [Diuertit ab oneribus
dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt]. Et
hoc quāuis ad hystoriā dici videatur: quando in egy=
pto iudeoruꝫ populus diuersis necessitatibus seruie=
bat: modo vt lateres faceret: modo vt terram cophi=
nis exhiberet: tamen illud christianorū partibus di=
ligentius applicamus: a quorum dorso auertit deus
onera peccatorū: quando se felici humilitate proster=
nunt: sicut ipse dicit: Uenite ad me omnes qui labora= Matth. 11.
tis ⁊ onerati estis ⁊ ego vos reficiam. Cophinos autē DEF.
dicimus: per quos sordium purgamenta proiꝭcimus:
vt loci puritas elucescat. Manus ergo suas in eis te=
nent: qui peccatorum immundiciꝭ occupantur. Sed
de hac seruitute liberamur a domino: quando scele=
rum nostrorum sordibus expiamur. [In tribulatione
inuocasti me et liberaui te: exaudiui te in abscondito
tempestatis: probaui te † ad aquam cōtradictionis]. Al. apud

Jam quidē dñi Saluatoris verba referuntur: ⁊ pote=
rat esse diuisio: nisi post versum istū diapsalma seque=
retur: vbi magis cōpetentius credimus esse faciendū.
SCHE. Sed qm̄ persona mutata est: hoc schema dicit̃ Etho=
peia: quotiens aliquē introducim⁹ ad loquendū. Im=
putantur enim beneficia: vt grauior estimetur offensa.
Ipse enim nos de tribulatione liberat: ipse in abscon=
dito angustiā nostre tempestatis exaudit: Sed ꝓbat
nos in cōtradictionib⁹ hereticoꝝ: quando aliquib⁹ al=
tercationib⁹ velut venti flatib⁹ excitamur. Nam si ad
hystoriā referas: aquā cōtradictionis dicit: quando in
deserto fluenta israeliticus populus incredulis men=
Al. non hȝ tibus expetebat. [Audi popul⁹ me⁹ † et loquar israel
Al. cōtesta et † testificabor tibi: israel si me audieris non erit in te
bor te. deus recens: neqȝ adorabis deū alienū]. Interiecto
diapsalmate qđ nobis est in diuisionibus magnopere
custodiendū: venit ad secundā partē. Sed cū sit ante=
rius loqui qȝ audire: hic prius positū est Audi: vt ad=
uertas ad intelligentiā potius dictū: nō ad auriū tran=
sitoriū sonū. Dicit enim: Populus me⁹: vt illā seque=
straret amurcā: que torcularib⁹ ecclesie tanqȝ pars fe=
cilenta ꝓijcitur. Ille est enim populus dei: qui nescit
cū malis aliqua morū permixtione cōfundi: sed in olei
pinguedine ac puritate in Christi gratia mūdissimus
perseuerat. Sequitur: Israel ⁊ testificabor tibi. Cum
hic ante iudicē soleant testes produci: ipse dñs iudicij
testē se dicit esse veritatis: vt nullus de factoꝝ suoꝝ cō
pensatione dubitaret: vbi talis astipulator existeret:
Quod tamē cōsequenter exponit. Testificatur enim
dñs: qm̄ in illo iudicio maiestatis sue vnicuiqȝ dederit
pro factoꝝ suoꝝ qualitate sententiā: vbi testibus opus
non erit vt iudicetur: sed ipsum iudiciū actuū nostroꝝ
Matth. 25. testimoniū dabit. Dicturus est enim iustis: Esuriui ⁊
dedistis michi mādūcare: sitiui ⁊ dedistis michi bibe=
re: ⁊ reliqua. Impijs aūt ꝙ talia nō fecerit imputabit:
ita fit vt iudiciū eius nō sine testimonio esse videatur.
Addidit: Israel si me audieris: non erit in te deus re=
cēs. Repetit israel: vt se familiarē intelligat: ⁊ ad iussa
dñi obediēter vota cōuertat. Magnū enim sacramētū
vno verbo cōcludit̃: vt iā tūc vētura heresis veritatis
sententia vinceretur. Dixit enim: Non erit in te deus
recens: ne verbū patris quisqȝ putaret esse sub tēpore.
DOG. Nā ille recens est: qui antiquiorē habet. Quapropter
si recēs nō potest dici: coeternū debet mentis sanitas
cōfiteri. Et ne possit aliqs deū Christū recentē dicere
quē de Maria virgine natū esse cognoscit: cui⁹ huma=
nitas facta ꝓbatur esse sub tēpore: dicit: Non erit tibi
deus recēs: qm̄ ipse est qui ante om̄e principiū genit⁹
de patris substātia equali cū eo coeternitate consistit:
regnās per infinita secula seculoꝝ. Unde mirabili san=
ctoꝝ cōpendio patres nostri duas naturas ꝑmanere
in vno dño Christo vnitas atqȝ perfectas dici ⁊ credi
maluerūt: vt omniū hereticoꝝ morbosa ac fetida eru=
ctuatio tanqȝ hiatus pestifer salubri remedio claude=
retur. In te aūt quod dixit: significat in corde tuo: vbi
debet veritas nō falsitas inueniri. Adiecit: Neqȝ ado=
rabis deū alienū. Cū supra interdixerit coli recentem
deū nō debere: hic adorare deū vetuit alienū: vt pene
par sit scelus recentē deū putare: ⁊ nefanda idolis de=
uotione seruire. Intelligant ergo arriani quib⁹ sociati
Al. enim sint: qui se a catholica sanitate disiungūt. [Ego † sum
dñs deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os
tuū ⁊ imple illud]. Redduntur iuste cause quare deus
adorari nō debeat alienus. Primū: ꝙ de⁹ noster immu
Exo. 3. tabilis atqȝ eternus est: qui de se dixit: Ego sum q̇ sum.

Deinde: vt om̄ia intelligeremus ab ipso fieri quecūqȝ
nobis profutura succedūt: Ait: Qui eduxi te de terra
egypti. Que scd̄a species diffinitionis grece Enneo=
matice dicit̃: latine notio nuncupatur. Hec isto modo
semꝑ efficitur: cū vnusquisqȝ de factis ꝓprijs iudicat̃:
que ⁊ ipsi tm̄ nō ⁊ alijs videant̃ accidere. Sed hoc cū
iudeis ad hystoriā dicit̃: christianoꝝ generalitas com
monet̃. Educit enim nos de terra egypti: qm̄ ꝑ regene=
rationis grām a peccatis teterrimis liberat: quib⁹ te=
nebamur obnoxij: cū manus nostre (sicut ait superius)
in cophino seruiebāt. Sequit̃: Dilata os tuū: ⁊ imple=
bo illud. Dilata / diuulga / dissemina ꝯfitendo vtiqȝ vel
admonendo: vt illa velis loqui que digna videant̃ au=
ditu. Tūc enim sensus spirituali gratia replet̃: quādo
in laudes dñi os dilatatū esse cognoscitur: vt hoc per
ipsius gratiā inchoemus: ⁊ eius munere cōpleamus:
sicut dicit apostol⁹: Dilatamini ⁊ vos: nolite iugū du= 2. Corin. 6.
cere cū infidelibus. [Et nō audiuit populus me⁹ vocē
meā: ⁊ israel nō intendit michi. Et dimisi eos ẜm † de= Al. deside=
sideriū cordis eoꝝ: ⁊ ibūt in † volūtatib⁹ suis]. Quā= ria
uis impleuerit dñs prophetarū ora dilatata: dicit eos Al. adinuē=
auditos non fuisse ab israelitico ppl̃o: dū eius minime tionibus
iussa cōpleuerit. Ille enim sue plebi tanqȝ oleo loque=
batur: sed amurca non poterat audire: que erat velut
inutilis respuenda. Addidit: Et dimisi eos ẜm deside=
riū cordis eoꝝ: ⁊ ibūt in volūtatib⁹ suis. Sequit̃ vltio
digna peccati: Non enim dimittit̃ impunit⁹ qui a dñi
tuitione deserit̃. Ille enim quos reliquit affligit: quia
maloꝝ oīm retributio est tanta bonitate fraudari. Pu
tat enim peccator genus esse beneficij: dū suis volun=
tatib⁹ ꝑmittatur expleri: dū dicat apostol⁹: Tradidit Rom. 1.
illos de⁹ in cōcupiscentias cordis eoꝝ in immūditiā: ⁊
reliqua. [Si † plebs mea audisset me: israel si in vijs Al. populus
meis ambulasset. Pro nichilo † inimicos eorū humi= meus
liassem: ⁊ super tribulantes eos misissem manū meā]. Al. forsitan
Querendū est quare plebē dixerit suā: que eū nō erat
auditura? Suā dixit: qr ei legē dixit: miracula magna
monstrauit: vt culpa cresceret cū in eum plebs electa
peccasset. Et nota quēadmodū se in hoc primo versu
subsequētia verba declarāt. Quod dixit Plebs mea:
hoc significat israel. Quod ait Audisset me: hoc vult
intelligi: Si in vijs meis ambulasset. Ille enim ⁊ au=
dit dñm ⁊ in vijs eius ambulat: qui mandatis ipsius
non reperitur aduersus. Et vide ordinē fuisse seruatū.
Prius enim est doceri nos: ac deinde audita comple=
ri. Sequitur premiū quod mereri non potuit indeuo=
tus. Ad nichilum inimicos eorū humiliassem: ⁊ super
tribulantes eos misissem manum meam. Generaliter
sunt accipienda que dicta sunt: quia tūc ille resistit ini
micis nostris: quando ei fuerimus humili satisfactio=
ne deuoti. Nam si deo male agēdo resistimus: ille ite=
rum nostris non contradicit inimicis: nec manum de=
fensionis super eos ponit qui se ab ipso superba re=
luctatione subduxerint. Unde intelligere debemus
quando a nobis auertitur: non esse pietatis defectum:
sed magne vltionis aculeū. Suspenditur enim inter=
dum a defensione sanctorum: quando tribulationibus
et afflictione tentantur. Sed iustos sic tentari pati=
tur: vt non deserat. Impios autem sic tribulari per=
mittit: vt se ab eis reddat alienum. [Inimici domi=
ni mentiti sunt ei: et erit tempus eorū in † eternum]. Al. secula
Post verba domini: redit Asaph ad tertiam partem:
inimicos eius digna execratione redarguens. Men=
tiuntur enim: qui bonis se pollicitationibus obligan=
tes: in pessimos iterū relabuntur errores. De paganis

enim dici non potuit qui nulla fuerāt dñi promissione
cōstricti. Et ne forsitan quod eos florentes in hoc mū-
do vides: crederes iam relictos: addidit In eternum
erit tempus eoꝝ: scilicet punitionis: quādo illis dicet
Matth. 25. Ite in ignem eternū. De quibus etiā legitur: Uermis
Esa. 66. eoꝝ non morietur: ⁊ ignis eoꝝ nō extinguetur. Quod
SCHE. schema Eclipsis grece: latine defectus dicitur: sed nō
qui per ignorantiā deficit: sed qui se vt potissimū que-
Al. Et ratur abscondit. [† Cibauit † eos ex adipe frumenti:
Al. illos et de petra melle saturauit eos]. Hic pietas creatoris
exponitur: vt inimicos: id est ingratos beneficijs suis
repleuerit quos superiꝰ dixit fuisse mētitos. Ex adipe
frumēti: siue māna significat: siue corpus dñi Christi.
DEF. Adipem quippe dicimus animaliū pinguedinē cor-
pulentā: quod nomen ad frumentū abusiue translatū
est: vt significaret ei interiꝰ aliquā inesse bonitatē. De
petra melle: hoc est de sapiētia Christi: qm̄ ipse petra
est: de quo superne doctrine mella manauerūt. Satu-
rauit eos dixit: id est sancta predicatione compleuit:
sed perfidi ieiuni fuerunt fide: qui auribus aggrauati
audire noluerunt. Conclusio.

¶ Redeamus nūc ad sententiā superiorem: ⁊
more apū dulcissimis floribus
insidētes assidua repetitione suauia mella carpamus:
q: res salutaris quotienscūqꝫ repetit: necessaria semꝑ
inde sumūtur. Quapropter studiosissime ꝑquiramus
quare sit dictū: Non erit in te deꝰ recens: si reuera vo-
lumus esse israel. In hoc enim verbo fidei totius virtꝰ
sanctissima cōtinetur. In hoc sermone ineffabilis illa
maiestatis natura declarata est. Nā si deus recens nō
accipit: coeterna sibi sancta trinitas sine dubitatione
sentit: q: iunior ibi nō est vbi senior nō ꝓbatur. Eter-
nus est igit pater: eternus filius: eternus spūs sanctꝰ.
Distinctio enim in ꝑsonis: vnitas cognoscit in natura.
Omnipotēs pater: oīpotēs filius: oīpotens spūs san-
ctus: trinū quidē nomen: sed vna virtus: vna potētia.
Filius a patre incomprehensibiliter genitus: spiritus
sanctus a patre ⁊ filio ineffabiliter ꝓcedens: potestas
non accidēs: sed indiuidua manēs. Sūmitas sociabi-
lis: regnū sine fine: gloria sempiterna: que sola creat: so
la peccata dimittit ⁊ celoꝝ regna cōcedit. Sequitur:
DEF. Neqꝫ adorabis deū alienū. Deus alienus est: qui in sa
crilegas culturas demētiū hominū prauitate ꝑuenit:
non essentiā deitatis habēs: sed honorē false maiesta-
tis accipiens: nō qui homines creauit: sed q̄ est ab ho-
minibꝰ fabricatꝰ. Alienus reuera: qm̄ alienata mente
repertꝰ. Hoc si vtrūqꝫ refugimus: veri dei gratiā pro-
meremur: qui nouit de se male sentientes abijcere: et
recte credentibus beneficia digna prestare.

¶ Explicit expositio in psalmum. 80.

¶ Psalmus Asaph. lxxxi.

Deus stetit ī synagoga deoꝝ: in medio aūt deos dijudicat. Usqꝫquo iudicatis iniquitatem: ⁊ facies peccatoꝝ sumitis? Judicate egeno ⁊ pupillo: humilē ⁊ pauperē iustificate. Eripite pauperem: et egenū de manu peccatoris liberate. Nescierunt neqꝫ intellexerūt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamēta terre. Ego dixi dij estis: et filij excelsi omēs. Uos aūt sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principibꝰ cadetis. Surge deus iudica terram: qm̄ tu hereditabis in omnibus gentibus.

Dictū est in prefatione: psalmos vniuersos
esse dauiticos: sed hos qui vocabuloꝝ di-
uersitate prenotantur: ꝓpter intelligentiā
nominū suorū in titulis fuisse perscriptos.
Ponit enim hic Asaph: qd indicat synago
gam: que dñm Saluatorē corporea quoqꝫ ꝑsentia me-
ruit intueri: qn̄ dignatū est verbū caro fieri: ⁊ in gratia
nostre viuificationis occidi. Deniqꝫ psalmus ipse sic
inchoat: deum stetisse in synagoga deorū. Nec illud
omittendū esse dijudico: quare synagogā antiqui vo-
citauerint: quā nūc ecclesiā christianis tēporibꝰ nun-
cupamus. Synagoga est generaliter dicta cōgrega- DEF.
tio: non satis exprimens hominū cetū. Ecclesia vero
cōuocatio nuncupatur: que de diuersis gentibꝰ aggre
gata colligitur. Cōuocari enim ad illos pertinet qui
ratione precellunt: vt intelligamus ecclesiā dei ⁊ no-
mine creuisse semper ⁊ meritis. Diuisio.

Asaph: quem pro significatione sui nomi-
nis in titulo cōstat appositū: ꝯtra iudeos
de Christi aduētu: per totū loquitur psal-
mū. In prima parte cōmonēs eos in eoꝝ
medio cōstitisse: ideo nō debere illos con-
sortiū suscipere peccatoꝝ. Secūda parte admonet: vt
intelligāt ipsum esse Christū qui in assumptione car-
nis pauper ⁊ egenus esse videbatur. Tertio loco dicit
eos honoratos vt filij dei fierent: sed ipsos in mortis
laqueos suo vitio corruisse. Expositio.

Deus stetit in synagoga deorū: in medio au-
tem deos † discernit]. Uno verbo Jesus Al. dijudi-
christus mirabili nobis breuitate declara- cat
tur. Ipse enim deꝰ stetit in synagoga: qui ⁊
sedet ad dexterā pr̄is. Situs enim isti cor-
porales sunt. Nā si maiestatē eius intendas: vbiqꝫ to-
tus: vbiqꝫ plenus est: nec potest dici a natura deitatis
stare vel sedere: qui nulla loci determinatiōe cōcludit.
Sed iste Asaph in spectatione illuminatus: deū cla-
mat Jesum christū in synagoga stetisse: cui nisa est im
piorum turba resistere: vt affectu paterno corrigeret:
quos in seipsos potius cognouerat insanire. Sic enim
de ipso ⁊ Joānes baptista dicit: Medius autē vestrū Joan. 1.
stat quē vos nescitis. Addidit etiā Deoꝝ: vt euiden-
tius de hoibus dictū aduerteres: inter quos corpora-
liter habitasse cognoscitur Christus: sicut Hieremias
ꝓpheta ꝑdixit: Post hec in terris visus est: ⁊ cū homi Baruch. 3.
nibus cōuersatus est. Nā hoc de hoibus dictū sepius
inuenimus. Unde ⁊ ad moysen dicit: Cōstitui te deū Exo. 7.
pharaoni. Et inferius psalmꝰ ipse dicturꝰ est: Ego dixi
dij estis ⁊ filij excelsi oēs. Sic enim ⁊ filios dei: hoies
vocamus. Quod si ad naturā deitatis referas: vnū est
verbū quod veraciter ac ꝓprie sic debeat nuncupari.
Dicimus nōnunqꝫ abusiue deos ⁊ superas potestates
sicut ait apostolus. Et si sint qui dicant dij: siue in celo 1. Corin. 8.
siue in terra: nobis tamē vnus est deꝰ pater. Sequitur
In medio aūt deos discernit. Ecce adhuc incarnatio
eius situ corporeo declarat. Nā cū dicit In medio: lo-
cale spaciū significat: qd turbis ambigētibꝰ cingebat.
Discernere enim ad presentiā ꝑtinet intellectūqꝫ di-
uinū: qui nos de massa peccati eripit: ⁊ ad celoꝝ regna
ꝑducit. Unde etiā apostolꝰ dicit: Quis enim te discer 1. Corin. 4.
nit? [† Quousqꝫ iudicatis iniqtatē: ⁊ faciesꝫ† peccan- Al. Usqꝫ
tiū sumitis]? Dicendo Quousqꝫ: prauā consuetudinē Al. pecc

longi tem̄poris accuſauit. Suſcepte ſiquidē legi du-
riſſime reſtiterunt: directis prophetis mortes peſſi-
mas intulerūt: venientē dei filiū crucifigere ꝙ̄ hono-
rare maluerūt: vt merito ſit dictū Quouſq;: cū etiā ⁊
ipſum creatorē quātū ad volūtatē eoꝝ attinet inficere
decreuiſſent. Facies autē ſumitis peccantiū: dictū eſt
ꝓpter eos qui ſe in illa ſeditione crucifixionis diſcer-
nere noluerūt: ſed cū furentib⁹ furierūt: cū inſanienti-
bus clamauerūt: faciēq; illā peccantiū tetris vultibus
induerūt. Nā ſi facie fuiſſent diuiſi: ⁊ actib⁹ quoq; po-
terant ſegregari. [Judicate pupillo ⁊ egeno: humilē ⁊
pauperem iuſtificate]. Interiecto diapſalmate: venit
ad ſecundā partem in qua cōmonet enixius iudeos vt
debuiſſent intelligere quē videbāt ⁊ aduerterēt humi
lem propter ſe factū cui celoꝝ poteſtates dominatio-
neſq; deſeruiunt: Pupillū fuiſſe qui rector eſt omniū:
Egenū qui donādo neſcit expendi: Pauperem cuius
DOS. ſunt oīa que in celo ⁊ in terra creata ſunt. Ipſum ergo
cōmonet iuſtificari: quē iudeorū ꝓteruia deſiderabat
extingui. Pulchre autē dictum eſt Pupillo: cui pater
carnalis humana ſolatia non prebebat. Nā ſicut ante
mundi cōſtitutionē verbū ſine matre fuit: ita tempore
incarnationis ſue idem ipſe dñs Chriſtus extitit ſine
patre terreno. [Eripite pauperē ⁊ egenū de manu pec
catoris liberate]. Ad illos hec verba fieri ſentiuntur
qui manus ſuas quidē in nece dñi minime miſcuerūt:
ſed contra ſceleratas preſumptiones obuiā ire nolue-
rūt: vt ⁊ illū a pernicie corporali liberarent: ⁊ ſe a con-
ſenſu prauitatis exuerent. De quibus et alibi dicitur:
Eſa.56. Canes muti neſcierūt latrare. Ipſi ergo cōmonentur
ne deſinant iniuſte traditū eripere: qui erant iniquo fa
cinore peccaturi. Nam cū poſſis obuiare peruerſis: ſi
deſinas aduerſari: cōſenſus erroris eſt. Pauperē vero
et egenū de dño Saluatore dici poſſe frequēter expo-
ſitum eſt: quia cū humanitatē ſuſcepit: ſimul ⁊ indigē-
tiam noſtre paupertatis aſſumpſit: ſicut ⁊ alibi dicit:
Pš.68. Pauper ⁊ dolens ego ſum. [Neſcierūt neq; intellexe-
runt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia funda-
menta terre]. Vera cōcluſio breuiſq; ſentētia: nō illos
intellexiſſe auctorē luminis: q̄ in tenebris ambulabāt.
1.Corin.2. De quib⁹ dicit apoſtolus: Si enim cognouiſſent nūq̄
dñm glorie crucifixiſſent. Sequitur: Mouebūtur oīa
fundamenta terre: vt veraciter de quo dicta ſint ſupe-
riora poſſis aduertere. Signū dicit qđ in crucifixione
dñi conſtat eueniſſe: ſicut euangelij doctrina teſtatur:
Matth.27. Terra mota eſt: petre ſciſſe ſunt: ⁊ reliqua. Hoc enim
ſi in cauſas alias transferatur: ſicut ꝑfidi iudei volunt:
nullatenus poterit cōuenire. Terra vero mota: poteſt
et ſpiritualiter accipi: quia illo tempore multi pecca-
res: id eſt terreni homines viſo tanto miraculo credi-
Ibidem derūt: ex quibus Centurio exclamauit dicēs: Vere fi-
lius dei erat iſte. [Ego dixi dij eſtis: ⁊ filij excelſi oēs]
Venit ad tertiā partē: ad apoſtolos ⁊ iuſtos reliquos
verba cōuertens. Hoc enim honorabile nomē ſolis fi-
delibus datur: de quibus ſuperius dixit: De⁹ ſtetit in
ſynagoga deoꝝ. Promiſſiones ergo tales acceperāt:
vt ſi mandatū dñi cuſtodirent: filij vocarentur excelſi:
per gratiā vtiq; non natura. Solū enim verbū eſt: qđ
ſubſtātialiter ⁊ ꝓprie dicitur dei filius: ſicut eſt illud:
Pš.2. Dñs dixit ad me: filius meus es tu. Omnes autē filij
eius vocantur: qui ſanctis iuſſionib⁹ acquieſcūt: ſicut
Joan.1. in euāgelio legitur: Quotquot aūt receperūt eū dedit
eis poteſtatē filios dei fieri. Intende vero qđ per ter-
DEF. tiamdecimā ſpeciē definitionis: quā greci Cata ana-
logian: latini iuxta rationē dicunt: homines dicuntur
dij ⁊ filij dei: que tunc exoritur quādo maioris rei no-
mine res diffinitur inferior. Hoc etiā argumentū com TOP
parationis: refertur a minore ad maius. Minores ſunt
enim hoīes ꝙ̄ dij. [Vos autē ſicut hoīes moriemini: ⁊
ſicut vnus de principib⁹ cadetis]. Superiorē verſum
dixit ad iuſtos: nūc ꝟba deflectit ad ipſos. Increpat
enim incredulos: qui mori potius per ſuperbiā ꝙ̄ per
obedientiā viuere maluerūt. Dicēdo enim: Sicut ho-
mines: ſignificat vtiq; peccatores: q̄ nullo precio ſunt
redempti: nec de obnoxijs facti ſunt liberi. Adiecit:
Et ſicut vnus de principibus cadetis. Unū de princi-
pibus ſignificat diabolū: qui de celo proiect⁹ corruit:
et penā ſue peruerſitatis inuenit. [Exurge de⁹ iudica
terrā: qm̄ tu hereditabis in oībus gentibus]. Cui di-
citur Exurge: niſi illi qui preuidebatur occidi? Judi-
ca terrā: eidem ipſi dicitur: de quo ſcriptū eſt: Cū autē Matth.25.
venerit filius hominis in maieſtate ſua: et omnes an-
geli cū eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue: et
cōgregabuntur ante eum om̄es gentes: Hereditabis
in gentibus: terrā ſcilicet quā ſuperius dixit: illā quā
beati poſſidebunt: ⁊ eternā iocunditatem magne fe-
licitatis accipient.

Concluſio.

¶ Audite iudei intelligite pertinaces: quāta
de aduētu dñi: Aſaph iſte lo-
cutus eſt. Quid colitis ſi prophetarum veſtroꝝ dicta
neſcitis? Venite ad catholicos ſacerdotes: aperientur DOS.
aures veſtre vt poſſitis dono dñi diuturnam euadere
ſurditatem. Vos quoq; pſalmi huius primo verſu cu-
ramini: qui neſtorij ⁊ eutichis peſtifero vapore feruetis
De quo enim dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga deorū?
Et ſequitur: In medio autem deos diſcernit. Stetit
vtiq; ab humanitate: diſcreuit a deitate vnus atq; idē
dominus Chriſtus: vtrūq; verum: vtrūq; perfectum
eſt. Talis enim error eſt: duas naturas diuiſas ſcđm
duas perſonas in Chriſto dño profiteri: qualis vnam
confuſam credere quāuis in vnitate perſone. Vobis
enim Sedulij verſus ille dicendus eſt. Ambo errore
pares: ꝙ̄q; diuerſa ſequātur. Nam ſi hominē ad celos
non extulit: dicite quem redemit? Formam ſiquidem
ſerui aſſumptam legis: non abſumptam. Nulli autem
datū eſt tunc perire: quando ne aliquando perire poſ-
ſit accepit. Nam ſi iam vna natura ſub cōfuſione ma-
gis veſtra: o Euticiani facta eſt vt putatis: quomodo
filius hominis ad iudicandum predicitur adhuc eſſe
venturus? Aut quomodo videbunt impij in quē com
punxerunt? Deniq; vt hec perſuaſio funditus tollere-
tur: poſt reſurrectionē Thome dubitanti ipſe reſpon-
dit: Mitte manum tuam ⁊ vide: quoniam ſpiritus car Joan.20.
nem ⁊ oſſa non habet: ſicut me videtis habere. Conſi-
derate etiam que vos ſequatur abſurditas. Nam cū
ex duabus naturis vnam factā dicitis: aut confuſio-
nem proueniſſe creditis: aut vnam periſſe ſine pudore
firmatis: quid refugitis confiteri/ quod patribus no-
ſtris ſpiritu ſancto reuelante complacuit? Certe ſi nō
vultis duas naturas inconfuſas: immutabiles: indi-
uiſas: inſeparataſq; credere: dicite duas ſubſtantias:
dicite duas formas: ſicut apoſtolus ait: Qui cum in Phil.2.
forma dei eſſet: non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe equa-
lem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui acci-
piens: ⁊ habitu inuentus vt homo. Tantum eſt ne re-
fugientes dogma ſalutiferum: exitium vobis prepa-
retis eternum. Sciendū vero eſt: ꝙ hic pſalmus quin
tus eſt eorū: quos de duabus naturis domini Chriſti
conſcriptos eſſe prediximus.

¶ Explicit expoſitio in pſalmum.81.

¶ Canticum psalmi Asaph. lxxxij.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas neqꝫ cõpescaris deus. Quoniã ecce inimici tui sonuerũt: ⁊ qui oderũt te extulerunt caput. Super populũ tuũ malignauerũt consiliũ: ⁊ cogitauerũt aduersus sanctos tuos. Dixerunt venite ⁊ disperdamus eos de gente: et non memoretur nomẽ israel vltra. Quoniã cogitauerunt vnanimiter simul aduersuz te: testamentum disposuerũt tabernacula idumeoꝝ ⁊ ismahelite. Moab ⁊ agareni: gebal et ammon ⁊ amalech: alienigene cum habitantibus tyrum. Etenim assur venit cũ illis: facti sunt in adiutorium filijs loth. Fac illis sicut madian ⁊ sysare: sicut iabin in torrente cyson. Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre. Pone principes eorum sicut oreb ⁊ zeb: ⁊ zebee ⁊ salmana. Omnes principes eorũ: qui dixerũt hereditate possideamus sanctuariũ dei. Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulã ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit syluã: ⁊ sicut flamma comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorũ ignominia: ⁊ querẽt nomen tuum dñe. Erubescant ⁊ conturbent in seculũ seculi: et confundantur ⁊ pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dñs: tu solus altissimus in omni terra.

CAntici psalmi significantiã in pfatione posuimus: et per titulos vbi locus exegit freqũeter ediximus: qm̃ nominũ istoꝝ virtus ad illum nos intellectũ trahit: vt in rebus actualibꝰ ad diuinã ꝯtemplationẽ animos iugiter erigamus. Asaph vero: congregationẽ latina lingua resonare nõ dubiũ est. Sed iste Asaph quotiẽs in mediũ deducit (sicut iã diximus) non est auctor ipse carminis: sed ꝓpter nois sui significationẽ virtutesqꝫ psalmoꝝ apte titulis videt appositus. Diuisio.

ASaph qui multa iam in superioribus psalmis de dñi incarnatione predixerat: nunc in primo membro de aduentu eius secũdo dicturus est: expetens vt qm̃ in fine seculi inimici eius ꝑ antichristũ nimis erigendi sunt: ipsius cito debeat venire iudicium: ne grauissimi hostis diuturna licentia cunctam vastare possit ecclesiam. Secũdo membro: in eos ꝑ similitudines quasdã nominum supplicat vindicari: correctionis voto non maledictionis instinctu. Expositio.

SCHE. [DEus quis similis erit tibi? ne taceas neqꝫ compescaris deus]. Hec figura dicit Epinalepsis: id est verbi in pricipio versus positi in eiusdẽ fine repetitio. Considerandũ est quid sibi velit istud initiũ: qm̃ summa breuitate magnarũ rerũ sacramenta concludit. Quis enim similis erit illi: qui celũ ⁊ terrã vel cuncta que in eis sunt momentanea celeritate perfecit? Nam licet DOS. dñs Christus qui inter iudeos cõuersatus est: a pfidis homini tantũmodo creditꝰ est esse simillimus: intãtũ vt eũ ⁊ flagellis cederent ⁊ sentẽtie prauitate damnarent: iste tamen vir egregius qui Christũ potentie sue magnitudine ꝯtuebat: merito nullũ ei similẽ esse ꝓfitetur qui carnis veritate vestitꝰ diuinitatis sue iura non minuit: sed cũ patre semꝑ manẽs nobiscũ habitare dignatꝰ est. Ueraciter ergo positũ est: Quis similis erit tibi? Sequit: Ne taceas neqꝫ cõpescaris deus. Hic iã potẽtia illa futuri declarat aduẽtus: qñ nec tacet q̃ iudicat: nec cõpescit qui virtutis sue manifestatione declaratur. Talia enim in primo aduẽtu nõ fuisse manifestũ est: qñ sicut ouis ad occisionẽ ductus est: ⁊ sicut Esa. 53. agnꝰ corã tondẽte se: sic nõ aperuit os suũ. Cõpescuit etiã virtutẽ suã: qñ se passus est quasi reũ teneri: ⁊ pontio Pilato sine aliqua reluctatione cõtradi. Ista enim in futura iudicatione cessabũt: vbi potẽtia diuinitatis elucescet. [Qm̃ ecce inimici tui sonuerũt: ⁊ q̃ oderunt te extulerũt caput]. Singula singulis reddit. Nã ꝯtra illud qđ ait: Ne taceas: subiũgit: Qm̃ ecce inimici tui sonuerũt. Contra illud aũt qđ dixit: Neqꝫ cõpescaris: causam reddit: Et qui oderũt te extulerũt caput. Sed hoc totũ ad antichristi magis tẽpora cõpetẽter aptatur: quãdo inimici dñi tumultuosis seditionibꝰ insonabũt. Et bene nõ posuit locuti sunt: sed sonuerũt: vt eis hominũ merito negarent verba: qui voces rationabiles non habebant. Intende etiã quod plurali numero dixit: Qui oderũt. Et sequitur: Extulerũt caput: dum capita dicere potuisset: sed oibus isanis vnũ est caput antichristus. Qđ ideo dicit elatũ: q2 multa potestate gloriabit: vt se etiã deũ dicere ꝓsumat excelsum [† In Al. sup populũ tuũ malignauerunt plebem tuã astute cogitauerũt cõsiliũ: et cogitauerũt aduersus sanctos tuos]. Risoria potius q̃ dolẽda conquestio: contra plebẽ dñi cogitasse perituros: ⁊ astuta falsitate: id est dolosa voluntate nisos esse decipere: quos ꝓbantur veritatis studia cõmunire. Sed vt amplius eoꝝ leuitas exponeret: addidit: Aduersus sanctos tuos: vt nõ solũ mediocribus dolũ: verũ etiã ipsis quodãmodo celestibꝰ viris inferre conarentur exitiũ. [Dixerũt: venite disperdamus eos de gente: ⁊ nõ memoret nomẽ israel † amplius]. Refert inania ꝟba de- Al. vltra mentiũ: q̃ merito superius sonuisse posuit q̃ locutos. Hac em̃ intẽtione faciẽda est antichristi ꝑsecutio illa seuissima: vt christianũ nomen de orbe terrarũ: quasi malũ aliqđ funditꝰ abroget: nesciẽtes quia dũ seruos christi necare cupiũt: sanctoꝝ numerũ assidua persecutione cõplebũt. De gente aũt qđ posuit numero singulari: significat ppl̃m christianũ. Nã quãuis de multis gentibꝰ doceat esse collectus: merito gens dicit vna: q̃ de vno fonte baptismatis noscit esse ꝓcreata. Siue ille ꝑsecutor vnã gentẽ dicere potuit: quos in vnã volũtatem sociatos esse cognouit. Seu ꝑ figurã Exallage SCHE. potest accipi: id est ꝑ mutationẽ: qñ ꝓ numero plurali ponit singularis. [Qm̃ cogitauerũt † ꝯsensum in vnũ Al. vnanimiter simul aduersum te testamẽtũ disposuerũt]. Testamentũ in diuinis scripturis nõ solũ dicit mortuoꝝ: sz etiã pactũ inter viuos habitũ: qm̃ mẽtes paciscẽtiũ interueniẽs scriptura testat. Sic em̃ laban ⁊ Jacob fecisse legimꝰ testamẽtũ: dũ aliqua inter se viui pepigisse doceantur. Pactũ em̃ quodã modo ⁊ pditi fecisse dicunt: qñ aduunato studio ꝑsequunt eos qui ab eoꝝ errore dissentiũt. Et inspice qm̃ dicẽdo Cõtra te: aduersarijs fecit inuidiã. Qđ argumẽti genus oratores ad sua studia trãsferẽtes: animos iudicũ soliti sunt oĩmodis cõmouere. RHE.

Al.ismahelite. [Tabernacula idumeorũ et † ismahelitum. Moab et
agareni: gebal ꝛ ammon ꝛ amalech: ꝛ alienigene cum
Al.non hꝫ. habitantib⁹ tyrũ. Etenim assur † simul venit cũ illis:
Al.adiutorium. facti sunt in † susceptionem filijs loth]. Enumeratio
istoꝝ nominũ quã hi tres versus amplectunꝭ: Christi
declarat inimicos. Quoꝝ significatiões aperiam⁹: vt
INTER. oia tẽporibus antichristi cõgruere videanꝭ. Idumei
interpretantur vel sanguinei: vel terreni. Ismahelite:
obedientes mũdo: non dño. Moab: ex patre: quod tali
modo significat peccatorẽ: vt ad patrẽ Adã ei⁹ inobe
diẽtia referatur. Agareni: id est aduene. Gebal: vallis
vana. Ammon: popul⁹ turbidus. Amalech: populus
lingens: id est fallaciter blandiens. Tyrus: angustia.
Assur: pro ipso diabolo positus est: qui reuera simul cũ
eis venit ad oppugnationẽ fideliũ. Loth: declinãs in-
terpretatur. Unde merito tale nomẽ in fine positũ est:
Ps.13. ac si diceret: Omnes declinauerũt: simul inutiles facti
sunt: non est qui faciat bonũ: non est vsqꝫ ad vnũ. Hec
enim turba perditoꝝ que sub antichristo cõgreganda
est: allusione talium nominũ euidenter expressa est: vt
merito tot maloꝝ vocabula: in illa intelligeres plebe
cõgesta. Meminisse aũt debemus hos versus p figu-
SCHE. ram Polysyntheton fuisse decursos: quos si sollicite
relegas: repertes eos multis cõiunctionib⁹ esse copu-
latos. [Fac illis sicut madian et sisare: sicut iabin in
Al.vt torrente cyson. Disperierũt in endor: facti sunt † sicut
stercus terre]. Uenit ad secundã partẽ: vbi prophetie
spiritu eis retribui deprecaꝭ ſm ordinẽ futuroꝝ. Et q̃
superius mores eoꝝ per nomina collecta descripserat:
nũc quoqꝫ retributiones eis per similitudines gentiũ
fieri deprecaꝭ: quas israeliticus populus dño iuuante
INTER superauit. Madian: interpretatur declinans iudiciũ.
Sisara: gaudij exclusio. Iabin: sapiẽs: sed iste mũda-
1.Corin.1. nus de quo apostolus ait: Ubi sapiẽs: vbi scriba? Qui
oẽs in torrente cyson: ꝛ in endor fonte perierũt: factiqꝫ
sunt stercus terre: dum cadauera eoꝝ corporali putre-
Geñ.3. dine soluerẽtur: sicut legitur: Terra es ꝛ in terrã ibis.
His igitur qui in sua pertinacia mansuri sunt similis
optaꝭ occasus: q̃ sicut illi cõtra israeliticũ populũ: ita
isti bellabũt contra fidelissimos illius temporis vtiqꝫ
christianos. [Pone principes eorũ sicut oreb ꝛ zeb et
zebee ꝛ salmana. Oẽs principes eorũ]. In eisdẽ enu-
merationibus perseuerat: vbi sola nominũ explanatio
necessaria est. Ceterũ ad quas causas posita sunt: pri
INTER me nos dixisse retinemus. Oreb: siccitas interpretaꝭ.
Zeb: lupus. et Zebee: victima. Salmana autẽ: vmbra
cõmotionis. Hec omnia exercitui optat antichristi:
qui nulla cõuersione saluãdi sunt: quoꝝ in ipsis quoqꝫ
nominibus tenebrosis detestabilis iam eorũ sentitur
IDI. interitus. Quod genus locutionis ꝓpriũ dicim⁹ esse
scripturarũ diuinarũ: vt per interpretationes nominũ
virtutes possimus sentire dictoꝝ. [Qui dixerũt here-
Al.non hꝫ ditate possideam⁹ † nobis sanctuariũ dei]. Ipsum est
quod ꝛ superius dixerat: Uenite disperdamus eos de
gẽte: ꝛ nõ memorabiꝭ nomẽ israel amplius. Hic enim
principes maloꝝ ꝯsilioꝝ significãtur auctores. Here-
ditate possideamus: ꝯtra illud ponitur: quia dñi diciꝭ
hereditas vt illi magis hereditatẽ inuadere niterenꝭ:
quã iure sibi dñs vendicauit. Sed que sit ista heredi-
tas cõsequenter exponitur. Sanctuariũ dei: id est po-
1.Corin.3. pulus christian⁹: de quo apostolus ait: Templũ enim
dei sanctũ est quod estis vos. [Deus meus pone illos
Al.ignis vt rotã: ꝛ sicut stipulã ante faciẽ venti. Sicut † ignem
Al.syluã qui cõburit † syluas: † velut flãma cõburẽs montes].
Al.ꝛ sicut Hos duos versus ꝓpter similitudinẽ rerũ iunximus:
in quib⁹ multiplices calamitates ꝑdicuntur incredu-
lis. Impij enim dũ in mala cogitatione voluuntur: ro-
tis fiunt similes: que posterioribus eleuatis anteriora
sua trãsmittere videntur ad tergus: nec quicq̃ ꝓficiũt
dũ suis rotationibus atterunꝭ. Sequitur secũda com
paratio: vt leuitas peccãtiũ quasi vẽto meabili trãsfe-
ratur: ꝛ huc atqꝫ illuc volitans incerta semꝑ volũtate
moueaꝭ. Uenti aũt facies ꝑsentia ipsius vẽti ponitur.
Non enim vẽtus aliqua figuratione ꝑnotatur: sed cor-
poreũ in hoc tm̃ sentimus: qd eius impetu ꝛ transcur-
sionib⁹ verberamur. Ignẽ quoqꝫ ꝛ flãmã: posuit iudi-
cij tẽpus: quãdo ꝛ sylue densissime peccatoꝝ: ꝛ mõtes
suꝑbie cremabunꝭ. [Ita ꝑsequeris † eos in tẽpestate Al.illos
tua: ꝛ in ira tua † cõturbabis eos]. Ita ꝑsequeris eos: Al.turbabis
respicit ad illa que superius dixit: vt sic debeant exter
minari: queãdmodum comparationes antefate cõme-
morant. Adducunꝭ alie similitudines. In tempestate
tua: ꝛ in ira tua ꝯturbabis eos. In tẽpestate tua: id est
iudicij tempore. Quod tempestati merito cõparatur.
Primũ: q̃ improuisum est. Deinde: qd subito fragore
cõturbat: ꝛ locũ tollit cõsilij repẽtina periculi magni-
tudo. Tẽpestas enim imbriũ: aeris est quedã cõcitata
seditio: in qua vehementer terremur: dum aquarũ ni-
mietate vexamur. Sequitur: Et in ira tua cõturbabis
eos. Sepe iam diximus iram diuinitati nõ posse con-
gruere: sed ab hominibus tractũ est: qui quãdo scele-
ratos iudicãt feruore animi cõmouentur: nec aliter ad
damnandũ homines veniũt: nisi de cõmissis eoꝝ cri-
minibus excitentur. [Imple facies eoꝝ ignominia: et
querent nomen tuũ dñe]. Hactenus futuras penas il
lis peccatorib⁹ ꝓphetauit qui in suis remanserũt sce-
leribus ꝑtinaces: nũc ad illos cõuertitur qui sunt dño
prestãte credituri. Nam illoꝝ facies impletur ignomi-
nia: qui peccatoꝝ suoꝝ non inuenerint laudatores: sed
potius eis in ꝑsenti reputaꝭ: qd in mala actione gesse-
runt. Istos plerũqꝫ opprobriũ corrigit: dũ se viderint
a generalitate culpari. [† Cõfundantur ꝛ cõturbentur Al.Erubescant.
in seculũ seculi: et † reuereanꝭ ꝛ pereant]. Redit iterũ
ad ꝑtinaces: qui dei munera non habebunt. Possunt Al.confundantur.
enim aliqui in hoc seculo salutariter confundi et eru-
bescere: quãdo cõuersionis dona percipiunt. Confun-
duntur autẽ ꝛ cõturbantur in seculũ seculi: qui eterna
vltione damnandi sunt. Sequitur: Et reuereantur et
pereãt. Ipse sensus est quẽ superius dixit: quia ibi re-
uerendo non ꝓficiunt sed pereũt: qui ad eternũ suppli
cium destinantur. [Et cognoscant † quoniam nomen Al.quia
tibi dñs: tu solus altissimus in omi terra]. Cognoscãt:
ad genus respicit vtrũqꝫ peccantiũ: siue qui obstina-
tione sua perituri sunt: siue qui adhibita satisfactione
liberantur. Omnes enim cognoscunt omnipotentiam
domini: quia ipse solus est altissimus: dum ipsum co-
gnouerint ꝛ cõuersis parcere et obduratos eterna vl-
tione damnare.

Conclusio.

Meminerimus hunc Asaph non frustra vndecim psalmis supio-
ribus introductum: vt corda durissima iudeorum fre-
quenti synagoge ipsius voce verberata mollescerent:
crederentqꝫ vel ipsi nomini cui videbantur esse deuo-
ti. Quapropter adest cura predicantium: si sibi non
impediat obstinatio perditorum. Omnia de domini
incarnatione perfecta: omnia de gentium credulitate
manifesta sunt: iudicij tempus restat quod omnes ge-
neraliter sustinemus. Sed ante oportet credere: ne ibi
possit impios vltio predicta damnare.

Explicit expositio in psalmum. 82.

¶ In finē pro torcularibus filijs chore psalmus. lxxxiij.

Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: cōcupiscit ⁊ deficit aīa mea in atria dn̄i. Cor meū ⁊ caro mea: exultauerūt in deū viuū. Etenī passer inuenit sibi domū et turtur nidū: vbi ponat pullos suos. Altaria tua dn̄e virtutū: rex meus ⁊ deꝰ meus. Beati qui habitāt in domo tua dn̄e: in secula seculoꝝ laudabūt te. Beatꝰ vir cuius est auxiliū abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarū in loco quē posuit. Etenim benedictionē dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem / videbitur deꝰ deoꝝ in syon. Dn̄e deus virtutū exaudi orationē meā: auribus percipe deꝰ iacob. Protector noster aspice deus: ⁊ respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies vna in atrijs tuis: sup milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis ꝙ habitare ī tabernaculis peccatoꝝ. Quia misericordiā ⁊ veritatē diligit deus: gratiā et gloriam dabit dn̄s. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: dn̄e virtutum beatus homo qui sperat in te.

Quid significat in finē: frequēter expositū est. Et cū superiorib9 titulis pro torcularibus: dixerimꝰ ad ecclesiā ptinere: congruit tamē diligēter inspicere cur ecclia visa est tale nomē accipere. Uua pendēs atq; intacta ⁊ oliue bacca in arbore constituta: suauissimi saporis sui non indicāt dignitatē: sed cum ad torcular vtraq; peruenerint: nimioq; pondere compressa detumuerint: tunc fructus dulcissimi liquoris emanāt qui in follibus suis reconditi non patebant. Sic ecclesia dei: cum afflictionibus persecutionibusq; conteritur: declarantur merita sanctorū: que quietis temporibus cognita nō fuerūt. Istius ergo torcularis pressura sanctificat: cōtritio meliorat: cuius labor celestis fructus est: et pena presens requies sempiterna. Nec illud vacat: quod in octauo ⁊ in octogesimo: ⁊ hic tm̄ pro torcularibꝰ positū est. Significat enim ad sanctā trinitatē hoc mysteriū ecclesie pertinere: quod in trini numeri repetitione sacratū est. Chore vero caluū in-
INTER terpretari supra iā dictū est. Cuius nominis interpretatio denunciat caluarie locū: vbi Christū dn̄m cōstat esse crucifixum. Et ideo filij chore: christiani modis oībus indicantur: ex quoꝝ persona psalmus iste cantatur. Et intende quod de preciosissima charitate dn̄i: psalmus iste secūdus est: que nos supra omnia gratie diuine consociat.

Diuisio.

Filiorum chore quos per significationē caluarie ad Christuz dn̄m diximus pertinere: vna introducitur persona generalis: que in prima fronte psalmi inestimabile sibi desideriū demonstrat ecclesie. Secūdo modo: beatū esse ꝯfitetur cui dn̄s prestat auxiliū: eūq; ad cōfessionis facit gratiā peruenire. Tertio: multo prestantius dicit esse in domo domini abiectum habitare: ꝙ peccatorum tabernacula cum quibuslibet mundanis honoribus introire.

Expositio.

Quam † amabilia sunt tabernacula tua dn̄e virtutū]. Filius chore spirituali fecūditate regeneratus: ⁊ torcularibꝰ ecclesie cōpetenter expressus: ad futurā Hierusalē desiderat ꝑuenire: in qua iam nulla sint pondera tribulationū: sed beatitudine secura imperturbata felicitate potiat. Dicēdo Quā: magnitudinē rei exprimere nō potuit: sed dedit hoc infinitissime sentiendū. Quis enī possit cōprehēdere quo ambitu aut afflictꝰ requiē: aut eternitatē cōditio mortalitatis exposcat? Nā qđ dicit: Dn̄e virtutū: nescio quā ibi magnā sensit inesse potentiā: vt ꝙuis tale munus nō potuisset ꝟbis exponere: aliqđ tn̄ ibi bonū ingēs esse mōstraret. Que figura dicit Emphasis: que plus in intellectu reliquit ꝙ dicatur. [Cōcupiscit ⁊ deficit aīa mea in atria dn̄i. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuum]. Quicquid contra humanas vires assumitur: defectus ibi pro rerū magnitudine reperitur. In illud enim necesse est deficiat: quo mens directa ad presens nō potest ꝑuenire. Cogitabat quippe vir iste sanctissimus dn̄i virtutes ⁊ p̄mia: beatitudines illas celestes ⁊ gaudia Hierusalē ex mortalibꝰ ppl'is imortaliter letantē: et necesse erat vt in suis gaudijs sensus ipse succūberet: qui ad rem desideratā euestigio nō poterat peruenire. Sed ꝙ robustus sit iste defectꝰ: ꝙ fortissima lassitudo: consequēter exponit dicendo: Cor meum ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuū. Quāuis enī vtraq; ptinere videant ad carnē: cor tamē ad intelligētiā referri posse nō dubiū est. Nā cuius sapientiā ꝓferre volumꝰ: eius cor sine dubitatione laudamꝰ. Utraq; enim quibꝰ cōstat humanitas: id est corpus ⁊ aīa: in celestem dicit erupisse leticiam. Sed aduertendū est: vir iste quanta fuerit sanctitate p̄clarus: vt nō solū eius aīa: verūetiā caro que plus p̄uaricationis vitio ꝓbatur obnoxia: in exultationē dn̄i felici sorte proruperit: preuidēs bona futuri seculi: que eius se credebat largitatibꝰ adipisci. [Etenim passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū † sibi vbi ponat pullos suos]. Cū superius animā corpusq; dixerit in dn̄i exultatiōe gaudere: hic auiū ista duo genera ad quādā similitudinē cōmendandā posuisse dinoscitur. Passer est nimia velocitate celerrimꝰ: qui in syluis habitare nō patitur: sed domū sibi in parietum foraminibꝰ desiderāter exquirit: quā dum inuenerit nimio gaudio letus exultat: q̄ se diuersarū aduersitatū vlterius patere nō credit insidijs. Sic aīa iocūdat: dū in celorū regna mansionē suā senserit esse preparatā. Turtur vero abstinentie moderatione castissimus est: qui vna tm̄ copulatione ꝯtentus: filijs suis nidū edificare cognoscitur. Qui non vt passer preparatā domū reperit: sed nouā sibi de quibusdā particulis fabricare cōtendit. Huic caro nostra nō irrite cōparat: que operas suas in domini gaudet posuisse mādato. Per hāc enim euenit: vt ieiunioꝝ sacrificia suauiter offerantur: vt cibū pauperibꝰ demus: ⁊ sepeliamꝰ defūctos: egrotis seruiamus: positos in carcere visitemus: et cetera pietatis officia que corporalibꝰ noscuntur ministerijs explicari. Alij turturē sancte applicauerūt ecclie: q̄m preter Christi dn̄i alterius nescit habere ꝯsortiū. [Altaria tua dn̄e virtutū: rex meus ⁊ deus meus]. Uersus hic ad superiora respondet. Ait enim: Altaria tua dn̄e virtutū: vbi iungēdū est qđ in primo ꝟsu psalmi dictū est. Quā amabilia sunt. Que figura dicit Apochinu:

Al. dilecta — SCHE. — Al. non h — SCHE.

id est a cõmuni:quãdo dicta superius ad inferiora re=
spondẽt. Sed qm̃ anterius dixerat domũ passeris/et
turturis nidũ:quid in eis intelligere debuissem⁹ osten
dit. In his em̃ altaribus quasi in domũ gratissimã fi=
delis aia fritinnit: in his altaribus carnis opera/que
tñ sunt sancta reponũt. In illo altari spes firmissima
collocatur:in quo beatorũ anime velut in quodã per=
henni prandio cõuiuijs celestibus epulãtur:vbi satie=
tas magis incitat/nec beata esuries aliquando disce=
ETY. dit. Addidit etiã Rex meus/ꝛ de⁹ meus. Rex a regen
do dicit. Deus videlicet a creãdo:q̃uis ꝛ timorẽ tale
nomen indicare monstret. [Beati qui habitant in do
Al. secula mo tua dñe:in † seculũ seculi laudabũt te]. Quid mu
seculoꝝ. neris conferant altaria illa predixit. Nã si beatus hic
habeat/cui ad tẽpus omnia secunda ꝓcedunt:nec ali
qua aduersitate concutit:quid de illa beatitudine sen
tiamus:cui nec in qualitate/ nec in ꝑhennitate quicq̃
simile reperit? Sed q2 humanis verbis hoc bonũ nõ
potest explicari:tñ vnde ꝓueniat non tacet. Dicit em̃
Laudabũt te. Inde est quippe illa beatitudo mirabi
lis:quã vt eternã intelligeres/subiecit In seculũ secu
li. Sed qualis rogo illius seculi vẽtura letitia est:vbi
dabit copiose gaudere/ ꝛ nũq̃ ab ea posse discedere?
[Beatus vir cui⁹ est auxiliũ abs te † dñe: † ascẽsiões
Al. non hz. in corde † eius]. Decursa cõtemplatiõe felicitatis fu=
Al. ascẽsus ture/venit ad secundũ modũ vbi dei famulũ etiaz hic
Al. suo. ostẽdit beatũ:ne putarent fidelibus premia vel hic in
totũ fuisse subtracta. Dicendo em̃ Auxiliũ abs te dñe
ꝓdidit hic labores/colluctatiõesq̃ difficiles. Adiecit
Ascẽsus in corde ei⁹. Utiq̃ illi beato cui est auxiliuz a
dño/ascẽsus est in corde:q2 semꝑ ꝓficit/semꝑ ascẽdit:
ꝛ quantũ dñs prestat auxilium/ tãto altius eleuat ad
DOS. celũ. Tale est em̃ (verbi causa) qđ dicimus: cũ vicerit
quis auxilio dñi libidinẽ/ascendit primũ gradũ. Cum
dominatus fuerit superbie/salit alterũ. Dũ supe raue=
rit auaritiã/subit tertiũ. Et tot gradibus euehit/quot
vitijs fuerit absolutus. Sic ꝑ quintã speciẽ definitio=
DEF. nis:que grece Cata antilexim/latine ad verbuz dicit:
beatificata definitio est. Complectit em̃ quis sit bea=
Al. valle. tus:cui est auxiliũ abs te dñe. [Disposuit in † cõualle
Al. loco. lachrymarũ/in † locum quẽ disposuit. Etem̃ benedi=
Al. legis= ctionẽ dabit † qui legẽ dedit]. Cõuallis lachrymarũ
lator. penitẽtis humilitas est. De qua tantũ quis ad supio=
ra cõscendit: quantũ in illa satisfactione descenderit.
Sed ne forsitan quereres vbi ascenderet:subiũxit In
locũ quẽ disposuit. Locus vtiq̃ ille dispositus/regnũ
dñi significat futurũ:quẽ cõtingere felici sorte merebi
mur/si ad eũ ꝑuenire dispositis a dño regulis appeta
mus. Ipẽ em̃ disposuit gradus/qui ordinauit ꝛ locũ:
qui vult accipere premiũ/audiat quid iubet. Sequit:
Etem̃ benedictionẽ dabit qui legem dedit. Cũ ꝓphe
tie tempus esset sub lege dñi constitutũ/nec adhuc ve
nisset gratie donũ/eundẽ dicit benedictionez daturũ:
id est gratiã suã/qui legis dedit ante iustitiam: docẽs
dñm christũ vtriusq̃ testamenti euidenter auctorẽ:cũ
Al. Ibunt. dicit Benedictionẽ dabit qui legẽ dedit. [† Ambula=
bunt de virtute in virtutẽ:videbit deus deoꝝ in sion].
Uirtus primũ erat in lege:nũc est virtus in gratia. Sz
iocũdior que redimit/q̃ illa que iudicat. Prestat ipse
qui vtrũq̃ dedit: vt qm̃ bona per legẽ peccatores su=
scipere nõ meremur/absolutionẽ nobis ꝑ gratiã con=
ferre dignet. Intelligat tñ christian⁹ de virtute in vir
tutẽ sibimet ambulandũ:ne se remittat ad ociũ. Se=
quit Uidebitur de⁹ deoꝝ in sion. Ecce duas illas vir=
tutes in vnã dicit christi cõuenire personã. Ipse enim
visus est hierosolymis in sion monte:qui legem dedit
et gratiam. Deum vero deorũ quemadmodũ debea=
mus aduertere/ꝓxime in octogesimo p2io psalmo iaz
dictũ est:q2 ꝛ sanctos viros scriptura diuina deos ap=
pellare nõ desinit. Sic em̃ dicitur Deus deorũ:quẽad
modũ rex regũ/sanctus sanctorũ/dñs dñantium. Ui=
debit dixit/non intelligit:q2 illud erat omniũ/istud ve
ro paucorũ. [Dñe deus virtutuz exaudi † precẽ meã: Al. orationẽ
auribus ꝑcipe deus Jacob]. Ut reuera vnũ deũ intel
ligeres illarũ esse virtutũ quas superius dixit: Ambu
labũt de virtute in virtutẽ:exclamans ipẽ quoq̃ pro=
fessus est Dñe deus virtutũ. Et quis est iste deus virtu
tũ? De⁹ Jacob:id est dñs christus:qui inimicoꝝ suorũ
clemẽtissimus supplãtator agnoscit:quãdo eorũ pra
uas nequitias ad virtutũ semitas facit ꝑuenire dire=
ctas. Siue illud mauult intelligi: vt sicut Jacob fecit
israel vocari:q2 viderat deũ:ꝛ istum quoq̃ fidelissimũ
qui hic loquit/faceret maiestatis sue eternaz gloriam
cõtueri. [Protector noster aspice deus:ꝛ respice in fa
ciem christi tui]. Uenit ad tertium modũ:vbi depreca
tur innotescere mũdo dñm saluatorẽ. Hoc non tanq̃
dubitãs vir sanctissimus optat: sed postulat cito fieri
que nouerat esse euentura. Et q2 per redemptorez no=
strum mundũ sciebat esse saluandum/petit vt sic aspi
ciat genus humanũ: quaten⁹ in faciẽ christi sui respi=
ciat pater:nõ ꝙ ille aliquãdo eum non respicit/sed vt
presentia incarnatiõis gentibus illũ innotescere face
ret/q̇ eis facie ꝓbatur incognitus. Hec figura dicitur
Hypallage:latine ꝑmutatio:quotiẽs dicit respici ma SCHE.
gis ille q̇ respicit/vel his similia:que in scripturis diui IDI.
nis frequẽter adhibent:vt est illud Dñs de celo ꝓspe=
xit super filios hominũ: vt videat si est intelligẽs/aut
requirẽs deũ. Ut videat em̃ dixit:id est videre faciat.
Simile est et illud Intellige clamorẽ meũ: non ꝙ ille
deprecatus intelligat/qui nouit omnia sicuti sunt:sed
intelligi faciat ab his q̇ ignorare noscunt. [Quia me=
lior est dies vna in atrijs tuis super milia. Elegi abie=
ctus esse in domo dei † : magis q̃ habitare in taber= Al. mei.
naculis peccatorũ]. Ipsa sunt atria dñi:in quibus su
perius cõcupisse se/et defecisse testatus est: in quibus
vna dies iuste desiderat: q2 semper eterna est: que so=
lis aduẽtu nõ orit/nec eius finit occasu:quã nõ sequit
crastina/nec p̃cedit hesterna:sed immutabilis manẽs
cõstat vnitate ꝑpetua. Supꝛ milia/mundũ istũ signifi
cat:vbi milia dierũ sustinent finẽ:et ab vno illo vincit
quicquid in istorũ multiplicatiõibus aggregat. Meri
to ergo talib⁹ desiderijs querit:cui nichil simile repe=
rit. Hec figura dicit Parison: id est equatio sentẽtie: SCHE.
quãdo due res e diuerso ponũt: sed vna magis eligit:
sicut ꝛ hic/ꝛ superius fecit: ꝛ inferius ipse factur⁹ est.
Sequit Elegi abiectus esse in domo dei:magis q̃ ha
bitare in tabernaculis peccatorũ. Uir sapiẽs nõ iudi=
cabat ad carnis oculum/sed ad ipsius veritatis aspe=
ctũ:vt esset abiectus in domo dñica/q̃ in gloria secu=
li viuere criminosa. Abiectio illa pulchra O sublimi=
tas ista fedissima. Ipsa est scz q̃ superius dicit cõual=
lis lachrymarũ/palatijs omnibus sine dubitatiõe su=
perior:vbi ꝛ si ad tẽpus plangit/inde tñ sine fine gau=
det. Abiectus em̃ dicit:q̇ humana estimatione habe=
tur extremus. Sed apud deũ ille magis honorabilis
iudicat: qui ꝓpter nomen ipsius inter homines videt
esse despectus. [† Qm̃ misericordiã ꝛ veritatẽ diligit Al. quia
† dñs deus:gratiã ꝛ gloriã dabit dñs]. Causa reddit Al. non hz.
quare domus dñi plus debeat diligi/ q̃ tabernacula
peccatoꝝ. In eccl'ia em̃/ipsius p̃mũ misericordia est:

qr de peccatoribus efficit iustos/ꝛ veritatẽ illius pro=
1. Tim. 1. missi premij non negauit: sicut dicit apl's. Qui prius
fui blasphemus/ac persecutor/ꝛ iniuriosus: sed mise=
2. Tim. 4. cordiam cõsecutus sum. Et paulopost. Bonũ certa=
mẽ certaui/cursum cõsummaui/fidem seruaui/super=
est michi corona iustitie: quam reddet michi dñs in il=
lo die iustus iudex. Ecce vtrũq; complexus est: ꝛ mise
ricordiam dñi/ꝛ veritatẽ. Subiungit etiam Gratiam
et gloriam dabit dñs. Ne solam gratiam in hoc secu=
lo sanctis putares esse collatã. Sequitur Et gloriam
dabit dñs. Hic eniz primo prestat gratiam: vt pecca=
tor conuertat ad vitam: in futuro dabit gloriam: vt di
uino munere iustificati/angelorum mereãtur esse con
ETY. sortes. Gratia eniz dicitur datis grata: sicut ait apl's.
Si aũt gratia nõ ex operibus: alioquin gratia iam nõ
est gratia. Ipa est quippe dñi christi gratia: q̃ nos pre
parat/adiuuat/corroborat/et coronat. [Nõ priuabit
Al. eos qui bonis: † ambulantes in innocẽtia]. Malorũ tñ pena
ambulant. est a munere diuinitatis arceri. Innocẽtiã vero plenã
dei cõstat esse muneribus: sed hec innocẽtia sui debet
vocabuli fine cognosci. Ipse est eñ innocẽs/qui nulli
nocet. Talis ergo nõ potest priuari muneribus dei: q̃
iam hic dona beate cõuersationis accepit. Innocens
autẽ est/qui hic disponit in cõualle lachrymarũ: q̃ ele
git abiect⁹ esse in domo dei/ magis q̃ habitare in ta=
bernaculis peccatorũ: et his similia que supius dixit.
Al. non hz. [Dñe † deus virtutũ: beatus homo qui sperat in te].
Tot bona explicare nõ potuit/q̃ sanctus su⁹ animus
sentiebat. Et ideo sub admiratiõe legendum est Dñe
deus virtutum: qui tãta facis/quãta hoies referre nõ
possunt. Ad postremũ intulit aliquid aliud q̃ pmisit.
SCHE. Beatus homo q̃ sperat in te. Qd schema dicit Para
prosdocia: latine inopinatus exitus: hoc est cuz aliud
DOG. pponit/et aliud subiũgitur. Intelligamus ergo quã=
tũ possumus sensum diuinũ q̃ multiplici decore relu=
ceat: vt illud quod multis verbis explicare non pote=
rat/in paucitate cõcluderet. Beatus est eñ qui spem
suam in eterna felicitate posuerit. Beatus cuius bo=
na non occidunt. Sed postremũ perfecte beatus est:
cuius spes in dño iugiter perseuerat. Conclusio.

¶ Mirabilis psalmus/ꝛ omni mũdana suaui=
tate iocũdior: qui sic nobis eccle
sie torcularia fecit omnino dulcescere: vt optabilius
habeamus tali fasce deprimi/q̃ hui⁹ felicitatib⁹ sub=
leuari. Unde iã merito dicimus Concupiscit/ꝛ deficit
aĩa mea in atria dñi. Sz sanctã petimus trinitatez: vt
quẽadmodũ sensus nr̃os dulcedo pñtis lectiõis affi=
cit: ita iugiter ĩ nobis maneat/qd ipe miserat⁹ infudit.

¶ Explicit expositio in psalmum. 83.

¶ In finem filijs Chore ps. Lxxxiiij.

B Enedixisti dñe terram tuam:
auertisti captiuitatẽ Jacob.
Remisisti iniquitatez plebis
tue: operuisti oĩa peccata eo=
rũ. Mitigasti omnẽ irã tuam
auertisti ab ira indignatiõis
tue. Cõuerte nos de⁹ salutaris noster: ꝛ auer
te irã tuã a nobis. Nunquid in eternũ irasce
ris nobis: aut extẽdes irã tuã a generatione
in generationẽ? De⁹ tu cõuersus viuificabis
nos: ꝛ plebs tua letabit in te. Ostẽde nobis
dñe miam tuã: et salutare tuũ da nobis. Au=
diam quid loquatur in me dñs deus: qm̃ lo=
quet pacem in plebem suã. Et super sanctos
suos: ꝛ in eos qui conuertunt ad cor. Uerũ=
tamẽ ppe timẽtes eũ salutare ipsius: vt inha
bitet gloria in terra nostra. Misericordia et
veritas obuiauerũt sibi: iustitia ꝛ pax oscula
te sunt. Ueritas de terra orta est: et iustitia
de celo pspexit. Etei dñs dabit benignitatẽ
ꝛ terra nostra dabit fructũ suũ. Justitia ante
eum ambulabit: ꝛ ponet in via gressus suos.

I N finem/ dñm saluatorem significare con=
stat in titulis: sicut dicit apostol⁹. Finis eñ Rom. 10.
legis christus ad iustitiã omni credenti. Fi
lijs chore psalmus. Quid significet chore:
sepe iam diximus. Hoc tñ in summa cõmo
nere sufficiat hũc psalmũ de illis dici/qui iam dño sal=
uatori sincera mẽte crediderũt de cuius primo aduẽ=
tu presens psalmus tertius approbatur. Diuisio.

I N prima parte psalmi ppheta dño breui=
ter gratias agit: qm̃ de illa antiquitate iu=
daice natiõis puenit populus ad culturam
dñi saluatoris. Secũda parte refert quẽad
modũ iram suam dñs in populo iudeorum
mitigare dignat⁹ est/expetẽs aduẽtum christi: in quo
humana cecitas euidẽtissimũ lumẽ credulitatis acce
pit. Tertia parte ad seipsum verba cõuertit: ꝛ pphe=
tie spiritu incarnati verbi pdicat euidenter aduentũ.

Expositio.

B Enedixisti dñe terram tuã: auertisti capti=
uitatẽ Jacob]. Preuidens psalmista futu
ra miracula/tanq̃ de pterito letus exultat
aduẽtu dñi benedictam terram esse pnun=
ciãs: idest carnem vtiq;/quã ipse est dignatus assume
re. Per Jacob eñ patriarchã frequenter diximus si=
gnificari populũ fidelez: qui liberatus est a captiuita=
te diaboli/quãdo meruit dñi miseratione saluari. Di=
cendo Auertisti captiuitatẽ/ostendit eam p humanis
quidẽ iniquitatibus fuisse crassatam: sed diuina mise=
ratiõe submotã. [Remisisti iniquitatẽ plebis tue: ope
ruisti oĩa peccata eorum]. Remittere/est debitũ re=
laxare: nõ cause alicuius interuẽtu/sed pietatis intui=
tu. Sic dñs remisit culpam: dum reos peruenire fecit
ad veniaz. Hoc est qd superius dixit Auertisti capti=
uitatem Jacob. Captiuitas enim peccati fuit: quãdo
mundus idolis seruiebat obnoxius: sed veniente dño
saluatore tecta esse/id est oblitterata non dubium est:
cui⁹ aduentu ꝛ libertas nostra caput extulit/ꝛ supbia
diaboli cõfracta succubuit. Sequit Operuisti omnia
peccata eoꝝ. Propitiatio dñi sic euidẽter agnoscitur:
quãdo peccata nostra cooperta esse monstrant. Illo=
rum eñ abominatio nostra absolutio est: et tũc securi
reddimur/quando illa ad iudicium non vocant. Hoc
humano generi cõstat esse collatũ: cum salutaris dñs
dignatus est aduenire. Et intẽde q̃ per hos duos ver
sus figura sit Homeoteleuton: qr similibus litteris di SCHE.
ctiones plurime terminantur. Dixit eñ Benedixisti/
auertisti/remisisti/operuisti. [Mitigasti oẽm irã tuã:
auertisti ab ira indignatiõis tue]. Interiecto diapsal
mate/venit ad secũdam partem: referens quẽadmo=
dum iram suã dñs mitigare dignatus est: ꝛ salus pue
niret quibus desperatio p factorũ suorũ qualitatibus
imminebat: sicut in euangelio ipse testatur: Non sum Mat. 15.
missus nisi ad oues que perierunt domus Israel. Sed

inspice qua mēsura sit positū Mitigasti. Prosequitur
iterū culpas:quas in dnm saluatorē iudeorū nefanda
ꝯteruia studio ꝑuersitatis exercuit. Ab ira autē indi-
gnatiōis sue/subaudiendū est: qm̄ iudeorū auertit in-
teritū: dū ad egrotos medicus/ad pestilentia plenos
auctor salutis aduenit. Quod non solū ad vnam gen-
tem:sed ad beneficiū totius orbis aptandū est. [Con
uerte nos deꝰ salutaris noster: ⁊ auerte iram tuā a no
bis]. Cū superius dixerit Operuisti oīa peccata eoꝝ:
modo quasi nouiter petit Auerte iram tuam a nobis.
Sed vtraqꝫ cōueniunt:si cōsideremus tempora pec-
catorū. Pro illis itaqꝫ iniquitatibus que ante fecerat
populus iudeorū/prius gratias egit:qm̄ aduentu dn̄i
oīa ꝓbantur esse mitigata. Hic autē ꝓ futuris cul-
pis iterū rogat:q2 eos in passione dn̄i crudelia scelera
preuidebat iterū esse facturos. Deniqꝫ hoc dicit Con
uerte:vt de ꝑsecutoribus defensores fiāt:de blasphe-
mis predicatores/de cōtradictoribus discipuli. Dicē
do aūt Nos: ꝑsonam populi de quibus loquit sumit.
Simili modo accipiēdū est Auerte iram tuā a nobis:
Al.nunqd. ne gētem iudaicā debita possit pena ꝑcellere. [† Non
Al.irasce- in eternū † irascaris nobis:neqꝫ † extendas irā tuam
ris. a † ꝓgenie in ꝓgeniem]. Sciebat dn̄i patiētiam im-
Al.exten- pia hominū sustinere peccata: ⁊ ideo rogat vt nō eos
des. eterna damnatiōe ꝑcellat:sed inuitando demulceat/
Al.gnatio- sustinendo lucret/commonēdo corrigat:qd tm̄ eum fa
ne in gene cturum esse noscebat. Perscrutandū est autē q duas
rationem. ꝓgenies posuit. Prima est em̄(vt quibusdam placet)
ab adam vsqꝫ ad christū. Secūda que per gratiā ba-
ptismatis:vsqꝫ ad finem seculi pacta cōcluditur. Pe-
tit ergo: vt q2 priori generatiōi ꝓ pertinacie sue qua-
litate iuste iratus est dn̄s:ne secūde generationi idem
velit irasci:que ⁊ si a peccato immunis esse nō potest:
tm̄ per gratiā baptismatis/⁊ satisfactionē cōfessionis:
culparū suaruz sordibus desiderat expiari. [Deus tu
Al.cōuer- † cōuertēs viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit in te].
sus. Mirabili dn̄m pietate deprecat:ꝓbans q2 conuersio-
nē nostrā de meritis nō habemus:sed eiꝰ munere ꝑue
nit:quādo ꝓ se aliquid animus salutariter cōcupiscit.
Dicit em̄ Deus tu cōuertens viuificabis nos:id est q2
tu premittis cōuersiōis votū:vt ad vite ꝑuenire possi
mus introitū. Qd cū donaueris: tūc illa plebs ꝓspe-
re letabit in te/que infeliciter gaudebat in se. Hoc em̄
ꝓuenit cōuersis:quando suscipere ceperint beneficia
saluatoris. [Ostēde nobis dn̄e misericordiā tuā: ⁊ sa-
lutare tuū da nobis]. Sciebat quidē dn̄m esse ventu-
rū:sed rogat vt hec bn̄ficia non tm̄ oculis carnalibus
videat(sicut ceteri nō credentes)sed purissimo cordis
intueat aspectu. Misericordia em̄ patris/saluator est
dn̄s: quē sibi illuminatiōe vere fidei cohors beata po
scebat ostēdi:nō tm̄ carnis velamine coopertū/sed po
tētie sue claritate cōspicuū. Nam idē cū de ipso dice-
ret:addidit Da nobis:id est cōcede salutare tuū:qua-
si amplectēdū/quasi possidēdū/ quasi munere eterne
glorie ꝑfruendū. Perfidis em̄ tm̄ apparuit:nō etiam
datus. Da ergo dicit:vt cū in mente nostra celesti do-
no recipit/ nullis tentatiōibus auferat. [Audiā quid
loquat in me dn̄s deus: qm̄ loquet pacē in plebē suā.
Et sup sanctos suos]. Uenit ad tertiam partē:in qua
pulcherrimo schemate predicat dn̄i saluatoris aduē-
tum. Nam postqꝫ deprecatus est vt ei dn̄s appareret
quasi petitiōis sue cōpos subita illuminatiōe comple
tus/dicit Audiam:id est nō michi loquēdo officiā:qui
MI. iam sentio me accepisse qd credā. Qd genꝰ locutiōis
scripture diuine ꝓprium esse cognoscimus:quādo ni-
chil tale(vt arbitror)in libris secularibus inuenit. Ui-
des ꝓphetie potētiam hoc dicto fuisse reuelatā. In-
tus em̄ loquit dn̄s:id est spūs sanctus:vt psalmista fo
ris fari posse videat: intrinsecus audit/vt extrinsecus
audiat. Dicit tacitus ꝓphete: qd verberato aere po-
pulus possit audire. Sequit Qm̄ loquet pacē in ple-
bem suā:et sup sanctos suos. Pax dei/christꝰ est dn̄s:
quā locuturū dicit spiritū sanctū:qm̄ est de eius incar
natiōe dicturꝰ. Plebi dixit/sed sue: nō indeuote:id est
sanctis qui deo dn̄o ꝓbabili cōuersatione placuerūt.
His em̄ pax est dn̄s christus: infidelibus aūt scanda-
lum/⁊ stultitia:qui bellū in sacrilega mente patiūtur:
q2 pacis auctorē rectis semitis nō sequunt. Sed hūc
versum paulo diligētiꝰ ꝑscrutemur:qm̄ scelestas men
tes veritatis ipsius attestatiōe cōuincit. Hinc em̄ eui
denter expressum est quid sit spūs sanctus: id est dn̄s
deus. Ubi sunt q dicūt spiritū sanctū patre ⁊ filio esse
minorē/⁊ ita esse subiectū: vt putet volūtatis sue iudi
ciū nō habere? Audiamus spiritū sanctū:qui in ꝓphe
ta suo sponte loquebat dn̄m esse deū. Nā ⁊ in actibus
apłoꝝ de ipso aperte legit deū esse spiritū sanctū: di- Act.5.
cēte Petro: Anania cur tētauit sathanas cor tuū mē
tiri te spiritui sancto? Et post paululū ostēdere volēs
qui sit spūs sanctus:dicit Nō es mētitus hominibus/
sed deo. Nam idē Petrus in epistola sua dicit Spiri- 1. Pet. 1.
tu sancto misso de celis:in quē cōcupiscūt angeli ꝓspi
cere. Qui si equalis non esset/ nō in baptismo in noīe
deitatis patri ⁊ filio reuerētissime honore coequaret:
sicut ab ipa veritate ꝓlatum est Ite/baptizate oēs Mat. 28.
gentes in noīe patris/⁊ filij/et spūs sancti. Qd solum
testimoniū debz humano generi valde sufficere:q2 vbi
vnum nomē deitatis dicit: ibi aut nature/aut potētie
diuersitas non habet. [Et in eos qui conuertunt ad † Al.cor.
ipsum. Uerūtamen ꝓpe timētes eum salutare ipsius:
vt inhabitet gloria in terra nostra]. Qui cōuertūtur
ad ipsum/significat penitētes: q mūdi pestifera liber-
tate derelicta/felicia eius eligunt subire seruitia. Nā
cū orbis vniuersus idolorū turpissima deuotione fla-
graret/soli iudei putabant ꝓpe timere dn̄m: q ꝑ moy
sen lege suscepta/vni deo videbātur esse deuoti. Sed
ideo dictū est Prope timētes: q2 carnaliter omnia ge
rētes/diuersis eū culpis cōtumaciter irritabāt. Non
em̄ timere/sed ꝓpe timere dicti sunt:qui legem ipsius
carnaliter/non spūaliter acceperūt. Ut autem hoc de
ipsis dictum intelligas:sic ⁊ apłs ait. Et veniēs euan Ephe. 2.
gelizauit pacē vobis qui eratis longe:et pacē his qui
ꝓpe. Sed qꝫuis tales fuissent:tm̄ dn̄s saluator de ipo-
rum elegit carnaliter gente ꝓcreari. Inde eniz virgo
Maria que peperit christū. Ibi conuersatus est dn̄s:
ibi miracula que a fidelibus et legunt/⁊ credunt:effe-
cta sunt. [Misericordia ⁊ ꝟitas obuiauerūt sibi:iusti-
tia ⁊ pax † cōplexe sunt † se]. Hoc schema dicit So- Al.osculate
matopeia:id est corporis attributio:quādo rebꝰ incor Al.non hz.
poreis corpora tribuūtur. Nā cū misericordia ⁊ veri- SCHE.
tas/pax ⁊ iustitia incorporea sint:duabꝰ gressuz/dua-
bus dedit amplexū: qd vtiqꝫ constat esse corporeum.
Postqꝫ vero dixit ex qua gente esset dn̄s nasciturus: DOG.
nūc que prestiterit aduētus sancte incarnatiōis expo
nit. Ipso quippe prestāte: duo testamēta in vnius se-
riem copulationis adducta sunt. In nouo em̄ miseri-
cordia est:in qua ꝑ gratiā liberat genus humanū. In
veteri veritas:vbi lex/⁊ ꝓphetarum annūciatio con-
tinetur:sicut in. 70. psalmo iam dictū est. Hec autem
duo sibi obuiauerūt: non ad exercēdam contrarieta-
em/ sed ad gratiam ꝓmisse perfectionis implēdam.

Unũ quippe cõstat factum:quod tẽporibus ꝓbaꝛ esse
diuisum. Et vt genus ipsuz federis euidẽter exprime=
ret/hoc ipsum varia nominũ iteratiõe geminauit:am=
plexu quodã dilectionis duas res:id est iustitiã/ ⁊ pa=
cem in mutuã ꝓtinus venisse cõcordiam. Qd fieri so=
let:quãdo se hoies post longũ tempus videntes/nexu
brachioꝝ studio charitatis astringũt. [Ueritas de ter
ra orta est: ⁊ iustitia de celo ꝓspexit]. Ueritas de terra
orta est: quãdo ex Maria virgine verbũ caro factum
Joan.14. est:sicut ipse dicit Ego sum via/veritas/ ⁊ vita. Iusti=
tia de celo ꝓspexit: quãdo humano generi periclitãti
filius dei mirabili dispẽsatione subuenit. Potest et ali
ter hic sensus intelligi. Ueritas de terra oritur:quãdo
cõfessio peccatoris offertur. Iustitia de celo ꝓspicit/
quãdo fit remissio peccatorũ:qd in publicani illi⁹ ora=
tione ꝓuenit. Ueritas em̃ de terra orta est:quãdo ima
respiciẽs/cõfitendo peccata sua deũ rogabat. Iusti=
tia vero de celo ꝓspexit:cũ descẽdit iustificatus publi
canus magis q̃ȝ ille phariseus. [Etem̃ dñs dabit beni
gnitatẽ: ⁊ terra nostra dabit fructũ suũ]. Et iste quoqȝ
versus ad penitẽtis humilitatẽ competẽter aptatur.
Ipse em̃ sua benignitate donat cõfessionis affectum:
id est imbrem ꝓsperrimũ lachrymarũ: vt caro nostra
pijs fletib⁹ irrigata/p̃mia possit afferre copiosa. [Iu=
stitia ante eũ ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos].
Pari etiã modo ⁊ hũc versum ad illos aptãdũ esse di
cimus:q̃ supplicatiõibus pijs a dño corrigunꝛ. Iusti=
tia quippe ambulabit ante eos:quando maloꝝ suorũ
veritate recognita:remitti sibi humiliter petũt/quod
sceleratis auibus ꝑpetrarũt: ⁊ qd gaudentes male li
gauerũt/ꝑ beneficia pie lamẽtationis absoluũt. Tũc
em̃ vere ponũt in via:id est in christo gressus suos:qui
ante semitis detestabilibus errauerunt. Conclusio.

¶ Audiuimus beate David quid intus tibi lo
cutus fuerit dñs. Pax ista ⁊ su
per nos veniat/que in tuo corde regnabat. Ecce verũ
regẽ/quẽ virtus talis regebat: tẽpluz iustitie/palatiũ
pietatis/thesaurariũ misericordie. Iure tibi subiace=
bunt terrena:cui talis dñs imperabat. Ecce qd vltra
omne imperiũ/supra om̃e possit esse preconiũ: de tuo
semine omnipotens verbum carnem sumpsit:ꝑ quod
humanũ genus salutare donũ redemptionis accepit.

¶ Explicit expositio in psalmum. 84.

¶ Oratio David. Lxxxv.

Inclina dñe aurẽ tuã/ ⁊ exau=
di me: qm̃ inops et pauꝑ sum
ego. Custodi aiam meam qm̃
sanctus suz: saluum fac seruũ
tuũ deus me⁹ sperãtem in te.
Miserere mei dñe qm̃ ad te
clamaui tota die: letifica aiam serui tui/ qm̃
ad te dñe aiam meã leuaui. Qm̃ tu dñe sua=
uis ⁊ mitis: ⁊ multe misericordie oibus inuo
cãtibus te. Auribus percipe dñe orationem
meam: ⁊ intẽde voci deprecationis mee. In
die tribulatiõis mee clamaui ad te: q᷑ exau=
disti me. Non est similis tui in dijs dñe: et nõ
est ſm opera tua. Omnes gentes quascũqȝ
fecisti venient/ ⁊ adorabunt coram te dñe: ⁊
glorificabũt nomen tuum. Qm̃ magnus es
tu/et faciẽs mirabilia: tu es deus solus. De=
duc me dñe in via tua/ ⁊ ingrediar in verita=
te tua: letetur cor meũ vt timeat nomen tuũ.
Cõfitebor tibi dñe deus meus in toto corde
meo: et glorificabo nomẽ tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est suꝑ me: ⁊
eruisti aiam meaz ex inferno inferiori. Deus
iniqui insurrexerũt super me: ⁊ synagoga po
tẽtium quesierunt aiam meã: ⁊ non ꝓposue=
runt te in conspectu suo. Et tu dñe deus mi=
serator et misericors: patiens et multe mise=
ricordie et verax. Respice in me et miserere
mei: da imperiũ tuũ puero tuo/et saluum fac
filium ancille tue. Fac mecũ signum in bonũ
videãt qui oderunt me et confundanꝛ: quo=
niã tu dñe adiuuisti me/ ⁊ consolatus es me.

Oratio/nomen omonymũ est: cuius etymo=
logia est oris ratio. Que quando inter hu= Ety.
mana iudicia diciꝛ/ a disertis artificiosa ni=
mis subtilitate cõponiꝛ: quãdo deo fundiꝛ/
simplici atqȝ humili supplicatione ꝓfertur.
Sz hec humilitas/ atqȝ puritas deprecatiõis sancto
verbo sic conuenit: si duas naturas in christo dño (vt
mater docet ecclesia) cõfiteamur ꝑfectas/atqȝ veris̃si
mas/id est dei ⁊ hois. Tunc em̃ veraciũ verboꝝ nulla
cõtrarietate turbabimur: si sanctis ꝓꝓetatibus apta
reddamus. Nã si vis nosse potẽtiam deitatis eius:au
di euangeliũ In principio erat verbũ/ ⁊ verbum erat Joan.1.
apud deum/et deus erat verbũ: hoc erat in principio
apud deũ. Omnia ꝑ ipsum facta sunt: ⁊ sine ipo factũ
est nichil. Et si vis infirmitatez hois cognoscere:audi
Paulum apl'm dicentem In similitudinẽ hominũ fa= Phil.2.
ctus/ ⁊ habitu inuẽtus vt homo:humiliauit seipsuz fa
ct⁹ obediẽs vsqȝ ad mortẽ/mortẽ aũt crucis. Et ideo
qñ a parte humilitatis sue loquiꝛ: diuinitatis fragili=
tas non putetur:q᷑ sic humana extulit/vt nullatenus
diuina minuerit. Idẽ ergo atqȝ vnus dñs christ⁹ ora=
tur:q᷑ fili⁹ patris est. Orat/q᷑ fili⁹ hois est. Inde crea
tor/hinc creat⁹. Inde dñs/hinc seruus. Hinc morta=
litatis nostre particeps/ inde mortis ipsi⁹ interẽptor.
Hinc est ꝙ per libros diuinos / aptissimis locis duas
oꝑationes suas semꝑ ostẽdit. Q᷑ si hoc deuot⁹ lector
fideli mẽte seruaueris:oia veraciter tibi cõstare posse
cognoscis. Illud p̃terea debem⁹ agnoscere/firmoqȝ
animo cõtinere: ꝙ oratio quãdo a dño christo fundiꝛ:
institutio est sancta fideliũ/forma bonorũ/sincere hu=
militatis exemplũ:cũ a subiectis agiꝛ satisfactio deli=
ctorũ/cõfessio criminũ/lauacra culparũ. Ibi magiste
rium est docẽtis/hic abolitio postulaꝛ erroris. Nã sic
innocẽs orauit: quemadmodũ ⁊ crucẽ sine aliqua cul
pa sustinuit. Lazarũ plorauit:vt nobis ꝓximi ostẽde=
ret charitatẽ. Persecutores fugit:vt nobis audaciaz
incõsulte temeritatis auferret. Hec em̃/ ⁊ his similia
ꝓuidens doctor effecit:quatenus et veritatem sancte
incarnatiõis ostẽderet: ⁊ futuris manicheis/ceterisqȝ
talib⁹ obuiaret. David autẽ qd positũ est/dñm signi=
ficat saluatorẽ: siue q᷑ interpretatio ei⁹ (vt sepe dictũ
est) manufortis/ac desiderabilis habeꝛ:siue q᷑ ex eius
generatiõe descendit. Humanitate em̃ eius est filius:
diuinitate dñs et creator. Q᷑ si hoc gubernaculũ im=
prudens nauta reliq̃ris/in asperrimas cautes nauim
tue fidei sine dubitatione cõstringes. Et nota qm̃ hic
psalmus secundus est/q̃ orationis titulo prenotatur.

¶ Diuisio.

Per totum psalmū orat dñs christus. In prima sectione dicens/que ipsi tm̄ pbabantur aptari. Secūda p membris suis: quoꝝ ipse caput est humilius deprecat. Tertia ex sua iterū persona reloquitur: quod ad eum specialiter intelligas ptinere. Sed hec omnia vnus/atq3 idem deus homo loquitur christus. Expositio.

Al. inops. Inclina dñe aurē tuā ad me/et exaudi me: qm̄ † egenus et paup sum ego]. Ex forma serui (sicut p̄fati sumus) christus omnipotēti supplicat patri: vt eius exaudiatur oratio: Nam qꝫ dicit Inclina/ ostēdit q2 se ad ipm̄ extēdere nō poterat humana cōditio: nisi ipse suā maiestatē piissimus inclinaret. Aurem em̄ dicit: nō istam corporeā/sed auditū illū spiritualem: quo petētiū vota cognoscit. SCHE. Nam p Tropologiam talia de deo dici frequēti expositiōe iam nota sunt. Exaudi aūt me/significat vt mea desideria compleant: quatenus resurrectiōe ego quoq3 saluus fiam: cui9 morte mundū constat esse saluandū. Dicendo em̄ egenū se esse 7 pauperē/cōditionē quā susceperat humanitatis ostēdit: que ex se nichil habere potest: nisi qd largitate diuinitatis acceperit. Audiāt egeni et pauperes: suosq3 aīos tali gloria consolent: quādo rerum dñs hoc de se dicit/qd pusillanimes frequēter applicandū putant esse miserijs. Sz nec illos excludit/q in diuitijs suis pura dño mente famulant. Egenus em̄ 7 paup dei est: quisquis meruerit mūdi isti9 pūersitate vacuari. [Custodi animā meā qm̄ sanctus sum: saluū fac seruū tuum deus meus sperantē in te]. Potēter exequit qui sit egenus 7 paup: sc3 dñs christus: q se veraciter sanctū dicit/q2 mūdi istius illecebras celestis vite cōuersatiōe calcauit. Audiant apollinariste habere aīam dñm christū/ 7 pfecti hoīs sumpsisse naturā: q2 non poterat nō habere eā/ad quā specialiter pbatus est venisse saluandam. Nemo eī liberat qd de peruasoris potestate nō eripit: 7 si nō sit apud defensorē qd vindicat/captiuitatis suscepte conditio pseuerat. Et respice q3 salutaris nobis forma pposita est. Ille qui se veraciter dixerat esse sanctū/7 a mūdi illecebris alienū/saluū se a diuinitate fieri deprecat: vt nos instrueret salutem nō esse in humanis viribus cōstitutam: sicut 7 ppheta Hiere-

Hiere.17. mias dicit Maledictus homo q spem suā ponit in homine: 7 a deo recedit cor eius 7c. [Miserere mei dñe: qm̄ ad te clamaui tota die]. Unus/atq3 idē deus 7 homo christus Iesus misericordiā petit: q misericordiā donat: docens pseuerātia deprecatiōis pietatem dñi modis omnimodis impetrādam: sicut ipse in euāge-

Luc.18. lio docet Bonū est orare/7 nō deficere. Audiat hunc locū/qui penitētiā agere in vite sue termino praua voluntate desperāt: 7 se ad excusandas excusatiōes impia volūtate cōuertunt/cū in euāgelica lectiōe cognoscant latroni affixo iam cruci momentanea celeritate subuētū: et cetera similia/que textus scripture diuine ad spem nutriēdam mortaliū mirabili benignitate cōcedit. Semp supplicare nos decet: qui frequēti culpa delinquim9. Inestimabile malū est ipsos hoīes spem sibi saluberrimā tollere: cū diuina clemētia sine cessatione nos sibi iubeat supplicare. Petamus hoc 7 etate florida: petamus in iuuētute positi: petam9 7 in occidua senectute pducti. Nunq3 cessare debet a precibus/q puniēda prauitate peccauit: ne dū tempus supplicatiōis querimus/misericordiā dñi nobis tali persuasiōe tollamus. Nam cū dicit Tota die/totius vite tempus ostendit: vt per multa tēpora/annorūq3 curricula quasi vnius diei cōtinuus clamor esse monstret. Magna siquidē voce ille clamat ad dñm: qui q3uis lingua taceat/bonis tm̄ operibus pseuerāter exclamat. [Letifica animā serui tui: qm̄ ad te dñe leuaui animā meā]. Iocundari petit animā suam fons hylaritatis 7 origo letitie: ab illa sc3 parte qua seruus est. Seruū se em̄ merito dixit: qm̄ ex virgine Maria nat9 est: que se pfitetur ancillam. Nam dum ei angelus ex ipsa nasciturū christum dñm nūciaret: illa respondit Ecce an- Luc.1.

cilla dñi: fiat michi ɓm verbū tuum: sicut 7 in alio psalmo dicit Ego seruus tuus/7 filius ancille tue. Letifi- Ps.118.

cari ergo petit animā suam: q2 non eam deorsum inclinauit ad terram/sed leuauit semp ad dñm: vbi est vera letitia/et sine fine securitas. Sic caput ecclesie referens gesta ppria/membris ceteris donauit exēpla. [Qm̄ tu dñe suauis ac mitis † es: 7 copiosus in mise- Al. 7 multe misericordie

ricordia omībus inuocātibus te]. Non substātialiter: qd nulla potest creatura comprehēdere/sed p quintā speciem definitiōis: que grece dicitur Cata antilexin: DEF.

pulcherrime nobis ostēditur quid sit deus. Suauis/ q2 post amaritudinem huius mūdi dulcis est ad se recurrētibus. Mitis/q2 diu sustinet peccatores. Copiosus in misericordia: q2 licet sint nostra numerosa peccata: multo abundātior est pietas/q tot relaxat offensas. Restat vt ei iugiter supplicemus: quādo eum audiuimus omībus inuocātibus se nō negare presidiū. [Auribus percipe dñe orationem meā: et intēde voci deprecationis mee]. Intueamur q3 cōuenienter orationis istius ordo decurrat. Prius em̄ fuit vt vox supplicatiōis ascēderet: ac deinde rogat9 audiret. Percipe vero cu3 dicitur/non aliquid trāsitorie postulatur: sed in illius maiestatis sinibus mauult recōdi: queād modu3 per aures ab homine memorie pbatur infigi. Additum est Intēde voci deprecatiōis mee: vt intentus animus aperiret auditū. Quod totū per allegoriam dicitur: vt potētia diuinitatis per humanas consuetudines intimetur. [In die tribulationis mee clamaui ad te: † qm̄ exaudisti me. Cum superius dixerit Al. quia.

Clamaui ad te tota die: hic quoddam facere videtur magne petitionis augmentū: dicendo In die tribulatiōis mee clamaui ad te. Nam licet a sanctis viris iugiter a dño supplicet: in tempore tm̄ tribulationis enixius petitur: quādo subuenire necessarie postulatur. Considerandus est autē hic modus locutionis: qui in IDI.

scripturis diuinis frequētissime reperit: vt ideo se dicat clamasse/qm̄ exaudita est: dū clamor precedat vt deus possit audire. Que figura dicit Anastrophe: id SCHE.

est peruersio: que fit quotiens aut sensus/aut verba p aliquo decore vertūtur. [Non est similis † tibi in dijs Al. tui.

dñe: 7 non est ɓm opera tua]. Magna laus breui definitione cōclusa est. Dicendo em̄ Nō est similis tibi in dijs/idola significat paganorū: que adhuc in mundo nefanda deuotione colebātur: sicut et alibi dicit Qm̄ Ps.95.

omnes dij gētiū demonia. Potest hoc et ad homines aptari: qui dij vocati sunt. Sed inspice q2 non dicitur quid sit deus: sed ei similis abnegat. Que species definitiōis grece dicit κατα αφαιρεσιρ του εναντιου: latine per priuātiam cōtrarij eius qd definitur. Addidit quoq3 Et nō est ɓm opera tua: id est similis. Et hoc quoq3 coma sub illa quam superius dixit defi- DEF.

nitiōe cōplexus est. Quis enim (vt ille fecit) celū/terrāq3/vel omnia que in eis sunt momentanea possit celeritate perficere: aut eorum existentias continere? [Omnes gētes quascūq3 fecisti venient/et adorabūt

Al.glori- coram te dñe:et † honorificabūt nomen tuū]. Cū ad-
ficabunt. huc sola esset gēs iudaica que vnum deū colere vide-
bat: predicat omnes gētes que idolis tenebant obno
xie ad culturā eius esse venturas:q2 patrem vere colit
qui honorat et dñm christū:errorem eorū omnino de-
struēs/qui putāt per vniuersum mundū religionē dñi
nō esse diffusam. Dicēdo em̄ Omnes gētes quascūq3
fecisti/absolute ꝓbat vniuersitatem:q2 nulla gens exi
Ps.145. stit/nisi quā ipse plasmauit. Sicut alibi dicit Qui fe-
cit celum ⁊ terrā:mare ⁊ omnia que in eis sunt. Addi-
dit quoq3 Et honorificabūt nomen tuū. Cum deo di-
cit Et honorificabūt nomen tuum/figuraliter signifi-
cat honorabunt deuoti ex nomine tuo:q2 cultus homi
nū non facit honorabilem deū/quem cōstat bonorum
omniū ꝓculdubio largitorem. [Qm̄ magnus es tu/⁊
faciēs mirabilia:tu es deus solus]. Hymnū deitatis
quē superius inchoauit/istius versus finem conclusit.
Isa.14. Nam ⁊ diabolus magnū se putauit:quādo dixit Po-
nam sedem meā ad aquilonē/⁊ ero similis altissimo:⁊
suꝑbi hodieq3 cūctis se estimant grādiores. Sed ma-
gnus dici vere non pōt nisi deus solus:cuius potesta-
ti nullatenus valet aliquid cōparari/ qui nulla muta-
bilitate cōuertit: sed semꝑ in nature sue glorie ꝑseue-
rat. Addidit Et faciens mirabilia tu es deꝰ solus. Cū
legamus ⁊ magos pharaōis miracula diuersa fecisse:
hic dicit q ipse solus miracula possit efficere. Verilo-
quū dictū:si qualitatē rei verbi ipsius veritate pense-
mus. Illa em̄ vere nequeūt dici miracula/que ad nul
lam vtilitatē simulata/deceptis oculis blandiūt. So
lus em̄ dictū est:q2 sancta trinitas vnus est deus ꝑso-
nis tm̄ distincta/non nature discretiōe separata:sicut
Deut.6. et alibi dictū est Audi israel dñs deus tuus dñs vnus
est. Sic ⁊ Isaias dicit Qm̄ iustus es:⁊ nō est deꝰ pre
Al.ingre- ter te. [Deduc me dñe in via tua:⁊ † ambulabo in ve-
diar. ritate tua:letet cor meū vt timeat nomē tuum]. Ora-
tiōe decursa/ ⁊ laude diuinitatis cōpetenter impleta/
venit ad secūdam sectionē:in qua ꝓ mēbris suis orat
vt eis dñs ꝓfutura concedat. Dū dicit Deduc me dñe
in via tua:adhuc ibi nō fuisse mōstrat:⁊ hoc dño chri-
Joan.14. sto nō potest cōuenire:cū ipse dicat Ego sum via/veri
tas/⁊ vita. Sed hoc magis cōgruenter accipit a par-
te fideliū:quoꝝ caput est dñs:qui nisi deducant in viā
id est in christū:in veritate videlicz ambulare nō pos-
sunt. Sequit Letetur cor meū vt timeat nomē tuum.
Quid sit timor dñi/mirabili ordine declarat. Nā in ti
more isto mūdano ꝑcedit prius causa periculi/aut ali
cuius angustie:in timore aūt dñi premittit letitia cor-
dis:vt aliquis ad eiꝰ timoris dulcedinē venire merea
tur. Et reuera talem decet habere introitū/quē ad sa
lutē suā humanitas sentit indultū. Hunc iudicē q̄ for
midauerit reus est:illum qui timuerit sanctus est. Et
ideo vtraq3 miscēda sunt: vt ⁊ sub spe timeamꝰ/⁊ sub
Ps.2. timore letemur: sicut ī alio psalmo legit Seruite dño
in timore:et exultate ei cuz tremore. [Confitebor tibi
Al.glori- dñe deus meꝰ in toto corde meo:⁊ † honorificabo no
ficabo. men tuū in eternū]. Hoc competēter de omni dicitur
christiano:q2 illa est vera cōfessio/que toto ꝓmit men
Deut.6. tis arcano: sicut et lex docet:Diliges dñm deū tuū ex
toto corde tuo:⁊ ex tota aīa tua. Sz ⁊ ille ex toto cor-
de confitet/qui totam spem suā ponit in dño:nec in ca
ducis seculi solatijs ꝑsumit/cū se ad dñm vniuersa mē
tis integritate transtulerit. Nā q addidit In eternū:
illud significat qm̄ inter sanctos eiꝰ laudes dño iugi-
ter ꝑsonabit:dum in illa beatitudine ꝑmia ꝓmissa re-
Al.Quia ceperit. [† Qm̄ misericordia tua magna est suꝑ me:⁊
† eripuisti aīam meā ex inferno inferiori.] Et cōfessio Al.erui
laudis offert:⁊ misericordie causa subiungit. Dicēdo
em̄ Qm̄ magna est misericordia tua super me:benefi
ciū magnū nescio qd̄ edicit. Subiungēdo aūt Eripui-
sti aīam meā ex inferno inferiori:causa beneficij decla
rat. Sed cōsideremus:q2 cū dicat infernū inferiorem
infernū demōstrat esse suꝑius. Argumēta talia in to- Top.
picis dicūt cōiugata:que orta ab vno noīe/varie com
mutant:vt hic positū est infernū inferius. Infernū ve
ro nō irratiōabiliter forsitā arbitramur esse sub terris
cū in veteri testamēto de Dathan et Abiron legatur
Aperuit se terra/⁊ deglutiuit eos:⁊ viui descenderūt Nume.16.
ad inferos. Sed quo itinere illuc aīe transferātur:qm̄
in auctoritate diuina nō legit/habemus incertū. In-
fernū autē habere inferiorē partē euangelij locus ille
testat:qui dicit: cū impiū diuitē vltrix flamma torque Luc.16.
ret:leuasse oculos suos/⁊ in sinu abrae vidisse lazarū.
Unde apparet vtrosq3 apud inferos fuisse/vt se vide-
re valuissent:⁊ illum ex inferiore loco ad suꝑiora ocu-
los eleuasse. Sed licet vtriq3 apud inferos esse vide-
rentur: ꝓ meritorū tm̄ discretiōe superiorē locum san-
ctis/inferiorez peccatoribus doctor Augustinus esti-
mat deputādū. Unde nūc gratias agēs fidelis popu-
lus/dicit aīam suam ab inferno inferiore:id est penali
esse liberatā. [Deus † iniusti insurrexerūt super me:⁊ Al.iniqui
synagoga potentiū † inquisierūt aīam meā:⁊ nō ꝓpo Al.quesie
suerūt † deū ante cōspectū suū]. Venit ad tertiam se- Al.te in cō
ctionē: vbi passionis sue mysteriū/⁊ gloriam resurre- spectu suo
ctiōis exponit. Loquit em̄ deus homo ex forma serui
ꝑ id qd̄ de virgine natus est. Cū dicit Iniustos/signi-
ficat iudeos:qui ei reddiderūt mala ꝓ bonis. Q2 aūt
ait Suꝑ me:vt reum scz dicerēt innocentē:regēq3 suū
plebs insana trucidaret. Synagoga vero potētium/
cōgregatio suꝑboꝝ est: que beluino fremitu/⁊ dolosa
machinatiōe cōsilij iustitiā abijciētes:aīam eiꝰ adime
re quesierūt. Addidit qd̄ sceleratis solet semꝑ menti-
bus ꝓuenire. Quia nō ꝓposuerūt deū ante cōspectū
suū. Nā quicūq3 facinus ꝑpetrat:deū ante conspectū
suū omnimodis nō ꝓponit. Qm̄ si illū credat presen-
tē: ꝓtinꝰ a cogitato facinore reuocat. [Et tu dñe deus
miserator ⁊ misericors:patiēs ⁊ † multū misericors ⁊ Al.multe
verax]. Per singula verba laudis maiestas paterna mie.
definit. Que species duodecima definitionis est:quā
greci Cata epenon/latini ꝑ laudē dicunt. Miserator Def.
em̄ est/q2 singulis rebꝰ misericordiā facit. Misericors
q2 semꝑ pia est ipa natura deitatis. Patiēs/q2 pecca
tores sustinet:et ad votū cōuersionis inuitat. Sequit
Et multū misericors. Qd̄ ideo tale verbuz adiecit:q2
imbecillitas nostra ipam plus semꝑ accipit/cū eā fre
quēti remissiōe ꝓmeretur. Intulit Et verax:q2 nescit
ꝓmissa sua aliqua imbecillitate subducere. Qd̄ tm̄ de
patre sic dicit: vt totū inesse ⁊ in filio/⁊ in spū sctō sen
tiamus. [Respice in me ⁊ miserere mei:da † potesta- Al.impe
tē puero tuo/⁊ saluū fac filiū ancille tue]. Misericor- rium tuū
dē patrē/⁊ patientē/et veracē:a parte qua passus est
filius/rogat vt respiciat in eū: ⁊ celerrima illi resurre
ctione subueniat. Sic em̄ misertus est/vt in ipo illam
naturā mortalē in gloriā resurrectionis ⁊ eternitatis
eueheret: qd̄ tm̄ sic a patre postulat fieri/vt a se factuz
esse declaret. In euāgelio quippe sic ait:Soluite tem Joan.2.
plum hoc:⁊ in triduo edificabo illud. Qd̄ ne aliter po
tuisset intelligi:euangelista subsequit. Hoc autē dice- Joan.5.
bat de tēplo corporis sui. Sequit Da potestatē pue-
ro tuo:illā scz quā ipse testat Pater nō iudicat quēq3:
sed omne iudiciū dedit filio. Puer autez in scripturis

sacris ꝓpter innocētiam mētis sepe ponitur christus
Isa.9. vt Isaias dicit: Q̄m puer natus est nobis/et filius da
Ibidē.42. tus est nobis. Et iterū. Ecce puer meꝰ/suscipiam euz:
electus meus cōplacuit sibi in illo aīa mea. Addidit
Et saluū fac filiū ancille tue. Ancille vtiqꝫ/qꝛ de ma-
ria semꝑ virgine erat veraciter/et ꝓꝑe nasciturus: q̄
(sicut suꝑius diximus) angelo sibi partū annūciante/
dn̄i se ꝓfiteť ancillam. [Fac mecū † dn̄o signū in † bo
Al.non hz. no: vt videant qui me oderūt/ꝛ confundantur: q̄m tu
Al.bonū. dn̄e adiuuisti me/ꝛ cōsolatus es me]. Signū diciť ab
eo ꝙ ventura significet: ꝛ ex hoc qđ videť quiddā nos
aliud sentire cōmoneat. Et ideo illum euentum Ione
possumus hic fortassis aduertere: qui triduo in vētre
ceti demoratus/ad similitudinem dn̄ice resurrectiōis
est in littore saluus euomitus. Nam et in euāgelio ita
Mat.12. dictū est: Generatio mala et adultera signū querit: et
signū nō dabitur ei/nisi signū Ione ꝓphete. Uides er
go aliud esse negatū: sed hoc tm̄modo cōpromissum.
Possumus ꝛ hoc signū quod fieri postulauit/ad resur
rectionem eius competēter aptare: maxime cū sequa
tur In bono. Quid em̄ illo bono ꝑstātius: quo virtus
diuina declarata/ꝛ spes credētiū veraci pollicitatio-
ne firmata est? Sequiť Ut videant q̄ me oderūt/ꝛ con
fundantur: iudei scilicet qui oderunt christū: quos pe-
tit resurrectionis miraculū videre: vt eorū duritia se
debeat immutare. Confundātur em̄/ad bonum respi
cit: q̄m qui hic de suo malo cōfunditur/in meliorē par
tem sine dubitatione transferť. In isto quippe seculo
si cōfundimur emēdamur: qui autē fuerint cōfusi/in il
la iudicatione damnanť. Adiecit Q̄m tu dn̄e adiuui-
sti me/ꝛ cōsolatus es me. Hic ordo verborū talis est:
vt videant qui me oderunt: q̄m tu dn̄e adiuuisti me/et
cōsolatus es me: ꝛ cōfundantur scꝫ quando me vide-
rint esse gloriosū/quē illi despiciēdū esse putauerūt.
Adiuuisti/pertinet ad cōtradictionem altercātium/ꝛ
ad iniusta certamina iudeorū: in quibus illi semꝑ ve-
ritatis testimonio superabanť. Cōsolatus es/ad per-
secutiōes seuissimas insanorū: quas ille velut tempe-
statis impetū patientissime sustinebat. Conclusio.

¶ Consideremus dn̄i saluatoris a ꝑte qua passus est q̄ꝫ humilis ad
patrē fundať oratio: q̄ om̄imodis peccata nō habuit:
sꝫ informās imbecillitatē nostrā/eripi se ab huiꝰ seculi
ꝑiculis postulauit. Quapropter erubescat hūana te-
meritas esse suꝑba: q̄ se nō dubitat reā. Christꝰ ꝓ ini-
micis orauit/mortē patienter excepit: et nos iniurias
nostras vlcisci volumus: si detrahētiū sermōibꝰ appe
tamur. Det iꝑe patiētie munꝰ q̄ donauit exēplū: vt eiꝰ
vestigia sequētes/mortiferos vitare valeamꝰ errores.

¶ Explicit expositio in psalmum. 85.

¶ Filijs chore ꝑs cantici. Lxxxvi.

Fundamēta eius in mōtibus
sctis: diligit dn̄s portas sion
suꝑ oīa tabernacula Iacob.
Gl'iosa dicta sunt de te: ciui-
tas dei. Memor ero raab et
babylonis scientiū me. Ecce
alienigene ꝛ tyrꝰ ꝛ ppl's ethiopū: hi fuerunt
illic. Nūqd sion dicet hō ꝛ hō natꝰ est in ea: ꝛ
iꝑe fundauit eā altissimus? Dn̄s narrabit in
scripturis ppl'oꝝ ꝛ principū: hoꝝ q̄ fuerūt in
ea. Sicut letantiū omniū: habitatio est in te.

Propter memoriā reparandā breuiter com
moneamus que sepe iaꝫ dicta sunt: qꝛ pene
in nullam vtilitatē putať esse narratū quic-
quid fuerit in abolitionem trāmissum. Filij
chore/significant fideles christianos: q̄bus
ꝓpheta ciuitatē dei predicat/vt eis tāte glorie maior
augeať affectus. Nā cū dicit Filijs chore/ostēdit iꝑis
dicēdū: nō iꝑos esse locuturos. Sequiť Psalmus can
tici: vt de huius seculi tabernaculis/ad intelligētiam
suꝑne ciuitatis eleuemur. Psalmus ei de suꝑioribus
sonās/cōmonet nos celestia cogitare: ꝛ in eis hymni-
ca exultatiōe gaudere. Diuisio.

Breuis quidē psalmus: sed duobꝰ diapsal-
matibus cognosciť esse diuisus: quam nos
ꝓpositi nostri memores suis quodāmodo
diuisionem terminis explicamus. In pri-
ma parte ꝓpheta loquitur ad fideles: ce-
lestē predicās ciuitatem. Secūda dn̄s saluator eā di
uersoꝝ nominum allusiōe credituram esse ꝓnunciat:
increpans synagogā quare ipsa nō cognouerit deum
dum ei fides gētium deuota crediderit. Tertia parte
ꝓpheta vno versu futuri seculi beatitudinem tangit:
sic distincta ꝑmutatio ꝑsonarū caliginem nobis cun-
ctam cōfessionis abstergit. Expositio.

Fundamēta eius in mōtibus sanctis]. Con-
suetudo humane cogitatiōis est: vt cū se co
piosa ꝑscrutatiōe collegerit/in aliquā par-
tem sue deliberatiōis erūpat. Tale em̄ hu-
ius psalmi videť initium: vt cū adhuc ꝓphe
ta de ciuitate dei nulla premiserit: ita de fundamētis
eiꝰ differere videať: quasi aliqua de culmine ipsius an
te iā dixerit. Nouus ordo factus est laudis eximie: vt
de fundamētis ciuitatis suꝑne ꝓpheta sumere vide-
reť initiū: quatenus magna soliditas totius culminis
appareret/cuius prius fundamēta laudata sunt. Nō
immerito: q̄m fundamentū eius christus est dn̄s: q̄ sic
ecclesiā suā cōtinet/vt nulla possit quassatiōe tituba-
re: sicut dicit apl's. Fundamētum em̄ aliud nemo pōt 1.Cor.3.
ponere/preter id qđ positū est: qđ est christus Iesus.
Merito ergo ab iꝑo sumpsit exordiū: quē rerū omniū
cōstat esse principiū. Iosephus quoqꝫ (sicut a quodā
dictū est) vernaculus iudeoꝝ: in libro. 8. antiquitatū: ti
tulo. 3. multa de tēpli cōstructione locutus est: qđ a sa
lomone fabricatū esse dinosciť. Nos ei ꝛ tabernaculū
qđ eiꝰ imago primitus fuit: ꝛ templū iꝑm fecimus pin
gi/ꝛ in pādecte nostro corpore grādiore legimꝰ collo
cari: quatenus qđ scripture diuine textus de ipsis elo
quiť/oculis redditū clarius pādereť. In mōtibus aūt
sanctis/significat apl'os ꝛ ꝓphetas: q̄ soliditate fidei/
ꝛ excellētia sanctitatis montes vocanť. Merito ergo
tali vocabulo nūcupati sunt: in quibus est vera dei ec
clesia cōstituta. [Diligit dn̄s portas sion: suꝑ om̄ia ta
bernacula iacob]. Ecce iam de illa ciuitate loquitur:
cuius ante fundamenta laudauit. Que figura dicitur
Anastrophe: id est inuersio: quotiēs ea que suꝑius di- SCHE.
cēda sunt ponunť inferius. Dicit em̄ Diligit dn̄s por-
tas sion. Sion (sicut sepe diximus) mons est hieroso- INTER.
lymitanus/interpretatus specula: ꝑ queꝫ hierusalem
illa futura decēter aduertiť. Cuiꝰ portas diligit dn̄s:
id est fidē/charitatē/baptisma/penitētiā: et quicquid
in illā ciuitatē acquisitos ppl'os intromittit. Siue (vt
quidā volūt) duodecim apl'os significāt: quoꝝ sancta
ꝑdicatio fidelibus eterni regis palatia reserauit. Stu
diose vero ꝑquirēdū est ꝙ addidit Suꝑ oīa taberna-
cula iacob. Tabernacula iacob/significāt ecclesiam

catholicā: que modo cōstruitur. Hec cōtra seculi huius aduersitates expeditionali semꝑ exercitatiōe confligit. Et qm̄ ista future illi⁹ hierusalē portat imaginē: vbi est beata vita/eterna felicitas: merito supra istam illa spūalis diligi dicit: in qua iaz nichil cōfusionis/nichil pturbatiōis esse declaratur. Et intuere q illa sic plus amari predicit: vt ꝛ ista sine dubio diligi sentiat. [Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei]. More suo futura ꝑ preteritis ponit. Nā ista ciuitas in secūda parte (dn̄i attestatiōe) laudabit: de qua merito gloriosa dicta referunt/que creatoris sui cognoscit voce predicāda. [Memor ero raab ꝛ babylonis: † scientibus me.

Al. scientiū.

Ecce alienigene ꝛ tyrus ꝛ populus ethiopū: hi fuerūt † in ea]. Secūda pars psalmi huius velut quedā nubes aperit: de qua dn̄s tonans/fidelibus recordationis sue munera pollicet: significans per allusiōes nominū eos de varijs gētibus colligēdos. Raab meretrix fuit: que exploratores Jesu naue ad hierico venientes occulte suscepit: ꝛ ꝑ aliam partē ne deprehēderentur emisit. Cuius vocabulū significat superbiam: que diuina largitate cōuersa/dn̄i meruit impetrare clemētiam. Hec ergo figuram gestat ecclesie: que suscipiēs aīas supbie vitio periclitātes alio itinere: id est humilitatis ꝛ patiētie dimittit ad vitā. Babylon quoq ciuitas est mūdi: que cōfusio interpretat. Indicat ei seculi istius populos/qui pbrosis idolis cecatis mentibus seruiebant: sed misericordia dn̄i illuminati/facti sunt christiani. Hoc ergo dicit raab ꝛ babylōis se memorē: id est mūdi istius populos: qui tn̄ ad ei⁹ se culturam humiliter transtulerūt. Sic phariseis supbientibus in euāgelio ipse respōdit Amen dico vobis q publicani/ꝛ meretrices precedēt vos in regnū celoꝝ. Sequit: Ecce alienigene ꝛ tyrus ꝛ popul⁹ ethiopū: hi fuerunt in ea. In sensu eodē perseuerat. Alienigene sunt a iudaico populo quidez extranei: sed illis nō credētibus/in penetralia ecclesie sunt recepti: sicut in actib⁹ apłoꝝ dicit: Uobis quidē oportebat loqui verbū dei. sed q repulistis illud/ꝛ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Tyr⁹ significat angustiā: que de penitētium afflictiōe pcreat. Populus ethiopū/qui peccatoꝝ fuerant obscuritate teterrimi: sed in ista dn̄i ciuitate collecti sunt/de quibus refulgētiū sanctorū numerus in illa patria cōpleat. Ecce ipa sunt que pdixit versus ille supior Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Nā quid gloriosius q̄ vt tanta feditas prius errātium populoꝝ in vnam sancte ciuitatis pulchritudinē cōueniret? Et memēto q gen⁹ istud locutiōis scripture diuine ꝓprium esse iam diximus: scꝫ vt ꝑ nominū interpretatiōes voluntas possit intelligi dictiōis. [† Mater sion dicet homo/ꝛ homo † fact⁹ est in ea: ꝛ ipse fundauit eā altissimus]. Ecclesie catholice matre synagogā forsitan hoc loco nō incōueniēter aduertimus: quā per sion montē frequenter intelligēdum esse iam diximus: que ex maxima parte populorū solū hoīem dicebat dn̄m saluatorē: q dcū nec credere/nec intelligere merebat. Et hic figēda est media qm̄ illud qđ sequit/sensum alterū videlicet intromittit. Sequit quippe Et homo fact⁹ est in ea: qđ iā confirmatiue legendū est. Non em̄ hic sic dicit hominē factū: sicut superius synagoga dixit. Illa em̄ errādo solum hoīem putauit: nūc aūt dn̄s de se cōfirmat diffinitiua sentētia. Et homo fact⁹ est in ea: qm̄ reuera assumpta carne deus factus est homo: sicut ꝛ euāgelista dicit Uerbum caro factū est: id est fili⁹ dei factus est homo: nō vt diuinitati aliquid immineret/sed vt humanitatis naturā quā liberare predestinauerat/dignanter eueheret. Et ne forsitan dn̄z christū crederes temporalem: addidit Et ipse fundauit eā altissimus. Ille scꝫ qui tm̄ putabat homo Jesus christus: synagogaꝫ ipse sua dispositiōe fundauit. Et non solū legē ꝑ moysen dedit: verūetiā ante mundi initiū ipse noscit fuisse principiū: sicut ipse in euāgelio testat Ego sum principiū: ꝓpter qđ ꝛ loquor vobis. Merito ergo dictus est altissimus: vt nulla heresis patrē diceret esse maiorē. [Dn̄s narrauit † scripturas populorū ꝛ principū: horū qui fuerūt in ea]. Illa prenūciat que sit ipse tēpore incarnationis de scripturarum veterū cōmemoratione dicturus. Cōmonet em̄ frequenter in euangelio que de ipso pdixerit moyses/que ꝓphete: vt ꝛ minus credētes instrueret/ꝛ se earū auctorē esse mōstraret. Ipsi sunt em̄ principes: moyses/ꝛ ꝓphete qui fuerūt in synagoga: quoꝝ erat testimoniū narraturus. Et ne alios principes fortassis aduerteres: dicit Horū qui fuerūt in ea: id est in synagoga. [Sicut letātiū omniū † nostrum: habitatio est in te]. Uenit ad tertiā partē: in qua iterum ꝓpheta loquitur: quā in vno versu ꝛ cepit/ꝛ finit: breuiter cōprehēdens qđ sermōibus q̄uis longis non poterat explicari. Que figura dicit Brachyologia: id est breuis locutio: cū plura paucis amplectimur. Uis em̄ audire q̄ sit incōprehensibilis illa letitia: dicit apostolus Q nec oculus vidit/nec auris audiuit/nec in cor hoīs ascēdit: que preparauit deus diligētibus se. Quapropter pulchre hic dictū est Sicut letātium: q non erit ipsa letitia qualis hic agitur: vt modo filiorum susceptione letemur/modo diuitiarum ꝛ honorū munere gaudeamus: ꝛ cetera que exultationem faciūt/quādo magnis nisibus temporaliter acquirunt. Sed illud tanto est maius: vt istius mundi q̄uis plenissimū gaudium vix aliqua imago/aut similitudo futuri seculi esse dicatur. Addidit Omniū nostrum habitatio est in te. Omniū nostrū/significat fideles: qui dominū christum aut venturum/aut venisse crediderunt. Habitatio est in te/ad hierusalem loquitur: cui superius dixit Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Sed in hac habitatiōe iustorū cessauit afflictio. Orare trāsit: sed laudare succedit. Perpetua securitas manet: q peruersitas nulla miscet. Eterna letitia perseuerat: qm̄ nequaq̄ cōtrarietate aliqua constat esse violandam.

Al. illic,

INTER.

Mat.21.

Act.13.

IDI.

Al. nūquid.

Al. natus.

Joan.1.

Joan.

Al. in scripturis.

Al. non h.

Schē.

1.Cor.2.

Conclusio.

Laudata est demōstratiuo genere ciuitas ista fideliū: nō temporalibus bonis/ſꝫ eterna felicitate mirabilis. De qua pauca visa sunt dici: ꝛ tn̄ omniū animi pbant stupore cōpleti. Hec siquidē laus non extendit argumentatiōe verborū: nec humana crescit industria/sed magna potius breuitate constringit: vt vel aliquid exinde capi posse videat. Beatus nimis qui illuc dn̄o ducente puenerit/ vbi cogitatio cūcta vincit: quelibet desideria superant: ꝛ qđ est dulcissime securitatis genus: talis ibi felicitas accipit/que nulla cōtrarietate perdatur. Presta dn̄e: vt qđ hic verbis explicare non possumus/ibi te donante cernamus. Ista quoq hierusalē que adhuc in terris est/ꝛ typū gerit illi⁹ celestis arcani: in secūda diuisione laudata est: merito vbi est tantarū rerū domicilium visuale virtutū. Ibi em̄ piscinam natatoriam in figura sacri baptismatis vt curaret infirmos/descendens angel⁹ cōmouebat. Ibi siloa (imperāte dn̄o) ceci tenebras lauit: et dānatis oculis lucis dona restituit. Ibi mensa christi celestib⁹ plena delitijs spūalr saturabat apłos: et ne nos ab illa cena relinq̄remur impasti/sa-

cer calix ꝛ cõmunicationem nobis prestitit ꝛ salutem. Ibi lapis durissimus: vestigia pij redẽptoris ostendit quãdo ante Pilatũ iudicẽ cõstitit audiendus. Ibi colũna religati in se dñi flagella testatur. Ibi spinea corona cernitur: quã ideo salutari dño constat impositã: vt totius mũdi aculei collecti frangerentur. Ibi arundo seruatur: que caput dñi pcussit: vt ipsum esse initiũ rerũ terris oĩbus nũciaret. Ibi crux illa salutis ꝛ glorie loci reuerentiã consecrauit. Ibi manet lancea que latus dñi transforauit: vt nobis illius medicina succurreret. Ibi credentes hodie ipsius sepulchra viuificant. Ibi resurrectionis locus ad celos euehit corda fideliũ. Ibi syon ille montiũ precipuus: vbi residentibus discipulis i cenaculo clausis ianuis mirabiliter saluator intrauit: ꝛ cetera que diues illa patria domini passione promeruit. Sed cum tot miraculis decora resplendeat: et in modũ stellarũ alterũ possideat celũ: quis eã audeat paruã dicere: que sanctissima fide orbis terminos pbatur implesse? Ibi siquidẽ humanũ pascit aspectum: quod est credere beatorum.

¶ Explicit expositio in psalmum. 86.

¶ Canticum psalmi filijs chore: in finem pro melech: ad respondendũ intellect⁹ eman israelite. lxxxvij.

Domine deus salutis mee: in die clamaui ꝛ nocte coram te. Intret in cõspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropinquabit. Estimat⁹ sum cum descendentib⁹ in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorũ non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis ꝛ in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: ꝛ omnes fluctus tuos induxisti sup me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerũt pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt ꝛ confitebuntur tibi? Nũquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuã: ꝛ veritatẽ tuam in perditionem? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: ꝛ iusticia tua in terra obliuionis? Et ego ad te domine clamaui: ꝛ mane oratio mea preueniet te. Ut quid dñe repellis orationẽ meã: auertis faciem tuã a me? Pauper sum ego ꝛ in laborib⁹ a iuuentute mea: exaltatus autẽ humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederũt me simul. Elongasti a me amicũ ꝛ proximum: et notos meos a miseria.

Cum memoriã tuam studiosissime lector frequenti expositione formatã retinere nõ ambigam: quid significat canticũ psalmi: filijs chore: in finẽ: restat vt que noua sunt huius tituli sequẽtia pscrutemur. Melech: interpretatur chorus / diuina verba decantans. INTER Subiecit: Ad respondendũ: significãs organa musica puenisse: et chorũ respondisse solẽniter. Sequitur: Intellectus eman israelite. Eman interpretat̃ frater eius. INTER Quo vocabulo dñs christus appellat eos q̃ ei⁹ preceptis operibusq; deuoti sunt: sicut ait in euãgelio: Ite dicite fratribus meis. Matth. 28. Israelite: deũ videntes: qđ vtiq; illis accidere manifestũ est: qui p obedientie mysteriũ sancta dñi luce radiant. Sed cũ de passione regis christi sit psalm⁹ iste dicturus: ꝛ ad imitationis exemplũ trahat fidelissimos christianos: ideo premissus est chorus ad respondendũ: vt sicut illi ex multis vocib⁹ vnũ ɔcentũ faciũt: sic christo dño respõdeat deuotoꝝ adunata collectio. Hi sunt etiã israelite: qui eius fratres nũcupari celesti largitate meruerũt. Diuisio.

Per totũ psalmũ dñs saluator eloquitur ad dispensationẽ qua passus est. In prima narratione patris deprecat̃ auxiliũ: per similitudines varias cõtemptũ suũ refert: quem illi illaturus erat populus iudeoꝝ. Secunda: q̃ sit passurus enumerat: asserens mortuos non esse a medicis suscitandos: vt possint dño cõfiteri. Tertia narratione negat misericordiã dñi sepultos edicere: aut pditos laudes dñi psonare: propterea resurrectionem sibi celerrimã venire deprecat̃. In orationis sue vero tramite perseuerans: loquitur a parte membroꝝ diuersas cõmemorãs passiones: quas tam ipse ptulit q̃ eius plebs deuota sustinuit. Expositio.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte corã te]. In octuagesimoquito psalmo diximus orasse christũ: per id quod de maria virgine natus est: designans humilitatẽ imbecillitatis humane quã est dignatus assumere. Qui simili modo etiã hic cũ patrẽ precatur: nobis quẽadmodũ supplicare debeamus ostendit. Nam qui salutis sue deũ pfitetur auctorẽ: omnia que oportuerãt dici plenissime ac breuiter explicauit. Sic magister optimus frequenter admonere non desinit: quod humano nouit generi pfuturũ. In die autẽ leticiã significat: ꝛ nocte aduersitatẽ declarat: vt qm̃ vtrũq; tempus humanã vitã complectitur: iugiter se ad dñm clamasse declararet. [Intret oratio mea in cõspectu tuo: inclina aurẽ tuã ad precem meam † dñe]. Al. non hz. Magna virt⁹ hic sincerissime orationis ostenditur: vt verba veracia non in auras tenues dissipent̃: sed quasi quedã persona ad conspectũ dñi introire videantur: ꝛ mandatũ opus agere: quo caro nostra nõ valet peruenire. Inclinat autẽ aurem suam dñs: cum misericors dignatur audire: non ex parte corpulentie sue quã eũ frequenter diximus non habere: sed virtutis sue operatione mirabili. [Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno † appropiauit]. Al. appropinquabit Considerandũ est q̃ nouo modo ideo se postulat audiri: quoniã animã suam malis dicit esse completã. Malis vtiq; non suis: qui peccata non habuit: sed delictis mundi quibus laborabat humanitas. Hec enim pius miserator ad anime sue molestiã traxerat: dũ omnibus cõdolebat: sicut

Ps̄.34. et in.34.psalmo dixit. Retribuebant michi mala pro
bonis:sterilitatē anime mee:nō quia ipse sterilis erat:
sed qꝛ de illoꝝ incredulitate se ꝓhibebat esse ieiunū.
Potest ꝛ ad huius ꝓpriā tristiciā trahi:si hoc ꝟbū ad
illas iniquitates referas:quas ei iudaicus popul⁹ infe
rebat. Sequit̄:Et vita mea inferno appropiauit. Hoc
ad tēpus gloriose pertinet passionis:sicut in euāgelio
Matth.26. dicit:Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Nā ꝓpter
nos doluit:ꝛ mortē nostrā propter nos excepit.[Esti-
matus sum cū descendētibus in lacū:factus sum sicut
homo sine adiutorio]. Culpat eos qui putabant eum
SCHE. mortuū fuisse cōmuniter. Que figura dicit̄ Parabola
id est rerū genere dissimiliū comparatio. Multū enim
discrepans fuit illā singularē ꝛ mirabilē passionē mo-
rientib⁹ reliq̄s hoībus cōparare. Qđ schema multos
versus inferiores amplectit̄. Lacū em̄ dixit:vel sepul-
chri locū:vel inferni altissimā ꝓfunditatē. Sequitur:
Factus sum sicut homo sine adiutorio. Factus sum:
apud eos scilꝫ qui deitatē eius insanis mentib⁹ nō cre
debant:qui putabant eū cum reliquis mortalibus in-
terisse.[Inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiē
Al.non hꝫ tes † ꝓiecti in † monumētis quoꝝ nō † meministi am-
Al.sepul-chris plius:ꝛ ipsi de manu tua † expulsi sunt]. Hic speciali-
ter designat ꝑsonā suā. Solus em̄ inter mortuos liber
Al.es mēor fuit:q̄ ipsa quoq; mortis claustra cōfregit. Ipsius em̄
Al.repulsi tm̄ mors libera:quia ꝛ volūtaria fuit:qui potestatē ha
Joan.10. bebat ponendi animā suā: ꝛ iterū sumēdi eā. Sed cū
ille esset inter mortuos liber:estimat⁹ est tñ a demen-
tibus:sicut vulnerati dormientes. Uere aūt dictus est
dn̄s liber:qui humanum genus liberare dignatus est.
Adhuc enim de illis vanissimis dicit:q̄ putabāt dn̄m
lancea vulneratū:occisum pariter ꝛ sepultū: sic quasi
vnū ex hoībus sceleratis generali cōditione transisse.
Sed ad discretionē suā addidit: Quoꝝ nō meministi
amplius:id est de quibus nō habes curā:qm̄ pctis fa-
cientib⁹ a te reddunt̄ alieni. Qđ etiā in alio psalmo de
Ps̄.9. impijs dicit:Perijt memoria eoꝝ cū sonitu. Addidit:
Et ipsi de manu tua expulsi sunt. Iusta redditur pena
proteruie:vt qui dn̄m christū sine adiutorio diuinita-
tis esse putauerūt:ipsi a manu dn̄i ꝓbarentur expulsi:
dū a gubernatione eius peccatis facientib⁹ reddeban
Al. tenebro-sis. tur extorres.[Posuerūt me in lacu inferiori:in † tene-
bris ꝛ in vmbra mortis]. Adhuc estimationes referū-
tur dementiū iudeoꝝ. Lacus enim:ꝛ ꝓ inferno ponit̄:
et ꝓ sepultura foueali: ꝛ pro mūdi istius ꝓfundissima
calamitate sentit̄. Quod hic voluit intelligi:quia eum
ꝑsecutores sui in abiectā mortis cōditionē posuerunt
vt q̄uis iniuste ꝓbarent mortuū non crederent vindi-
candū. In tenebris: id est sub obliuionis cecitate de-
relictū atq; preteritū:quē nemo requireret:nemo sal-
uaret. In vmbra mortis: peccatoꝝ indicat locū:quia
mors delinquentiū vmbrosos ac tenebrosos patit̄ ma
nes:dū eis gaudiū nō relucet qui ꝑpetua tristicie sue
obscuritate demersi sunt. Umbra vero ponit̄:et in bo-
Ps̄.16. no:vt est illud. Sub vmbra alarū tuarū. Et alibi:Uiue
Treñ.4. mus in vmbra eius. Et ideo ꝓ locoꝝ qualitate: verbū
Al. Suꝑ me cōfirmat⁹ est furor tuus:et omnes fluct⁹ tuos induxisti super me. hoc multipharia significatione variat̄.[† In me con-
firmata est ira tua:ꝛ om̄es elationes tuas super me in-
duxisti]. Sic putabāt illi qui in suā perniciem potius
preualere ꝑmissi sunt:qꝛ per irā dei Iesus christus ad
passionis ꝑicula ꝑuenisset:sicut euāgelista dixisse infi
delē populū refert. Eripiat eū si vult. Sequit̄: Et oēs
Matth.27. elationes tuas suꝑ me induxisti. Hoc adhuc dr̄ quātū
ad deliberationē pertinuit nefariā iudeoꝝ. Credebat̄
enim deus induxisse suꝑ christū elationes: id est am-
plissimas indignationes:qn̄ eū ꝑtulit crucifigi:mortē
illā putantes penalē:cū dispensationis eius gloriā nō
viderent.[Longe fecisti notos meos a me:posuerunt
me abominationē sibi. Tradit⁹ suꝫ ꝛ nō egrediebar].
Uenit ad secundā narrationē: in qua per augmentum
molestiarū: actū sue memorat passionis. Nā cū supe-
rius dixerit persecutoꝝ suoꝝ nefandissimū cōtemptū
nūc dicit fugatoꝝ: significās apl̄os. Notos em̄ ipsos
appellat:qui eū ꝑspicuis sensib⁹ conspicere meruerūt.
Ille em̄ oēs notos habuit virtute diuinitatis sue:ipse
aūt sciebatur a paucis. Isti ergo noti longe facti sunt:
qn̄ ipsius passione dispersi sunt: sicut legit̄. Percutiā Zacha.13.
pastorē:ꝛ dispergent̄ oues gregis. In abominationē
vero tunc positus est:qn̄ pretereūtes scribe ꝛ pharisei
crucifixo imputabāt dicētes:Uah qui destruit tēplū:ꝛ Matth.27.
in triduū edificat illud ꝛc̄. Sequitur: Traditus sum:ꝛ
nō egrediebar. Mirabilis subtilisq; sententia. Tradi-
tus est a iuda cohortibus insanoꝝ: sed se permittente
detent⁹. Sustinuit infirmas potētissimus dn̄s. Liga-
tus est vinculis: q̄ loco nō potest claudi. Audiuit exe-
crandas iniurias: quē angeli cum tremore collaudāt.
Uerūtñ non est egressus de illa nube corporis sui: nec
apparere voluit q̄d posset: q̄ totū ꝑtulit qđ crudelitas
iudaice prauitatis ingessit. Non est enim egressus qn̄
minime qđ preualeret ostēdit. Siue de custodia dicit:
in qua eū ponti⁹ Pilat⁹ quasi hoīem retrusit inualidū.
[Oculi mei † infirmati sunt:pre inopia. Clamaui ad te Al.languerunt
dn̄e: tota die expandi manus meas ad te]. Cū oculos
corporales christi dn̄i nusq̄ infirmatos fuisse legeri-
mus:multo magis nec interiores ei⁹ egrotasse putādi
sunt:qui semꝑ sanctitate micuerunt. Restat vt oculos
christi apl̄os intelligere debeam⁹:qui in corpore ei⁹.i.
in ecclesia tanq̄ oculi celesti lumine viguerunt. Hi tñ
infirmati sunt pre inopia: quia necdū acceperant spm̄
sanctū:quo ꝯfortati postea nullaten⁹ humana tormēta
timuerūt. Inopia enim dicitur ecōtrario:vbi nulla co ETy.
pia est. Additum est: Clamaui ad te dn̄e tota die. Hic
distinctio ponenda est: vt ista continuatio totius diei
ad clamorē: id est orationē:ꝛ bonorū actuum operam
debeat pertinere. Expandi manus meas ad te: more
suo operas mauult intelligi: quas bonis semper acti-
bus tetendit ad dn̄m. Nam si hoc cruci (vt quidā vo-
lunt) putauerimus esse iungendū:que sequuntur om̄i-
modis discrepabūt. [Nunquid mortuis facies mira-
bilia:aut medici † resuscitabūt ꝛ confitebuntur tibi]. Al.suscitabunt
Hoc sub negatione legendum est. Sed perscrutan-
dum quid dicit: Mortuis non facies mirabilia: dum
constat resuscitatos innumeros? Sed mortuis: id est
non credentibus mirabilia nequaq̄ fecit:dum eos ad
cōuersionē perducere non potuit infidelitas sua. Mi-
rabilia enim illis fiunt: qui magnalia domini sub cre-
dulitate conspiciunt. Sequitur: Aut medici resusci-
tabunt et confitebuntur tibi. Et hoc dicitur negatiue:
quia medici quos credit humanitas artis bn̄ficio sa-
lutē dare languentibus:mortuos resuscitare non pos-
sunt:vt domino debeant cōfiteri:quāuis sine dei mu-
nere nec ipsam corpoream preualeant egris tribuere
sospitatem. Siue hoc magis subtilius intelligendum
est: quia medici dum corporibus adhibeant curam:
animas tamen peccatis mortuas resuscitare non pre-
ualent:vt confessione verissima viuificentur:quos in-
fidelitatis sue vulnera pertulerunt. [Nūquid † enar- al.narrabit
rabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: † aut Al.et
veritatē tuā in perditione]? Uenit ad tertiā narratio-
nem:vbi per istū versum ꝛ alterū qui sequitur: figurā

SCHE. Emphasim ponit: cui⁹ illa pars hic intelligēda est: que
aduerti facit id qđ non dicit. Ait enim: Nūquid enar=
rabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā? Hoc ne=
gatiue legēdū est: vt illud possit intelligi: quia viui ho=
mines ꝛ fideles misericordiā eius narrare consuerūt.
Sepulchrū enim significat infideliū mētes: de quib⁹
Ps. 5. supra dictū est: Sepulchrū patens est guttur eoꝝ. Et
merito sepulchrū dicit̃: vbi aīa peccatis mortua cōti=
netur: id est illos vult intelligi: qui non sunt dño credi=
turi: quia nullus eis misericordiā dñi videtur narrasse
quā nō voluerūt deuota mente percipere. Illic enim
ꝑuenisse dicimus actū: vbi aliquē audiens prestat af=
fectū. Tale est ꝛ illud qđ sequitur: Aut veritatē tuā in
perditionē: quia nemo putat̃ veritatē dixisse: quā vi=
detur negligens preterire. Perditio quippe iuste vo=
cata est: vbi veritas nō admittitur: sed sola obstinatio
custodit̃. [Nunquid cognoscent̃ in tenebris mirabilia
Al. et tua: † aut iusticia tua in terra obliuionis]? Sub eodē
ordine variatis sermonibus cuncta descendūt: vt ne=
gando que nō sunt: ecōtrario sentiantur illa que sunt.
Nā mirabilia dñi a tenebrosis mētib⁹ nō vident̃: quia
ꝑtermittētes deū sapiētie lumina ꝑdiderūt. Nec iusti
cia ei⁹ potest in terrena obliuione cognosci. i. in corpo
ris crassissima cecitate: que spiritalia monita deserit:
dū eius desideria carnalib⁹ vitijs occupant̃. Memen=
to vero ꝙ hec omnia ideo dicta sunt: ne in inferno eius
anima relinqueret̃: sed ei celerrima resurrectio ꝑueni=
ret: quatenus laus dñi per bñficia eius posset agnosci.
[Et ego ad te dñe clamaui: ꝛ mane oratio mea preue=
niet te]. Cōtra illa q̄ superius dicta sunt: dñs christus
cū fidelib⁹ suis ꝑ id quod resurrecturus erat: clamare
se dicit ad dñm: enumerans tribulationū diuersarum
gloriosissimas qualitates: vt talibus institutis cōmo=
niti: firmarentur populi vtiqꝫ christiani. Dicēdo enim
Et ego: significat cū membris suis se clamasse: quorū
ipse caput est christus. Nā quādo ipse clamat ꝛ eccle=
siam docet: quādo cū fidelibus orat/ vnū corpus osten
dit. Memēto ergo ꝙ vsqꝫ ad finem psalmi: varias ca=
lamitates enumerat: quas in martyribus suis ipse su=
SCHE. stinuit. Ubi Synatrismos figurā arbitror apponēdā:
quādo multe res in vnū ꝛ multa pericula colliguntur.
Sequitur: Et mane oratio mea preueniet te. Sollicite
verba ista tractanda sunt: ne regule illi veracissime: qđ
dñi gratia cuncta preueniat aliquid videatur esse con
trariū. Orationē suā: corpus ecclesie: que mane: id est
bonis dilucidatur operibus: preuenire scđm aduentū
dñi dicit: hoc est diē iudicij: que tamen oratio domino
prestāte donata est. Merito ergo dictū est preuenisse
orationē suā: quādo ante multa secula sub assiduitate
petebatur: qđ adhuc expectamus esse vēturū. Ueniet
enī ille tēpore cōpetenti: sed nostrū desideriū flagran=
tibus petitionib⁹ oportet ostendi. Nō enim nos suos
esse dijudicat: si nō votis maximis a nobis expetitus
adueniat. Sed cū de ipso clarissime dicat̃: ipse ex sua
persona istud nō potest loqui: nisi hoc dictū a mēbris
Al. repellis ecclesie velimus aduertere. [Ut quid dñe † repulisti
Al. auertis orationē meā: † auertisti faciem tuā a me]? Hic de se
desideriū sanctissime mētis exprimit̃: quia impatien=
ter sustinebat differri: vnde mundus poterat iure sal=
uari. Repellere enim putatur petitionē nostrā: ꝛ auer=
tere faciē suā dñs: quādo vota nostra distulerit: ꝛ quā=
uis ille profutura faciat: nos tamē grauiter dilata con
tristant. Sed ꝛ hoc cōgruenter a ꝑsona martyꝝ dicit̃:
qui talibus desiderijs in hoc mundo fatigantur. Diffe
runtur enim ad augmentū suū: ꝓcrastinant̃ ad gloriā:
quia non tantū prodest audiri: quantū expedit ꝓ mu=
neris augmentatione differri. Sic ignis flatu venti re=
pellitur: vt viuacius animetur. [† Egens sum ego ꝛ in Al. pauper
laboribus a iuuentute mea: exaltatus aūt humiliatus
sum et † confusus]. Hoc merito dicit ecclesia: que in Al. cōturbat⁹
egestate mundi: ꝛ in laborib⁹ a sua iuuētute fatigatur:
sicut in alio psalmo legitur: Sepe expugnauerūt me a Ps. 128.
iuuētute mea. Hec crescit ꝑsecutionib⁹: pressura tem=
poꝝ subleuat̃: humilitate semꝑ extollit̃. Cuius longior
etas nō est debilis lassitudo: sed matura ꝑfectio. Se=
quit̃: Exaltat⁹ aūt humiliat⁹ sum ꝛ cōfusus. Hoc spe=
cialiter mēbris ꝓbatur cōuenire: nō capiti. Exaltatus
dicit: quādo prius vnusquisqꝫ fidelium res humanas
tumido corde cogitabat. Humiliatus sum: quādo ad
cōfessionis meditabile donū diuina gratia miserante
peruenit. Confusus: quādo illa que male gesserat: pe=
nitentie professione damnauit. O beata confusio: que
eternū tollis opprobriuꝫ. Nam quicquid in reatū ve=
nerit penitentiū: perpetuis seculis redditur absolutū.
[In me † ꝑtrāsierūt ire tue: ꝛ terrores tui cōturbaue= Al. trāsierūt
runt me]. Pulchre dictū est: Pertransierūt: quasi non
mansure diutius cōtigerūt. Nā quādo fidelis se affli=
git: iram dñi castigatus euadit. In me aūt dicēdo: af=
flictionē fideliū: more suo illatā sibi esse testatur. Se=
quitur: Et terrores tui conturbauerūt me. Terrores
vtiqꝫ vēturi iudicij: quos omnis caro peccatrix formi
dare dinoscitur. Quod idē solis mēbris cōuenire ma=
nifestū est. [† Circuierūt me sicut aqua tota die circū Al. circūde=
dederūt me simul]. Delicta vtiqꝫ que legis districtiōe derunt.
damnantur: hec velut aqua homines circueūt: quādo
vndiqꝫ scaturire noscuntur. Ex quo enim latere nō cre
damus venire peccata: que nec momētis horarū a no
bis redduntur aliena? Merito ergo aquis comparata
sunt: que nos copiosissima inundatione concludunt.
Quod apte totū accipit̃ a parte mēbroꝝ. [Elongasti
a me amicū ꝛ proximū: ꝛ notos meos a miseria]. Hec
frequenter pijs martyribus contigerūt: a quibus ter=
rore mortis officia humana subtracta sunt. Amicos
enim significat: qui honestis studijs morū vicinitate
coniuncti sunt. Proximos: qui nobis parētele ordine
sociantur. Notos: qui neqꝫ amici neqꝫ proximi sunt:
sed sola nos opinione vel visione didicerūt. Que ge=
nera hominū frequenter longe fecit a fidelibus seruis
formidata calamitas passionis. Conclusio.

¶ Ipse chorus est christi: quē premissus titu=
lus ꝑ melech nominis interꝓ=
tatione precinuit: quādo fidelis populus eius securus
sanctissimā passionē gloriosa nimis imitatiōe respon=
dit. Hinc enim cōfessores tenuit carcer inclusos: hinc
martyrū purpura et bysso preciosior sanguis emana=
uit: hinc apostolorū per totum orbem dicta tenuerūt:
hinc tanqꝫ sol purissimus fides sancta processit: hinc
ad tēporales mortes hodieqꝫ cōcurritur: vt eterne vi=
te premia cōquirantur. Quapropter nullus pauescat
miserias que faciunt beatos: Nullus tormenta formi=
det que donant perpetuā sospitatē: Nullus timeat tri=
sticiam que gaudium tribuit sempiternū. Quantū est
Al. aut nus humanū. Progeniē vero dixit vsqꝫ ad finē seculi/
Al. terra cū ꝓgenies sibi humani generis per etates singulas
⁊ orbis. reparata succedit:ac si diceret semꝑ. [Priusq̄ꝫ fierent
Al. nō hꝫ. mōtes † ⁊ formaret † orbis terre:a seculo/et † vsqꝫ in
Al. deus. seculū tu es†]. Quia in primo versu dixerat Refugiū
factus es nobis: ne tēporalem aduerteres esse deita-
tē:nūc de eius eternitate disseruit. Sed vt hanc ꝑhen
nitatē apertissime possimus aduertere: mōtes hic po
namus non aliquid terrenū/sed celorū potestates exi
mias:qm̄ de vniuersa terra subsequit:vt reuera dicat
dño cōgruenter Tu es anteq̄ꝫ celestia/ terrenaqꝫ for-
mares. Istud em̄ prius nō habet principiū:sed immē
sum/atqꝫ incōprehēsibile esse declaratur: qñ ab ipsis
quoqꝫ principijs prius esse dinoscit. Sequit A seculo
⁊ vsqꝫ in seculū tu es:quasi ante seculū/aut post secu-
lum nō est deus. Sed hic A seculo ⁊ vsqꝫ in seculum/
eternitatē debemus aduertere. Greci enim codices/ DOG.
Eternitatē habēt:qđ patres nostri A seculo/⁊ vsqꝫ in
seculum transtulerūt. Tu es/cōpetenter dicitur deo:
q₂ nō habet preteritū/nec futurū. Sic em̄ ⁊ ipsi Moy
si dictū est Dices filijs israel: Ego sum q̄ sum:⁊ qui est Exo. 3.
misit me ad vos. Unde merito vir sanctus posuit Tu
es:qđ ab ipso se audisse meminerat. Sed hoc ad pa-
trē/hoc ad filiū/hoc ad spiritū sanctū pertinere nō du
biū est. Essentia em̄ indiuidue trinitatis que ab eo qđ
est esse veraciter et ꝓprie dicit: presentia semꝑ habet
que inter nos aut preterita dicimus/aut futura. [Ne
auertas hoīem in humilitatē:et dixisti ꝯuertimini filij
hominū]. Uenit ad secūdam partē:in qua ille vir san-
ctus a dño petit/que illum precepisse cognouit. Dicit
em̄ Ne auertas hoīem in humilitatē:id est ne in mūdi
istius cōcupiscentiam/ambitionēqꝫ ꝓijcias. In humi
litatē quippe/ hic terrenā cōcupiscētiā debemus ad-
uertere:que apud deū abiecta/atqꝫ cōtemptibilis est
nō illā gloriosam/qua peccata nostra dño cōfitemur.
Hoc ergo vir sanctus deprecat qđ diuinitas iubet:ne
voluntas hominū a celesti sublimitate deiecta/ama-
re mūdi permittat humillima: humilia vtiqꝫ/que sua
humilitate sordescūt. Sequit. Et dixisti cōuertimini fi
lij hominū. Hic Et/ꝓ q₂ positū est: vt vnū nobis sen-
sum aperiat adunata sententia. Uides q̄ꝫ sit ꝓbabilis
superior illa petitio:q₂ cū dñs preceperit filios homi-
nū cōuerti/ipso debeāt miserāte saluari. Quis em̄ al-
ter pōt a mundi ambitu liberare: nisi is q̄ docuit fide-
les celoꝝ regna ꝯquirere? Merito ergo petit ne dese-
rant hoīes in lubricis lapsibus: quibus dictū est Con
uertimini. [Qm̄ mille anni añ oculos tuos:tāq̄ꝫ dies
hesterna q̄ ꝓterijt. Et † sicut custodia in nocte]. Cau- Al. non hꝫ.
sa redditur quare seculi ambitio debeat declinari:qm̄
mille anni nō solū pauci sunt ante oculos dei/sꝫ tanq̄ꝫ
hesterna dies habeant om̄ino ꝓteriti. Que figura di-
cit Tapinosis:id est humiliatio:qñ cuiuslibet rei ma- SCHE.
gnitudo minuit in exiguā paruitatē. Non em̄ vel ipsi
vni diei ꝓ̄senti/ sed preterito cōparat tam lōgissimus
ordo seculoꝝ. Mille em̄ finitū ꝓ infinito posuit/etatē
veterū fortasse designās:q̄ magna lōgeuitate repleti
sunt. Sequit Et sicut custodia in nocte. Ut illos mille
annos(quos superius dixit)annulatos esse cognosce-
res:nō iam vni diei preterito/sed iam nocturno tēpo-
ri breuissimo cōparant. Custodia em̄ nocturna/q̄ hu-
manas assolet exercere vigilias/ternis horis excubā
tibus deputat: vbi sibi succedētib⁹ turmis nichil lon-
ginquū agit/nec morosum. Pulchre aūt humanā vi-
tā nocturnis cōparauit excubijs:vbi totū sub obscuri
tate ⁊ trepidatiōe gerit/qñ mens hoīm vitijs carnali-
bus circūdata pulsat. Huic aūt versui subdistinctio-
nes ponēde sunt: qm̄ subsequitur plenitudo sentētie.
[Que ꝓ nichilo habent/anni erunt eorū. Mane sicut
herba trāseat]. Hoc erat qđ de versu superiore pēde
bat: qm̄ sicut duo illa que superius dixit:hoc est diem

preteritū/⁊ custodiā nocturnā:que ꝓ nichilo habētur
intulit Anni erunt eoꝝ. Et ideo sicut paulo ante dixit
supplicādum est: Ne auertas hominē in humilitatem
addidit Mane sicut herba transeat. Adhuc illa fugi=
tiua ⁊ trāsitoria/vite hominū comparant. Frequēter
eñ herba intra momentū/aut pastu animaliū/aut ali
qua tritura cōsumit:sic sunt anni hominū/ qui ꝓ nichi
lo habent. Mane:id est in ipā vita:qua fruūt/trāseūt/
atqꝫ peragunt:nec de longinquitate eorū potest esse
satietas:vbi termin⁹ festina celeritate suscipit. [Ma=
Al.trāseat. ne floreat/⁊ † pretereat:vespe decidat/induret/⁊ are=
scat]. Bene carnis infirmitas fugitiuis herbarū eta=
tibus cōparat. Mane/significat totā hominis vitam:
in qua ⁊ florere/⁊ p̄terire dinoscit. Vespere aūt/qđ in=
dicat lucis occasū:tēpus dicit quo trāsit homo de se=
culo. Mox eñ in mortē decidit/post durescit in cada=
uer/ac deinde crescit in puluerē:qđ ⁊ herbis/⁊ corpo=
ribus humanis noscit esse cōmune. Sed hic mane et
vespere(vt michi videt)nō vnū diem debemus aduer
tere. Partes eñ iste nō sunt iūgende:q̄r singule ꝓ bre
uitatis intellectu sunt posite. Hec aūt ideo diligētius
excolunt: ne quis sibi hominū de vita lōgissima blan=
Al.Quia. diat. [† Qm̄ defecimus in ira tua:⁊ in furore tuo † cō
Al.turbati. turbati sumus]. Vir sanctus memor actuū priorū illū
furorē dei recordat/quem ꝓ iudaica murmuratiōe su
Exo.32. stinuit:qñ ei dñs dixit Cerno ꝙ populus iste dura cer
uice sit:dimitte me/ vt irascat furor meus cōtra eum:⁊
deleam eos/faciāqꝫ te in gentē magnā. Quapropter
formidabili recordatiōe turbatus est/ q̄ ꝓ tali populo
supplicabat. Defecimus eñ/dictum est humana infir
mitate fatigati. Cōturbati sum⁹/mortis cogitata for=
midine:quā metuebant ꝓpter debitas vltiōes. [Po=
suisti iniquitates nostras in cōspectu tuo:seculum no=
strū in illuminatiōe vult⁹ tui]. De seculo trāsacti tem=
poris dicit:qñ iudaicus populus ⁊ miraculis visitaba
tur/et penis. Non credendo eñ que videbant/vltoris
Ps̄.31. iudicis patiebant aspectū. Nā in alio loco dicit Bea
ti quoꝝ remisse sunt iniquitates:⁊ quoꝝ tecta sunt pec
cata. Illa eñ tegebant/que ad veniā ꝑueniebāt:hec
aūt illuminabant/que ad vindictā ꝑtinus sustinebāt.
[Qm̄ omnes dies nostri defecerūt:⁊ in ira tua defeci=
mus. Anni nostri sicut aranea meditabūtur]. Breui=
tatē vite humane dicit per iram dñi ꝑuenisse:qm̄ lon=
gioris vite presumptiōe peccabāt. Ad quā eñ breui=
tatem ꝑuenerint post illam numerositatē prioris secu
li:infra dicturus est. Nam ꝙ dicit Omnes dies nostri
defecerunt/ad annos ꝑtinet imminutos. Qđ vero se=
quit Et in ira tua defecim⁹: ad tribulatiōes/erūnasqꝫ
respicit:quas in ipā vita paruissima sustinem⁹:qm̄ in=
solētia nostra aliter nō poterat corrigi:nisi ꝑ flagella
dñi ꝓbaremur affligi. Sequit nimis apta cōparatio.
Anni nostri sicut aranea meditabūt. Malignitatē vi=
DEF. te nostre/posita similitudo declarat. Aranea enim est
animal debile/ac tenuissimū: qđ transeūtibus muscis
ad escam sibi ꝓcurādam quedā retia dolose cōtexit.
Sic anni eoꝝ qui sceleratis opibus dediti sunt:inani=
ETY. bus/⁊ subdolis machinationibus occupant. Aranea
eñ dicta est:ꝙ sit arida/nimisqꝫ subtilis. Et vide quē=
admodū actus ipsius positū verbū declarat. Medi=
tabant dixit/non operabant: vt ostēderet eos sine ali
qua vtilitate transisse:qui sub nullo fructu bonoꝝ/sed
sub ancipiti meditatiōe vixerūt. [Dies annoꝝ nostro=
rū:in ipsis septuaginta anni. Si autē in potentatibus
Al.amplius octoginta anni:⁊ † plurimū eorū labor/et dolor]. Si
annos istos ad litterā velimus aduertere: multos ho

minū ⁊ nonagenarios bene vigentes inuenies: et ite=
rum necdū septuagenarios debilitate cōfectos:vt qđ
hic dicitur/cōstare minime posse videat. Sed nume=
rū septuagenariū legi potius decenter aptamus:que
sabbbatum diem septimū obseruādum esse precepit.
Octogenariū vero populo christiano aptissime depu
tamus: qui octauū diem resurrectiōis dñice sancta fe
stiuitate venerat:vt duo testamēta(sicut in septuage=
simo psalmo iam diximus/ vbi opus istud diuisimus)
per hunc numerū significasse videatur. Ipsa sunt eñ
precepta:in quibus fideles anime saluberrima mētis
valitudine regūtur. Octogenario vero numero addi=
dit In potētatibus: q̄r tūc reuera cepim⁹ habere po=
tētiam:quādo nobis dñs saluator apparuit. Isti sunt
ergo dies annorū nostrorum:qui nobis ꝓbabilis vite
cōferunt claritatem: vt merito dies dicātur/per quos
dñm in verbis suis illuminata mente cōspicimus. Et
intende qđ sequit:Et plurimū eorū labor/et dolor: id
est qui hec duo testamēta transcēderit:laboribus ma
ximis/⁊ doloribus implicat. Non est eniꝫ illic aliquid
(sicut heretici faciūt)plus/minusve sentire vbi celestē
regulam seruat moderata distinctio. [Qm̄ superuenit
mansuetudo:⁊ corripiemur. Quis nouit potestatē ire
tue:† aut pre timore † iram tuā dinumerare?] Quia Al.et.
dixerat Plurimū eorum labor/⁊ dolor:nūc ipsum ex= Al.tua.
colit dicēs non debere legis precepta transcēdi: q̄r su
perueniēs Iesus christus/qui est mansuetudo ꝑfecta
nos corripit et emēdat:si testamēta eius cōtumaciter
negligamus. Et qm̄ dixit Corripiemur/premisit man
suetudinē:vt intelligamus omnes emendationes dñi
fidelibus pietatis intentione ꝑuenire. Sequit Quis
nouit potestatem ire tue:aut pre timore iram tuam di
numerare? Merito ille Moyses/qui expertus fuerat
quāta dñs peccanti populo reddidisset: dum eum cre
bris murmuratiōibus incitasset/ exclamat nullius cō
siderationē ad vindicte eius peruenire mēsuram: nec
dinumerare posse quāta ille preualet iratus efficere.
Et nota ꝙ in vtraqꝫ parte predicat virtutis immensi=
tas. Nam sicut premia dñi plenissime nequeūt intelli
gi:ita nec vindicte mensura preualet apprehēdi. Be=
ne autē addidit Pre timore:sicut et alius ꝓpheta di=
cit Cōsideraui opera tua/⁊ expaui. [Dexteram tuam Abachuc
† dñe notā fac † nobis:⁊ eruditos corde in sapiētia]. Al.sic.
Vir ille sanctissimus/⁊ vtriusqꝫ testamenti intellector Al.non h[...]
egregius venit ad tertiam partem:in qua deprecatur
patrem: vt Iesus christus iudaico populo/⁊ gētibus
salutariter appareret. Nam vt vtrūqꝫ populum com
plecteretur/plurali numero posuit Nobis: sicut et in
primo versu psalmi iam factū est. Dexteram eniꝫ/di=
cit ipsum dominū saluatorem: de quo alibi scriptū est
Dextera manus tue dñe confregit inimicos:petēs vt
ipse illis notus efficiatur/per quem omnia ꝓfutura di
scuntur. Sequit Et eruditos corde in sapientia. Desi=
derio ipsius nō sufficit aduentū dñi postulare:q̄r mul=
ti eum corporaliter videntes/ deum minime credide=
runt:ideoqꝫ addidit Eruditos corde in sapiētia: id est
intellectū habentes in dñm christum. Eruditus enim ETY.
dicitur quasi ex omni rude elicitus. Ipse eniꝫ virtus/
⁊ sapientia patris quē hic postulat:nō corporeis ocu=
lis/sed eruditos corde cognoscere: q̄r hoc ꝓfuit reue=
ra illum videre/qui eū meruerunt illuminata mēte cō
spicere. [Conuertere dñe † aliquantulum:⁊ depreca Al.vsqꝫ[...]
bilis esto sup seruos tuos]. Consuetudinē suā vir san
ctus operatur: qui dicit in exodo:Esto placabilis su= Exo.32.
per nequitia populi tui. Ipso affectu/ipā gratia rogat

dn̄m:vt iustitiaȝ suā aliqua lenitate retemperet: qua=
tenus exorari possit a peccatoribus/quibus iuste no=
scebatur iratus. Intuēdum est autem ꝙ non dixit ex
toto cōuertere/sed aliquā tulum:q hoc magis nobis
expedit/ quādo nos aliquis stimulꝰ tribulatiōis affli=
git:vt sepe cōmoniti/saluberrima conuersione valea=
mus peccatorum veniam ꝓmereri. [Repleti sumus
Al. dele= mane misericordia tua:exultauimus/⁊ †letati sumus
ctati. in oīmibus diebus nostris]. Misericordiam dici dn̄m
saluatorem nullus ignorat:qui miseris datus est:vt ꝑ
ipsum viuerent/ qui ꝑ se cognoscebantur omnimodis
interijsse. Repletū se ergo dicit hac misericordia ma=
ne:id est lucida contemplatione:quoniam vir sanctus
christi dn̄i preuidebat aduētum: ⁊ necesse fuit vt eius
cor exultaret in laude: delectaretur in cōtemplatione
omnibus diebus vite sue: cuiꝰ anima tali munere re=
pleta/celesti exultatione gaudebat. Que figura dici=
SCHE. tur Idea:cum rem futurā velut oculis offerentes/mo
Al. letati. tum animi viuaciter incitamus. [†Delectati sumus ꝓ
Al. non hȝ. diebus quibus nos humiliasti: annis † in quibus vi=
dimus mala]. Tribulationes quas hominibus ꝓui=
dentia diuina concedit ꝗ̄ veraci estimatione perpen=
derat: vt delectatum se in eis diceret/per quas humi
liandū populum salutariter sentiebat. Sciebat enim
fidelibus viris noxiam esse superbiā:et inde dn̄o gra=
tias agit/vnde credentes ꝓfecisse cognouit. Quapro
pter in illis annis se delectatū esse ꝓfitetur:in quibus
viderat mala: mala scilicet que grauia putabat/dum
pateretur humanitas. Nam viro sancto/⁊ cōtemplan
ti veritatem:non solum grauia non fuerunt/sed etiam
suauia sibi extitisse professus est. [Respice in seruos
Al. nō hȝ. tuos/⁊ in opera tua † dn̄e:et dirige filios eorū]. San=
cta cōscientia nō desinit facere in opere alieno / quod
exercebat in ꝓprio. Quibus enim oratiōibus ꝓ israe=
liticis supplicauerit dn̄o:omnino notissimū est. Nunc
eadem simili fine concludit:vt peccātibus iudeis par
cat/⁊ filios eorum sancta credulitate recorrigat:qua=
tenus si illi(iniquitate sua faciente)dispersi sunt: saltē
eorum soboles in fine seculi conuersa/ad veniam per=
uenire mereatur. Quod ꝓphetie spiritu(sicut sepe di
ximus)nouerat esse faciendum. Et considera quibus
verbis pietatem boni iudicis inuitauit: vt primo dice
ret In seruos tuos:deinde In opera tua:quatenus ⁊
si factis suis veniam nō mererentur accipere/eā crea=
AHE. toris opera valde laudabilis impetraret. Quod ar=
gumētum apud rhetores dicitur a laude iudicis. [Et
sit splendor dn̄i dei nostri suꝑ nos: et opera manuum
Al. ⁊ opus nostrarum dirige super nos †]. Splendor dn̄i super
manuū no nos est/quando crucis eius impressiōe decoramur/et
strarū diri vexillum triūphi ipsius in fronte portamus:sicut apo
ge. stolus dicit: Michi autē absit gloriari:nisi in cruce do
Gal. 6. mini nostri Iesu christi: per quem michi mundus cru
cifixus est/et ego mūdo. Hinc et in alio psalmo dictū
Ps̄. 4. est Signatum est super nos lumē vultus tui domine.
Sequitur Et opera manuum nostrarum dirige super
nos. Operam nostram dirigit super nos/quando no=
bis donauerit veniam peccatorum: vt cum fuerimus
peruersi/efficiamur eius correctione rectissimi.

Conclusio.

Consideremus viri prudentissimi ꝗ̄ mul=
ta nobis legis diuine my=
steria per diuersos numeros indicent:ꝙ hic vitas ho=
minum septuagenarij/⁊ octogenarij numeri supputa
tione recolligat:ꝙ cunctus ordo psalmorū mystico sit
calculo comprehensus: ꝙ omnes libros diuinos nu=
merus arcanus includit:ꝙ et alia legis diuine myste=
ria multifario calculo continētur:arenam maris/plu=
uiarum guttas/ hominū capillos legimus esse sub nu
mero. Et vt breui cōpendio discipline ipsius laudem/
virtutemq; noscamus: Salomon ait Omnia in men= Sap̄. 11.
sura/⁊ numero/⁊ pondere deum fecisse: vt cunctis in= ARITH.
dubitāter appareat arithmeticam disciplinam vbiq;
esse diffusam. Hanc auctores secularium literarū di=
ligentius perscrutātes/ in multis partibus diuiserūt:
id est in pari/⁊ in impari:in perfecto/et in imperfecto:
in superfluo/et in minuto:⁊ ceteras que in ipis aucto=
ribus euidentissime continentur:quas studiosis lege=
re/⁊ sana mente tractare:nostri quoq; permisere ma=
iores. Deum tamē in omnibus rogemus:vt sensus no
stros aperiat/⁊ ad veram sapientiam sua nos illumi=
natione perducat. Quicquid enim legeris/quicquid
excogitaueris:ita dulcescere poterit tibi:si sapore su=
perni muneris condiaris.

Explicit expositio in psalmum. 89.

Laus cantici ipsi Dauid. XC.

Qui habitat in adiutorio altissi=
mi:in ꝓtectione dei celi cōmora
bitur. Dicet dn̄o susceptor meꝰ
es tu: ⁊ refugiū meū deus meus
sperabo in eum. Quoniā ipse li=
berauit me de laqueo venantium:et a verbo
aspero. Scapulis suis obūbrabit tibi: et sub
pennis eius sperabis. Scuto circundabit te
veritas eius:nō timebis a timore nocturno.
A sagitta volante in die a negocio perambu
lante in tenebris:ab incursu/⁊ demonio me=
ridiano. Cadent a latere tuo mille:et decem
millia a dextris tuis:ad te autem non appro
pinquabit. Verūtamen oculis tuis conside=
rabis: ⁊ retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es dn̄e spes mea:altissimū po=
suisti refugium tuum. Non accedet ad te ma
lum: ⁊ flagellum non appropinquabit taber
naculo tuo. Quoniam angelis suis mādauit
de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
In manibus portabunt te:ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. Super aspidem ⁊
basiliscum ambulabis: et cōculcabis leonem
⁊ draconē. Quoniam in me sperauit libera=
bo eum: ꝓtegam eum quoniam cognouit no
men meū. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiam
eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam
eum/⁊ glorificabo eū. Longitudine dierum
replebo eum: ⁊ ostendam illi salutare meum.

Quando laus cantici dicitur: nō cōmune
aliquid sentiatur. Laus intelligi potest
⁊ humana ꝑdicatio:sed laus cantici ani
maduerti non potest:nisi diuina lauda=
tio. Dauid autem hic/ipsum ꝓphetam
debemus aduertere:qui primā partem
huiꝰ psalmi suaui relatione dicturus est. Amenus ad=
modum et ipsarū ꝓmissionum varietate dulcissimus:
cuius vndecimū/⁊ duodecimū versum diabolus ipsi

dño saluatori cum eũ tentasset obiecit. Hunc hymnũ
demonibus pia cõfidentia semꝑ opponimus: vt a no=
bis potius inde vincantur: vnde cõtra creatorẽ suum
dolose aliqua dicere tentauerunt. Diuisio.

In prima parte psalmista ꝯfitetur omnẽ
fidelissimum diuina protectione vallari.
Secũda / laudem decantat dño saluato=
ri. Tertia / verba sunt patris ad omnẽ fi=
delem: quez in se deuotissime sperare co=
gnoscit: et in mũdo isto defensionem / ꝛ in
futuro illa premia compromittens. Expositio.

[Qui habitat in adiutorio altissimi: in prote=
ctiõe dei celi cõmorabitur]. Hic denuo ca
Syl. tegoricus syllogismus ita subleuat caput
Iustꝰ habitat in adiutorio altissimi. Omis
qui habitat in adiutorio altissimi / in prote
ctione dei celi cõmorabitur. Iustus igitur in ꝓtectio=
ne dei celi cõmorabit᷑. Nũc verba psalmi tractemus.
Posito sancto Dauid in cõtemplatiõe celesti / talis su
bito ꝑsona mõstrata est: que tota mentis puritate de=
uota superna iugiter ꝓtectione gauderet. Cui multa
beneficia diuinitus asserit esse collata: vt ad deuotio=
nem dñi mens nostra ardentius incitet᷑ / quando fide=
Sch̄e. libus spes magna ꝓmittitur. Que figura dicit᷑ Diaty
posis: id est expressio habitꝰ: vbi rebus / ꝑsonisve sub=
iectis ꝛ formas ipsas / ꝛ habitꝰ exprimimus. Qui ha=
bitat / cõfirmatiue ꝓnunciandũ est: id est ꝙ iugiter com
moratur. Habitare eñ permanentis est / nõ disceden
tis: qui totam spem suam non in ꝓprijs viribus ponit
sed in altissimi volũtate cõstituit. Sequitur absoluta
ꝓmissio: qm̃ talis vir modis om̃ibus ꝓtegatur a dño.
Et inspiciẽdũ est ꝙ dicit In adiutorio. vt designet in=
tentionẽ verissimi christiani laboriosa dño cõtentione
seruire. Et intuere quemadmodũ singulis verbis res
magne resignate sunt. Dicit eniz qui hic habitat / illic
cõmorabit᷑: id est qui in isto seculo ab ipso nõ discedit /
in illa semꝑ perhẽnitate mansurus est. [Dicet dño su=
Al. tu. sceptor meus es†: ꝛ refugium meũ deus meus spera=
bo in eũ]. Hoc dicit ille qui de animo suo noxias pre=
sumptiões abijciẽs: solum sibi credit vtile / qđ digna=
tur pietas superna prestare. Naz qui dicit Susceptor
meus es / totum se cõfirmat in eius beneficia ꝑuenisse:
vt de felici quadã familiaritate glorie᷑. Item ꝙ dicit
Et refugiũ meũ deus meus / nullũ sibi aliud esse ꝯfite
tur auxiliũ: sed quãdo huiꝰ seculi tempestatibus qua=
titur / ad portum diuine misericordie se cõfugere velle
testat᷑. Et ne crederes post susceptionẽ beatam / ꝛ refu
giũ salutare non esse iam aliquid expetendũ: sequitur
Et sperabo in eũ: ne quis in se fragilissimo debeat ali=
quando presumere: sed in illo semper qui ꝓbatur oĩa
cõtinere. Hoc si Adam fuisset secutus: nec sibi cõqui
sisset reatum / nec suis posteris trãsmisisset interitum.
[Qm̃ ipse liberabit me de laqueo venantium: ꝛ a ver
bo aspero]. Causam dicit diuini muneris: qꝛ ipse nos
ab inimicorũ siue spiritualiũ / siue carnalium potest li
berare versutijs / cõparatione facta venãtium: qui ad
capiendas feras / retium laqueos ponũt: vt ignoran=
tes possint dolosis insidijs irretire. Sequit᷑ Et a ver=
bo aspero. Verbũ asperũ / est omne dictũ qđ cõtra re=
gulas diuinas / tanq̃ letiferũ poculum ꝓpinat᷑. Nam
ꝛ si per iniurias / aut irrisiões a bono ꝓposito diuerta=
mur: verbum est vtiq̃ asperũ / suaq̃ acerbitate durissi
mũ. Et iterũ si audiat᷑ sermo blandus fellito melle cõ
ditus / acerbe illud debemus suscipere: qꝛ diuinis ꝓba
tur iussiõibus obuiare. Nam frequẽter illa plus deci=
piũt / que mollissimis sermõibus intimantur. Ab hac
ergo asperitate grauissima / et amara dulcedine libe=
rat dñs nos: quãdo in via ipsiꝰ gradimur: nec dextera
leuaq̃ diuertimꝰ: vbi a diabolo positos laqueos esse
cognoscimus. In via eniz: id est in ipso christo ausus
nõ est ponere: vbi fideles nõ preualet sauciare. [Sca
pulis suis obũbrabit tibi: ꝛ sub pennis eius sperabis.
Scuto circũdabit te veritas eius]. Per hunc versum
ꝛ duos alios qui sequunt᷑ / persone illi sanctissime quã
ꝓpheta superius introduxit / q̃ pulcherrimis allusio=
nibus dñi beneficia cõpromittit: vt cuius ꝓ̇us mores
ꝓbauerat / eiꝰ premia digna narraret: que nostra de=
bet curiositas indagare: si tñ ipsius gratia suffragãte
dignuz possumus aliquid inuenire. Scapule dñi / sunt
operationes mirabiliũ: per quas velut quibusdã hu=
meris / virtus diuina mõstratur. Penne / sunt monita
ꝓphetarum: que si pura mente recipiant᷑ / fideles ani=
mas ad celos vsq̃ perducunt. Queres forsitan quid
ista prestabit obumbratio: vt per diem sol nõ vrat te /
neq̃ luna ꝑ noctẽ? Item quid penne dñice conferãt?
Vtiq̃ ꝓtectionem dñi: quam velut maternã pietatem
inter mũdi pericula te habere cognoscas: sicut et ali=
bi scriptũ est Hierusalem / hierusalem: quotiẽs volui Mat. 23.
congregare filios tuos sicut gallina pullos suos sub
alis suis: ꝛ noluisti? Scuto circũdabit te veritas eius.
Scutum istud humanã illam partẽ tm̃ ex qua oppo=
nitur tegit: clypeus vero diuinus vndiq̃ nos murali
munitiõe circũdat / atq̃ defendit. Veritas autẽ incar=
natio christi dñi aduertẽda est: sicut legit᷑ Veritas de Ps. 84.
terra orta est: que nos ꝛ scapulis obumbrat / ꝛ sub pẽ=
nis suis sperare fecit: ꝛ scuti ꝓtectione custodit. [Nõ
timebis a timore nocturno. A sagitta volante † ꝑ diẽ Al. in die.
a negocio perambulãte in tenebris / † a ruina ꝛ demo Al. ab in
nio meridiano]. Sicut dixit supius genera defensio= cursu.
num: ita nũc in his duobus versibus denũciat pericu=
lorũ modos: qꝛ multo gratior salus fit / cũ euitata co=
gnoscit᷑ discriminũ multitudo. Timor nocturnus / est
hereticoꝝ tenebrosa suasio. Sagitta volãs per diem /
manifesta persecutio tyrannorũ. Negociũ in tenebris
cũ prauo studio perquirit᷑: vnde bene credentium cor=
dis oculus obcecat᷑. Demonium meridianũ est imma
ne periculũ feruore persecutionis accẽsum: vbi ruina
plerũq̃ metuitur / quãdo infirmitas humana supera=
tur. Ruina eñ dicta est: quasi repetens ima. Sed per Ety.
has omnes allusiões / diffinitionesq̃ rerũ illud euidẽ=
ter ostendit᷑: qꝛ nichil horũ metuere possumus / quãdo
dño ꝓtegente saluamur. [Cadent a latere tuo mille /
et decem milia a dextris tuis: ad te nõ appropinqua=
bit]. Cum de viro fidelissimo in prima parte loquere=
tur: qm̃ mẽbra capiti suo cõnexa sunt. In secũda par
te venit ad dñm christũ: vt illos quos dei famulis insi
diatos esse dixerat / peccatorum suorũ retributionem
subituros esse mõstraret. Sed hũc versum paulo sol=
licitius inquiramus. Non eñ possunt a latere dñi / vel
a dextris eius cadere: qui iam in beatorũ numero pre
destinati esse noscunt᷑. Sed hoc de ꝓ̃sumptoribus be=
ne dicitur: qui illud se cõsequi credũt / qđ minime pro=
merẽtur. Cadent dixit / quasi ab alta beatitudine cor=
ruent: quam sibi temeraria / nõ fidelis aĩa ꝓmittebat.
Latus autẽ est dñi saluatoris corona iustoꝝ: que cum
ipso (sicut ꝓmisit apostolis) in resurrectiõe iudicabit.
Nã hodieq̃ quando iudices petimus ab imperatore
vel rege: sic eis dicimus Mittite a latere vestro: id est
qui vobiscum habet fidelissima deuotione consilium.
Latus enim dictum est: eo ꝙ sub brachio lateat. Et Ety.

quia spes hominū inaniter sibi frequēter ꝓmittit ex-
celsa: ex illa gloria eos dicit esse casuros/q̄ sibi supra
merita sua talia pollicent. Et q̄m isti rari sunt qui tan
tam/ac talē spem habere noscunt: mille a latere eius
asserit esse casuros: ab illa scꝫ summitate iudicatiōis.
A dextris aūt: qꝛ multi putāt se ad dexterā collocan
dos/decem milia testat inde ruituros: q̄m et ipsi falsa
opinione cōceperant/qđ in suis meritis nō habebāt.
Hec autē sentētia illos specialiter verberat/q̄ aliquo
bono ꝓsperitatis inflant: ⁊ sanctos se putāt esse cum
nō sint. Mille aūt/⁊ decem milia: finitū ꝓ infinito nu-
merū ponit. Sequit Ad te autē non appropinquabit
hoc est quodlibet ex ipsis qui sibi regnū dei fallaciter
pollicētur: qui reuera longe erūt a dño: q̄m dum spem
habēt in meritis suis/ad satisfactiōis remedia nō re-
currūt. [Uerūtamen oculis tuis cōsiderabis: et retri-
butionē peccatorū videbis]. Oculis tuis dixit diuinū
illū lucidū/perspicabileq̄ꝫ cōspectū: quo hominū me-
rita iudicant. Justitia em̄ diuina cōsiderantur hoies:
qui sunt ad sinistrā/vel ad dexterā collocādi. Sequit
Et retributionē peccatorum videbis: hoc est qđ supe-
rius dixit Oculis tuis cōsiderabis. Jlla em̄ cōsidera-
tio erit retributio meritorum. Uidebis: id est videri fa
Ps.52. cies: sicut est illud Dñs de celo ꝓspexit sup filios ho-
minum: vt videat si est intelligēs/aut requirēs deum.
[Q̄m tu es dñe spes mea: altissimū posuisti refugium
tuum]. Cū supra de peccatoꝝ retributione loqueret:
subito intulit Q̄m tu es dñe spes mea: qđ sensus supe
SCHE. rior nō habebat. Que figura dicit Paradoxon: quan
do exitus inopinatus/vel nō expectatus ingerit. Jn-
tendamus autem sollicitius quid sit qđ dicit ꝓpheta:
Q̄m tu es dñe spes mea: qꝛ resurgēte dño spem resur
rectiōis mēbra reliqua perceperūt: que erāt posita in
morte peccati. Precessit em̄ in capite: qđ corpus reli-
quū in se sperare debuisset. Uex ista spes resurrectio-
nis sancto viro ideo facta est: qꝛ ⁊ ipse dñs saluator ꝑ
id qđ mortuus est/ refugiū suum noscit in altissimo po
Ps.30. suisse: sicut in trigesimo psalmo iam dictū est Esto mi-
chi in deum ꝓtectorem/⁊ in domū refugij: vt saluū me
facias. Unde merito sequit illius exemplū: per quē se
al.accedet. in eternū nouerat esse victurū. [Non † accedent ad te
al.malum. † mala: ⁊ flagellum nō appropinquabit tabernaculo
tuo]. Hic beatitudo assumpte humanitatis potēter
exponit: qꝛ dum in hoc mundo a iudeis ⁊ cōuitia ꝓtu-
lerit/⁊ flagella: dicit tabernaculo eius: id est sctō cor-
pori nichil mali appropinquare potuisse. Merito/qꝛ
flagellū est vltio diuina: qđ solet humana crimina re-
Ps.31. secare: sicut alibi legit Multa flagella peccatoꝝ. Hoc
ergo supra illū verissime dicitur non venisse: q̄ se ꝓba-
tus est immaculata cōuersatione tractare. Hic enim
flagellū positum est qđ delicta castigat/qđ improbos
actus vlciscit: ⁊ ideo negatum est per flagellū christo
dño ꝓximasse peccatum. Quod genus locutiōis sche
SCHE. ma dicit Hypallage: que ⁊ in secularibus frequenter
inuenit voluminibꝰ/⁊ diuinis. [Q̄m angelis suis mā-
dauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Jn
Al.forte. manibus portabūt te: ne † vnq̄ꝫ offendas ad lapidem
pedē tuum]. Jn his duobus versibus verba sunt que
dño christo diabolus de eius diuinitate dubitans/ cū
eū tentare presumpsisset obiecit. Sed vbi ille cecidit
DOG. nos sollicite gradiamur: q̄m cautela sequētis est pre-
cedens lapsus alienus. Sepe diximus in dño saluato
re duas naturas: idest dei ⁊ hominis: vnitas/atq̄ꝫ ꝑfe
ctas: in vna/eadēq̄ꝫ permanere ꝑsona: ita vt vnus esse
dei filiꝰ ⁊ prędicet ab omnibus/⁊ credatur: sicut ⁊ pa-
tres nostri veritatis ipsius illuminatiōe docuerūt: di-
centes: solus ex trinitate filiꝰ formā serui accepit: que
forma illi ad vnitatē persone coaptata est: id est vt fi-
lius dei/⁊ filius hominis vnus sit omnipotens Jesus
christus: ne non trinitas/sed (quod absit) quaternitas
predicet. Hinc est q̄ quando humilia de ipso dicūtur
humanitati sunt sine dubio deputāda: quādo aliquid
potentius tonat/ diuinis virtutibus cōuenit applica-
ri: qđ hic/⁊ inferius vtrūq̄ꝫ seruatū est. Nam q̄ legitur
angelis mandatū vt eum debeāt custodire: infirmita-
tis humane est: sicut euangeliū quoq̄ꝫ testatur. Appa Luc.22.
ruit autē illi angelus de celo cōfortans eū. Et vt ipam
hominis naturā perfectissime declararet: adiecit Ne
offendas ad lapidem pedem tuū: id est ne in legē que
in lapideis tabulis scripta videbatur incurreret: quā
venerat gentes edocere/eiusq̄ꝫ plenitudinem saluta-
ri infirmitate firmare. [Super aspidē ⁊ basiliscū am-
bulabis: ⁊ cōculcabis leonem ⁊ draconem]. Hic iam
diuina virtus exprimitur: que tantis rebus seuiētibus
imperauit. Nam omnia ista nomina diabolo cōgruen
ter aptantur. Aspis est/dum occulte percutit. Basi-
liscus/cum palam venena disseminat. Leo/dum per-
sequitur innocētes. Draco/cum negligentes impia vo
racitate deglutit. Uerum hec omnia glorioso aduētu
dñi pedibus ipsius ꝓstrata iacuerūt. Solus em̄ tam
ferocia valuit subdere: qui patri coeternus/⁊ consub-
stātialis ꝭm diuinitatē ꝓbatur existere. Hec si diligē-
ter sanctorū patrum predicatione tractemus: nec ali-
qua demētiū heretica prauitate turbemur: omnia no-
bis sicut dicta sunt/absoluta veritate cōstabūt. [Q̄m
in me sperauit † ⁊ liberabo eum: ꝓtegam eum q̄m co Al.non hꝫ.
gnouit nomen meū]. Uenit ad tertiam partē: vbi dñs
pater iustissimo illo viro/qui in prima parte noscit in-
troductus/clementi dignatione respondit: vt corda fi
delium tali ꝓmissione roboraret. Hunc ergo beatum
qui habitat in adiutorio altissimi/liberaturuꝫ se a ma-
lis seculi istius cōpromittit: q̄m spem suā in ipsius vir
tute reposuit. Sequitur Protegam euꝫ q̄m cognouit
nomen meū. Exposuit quomodo eum liberādum esse
ꝓmiserit: scilicet vt ꝓtectus ab omnibus insidijs dia-
boli reddatur alienus. Causam quoq̄ꝫ pie liberatiōis
adiūxit Q̄m cognouit nomē meū. Cognoscit nomen
patris/qui filiū non putat esse minorē/nec creaturam
existimat (vt quidam dementissimi volunt) sed creato-
rem potius mentis integritate ꝯfitetur. [Jnuocauit
me ⁊ ego exaudiam eum: cū ipso sum in tribulatione:
eripiam eum/et glorificabo eum]. Beato isti qui in
ipsius ꝓtectione cōfidit/singulare premiū dñs cōpro
mittit: vt eū inuocatus exaudiat/⁊ duplici modo ꝓfu
tura cōcedat. Dicit enim Cum ipso sum in tribulatio-
ne: qđ ad istum respicit mundū/vbi feruentius angu-
stijs mens deuota tribulat. Sic ⁊ ipse in euāgelio ꝓ-
mittit Ecce ego vobiscum sum vsq̄ꝫ ad cōsummatio- Mat.28.
nem seculi. Et vide quid sequitur: Eripiam eū/⁊ glo-
rificabo eum. Ereptus vtiq̄ꝫ ex hoc mundo glorifican
dus est iustus/ quando in illa beatitudine collocatur:
vbi iam locum tribulatio nō habebit. [Longitudine
dierū † adimplebo eū: ⁊ ostendam illi salutare meū]. Al.replebo.
Adhuc exequitur premia que ꝓmittit beato. Longi-
tudo eniꝫ dierum/vita eterna est: quem nullus termi-
nat finis: sed in firmamēto suo stabili robore perseue-
rat. Sequitur totius premij finis/qui non habet finē.
Et ostendam illi salutare meū. Hoc est enim qđ fide-
libus in summa remuneratione ꝓmittitur: qꝛ saluta-
rem christū dñm contuent. Apparēs em̄ illē et cordis

illuminatione cõspectus: totam spem iustorum/desideriũq; complebit. Sic se ꝛ ipse in euãgelio bene cre-
Joan.14. dẽtibus pollicetur: Ostẽdam meipsum illis. Hoc em̃ (vt quidã volunt) ipsi christo non poterat dici: q ꝛ salutaris est dñs/ꝛ spes desiderata credẽtiũ: sed meli⁹ (vt frequẽter dictũ est) intelligat̃ potius a parte mẽbroꝝ.

Conclusio.

Mirabilis virtus psalmi huius: que immundos spiritus fugat. Nã vnde tentare diabolus voluit: inde a nobis supatus abscedit. Memor est enim iniquus presumptionis sue: memor est diuine victorie. Ipse quippe ꝛ in nobis vincit: qui eum in se ppria virtute superauit. Dicatur ergo a nobis/ post omnes act⁹ diei noctis aduentu: cognoscat nos ipsius esse/qui se recolit antecessisse. Nec frustra tantã gloriam psalmi huius in tali numero estimo collocatam: que ter trina reuolutiõe denarij ad omnipotentẽ/atq; indiuisibilem cognoscitur tẽdere trinitatẽ.

Explicit expositio in psalmum. 90.

Psalmus cantici in die sabbati. Xci.

Bonũ est confiteri dño: ꝛ psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandũ mane misericordiam tuã: ꝛ veritatem tuã per noctẽ. In decachordo psalterio: cũ cantico in cithara. Qr delectasti me dñe in factura tua: ꝛ in opibus manuum tuarum exultabo. Q̃ magnificata sunt opera tua dñe: nimis pfunde facte sunt cogitationes tue. Uir insipiens non cognoscet: ꝛ stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenũ: ꝛ apparuerint omnes qui operãtur iniquitatẽ. Ut intereãt in seculum seculi: tu autẽ altissimus ineternũ dñe. Qm̃ ecce inimici tui dñe: qm̃ ecce inimici tui peribũt: ꝛ dispergentur omnes qui operant̃ iniquitatẽ. Et exaltabit̃ sicut vnicornis cornu meũ: et senectus mea in misericordia vberi. Et despexit ocul⁹ me⁹ inimicos meos: ꝛ ab insurgentibus in me malignãtibus audiet auris mea. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit̃. Plantati in domo dñi: in atrijs dom⁹ dei nostri florebũt. Adhuc multiplicabũt̃ in senecta vberi: ꝛ bene patientes erũt vt annũcient. Quoniã rectus dñs de⁹ noster: et nõ est iniquitas in eo.

Psalmus cantici cõmonet nos: vt in vniuersis actibus nostris diuinitati gratias referre debeamus. Psalmus ei (sicut sepe dictũ est) significat opas spirituales: que sursum tendũt ad dñm christũ. In his em̃ cantare debemus/et gratias semper agere: qm̃ eius beneficio reddimur liberi/ qui per nos sumus peccatoꝝ nexibus obligati. Ipse em̃ cantat in psalmo: qui omnẽ vi-
INTER. tam suã in gratiarũ actione cõstituit. Dies aũt sabbati/requies interpretat̃: per quã cõmonemur ab omni praua actiõe cessare/ et feriatos animos a vitijs reddere operũ celestiũ sanctitate. Hãc recte iudei nõ colunt: cũ obseruãtiã eius ad intellectũ littere transtulerunt. Sꝫ illis est in die sabbati requies: qui precepta dñi ad noui testamẽti significantiã ducũt: et veraciter intelligũt/quod in pfiguratione dictũ esse cognoscũt. Et ideo verba ecclesie in hoc psalmo debemus accipere: que nobis per diem sabbati futuram requiẽ cognoscitur intimare.

Diuisio.

Primo ingressu ecclesia loquitur/ bonũ esse cõmemorans laudes dño dicere: qđ insipiẽtem/ꝛ irreligiosum pfitet̃ modis omnibus ignorare. Secũdo peccatores sicut fenum velociter asserit esse perituros. Tertio dicit iustos florere vt palmã: crescere autẽ sicut cedros libani: vt ꝛ ptinaces met⁹ corrigat/et deuoti felici pollicitatione cõgaudeant.

Expositio.

Bonum est confiteri dño: ꝛ psallere nomini tuo altissime]. Sãcta mater ecclesia dicit bonũ esse dño cõfiteri: vt in ipso capite breuiter pfutura cẽseret. Confitemur autem (sicut sepe dictũ est) duobus modis. Quãdo peccata nostra damnãtes/ misericordiaꝫ dñi iugiter postulamus. Confitemur etiã/cũ beneficia que suscipimus/ei⁹ semp muneribus applicamus: nec meritorũ nostrorũ esse dicimus/ qđ ipsius miseratiõe prestat̃. Quapropter quicquid hoꝝ fiat: bonũ est dño cõfiteri. Deinde cõuersa dicit ad dñm: Et psallere nomini tuo altissime. A cõmuni intelligendum bonum est. Psallere eniꝫ/significat pijs opibus dñi mãdata peragere. Ut sicut psalteriũ de supioribus sonat: ita operatio nostra ad aures diuinitatis ascendat. Quapropter vno versiculo cõprehẽsum est: qđ sanctas ꝛ multiplices cõcluderet actiones. [Ad annũciandum mane misericordiã tuam: ꝛ veritatem tuam per noctem] Mirabiliter vita nostra duobus est sermonibus cõclusa. Mane/significat gaudiũ: nox autẽ cognoscitur indicare tristitiã. Et ideo quãdo in beneficijs ei⁹ leti sumus/ misericordiã ipsius annũciare debemus: qꝛ prestat indignis ꝛ malis/bonus est. Per noctem vero: id est per tribulationẽ: quãdo nos asperitates alique castigare noscũtur/ veritatem ipsius similiter annũciare debemus: qꝛ merito patimur/quod delictis grauãtibus sustinemus. Ita fit/ vt vtroq; tẽpore iustissime debeam⁹ laudes dñi confiteri. [In decachordo psal-
terio: cum cãtico † ꝛ cithara]. Decachordũ psalteriũ Al. in.
decem precepta legis significare manifestũ est: qꝛ ipa DOS.
chorde sunt/quas si bonorũ actuum qualitate tangamus: salutare melos efficiũt/ꝛ ad celoꝝ regna perducunt. Scire aũt debemus cur iste numerus tãte rei videatur adiũctus. Ipse est quẽ pithagorici tetradazathin vocant: id est quaternitatẽ diuinam: qm̃ breuiter cõprehendit/qđ per infinitas summas noscit̃ posse dilatari. Unus em̃/duo/tres/ꝛ quatuor faciũt decẽ: qui semp reuolutus/atq; repetitus in extẽsas/ꝛ infinitas supputatiões egredit̃. Neq; ei in quibuslibet summis vltra istũ ordineꝫ noui aliquid reperit̃: sed ita pbatur esse cõpositus: vt ipe fiat semper numerabilis/cũ nullis nouitatibus immutet̃. Merito ergo talis calculus totius redẽptionis nostre cõtinet formã/qui per obliquas lineas charactere suo sancte crucis imitat̃ figuram: ꝛ in digitis decori circuli rotũditate cõcluditur. Addidit Cum cãtico ꝛ cithara. Canticum ꝛ cithara/est gaudium boni operis: id est elemosynarũ iocunda
prebitio: sicut ait apostolus. Hylarem datorẽ diligit 2. Cor. 9.
deus. Cithara vero res indicat actuales: que licet cũ labore/et tensiõe fiãt: tñ habebũt fructum maximũ: si lucto gaudio compleant̃. Ipse em̃ cantat cũ cithara:

qui opas bonas ꝑficit sine asperitate tristicie. [Quia delectasti me dñe in factura tua: ⁊ in operibus manuū tuarū exultabo]. Intuere hanc regulā veritatis vbiqꝫ seruari: ne humanis viribus applicetur: quod diuina fuerit largitate collatū. Tunc enim elatio noxia ꝓuenit: tunc sup̄bia deo inimica turgescit: quādo aliquid infirmitas humana de sua possibilitate presumpserit. Quocirca delectatā se dicit mater ecclesia in factura domini: qm̄ quicquid boni acceperat: ipsi sancto proposito modis oībus applicabat: et vt predicte regule integritas seruaretur: nō in sua felicitate: sed in ipsius operibus se exultare profitetur: sicut ⁊ apostolus ait:
Ephe.2. Ipsius enim sumus figmentū: creati in operibus bonis. [Quā magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue]. Omnia quidē opera dei humanis sensibus profunda noscuntur: et quodcūqꝫ eorū quesieris altissimum sine dubitatione cognoscis: sed melius est per verba ipsius predictas operationes cognoscere: ne peregrinū aliquid in medium videamur adducere. Postqꝫ dixerat: Mane misericordiam et veritatem annunciandā esse per noctē in decachordo psalterio cum cantico et cithara: ipsa opera domini: ipsa miracula dispositionis vehementius obstupescit: et magnificentiam eius cum summa admiratione prosequitur: vt tali imitatione formati: mūdi istius discrimina salutariter possimus euadere. In qua re nimis ꝓfunde sunt facte cogitationes eius: vt sicut diabolus per superbiā corruit: ita humanū genus humilitatis bñficio possit absolui. Dicendo enim: Nimis ꝓfunde: significat tanto plus hāc estimationē altescere: quando de ipsa potuerit aliquis sedule vehementiusqꝫ tractare. Quapropter illud hic perfecte scientie genus est: nosse deū talia tantaqꝫ prestare que human⁹ sensus non possit attingere: sicut in Abachuc
Abachuc.3 propheta legitur: Consideraui opera tua et expaui. [Vir insipiens non cognoscet: ⁊ stultus non intelliget
Al.hec † ea]. Diuersis causis apta redduntur. Nam sicut de se dixit: Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuū tuarum exultabo: ⁊ reliqua: ita incredulos ꝓfitetur beneficia domini non posse cogno-
SCHE. scere. Que figura dicitur Parison: id est equatio sententie: que sepe paribus: plerūqꝫ constat imparibus.
DEF. Insipiens est: qui celesti sapientia vacuatus: humanis versutijs probatur esse plenissimus. Iste vtiqꝫ nō cognoscet opera dei: quia casuale credit esse quod geritur: sicut quidam philosophi dixerunt. Adiecit: Et stultus non intelliget ea. Stultus vtiqꝫ est: qui nec diuina cognoscit: nec ipsos seculi actus intelligit: quos vulgo brutos vocamus. Merito ergo isti non intelligunt ea que superius dicta sunt: quia superne cōtem-
Al.exorti fuerint plationis nulla ratione flāmantur. [Cum † exorientur peccatores sicut fenum: ⁊ apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereant in seculum seculi]. Venit ad ingressum secundū: in quo peccatores in isto quidem seculo sub breuitate temporis sicut fenum dicit florere: sed in illa iudicatione vbi factis digna recipiunt eos asserit celeriter interire: sicut Hieremias
Esa.40. propheta dicit: Omnis homo fenum: et omnis claritas hominis vt flos feni. Nam quod dicit: Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem: futurū iudicij tēpus ostendit. Hic enim ⁊ si intelliguntur multorum criminū rei: omnes tamen nobis apparere non possunt qui operantur iniquitatem: maxime quando spiritus imundos hic videre non possumus. Ibi enim cum ad iudicium venerint: humanis cōspectibus ap-

parebunt. Sequitur causa quare appareant non vtiqꝫ ad gloriam: sed ad ruinam: id est vt intereant in seculum seculi. Et pulchre exposita est pena damnatorū. Non enim sic pereunt: vt esse iam desinant: sed in seculum seculi pereunt: qui nunqꝫ a suis afflictionibus exuuntur. [Tu autem altissimus in eternum domine]. Subaudiendum permanebis: non vt iudei putauerūt tanqꝫ hominem solum communi sorte trucidandum. Aptum est enim hoc de domino saluatore sentire: vt econtrario cōuincatur ꝑfidia nefanda iudeorꝫ. [Quoniam ecce inimici tui domine peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem]. Inimici dei: sunt demonū cultores: vel quicūqꝫ preceptis eius obuiare monstrantur. Hec inimicitia dei quidē dicitur: DOS
sed resistenti potius noxia cōprobatur. Se enim persequit: qui domini iussa non sequitur: Ille enim nescit pius creator irasci: nisi quādo nobis existere videmur aduersi. Deniqꝫ subiungit qui sunt isti inimici: id est qui operantur iniquitatem. Hi dispergentur: quando a grege domini fuerint segregati: quando regnū eius non meruerint introire: quia illic congregari nequeūt nisi qui domino deuotissima intentione placuerunt. [Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: et senectus mea in misericordia vberi]. Vnicornis: interdum superbiam indicat: sicut in alio psalmo iam dictū est:
Et a cornibus vnicornioruꝫ humilitatem meam. Hic Ps.21.
autē exaltationem significat vnitatis: qua merito dicit ecclesiam in fine seculi exaltandam esse: quando fideles munera probantur digna recipere. Illa autem vnitas / fortitudo sublimis est. Et sicut in hoc seculo cornua ornant iumenta: ita ibi sanctorꝫ gloria decorat ecclesiam. Exaltabitur enim dixit: quia peccatoribus in tartarum humilitatis: illius sublimitas celsior apparebit. Sequitur: Et senectus mea in misericordia
vberi. Senectus candidum caput habet: que similitudo vt arbitror hic iuste datur ecclesie: quoniā oīa DOS.
merita sanctorū tanqꝫ cani capitis purissima luce fulgebūt. Nec incassum addidit Mea: quia senectus humana morbis grauissimis sauciata tēdit ad finē: querelis onerosa: colore deformis est. Cōtra: senectus ecclesie ad vitam ducit perpetuam: ad beatitudinem mirabilem: ad pulchritudinem singularem: vt luceant sicut angeli dei qui meruerunt in illa congregatione numerari. Subiunxit etiam: In misericordia vberi: vt et multa intelligeres dona ⁊ beneficia sine dubitatione perpetua: quod totū cōtra seculi istius senectutem
dicitur: que malis ingrauantib⁹ oneratur. [Et † respexit oculus me⁹ inimicos meos: et † insurgentes in me † malignantes audiuit auris mea]. Inimici scilꝫ sunt Al. despexit Al.ab insurgentibus Al. malignātib⁹ audiet
ecclesie: quos superius dixit operarios iniquitatum. Tunc aperte in illa iudicatione videbuntur: quando qui hic celati sunt: ibi cum suis operibus apparebūt. Quos tunc iratus respicit: quando in sinistrā partem segregatos esse cognoscit. Sequitur: Et insurgentes me malignantes audiuit auris mea. Insurgētes sunt malignantes diuites huius seculi: qui hic paupertatē ecclesie impia elatione despiciunt. Hos audiūt aures oīm fideliū: quādo icrepationib⁹ ꝓprijs sua desideria factaqꝫ cōdemnāt. Dicturi sunt enim (sicut Salomon
dicit) Quid nobis ꝓfuit sup̄bia: aut quid diuitiarū iactantia ꝓtulit nobis? ⁊c. Ibi enim audiuntur sua vota Sap.5.
damnātes: qui se in hoc seculo beatissimos estimabāt. [Iustus vt palma florebit: vt cedrus libani multiplicabitur]. Ad ingressuꝫ tertiū sancta venit ecclesia: vbi sic per cōparationes memorat p̄mia beatorū: sicut su-

perius dixit damnari posse facta peccātiū. Feno enim cōparati sunt peccatores: qđ delectabili quidē viriditate oriť: sed celerrimo fine siccať. Iustū vero dignissime cōparat palme.
ETy. Palma enim dicta est: quasi pacis alma: que p̄miū est in agone vincētib⁹: sicut ap̄ls dicit
Phil.3. Nūc tendo ad palmā superne vocationis. Hec supra terrā hispida est: ꝛ quibusdā tumoribus inequalis: sed vbi ad superna processerit: dulcissimoꝝ fructuū suauitate cōpleť: ꝛ quasi quibusdā radijs ornata distēditur. Sic iustoꝝ cōuersatio in hoc mūdo duris est laborib⁹ plena: sed in sup̄nis ꝓbatur esse pulcherrima. Sequiť cedri secūda cōparatio: que multo palmis probať excelsior: Lignū bene olens ad pondera portanda fortissimū: qđ licet ꝓcerū vbiq; nascatur: in libano tamen monte celsius inuenitur. Ita iustus multiplici laude celebratus: ꝛ cedri ꝓceritatē: et pulchritudinē dictus
SCHE. est habere palmaꝝ. Que figura diciť Ison: id est equalitas: qn̄ res alique parilitate similes / adhibita laude vel detractione iunguntur. [Plantati in domo dn̄i: in atrijs domus dei nostri florebunt]. Qm̄ iustos viros electis arboribus comparauit: nunc amenitatē ꝛ pulchritudinez ecclesie catholice breuissima cōmemoratione designat: in qua dū plātatio dicitur: predestinatio dn̄i significať: quia nisi q̄s in ea plātatus fuerit: cremētū felicissimū nō habebit. Cōsidera etiā ꝙ plantatos in domo dn̄i in atrijs florere manifestat: scilȝ qm̄ qui in ista ecclesia per gratiā dn̄i plantantur: in illo ingressu Hierusalē modis oībus florebunt. Atriū enim initiū dicitur mansionis: domus autē interiora mēbra designat: et vtrūq; simul vni rei non potest cōuenire. Hic enim iustus bene diciť plātatus: qui radicib⁹ virtutū terrenis visceribus firmiter cōtinetur. In atrijs eñ merito florebit: quādo in illo resurrectionis initio:
Matth.25. auditi muneris felicitate gaudebit: id est Venite benedicti patris mei: ꝑcipite regnū quod vobis paratū est ab origine mundi. [Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: ꝛ bene patientes erūt]. Senecta hominū arida atq; sterilis est: ecclesia vero tunc magis incipit esse vberrima: quādo ad finē seculi fuerit dn̄o miserāte perducta. O senectus viridis: ꝛ floribus cōparata maturitas apparet: qm̄ domus ista celo tegitur: in qua homines plantantur vt floreant. In fine siquidem seculi sanctorū numerus crescit: et persecutionibus crebris agitur: vt cito predestinatoꝝ numerus impleať. Sic ꝛ superius dixit: Et senect⁹ mea in misericordia vberi. Addidit: Et bene patientes erūt: q̄ꝛ beatoꝝ passiones
Al. rectus celorū regna cōquirunt. [Vt annunciēt: Qm̄ † iustus dn̄s deus noster: et non est iniquitas in eo]. Sancti quos superius dixit bene patientes erunt: dum ceperint premia diuina suscipere: annunciabūt: qm̄ iustus est dominus: id est qui seruis suis promissa dona compleuit. Et non est in eo iniquitas: vt in hoc mūdo pro se non pertulerit periclitari: quos ibi ornabit corona martyrij.

Conclusio.

Cōmonuit nos sancta mater ecclesia: quemadmodum peccatores vt fenum pereant: ꝛ iusti vt palma floreant. Dixit etiam qua vicissitudine gaudeāt qui hic crebris afflictionibus ingruantur. Ipsa est dies sabbati quā titulus predixit: in qua iusti sub exultatione laudes dn̄i celebrabunt: ꝛ liberati a mūdi huius persecutionibus feriata securitate gaudebunt. Ne desperemus bona ꝓmisit: ne peccemus grauiter cōminata est. Sic totū pro nobis agitur: quod nos admonere dignatur.

Explicit expositio in psalmum .91.

Laus cantici ipsi Dauid: in die ante sabbatū: quando terra fundata est. xcij.

Dominus regnauit decorem indut⁹ est: indut⁹ est dn̄s fortitudinē ꝛ p̄cinxit se. Etenim firmauit orbē terre: q̄ non cōmouebiť. Parata sedes tua ex tūc: a sc̄lo tu es. Eleuauerūt flumina dn̄e: eleuauerūt flumina vocem suā. Eleuauerūt flumina fluct⁹ suos: a vocibus aquarū multarū. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dn̄s. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domū tuam decet sanctitudo dn̄e: in longitudine dierū.

Canticū / ad laudē diuinitatis sepe diximus pertinere. Nam quod addidit: Ipsi dauid: christo dn̄o ꝓbatur aptatū: qui vere dicitur manufortis ac desiderabilis: qm̄ ꝛ solus potest prestare que vult: et a suis cultorib⁹ vnica affectione desideratur. Sequitur: In die ante sabbatū: sexta feria significatur: que sabbatū sine dubitatione precedit. Sed dū legať in genesi: tertio die aridā Gen.1.
apparuisse: inquirēdū est cur terrā sexto die dicat esse fundatā? Sed hic hominē debemus accipere: qui per terrā cōgruenter aduertitur: sicut est illud: Terra es ꝛ Ibidem.3.
in terrā ibis: quē inter initia rerū sexto die creatorē legimus cōdidisse. Et sicut eū sexta luce fecit: ita illum veniēs eadē etate reparauit. Prima enim etas auctoritate patrū: ab Adam vsq; ad Noe legiť cōprehensa: sc̄da a Noe vsq; ad Abraam: tertia ab Abraā vsq; ad Dauid: quarta a Dauid vsq; ad trāsmigrationē babylonie: quinta a trāsmigratione babylonie vsq; ad predicationem Ioannis: sexta vero etas a predicatione Ioannis agiť vsq; ad finē seculi: in qua dn̄m saluatorē venisse manifestum est: quādo homini varijs casibus fluctuanti: fundamenta sue fidei propiciatus indulsit. Tūc enim fundata est terra: quando in eū humani generis est firmata credulitas: Et ideo laus sancte incarnationis eius psalmi istius cōtextione cātatur. Prim⁹ locus est a pulchritudine ipsius: deinde a fortitudine: tertio ab operib⁹: quarto a potestate: quinto a laudib⁹ vniuersitatis: sexto a veritate dictoꝝ: postremū a laude domus ipsius: quam decet eterna exultatione gaudere. Sic istis septē sedib⁹ argumētoꝝ demonstratiui generis est formata laudatio. Sed ꝑ diuisionib⁹ (sicut in alijs psalmis fecimus) quātitatē numeri sufficit poni: quando ꝛ ipse calculus apte dispositus res continuas separare dinoscitur.

Expositio.

Dominus regnauit decorem † induit]. Hic Al. indu
primus est locus argumentationis: quem TOP
diximus a pulchritudine. Nam que vētura erant propheta respiciens: regnaturū dn̄m magna exultatione cōcelebrat: nō quia dominari cepit ex tempore: sed quia humano generi rex eternus manifestatione sancte incarnationis inotuit. Sequitur: Decorem induit: id est pulchritudinem sue maiestatis ostendit: sicut in euāgelio legitur: qn̄ transfiguratus est in monte thabor coram discipulis suis:
Et resplenduit facies eius vt sol: vestimēta eius facta Mat.17.
sunt alba vt nix: qualia fullo nō potest facere sup terrā.
syon (qui est ecclesia) referri posse nō dubiū estque est
montiū mons: ⁊ sancta sanctoꝝ: cuius ipse habitator
est Christus. Sic vtrūq̧ in sancta ecclesia dicit esse fa
ciendū. Notandū est autē: q̄ sanctū dominū in sancto
monte precepit adorandū: quoniā sicut laus eius non
cōuenit ori prauo: ita nec eius culture loci potest con-
gruere turpitudo.

Conclusio.

¶ Consideremus faciē huius psalmi: quasi duobus luminibus splen-
dere pulcherrimis. Incredulos terret: vt ad supplica
tionē deuotissimā ꝑducantur: fidelibus Christū dñm
adorare precipit: q̄ ipse nouit exaudire quos diligit.
Beata plebs que de tali gaudet imperio. Uitale quip
pe desideriū est: agnoscere ⁊ amare creatorem. Qua-

propter exultatione nobis moueat auditus dñs Chri
stus. Fidelis serui est diligere dominantē. Nā qui nō
habet carissimū gubernatorē suum: ipse se profitetur
horrendū. Natura quippe rerum est: vt ab eo te diligi
posse nullatenus arbitreris: quē cara mente nō appe-
tis. Diligamus igitur vt amemur: queramus vt inue-
niamus: pulsemus vt ad eū accedere valeamus. Con-
tra omnes amentias est eū tepide querere: quem tibi
cognoscis eterna beneficia posse prestare.

Explicit expositio in psalmum. 98.

Psalmus in confessione. xcix.

IUbilate deo om̄is terra: ser-
uite dño in leticia. Introite
in conspectu eius: in exulta-
tione. Scitote quoniam dñs
ipse est deus: ipse fecit nos ⁊
non ipsi nos. Populus eius
et oues pascue eius introite portas eius in
confessione: atria eius in hymnis cōfitemini
illi. Laudate nomē eius qm̄ suauis est dñs:
in eternū misericordia eius / ⁊ vsqꝫ in genera
tione ⁊ generationem veritas eius.

CUm frequenter in psalmis posita sit pro re-
rum opportunitate confessio: hic tamē in ti-
tulo singulariter ꝓbatur ascripta: reuera qꝛ
totus hic psalm⁹ ad vtrasqꝫ ptinet cōfessio-
nes. Una est: qñ peccata nostra depromen-
tes culpabiles nos reosqꝫ ꝯfitemur: ⁊ misericordiam
dñi cōcedendā nobis pijs fletibus exoramus. Altera:
cū siue nobis bñficia collata laudamus: siue alijs pre-
ETY. stita cū magna exultatione veneramur. Cōfessio enim
quasi cōfactio dicitur: siue penitētia: siue laus multo-
ruꝫ ore celebrata: que ideo sic dicitur: vt ad plurimos
pertinere monstretur. Diuisio.

IN prima parte psalmi propheta cōmonet
vniuersitatē: vt dñm debeat sub magna io-
cūditate laudare: quia tanti dñi triste non
decet esse seruitiuꝫ. Et ne semꝑ hoc genere
cōfessionis vtendum crederet christianus:
Scđa parte dicit / vt maloꝝ nr̄oꝝ delicta penitentes:
indulgētie ipsius portas intrare mereamur: qꝛ miseri-
cordia eius ꝑmanet in eternū. Expositio.

IUbilate deo oīs terra]. Sollicitus ꝓphe-
ta de ppl̄o fideli: ne se putaret sub anxie-
tate tristicie Christo dño seruiturum: pri-
mū a iubilatione cepit: qꝛ ipsa est iusti per-
fecta deuotio: dño sub mētis iocunditate
1. Thessal. 5. famulari: sicut ⁊ apl̄s monet: Semꝑ gaudete: sine in-
termissione orate: in oībus gratias agite. Et ne quis se
minime crederet euocatū: addidit: Oīs terra: vt ipse
inter homines nō videatur existere: qui hanc vocē de-
DEF. trectat audire. Iubilatio est enim: sicut sepe diximus:
magno mētis gaudio cōmoueri: nō tamē in articulata
verba ꝓrūpere. Nā qđ dixit: Iubilate. Et subiunxit:
Oīs terra: frequenter ⁊ per casus noīm discrepantes:
magnos indicat sensus. Nā cū Terra singulari nume
ro denuncieꝶ: Iubilate dicit: quod ad pluralē numerū
SCHE. certū est ꝑtinere: vt hāc terrā ad hoīes: non ad tellurē
DEF. estimares esse referendā: qđ allegorice ꝯstat intelligi.
Al. introite Allegoria est enim figura aliud dicens: et aliud signi-
ficans. [Seruite dño in leticia. † intrate in conspectu
eius in exultatiōe]. Licet seruitia dñi diuersis videan
tur officijs expediri: vt sunt ordines ecclesiastici: mo-
nasteria fidelium: heremite solitarij: laici deuoti: oīa
tamē ad ista tria ꝟba ꝓprie referunꝶ: vt dño sub leticia
seruiatur: nō in murmuratione aut amaritudine men-
tis: sicut factū est in deserto: qñ contra dñm iudaicus
ppl̄s murmurauit. Sed ista leticia vtiqꝫ charitas est:
que sicut dicit apl̄s: nō inflatur: nō agit ꝑperā: non est 1. Corin. 13.
ambitiosa: ⁊ reliqua: que hāc virtutē egregiā mirabili
narratione describūt. Quapropter illi sub leticia dño
seruiūt: qui eū supra cūcta diligūt: ⁊ inuicē se fraterna
charitate respiciūt. O libera seruitus: o seruitiū supra
cūctas dñationes eximiū: quib⁹ talis leticia tribuitur:
qualis in regnoꝝ gloria nō habeꝶ. Sed istā leticiā que
in hoc mūdo ꝑcipiꝶ: vide quale ꝑmiū subsequaꝶ. Dicit
enim. Intrate in ꝯspectu ei⁹ in exultatiōe. Multo dif-
ficilius: multo prestātius est ante tāti iudicis gaudere
ꝯspectū: vbi sic cōuenire ꝯsciētia cōmoneꝶ: vt gaudia
tūc sumat humilitatis: quādo suꝑbis oībus ꝓbaꝶ esse
terribilis. [Scitote qm̄ dñs ipse est de⁹: ipse fecit nos
et nō ipsi nos. † Nos aūt populus eius ⁊ oues pascue Al. non hꝫ.
eius]. In capite versus huius cōtra ꝑfidiā loquiꝶ iu-
deoꝝ: qui dñm saluatorē nō putando deū: in creatorē
suum manus inijcere presumpserūt. Scitote dixit: in-
telligite ꝙ iste dñs quē dei filium minime credidistis:
Ipse est deus qui fecit celum ⁊ terram: qui nos quoqꝫ
ad suam imaginē similitudinēqꝫ plasmauit. Et ne pu-
tarent humanā creationē patrū semina esse deputan-
dam: adiecit: Et non ipsi nos. Nā qꝫuis natiuitati no-
stre ministeriū prebeat carnalis operatio: tamē ille in
hunc mundū nos ꝓbatur adducere: qui cūcta facit ad
existentiā ꝑuenire. Sequitur: Nos autē populus eius
et oues pascue eius. Uenit ad populū fidelē per cōpa-
rationes pulcherrimas: qđ sit ostendēs: Oues: qꝛ sim-
plices sunt: et ipse earū pastor est verus. Pascue eius:
id est diuinarū scripturarū copiosa et dulcis epulatio.
Ipsa sunt pascua: quib⁹ fidelis anima saginatur: ⁊ ad
future beatitudinis amena ꝑduciꝶ. Sic istis trib⁹ ver-
sibus cōplexus est quid agere: quid credere: qđ intelli
gere debeat christianus. [† Intrate portas eius in cō Al. introite
fessione: atria eius in hymnis † confessionū. Laudate Al. cōfite-
nomen eius]. Uenit ad secūdā partē: vt quia superius mini illi.
dixerat in dñi laudibus esse iubilandū: nunc doceret
quēadmodū illi vnusquisqꝫ debeat ꝯfiteri. Porte dñi:
sunt humilis penitētia: baptismū sacrū: charitas san-
cta / elemosyne / misericordia: ceteraqꝫ mandata: per q̄
ad eius possumus peruenire cōspectū. Hortatur ergo
propheta: vt per hanc humilitatis confessionē: primo
ianuas misericordie dñi intrare debeamus: ne nos ex-
tra ouilia seuiētis lupi possit rapacitas inuenire. Ad-
iecit: Atria eius in hymnis cōfessionum. Atria eius: ⁊
hic subaudis / intrate. Significat enim ꝓphetas: euan
gelistas: ⁊ quicūqꝫ dño aspirāte docuerūt. Dicta enim
illoꝝ dñi ꝯstat esse palatia: qñ ipse in eis inueniꝶ: si de-
uota mēte ꝑquiritur. Sed vt hāc ꝯfessionē diuideres
a priore: posuit In hymnis: qualis fuit illa dñi salua-
toris: cū dixit: Confitebor tibi pater dñe celi et terre. Matth. 11.
Non enim ꝓ suis peccatis aliquid cōfessus est: sed lau
des patri sincera dilectione persoluit. Cōgruus enim
ordo seruatus est: quia dū illa prius offertur: ista iam
secura subsequitur. Addidit: Laudate nomen eius:
Ubi ponenda subdistinctio est: quia sequēti versui con
stat esse iungendū. [Quoniam suauis est dñs in eter- Al. gñatio-
num misericordia eius ⁊ vsqꝫ in † seculum seculi veri- ne ⁊ gñatio
tas eius]. Ne quis se putaret laudando fatigari: aut nem

cõtinuo labore flaccescere: causam reddidit quare predicandũ est nomẽ eius: id est qm̃ suauis est dñs. Quoniã enim ꝓuenit in suauitate defectus: aut potest animus expleri vbi semper ꝓfecit appetitus? Delectatio ista nescit habere fastidium: vbi sic mens cõsolata reficitur: vt nullatenus tamen eius desideria deponantur. Et ne suauitatẽ quam dixit crederes esse temporalem: In eternum dicit eius misericordiam permanere: quia cum semel prestiterit futura bona: ab ipso tamen perpetue seruantur illesa. Adiecit: Et vsq in seculum seculi veritas eius. Seculũ seculi: et istud significat quod nunc agitur: ꝛ illud quod credim⁹ esse venturum: quoniã ꝛ hic est veritas dñi: sicut legitur: Ps. 84. Ueritas de terra orta est: et in illo seculo: vbi promissionũ eius dona complentur: ꝛ ipse cuz sanctis suis gloriosa perennitate regnabit. Conclusio.

¶ Mirabiliter hic psalmus vtrasq nos confessiones edocuit: vt et alacres dño iubilemus: ꝛ peccatorũ nostrorũ vulnera sine intermissione plangamus. In hoc enim mundo vtrũq necessarium est: vt nec in tristicia desperet dei seruus: nec iterũ anim⁹ eius prosperis reddatur elatus. Nam sicut sanitas hominis humorũ pace consistit: ita perfectus est christianus qui fuerit inter harum reruz vicissitudinem immobiliter temperatus. Suscipiamus ergo alacri mente que dicta sunt. Qualis enim sit ista deploratio ex hoc datur intelligi: vt in ea precipiatur dñs esse laudandus: merito quia inde prouectus euenit non reatus: non pena sed premia: nõ deformis seruitus: sed pulchra libertas.

¶ Explicit expositio in psalmum. 99.

¶ Psalmus ipsi Dauid. C.

Misericordiã ꝛ iudiciũ cãtabo tibi dñe: psallã et intelligã in via imaculata quãdo venies ad me. Perambulabã in inocẽtia cordis mei: in medio domus mee. Non proponebam ante oculos meos rem iniustã: faciẽtes preuaricationes odiui. Non adhesit michi cor prauũ: declinantẽ a me malignũ non cognoscebã. Detrahentẽ secreto proximo suo: hũc persequebar. Superbo oculo et insatiabili corde: cũ hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecũ: ambulãs in via immaculata hic michi ministrabat. Non habitabit in medio dom⁹ mee qui facit supbiã: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorũ meorũ. In matutino interficiebam oẽs peccatores terre: vt disperderẽ de ciuitate dñi oẽs operantes iniquitatem.

Quãuis tituli ab hystorijs tracti virtutem videantur indicare psalmorũ: tamẽ ꝛ simplices idẽ ptinere noscuntur. Est siquidẽ textus iste mirabilis: ꝛ in forma perfecte sanctitatis inclusus: qui cẽtenariũ fructũ debeat expectare premiorũ. Sed ideo verba noscitur premisisse notissima: vt eius virtus simplex atq ꝑspicua: sensus lucidissimos ac nimis honorabiles indicaret. Psalm⁹ enim sanctã significat operationẽ. Ipsi Dauid vbi ponitur: totũ Christi virtutib⁹ applicatur: vt nichil de isto terreno rege intelligas: sed omnia de illo celesti dicta cognoscas fuisse. Diuisio.

Congregatio illa sanctorũ: quã per vniuersum mundũ catholica parit et multiplicat ecclesia In prima parte psalmi cantare se dicit dño misericordiã et iudiciũ ꝯsortiaq refugere pessimorũ. Secũda parte fideles se asserit diligere: ꝛ cũ eis gratissima habitatione versari. Demones autẽ cũ suis immissionib⁹ de suo corde repellere: quos nouit cũ dei famulis nõ habere vllatenus portionem: vt tali institutione formati: ꝛ appetere bona ꝛ mala renuere debeamus. Expositio.

Misericordiã ꝛ iudiciũ cantabo tibi dñe: psallam]. Celestis in terra multitudo beatorum protulit initiũ: quod breuiter cuncta cõcluderet. Potestas enim dñi semp aut miseretur: aut iudicat. Sed neq misericordia ipsius sine iudicio: neq iudiciũ sine misericordia reperitur. Utraq enim se mutua societate coniũgunt. Nec factum eius aliquod ꝓuenit quod non plenũ cũctis esse virtutib⁹ sentiatur. Nam sicut hic dixit: Misericordiam ꝛ iudicium: alibi dicit pro his duob⁹ nominibus / iusticia et pax. Et iterũ: misericordia ꝛ veritas: vel iusticia ꝛ iudiciũ preparatio sedis tue: vt vbiq deũ pium demonstret ꝛ iustum. Quod genus locutionis inter propria IDI scripture diuine cõnumerari posse nõ dubiũ est. Nam et in illo aduentus sui tẽpore glorioso: primo loco misericordiã facit: quãdo dicit: Uenite benedicti patris Matth. 25. mei ꝛc. sed nõ sine equitate: quia fidelib⁹ sua promissa restituit. Postea vero iudiciũ sequitur: cũ dixerit impijs Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ: quod tamen Ibidem. non est sine pietate: qm̃ post multã patientiã noscitur ꝓferre vindictã. Uides ergo hec duo ꝛ ꝓsentanea sibi esse: ꝛ suis ordinibus collocata radiare. Audiant itaq misericordem dñm peccatores: qui de sua nequiter salute desperant. Intelligãt supbi iudicẽ: qui malũ suũ nõ estimãt esse puniendũ. Ita hic totũ cõpendiose plenissimeq cantatũ est: qm̃ in his duobus sermonib⁹ et cuncta opa dñi: ꝛ totius ecclesie edificatio ꝓbatur esse narrata. Adiecit: Tibi dñe psallã. Dño psallit: qui bonis factis suis eũ placare cõtendit. Ipsa est enim suauissima virt⁹ armonie: quãdo vox cognoscitur operib⁹ ꝯsonare. Nam si he due res discrepabili sibi varietate dissentiant: nequaq possunt psalmodie tẽperatã efficere cãtilenã. Nec ad aures dñi venit: quod se mutua ꝯtrarietate cõfundit. [Et intelligã in via immaculata: quãdo venies ad me]. Hic versus de superiorib⁹ pendet. Nam si disciplinabilis illa psalmodia cõpetenter dirigatur ad dñm: vide qd prestat: vt intelligat in via immaculata: quãdo ad se dñs venire dignetur: quẽ magnopere sustinebat. Intelligã dicit: id est credã puro cordis affectu: vt qd oculis carnalib⁹ nõ videbat: viuaciter cõspiceret anime desiderãtis adnisu. Et qm̃ tale desideriũ spũaliter iam videntis erat: dicit quẽadmoduz venire disponat: In via scilicet immaculata: quia Christus dñs peccata non habuit: qui ꝛ per hũc mundũ immaculatis gressib⁹ ambulauit. Hoc est enim qd dicit: Et intelligã in via immaculata / qñ venies ad me. [Perambulabã in inocentia cordis mei: in medio domus mee]. Hypotheticus denuo syllogismus a perif. Si iustus pambulat in inocentia cordis in medio do- SYL. mus dñi: nõ ꝓponit ante oculos suos rem malã. Attamen iustus pambulat in inocentia cordis in medio domus dñi: non ꝓponit igit ante oculos suos rem malã:

Nunc sequentia videamus. Dicendo Perambulabā, ostendit vitam mundi istius non se studiosissime perquisisse: sed tanqꝫ transitoriā fuisse decursam. Ac deinde quid possit innocentia paucis verbis absoluitur: vt in medio domus dei habitare mereretur: quatenus et reliquis bonum exemplū prebeat: ⁊ ipsa honorabili cōuersatione reluceat. Nam quantū valeat innocētia: hinc datur intelligi: vt ꝓpter gratissimā simplicitatē in colūbe specie spiritus sanctus appareret: ⁊ propter māsuetudinē beatā, agnū se vocari dei filius elegisset: designans qm̄ illa celestis ⁊ vera sapientia in peccatoribus placidis atqꝫ humilib⁹ cōquiescat. [Non propo- Al. iniustā nebā ante oculos meos rem † malā: facientes preuaricationes odiui. Nō adhesit michi]. Quoniā superius dixit: ambulasse se in medio ecclesie in innocentia cor- SLHE. dis sui: nunc ꝑ figurā Etiologiā: que latine appellatur cause redditio: hoc duobus modis exponit. Primo dicens vsqꝫ ad positam diuisionē: cū vitiosis se non habuisse consortiū. Deinde vsqꝫ ad finē psalmi: asserit cū fidelibus suā se posuisse nichilominus portionē: et de corde suo diaboli fugasse versutias. Sic maximā partem hui⁹ psalmi, hec figura cognoscitur esse cōplexa. Nunc ad exponēda verba redeamus. Qui deū credit vltorē: rem malā ante cordis sui lumina non ꝓponit: quia necesse est vt despiciat terrena: qui noscitur cōsiderare celestia. Sed qui in mūdo erat: rem malā ante suos oculos quomodo poterat nō habere: nisi quia illi talia displicebāt: nec eorū vitiosa delectatione capiebatur? Iuste ergo dixit sancta ꝯgregatio: ante oculos cordis sui se nō posuisse nequitias quas de penetralibus sue mentis excluserat. Recte siquidē illas res videre nō dicimur: quas nullis delectationib⁹ intuemur. Sequitur: Faciētes preuaricationes odiui. Exposuit queādmodū mala ad eius nō potuerint internos oculos ꝑuenire: quia preuaricatiōes hoīm iugiter habuit odiosas. Illas enim res vnusquisqꝫ respicere dicitur: quas ⁊ diligere posse iudicatur. Nam q̄uis ante faciē nostrā veniāt: tamē in cōspectu mētis nostre non sunt que execrabili abominatiōe refugim⁹. Addidit: Non adhesit michi. Hoc coma oīno suspensum est: desiderat enim caput versus sequētis: id est cor prauū: qđ frequēter factū ſm hebreos in psalterij versib⁹ inuenim⁹. Cor enim prauū adherere nō potest: nisi peccatorū iniquitate distortis. Inuicē quippe sibi equalia vota glutinantur: ⁊ ediuerso diuiduntur quecūqꝫ ꝯtraria sunt: nec prauū recto cōuenit: quia morū varietate dissentit. Hic aūt status incidit coniecturalis: vbi queritur: aut Al. dclinātē cū quib⁹ cōuiuat: aut q̊ modo viuat. [Cor prauū † de- Al. malignū clinantes a me † malignos non † agnoscebam]. Dixi- Al. cognoscebam. mus Cor prauū superiorib⁹ esse iungendū: vt absoluta sentētia subsequatur. Declinātes a me malignos non agnoscebā. Declinantes a me malignos hereticos dicit: qui prauis dogmatib⁹ a catholica p̄dicatione dissentiunt: ⁊ declinātes semitas rectas: vias pessimas se auditoresqꝫ deducunt. Non agnoscebā dixit: qm̄ cū se baptizatos atqꝫ signatos asserāt: nō in eis agnoscitur diuina dilectio: qui blasphemi probantur in dño. Illi enim a christianis veraciter recognoscuntur: qui se fidei Al. secreto prauitate non polluūt. [Detrahentē † aduersus proxi- primo suo mum suū occulte: hunc ꝑsequebar]. Detrahit hereticus catholico: quādo absentē aliqua oblocutione dilacerat: nec audet palā cōtendere: qui se nouit irrationabilia vendicare. Hos dicit ꝑsequēdos: vt ad veritatis studia cōcitentur: qui decepti varijs questionib⁹ eluduntur. Proximū enim dicimus ⁊ carnis nobis societate ꝯiunctū: et aliqua legis vicinitate sociatū. Nā dū quidā eorū nobiscū vetus ac nouum testamentū suscipere videantur: recte tñ intelligere scripturas diuinas detestabili volūtate cōtemnūt. [Superbo oculo ⁊ insatiabili corde: cū hoc non edebā]. Duo esse dicit genera perfidorū. Vnū sicut superius posuit: quod proximis detrahit: sed illud iam queādmodū curari possit ostendit. Aliud vero quod suꝑbo oculo: id est volūtate pretumida ⁊ insatiabili corde a blasphemijs nō recedit: sic dicit esse vitandū: vt iam nec ipsum cū eodē debeamus inire cōuiuiū: ne aures christianorū abominādis sermonibus inquinentur. Sed ⁊ hoc acrius quidē tamē gen⁹ curationis indultū est: vt cū se mens impia sanctis viris execrabilē viderit factā: errorē suū adhibita satisfactione recorrigat. Nam si apostol⁹ dicit de 1. Corin. 5. christianis male viuentibus: cuꝫ his nec cibū sumere: quātomagis hoc fieri cōuenit de truculentis atqꝫ obstinatis hereticis? Siue hoc spūaliter intelligendum est de corpore dñi saluatoris: vt cū illis cōmunicatio nō edatur: a quib⁹ fides christiana discerpitur. Et intende: quia siue superiora que dicta sunt: siue que in secunda diuisione dicēda sunt: omnia pertinent ad statū cōiecturalē: in quo maxime diserta oratorū exercentur ingenia. [Oculi mei † suꝑ fideles terre vt sedeant † hi Al. ad mecū: ambulās in via immaculata hic michi ministra Al. non hz. bat]. Sancta illa cōgregatio venit ad secundā partē. Et sicut superi⁹ abominabiles sibi reddidit infideles: ita nūc recte credentiū virorū desiderat habere cōsortiū. Illos enim cordis oculos quos auertebat a pessimis: nūc se profitetur sociare cū sanctis. Fideles terre dicit: qui per totum mundū habitant christianos. Sedeant aūt mecū. i. in fidei vnitate ꝑmaneant. Per hūc enim situm: ⁊ requies designatur: ⁊ imobilitas mentis ostēditur. Volunt hoc aliqui ꝓpter excellentiā dictorū et Christo dño euidēter aptare. Sꝫ subita nō est ꝑmutatio facienda: vbi se tamē introducta potest explicare ꝑsona. Sequitur: Ambulās in via immaculata: hic michi ministrabat. Hec est reuera fideliū christianorum manifesta probatio: et sua vita clarescere: ⁊ ministrorū cōuersatione relucere: sicut iam in decimoseptimo psalmo dictū est: Cum sancto sanctus eris: ⁊ cum Ps. 17. viro innocente innocēs eris. Et cū electo electus eris: et cum ꝑuerso peruerteris. Sed q̄uis hoc nec a laicis videatur exceptū: tamen specialiter sacerdotib⁹ probatur impositū: vt tales ministros habeāt: qui diuinis regulis non repugnent. [Non habitabit in medio domus mee: qui facit superbiam]. Adhuc in dictis superiorib⁹ perseuerat. Negat enim cū superbis sibi fuisse aliquā portionē: ne crederetur eos probasse, quorū familiaritatē sibi videbatur adiungere. Illud aūt quod posuit: In medio domus mee: hoc vult intelligi, quia nichil cōmissum talis habuit: nullo honore p̄eminuit: nulla potestate letatus est: vt quasi in medio domus esse videretur: cui patrisfamilie serenus animus arridebat. Vnde cognoscimus talia nos habere debere in susceptis iudicia: vt nullatenus pessimis hominibus faueamus: nec nobis grati videantur esse: qui morum prauitate vitandi sunt. [Qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorū meorū]. Et hic quoqꝫ versus ad superiora respondet. Dicit enim sibi non placuisse: qui aut iniquis detractionib⁹: aut prauis noscebatur studere colloquijs. Iniquū enim: ad totū pertinet: quod diuina pietas execratur. Non direxit: significat non profecit. Illos enim dirigi dicimus qui accedendo proficiūt: aut aliqua prosperitate meliorantur:

quod vtiqꝫ non solet eis contingere: qui tortuosis stu-
Al. matu- dent semitis ambulare. [In † matutinis interficiebã
tino. omnes peccatores terre]. Postqꝫ dixit malorũ se fu-
gisse consortia: vnde plerũqꝫ possunt euenire peccata:
nunc ad mentis sue interiora cõuersus: illã pestem ty-
rannicã vastatricẽ generis humani: id est prauã demo
num suggestionem / quẽadmodũ de penetralibus suis
expulerit decenter exponit. In matutinis: in ipsis vi-
delicet initijs dicit: quãdo in nobis suggestiones dia-
bolice velut dubia crepuscula ceperint apparere: tũc
oratione debent eijci: tũc abominabili execratione de-
trudi: ne paulatim noxie crescẽtes velut dies nox ne-
bulosissima cõprehendat. Peccatores autẽ terre sunt
demones: qui vniuersam carnẽ deducunt prauis imis-
sionibus ad reatum. Peccatores enim iuste dicuntur:
qm̃ peccatores faciũt. Ipsi ergo cũ suis operibus in-
terficiũtur: anime hominũ sine dubitatione saluantur.
Hoc autẽ fieri manifestũ est: quãdo nobis cõpunctio
lachrymarũ diuini roris miseratione confertur. Neqꝫ
enim eã quando volumus offerre preualemus: sed tũc
Al. Ut disp- pẽditur: qñ ipsius largitate prestat̃. [† Et disperdã de
derent. ciuitate dñi: oẽs operantes iniquitatẽ]. Ciuitatẽ dñi:
DOS. animã piam patres esse dixerũt. Unde diabolus disp-
ditur: qñ a sua intẽtione remouet̃. O crudelis: o tyran-
nice volũtatis iniquitas: nõ sufficit qꝛ hoĩes mori fe-
cit: sed adhuc ne recuperati possint viuere vehemẽter
insistit. Sed tu dñe qui vides impudẽtissimũ hostem:
presta validã defensionẽ: ne ille ad votũ suum perue-
niat: qui te nobis infensum facere insatiabili callidita-
te festinat. Tuis te verbis: tuis cõmonitionibus exo-
Ps. 34. ramus: Iudica domine nocentes me: expugna impu-
gnantes me: apprehende arma et scutum: ⁊ exurge in
adiutorium michi.

Conclusio.

¶ Cognouimus qualis fuerit iste sanctissim⁹ qui in medio domus diuine:
misericordiam et iudicium dñi pura mente cantauit:
quẽadmodum malos absolute vitauerit: bonis autem
fuerit gratissima societate coniunctus: concupiscen-
tias cordis sui saluberrima deliberatione ꝑiecerit: vt
merito hunc numerũ obtinuisse videatur: qui speciem
desiderabilis corone digitorũ dextre manus inflexio-
DOS. ne designat. Hoc donum martyrum: hoc est virginũ
munus: ⁊ quicquid est eximium in ecclesia: tali fructu
peruenire demonstratur ad premiũ: sicut dicit aposto-
2. Timo. 4. lus: De reliquo reposita est michi corona iusticie: quã
reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Orbis
ASTR. ipse terrarum: hoc schemate fertur ambiri: celum in-
numeris auctoribus legimus esse cõuexum: stellas vi-
dimus spherica rotũditate fulgentes: solem ipsum cir
culi pulchritudine radiare. Lunam quoqꝫ certum est
in hanc venire formam: quando noscitur esse perfecta.
Et ideo consideremus cuius hec persona sit meriti:
cuius elegantie comprobetur: vt in hoc calculo posita
esse videatur: qui et premiorum ingentium continet
dignitatem: ⁊ creaturarum celestium portat imaginẽ.
Pudet enim dicere peccatis obnoxium centenarij nu
meri fecunditate prouectũ: ⁊ quod sanctorũ diximus
meritis applicatũ: indigno michi fuisse collatũ. Sed
prestet diuina potentia: vt nichil adiudicatione sua
gaudere nos faciat remissione proculdubio peccato-
rum: et non pro meritis nostris damnet: qui liberare
solus preualet confitentes.

¶ Explicit expositio Cassiodori in psalmum centesi-
mum ⁊ vltimum secunde Quinquagene.

¶ Cassiodori Clarissimi Senatoris Romani in tertiam Quinquagenam Psalterij / Expositio Incipit.

Titulus Psalmi Centesimiprimi.

¶ Oratio pauperis cum anxius fuerit: ⁊ coram dño effuderit precem suam. Ci.

Domine exaudi orationẽ meam: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciẽ tuã a me: in quacũqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuã. In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meũ. A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nocticorax in domicilio. Uigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant michi inimici mei: ⁊ qui laudabant me aduersum me iurabãt. Quia cinerem tanqꝫ panem manducabam: ⁊ poculum meum cum fletu miscebam. A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego sicut fenum arui. Tu autem domine in eternum permanes: et memoriale tuũ in generatione ⁊ generationẽ. Tu exurgens misereberis syon: quia tẽpus miserendi eius quia venit tẽpus. Quoniã placuerũt seruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius miserebuntur. Et timebũt gẽtes nomen tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriã tuã. Quia edificauit dñs syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humiliũ: ⁊ non spreuit precem eorũ. Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabit̃ laudabit dñm. Quia ꝓspexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrã aspexit. Ut audiret gemitus compeditorũ: vt solueret filios interemptorũ. Ut annũcient in syon nomen dñi: ⁊ laudẽ ei⁹ in hierusalẽ. In cõueniendo populos in vnũ: et reges vt seruiãt dño. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatẽ dierũ meorũ nuncia michi. Ne reuoces me ĩ dimidio dierũ meorũ: in generatione ⁊ generationem anni tui. Initio tu dñe terrã fundasti: et opa manuũ tuarũ sunt celi. Ipsi peribũt tu autẽ permanes: et oẽs sicut vestimentũ veterascent. Et sicut opertoriũ mutabis eos ⁊ mutabuntur: tu aũt idem ipse es: ⁊ anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: ⁊ semen eorum in seculum dirigetur.

Quãuis aliqui presentẽ psalmũ dño salua-
tori aptandũ esse putauerint: cõueniens
videt afflicti magis ⁊ gemẽtis pauperis:
sicut ⁊ titulus ipse cõtinet: introducere in
hac relatione psonã: qꝛ multa sunt que il-
li immaculate sancte incarnationi nequeãt cõuenire.
Primũ: qꝛ anxius nusq̃ fuisse legitur dñs Christus.
DEF. Anxius est enim: qui in graui discrimine constitutus:
nullã partem quã sequi debeat nouit eligere. Deinde:
qđ in textu psalmi habet: Oblit⁹ sum mãducare panẽ
meũ. Et illud: Quia cinerẽ tanq̃ panẽ manducabã: ⁊
potũ meũ cũ fletu tẽperabã. A facie ire indignatiõis
tue: quia eleuans allisisti me. Et alia que cum labore
maximo vendicantur: si ipsi dño cõsentiamus aptari.
Sed qm̃ grauiter vulneratũ: ⁊ duris calamitatib⁹ ple
nũ orationẽ fundere cõueniebat assiduã: anxij paupe-
ris psona cõgruenter apposita est: cuius vocẽ nec ve-
recũdia vlla cõprimeret: nec indigentie necessitas ab-
stineret. Nam cũ dicit: Corã dño: talem orationẽ vult
intelligi: q̃ de sacculis anime ante pedes regios quasi
aurei metalli copia decora fundatur. Vix enim repe-
ries: sicut quidã dixit: vt oranti cuiq̃ non aliqđ inane
cogitationis incurrat obstaculum: ⁊ intentionẽ qua in
deũ mens dirigitur declinet ac frangat. Et ideo cer-
tamen magnũ atq̃ saluberrimũ est orationi cepte iu-
giter imminere: ⁊ cũ adiutorio dei obsistere viuaciter
suggestionib⁹ inimici: quaten⁹ fixa semp ad deũ mens
stabili intentione cõtendat: vt merito possit dicere qđ
2. Timo. 4. ait apostolus: Certamẽ bonũ certaui: cursum cõsum-
maui: fidẽ seruaui. Tales sunt pauperes Christi: qui
non solũ pro suis malis: verũetiã pro totius mũdi ca-
lamitatibus intercedere comprobantur. Egent in hoc
seculo: sed sunt locupletes deo. Vitijs vacui: sed virtu
tib⁹ pleni. Despecti hoibus: sed acceptabiles Christo.
Nam iste qui se primũ lamentabili afflictione discru-
ciat: tanta gloria pphetie in subsequentibus refulget:
vt euidenter possit agnosci: quo ibi munere coronetur
quando iam hic spe tanta reficitur. Et nota quia dum
vbiq̃ in titulis nomina sint posita: hic pauper sine no-
mine introducitur ad loquẽdũ: scilicet vt cũ vni datur:
oẽs sibi pauperes Christi cognoscerẽt attributũ. Ani
mo preterea condendũ est: hunc psalmũ quartũ esse ex
his qui notantur oratio: q̃uis penitentiũ quintus esse
videatur. Sciendũ est plane: orationũ duo esse gene-
ra. Unũ quando dñs Christus orat ad patrẽ: non pro
peccatis suis que oino nõ habuit: sed humanã naturã
ab aduersitatibus huius seculi postulat liberari quam
est dignatus assumere: sicut in sextodecimo psalmo et
in octogesimoquinto constat effectũ. Aliud vero: cum
in psalmo octogesimonono introducit Moysi persona
reuerẽda in typo sacerdotali: qui p pctis tã suis q̃ ge
neralib⁹ deprecat: necnõ in p̃senti psalmo psona pau-
peris adhibetur: qui sub penitentie humilitate anxius
clamat ad dñm. Et ideo ois penitẽtia est oro: non aũt
ois oratio penitentia est: quãdo ⁊ ille orauit/qui nichil
admisit quod reatui potuisset ascribi. Sic isti psalmi
qui orationis titulo prenotantur: cum suis proprieta-
tibus probantur expliciti.

Diuisio.

Pauper iste mundanis diuitijs egens: sed su
pernis virtutibus abũde ditissimus: in exor
dio psalmi multipliciter dominum rogat: vt
eius clamor ad ipsum puenire mereatur: qm̃
iugi afflictione contritus: ossa sua sicut in frixorio di-
cit esse confrixa. Sequitur flebilis nimis et dolenda
narratio: que est manifestatio necessitatũ et probabi-
lium lingua causarũ. Et ne post tot asperas calamita-
tes de castigatione sua videret ingratus: tertia parte
dñi laudes dulcissima nimis intentione prosequitur:
cuius aduentu construendã dicit ecclesiam. Et cũ sint
omnia pmutanda: ipse tamen pmaneat in eternũ. In-
fertur etiã sub hylaritate nimis votiua conclusio: san-
ctorũ semen ibi esse dirigendũ: vbi habitat dñs in glo
ria sempiterna. Sic lex illa penitentiũ regularis: ple-
nissime noscitur fuisse completa. Inchoauit enim a la
chrymis: finiuit in gaudio.

Expositio.

Domine exaudi orationem meam: et clamor
meus ad te † perueniat]. Videns propheta Al. veniat
ante aduentum domini humanos crescere
indesinenter errores: personã pauperis con
uenienter assumpsit: qui calamitates mun-
di penitẽtie humilitate defleret: vt cito illi misericors
subueniret: quẽ tot mala adunato fasce deprimebant.
Dicit enim: Domine exaudi orationem meam: scilicet
eam quã pius allegator pro totius mundi liberatione
fundebat. Sanctorum enim consuetudo est: sic dolere
calamitates alienas vt proprias: sicut apostolus ait:
Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? Quis scandali- 2. Corin. 11.
zatur et ego non vror? Sequitur: Et clamor meus ad
te perueniat. Nouerat hic pauper doctus lege diuina
precibus peccatorũ nubem quandã frequenter oppo
ni: de qua Hieremias dicit: Opposuisti nubẽ: ne tran- Tren. 3.
seat oratio nostra. Abachuc quoq̃ propheta idem di Abachuc. 1
cit: Usq̃quo domine clamabo ⁊ non exaudies: vocife-
rabor ad te iniuriam accipiens ⁊ non intendes? Qua-
propter memor istarum rerum: anxius suum clamorẽ
festinabat ad dominũ peruenire: ne delictis impedien
tibus remediũ a dño tardaret accipere: qui multis p-
babatur calamitatibus subiacere. Primo enim posuit
orationẽ: nunc adiecit clamorẽ: vt studia supplicatio-
nis creuisse cognosceres: cuius orationẽ in clamorem
maximũ prorupisse sentires. Hunc autẽ modũ sancte
orationis seruandũ deuotissimus christian⁹ intelligat:
vt idipsum cogitet quod orat: ipsum respiciat mente
cui supplicat: oẽs superfluas cogitationes excludat.
Aliud non admittat extraneũ: ne vt ait quidã: purissi-
mis fontibus apros immittere videatur improuidos.
Hinc etiam sancti Ambrosij s̃m apostolũ: hore sexte
roseus hymnus ille redoluit. Ait enim: Orabo mente 1. Corin. 14
dominũ: orabo simul spiritu: ne vox sola deo canat: sen
susq̃ noster alibi ductus aberret fluctuans: vanis pre-
uentus casibus. Tunc enim deo accepta est oratio ca
nentiũ: si pura mens idẽ gerat quod explicat vox can-
tici. [† Ne auertas faciem tuam a me: in quacũq̃ die Al. Non
tribulor]. Recolebat pauper iste beatissimus: renuisse
dominũ per Esaiam prophetam: pertinacium mune-
ra peccatorum: cum dicit: Sanguinem vitulorum et Esa. 1.
agnorum ⁊ hircorũ nolo: cum veneritis ante conspe-
ctum meum: quis quesiuit hec de manibus vestris?
Talia metuens iste atq̃ recogitans petit: ne sacrifi-
cium quod immolabat: id est penitentiã suã ita despi-
ceret: sicut supra meminit de imolationibus pessimo-
rum. Sic ⁊ quinquagesimus ait: Cor cõtritũ ⁊ humi- Ps. 50.
liatũ deus non spernit. Supplicat itaq̃: ne a cõspectu
dñi reddatur alienus. Ista enim regula recte petitio-
nis est: vt nos respiciens pctã nr̃a despiciat: qꝛ sic nos
miserat⁹ absoluit si illa nõ ꝯspicit: sicut iã in quinqua-
gesimo psalmo dictũ est. Auerte faciẽ tuã a peccatis

meis. Quapropter nõ incõgrue de psalmo penitentie
penitẽtis mutuamur exempla: cũ ⁊ sensus par ꝓbetur
et causa cõsimilis. Addidit: In quacũq; die tribulor.
Quacũq; die: nõ ꝯtinuatione significat sed interualla
tẽporis fuisse declarat: quãdo vrgebat maximis vul-
nerib⁹ peccatoꝝ: quãdo eũ detestabilis premebat ini-
micus: vt quasi sub crudeli fera posito: liberator piissi-
mus subueniret. [Inclina ad me aurẽ tuam. In qua-
cũq; die inuocauero te: velociter exaudi me]. Multis
quidẽ modis: sed vna petitio est: vt oratione pauperis
SCHE. dñs exaudire dignet. Que figura grece dicitur Epi-
mone: latine repetitio: quotiens diuersis verbis eadẽ
dicitur sub iteratione sententia: qđ ꝑ hos tres versus
a principio factũ esse declaratur. Inclina aurẽ: prebe
ETY. dicit auditũ. Unde ⁊ auris ipsa ab auditu dicta est: q2
nõ erãt merita: que se ad ipsũ erigere potuissent. Au-
ris vero dñi pro clementia ponit: qua preces supplicũ
benignus exaudit. Nã cũ totos audiat: totos videat:
solos illos audire dicit: quib⁹ prestare dignat. Sequit
In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quantum se in humilitate penitens iste prona mente
ꝓstrauerat: tantũ in ipsa supplicatiõe crescebat. Nam
dũ prius dixisset: Inclina ad me aurẽ tuã: iam cõfiden
tius petit: vt celerius mereatur audiri. Nã qui veloci-
tatẽ postulat: de impetratione securus est. [Quia defe
Al. cremiũ cerũt sicut fum⁹ dies mei: ⁊ ossa mea sicut † in frixorio
aruerunt cõfrixa sunt]. Subiũxit causam deprecationis sue: vt
illud orationũ tam ingens desideriũ miseriarũ cogno-
sceretur fuisse multarũ: et facilius beniuolentiã pij iu-
dicis obtineret / magnarũ calamitatũ alligata necessi-
tas. Fumũ videm⁹ de flãma quidẽ egredi: sed in auras
liquidas tenuissime dispari: nec substãtia eius manet:
q̃uis ex corporali incẽdio generat⁹ esse videat. Meri-
to ergo dies peccatorũ globis fumiferis exequantur:
quos inuolutis ac tetris actionibus decepti homines
ꝑdiderũt. Qđ maxime ad supꝑbiam mũdi respicit: que
quanto plus extollitur: tanto amplius euanescit. Iste
enim pauper ad humilitatẽ salutiferam Christi vehe-
menter intentus erat: qui diabolicã arrogantiã super-
biãq; damnabat. Sequit: Et ossa mea sicut in frixorio
confrixa sunt. Sicut opinione prospera benemeritorũ
ossa. i. animi fortitudo pinguescit: qñ eoꝝ cõscientia fe
Prouer. 15. lici recordatione letat: sicut dicit Salomon: Fama bo
na impinguat ossa. Ita recordatione contraria pctõꝝ
virtus tanq̃ frixa ꝯtrahit: dũ oblocutiones hoĩm: ⁊ cõ
sciẽtie sue iudicia grauiter expauescit. Siue hic frigit
peccator: qm̃ futuros ignes incẽdiaq; formidat. Nam
qui se pauescit arsurũ: ipsius incendij terrore iã frigit.
Queri solet: quid sibi velit q talia se dicat penitentes
ꝑpeti: qualia humana natura non preualet sustinere?
Primũ est q per exaggerationẽ positam magnitudo
delicti bene potest intelligi: cui tãta satisfactio videt
offerri. Deinde: q ad noua vitia non trahunt: qui se de
preteritis plurima debere cognoscũt. [Percussus sum
Al. vt † sicut fenũ ⁊ aruit cor meũ: q2 oblitus sum † mandu-
Al. cc me- care panẽ meũ]. Per operatiões humillimas beniuo-
dere lentia iudicis cõparata: venit ad miseriarũ suarũ fle-
bilẽ narrationẽ: vt cito remediũ sumeret: si passionem
suã pio medico nõ taceret. Bene aũt genus humanũ
feno transitorio cõparat: qđ ⁊ viriditatis habet leticiã
tẽporalẽ: et percussum facile sentit iniuriã. Sic q̃diu
in lege dñi mandatisq; cõsistimus: tanq̃ viridia fena
vegetamur: sed mox vt ab eius p̃ceptis fuerimus dia-
bolica falce succisi: statim arescimus: ⁊ cor nostrũ pec-
cati sterilitate siccatur. Non enim bñficij eius pabulũ
habere potest aĩa: a quo delictis facientibus ꝓbat esse
diuisa. Illi autẽ semꝑ hylares: semꝑ ameni sunt: qui a
iussis dñi nõ recedũt. Sequit: Quia oblitus sum man
ducare panẽ meũ. Reddit causam cur ꝑcussum cor ei⁹
aruerit: q2 oblitus fuerat panẽ suũ mãducare: vnde se
nouerat spũaliter posse satiari. De isto enim pane dñs
dicit: Ego sum panis vite qui de celo descendi. Nam Joan. 6.
quẽadmodũ poterat de amissione panis cõqueri cor-
poralis: q̃ se ieiunijs gaudebat affligi? Hinc enim ex-
primit natura peccantiũ: q2 dũ delictũ appetit: cõtem
platio dñi nõ habet. [A voce gemit⁹ mei: † adheserũt Al. adhesit
ossa mea carni mee]. Perscrutãdũ est quid velit intel- os meum.
ligi: A voce gemitus mei. Est enim vox gemit⁹ ei qui
filiũ perdit: cui aut possessio inuaditur: aut cui seculi
istius delectatio grata subtrahitur. Sed vox ista non
est gemitus beatoꝝ. Illi enim gemũt ꝓpter talia qui-
bus seculum placet: quia peritura desiderant: ⁊ ad dñi
minime ꝓmissa festinant. Illo autẽ gemitu affligeba-
tur iste sanctissimus: quẽ mundi amatores potius irri
derent. Ideo enim addidit: Mei / vt se a mũdanis de-
siderijs monstraret exceptũ. Sequit: Adheserũt ossa
mea carni mee. Istud (si ad litterã velis aduertere) af-
flictis nimiũ non potest cõuenire: quia ⁊ pinguibus ⁊
delitiosis hoc accidit: vt caro ipsoꝝ cognoscatur ossi-
bus adherere. Sed carnẽ hic: cutem non improbe vi-
demur accipere: quia ⁊ ipsa caro est: vt reuera exagge-
rata macies possit ostendi: dũ cutis ossibus adhesisse
narratur. Sed ⁊ Hieremias ꝓpheta dicit: Cõfixa est Tren. 4.
cutis eoꝝ a dorso ipsoꝝ: aruerũt facti sunt vt lignum.
Sed vt magis ad spũalẽ intelligentiã subeamus: ossa
sua dicit fidei firmitatẽ: qua cõsistimus: qua valemus.
Quã merito carni dicit adhesisse: propter fratrũ me-
diocritatẽ: que necdũ firmata in dñi Christi cõfiden-
tia permanebat. His itaq; adherebat: qñ ꝓ ipsis solli-
citus iugiter anxius erat: ne a regno dñi redderentur
alieni. [Similis factus sum pellicano † in solitudine: Al. solitu-
fact⁹ sum sicut nocticorax in domicilio]. Per hec noĩa dinis.
volucrũ (vt arbitror) diuersa nobis penitentiũ genera
declarant. Pellicanus enim auis egyptia est: ciconijs
corporis grãditate ꝯsimilis: que naturali macie semꝑ
affecta est: qm̃ sicut physiologi volunt: tenso intestino
per viscera quicquid escarũ accipit: sine aliqua disco-
ctione transmittit. Hinc fit vt adipe proprio minime
farciatur: quia paruissimo ciboꝝ succo reficit. Que nõ
gregatim vt cetere aues volat: sed delectatione se so-
litaria cõsolatur. Eoꝝ vnũ genus dicit esse qđ stagnis
inhabitat. Aliud (sicut dictũ est) quod in desertis locis
secretisq; versat. Per hoc igitur auiũ genus pulcher-
rime significantur heremite: qui hominũ cõsortio de-
relicto: timore dñi remota se afflictione discruciant.
Sequitur: Factus sum sicut nocticorax in domicilio.
Aliud genus introducit penitentiũ. Nocticorax: gre-
co vocabulo dicit noctis coruus: quẽ quidã bubonẽ:
quidã noctuam esse dixerũt. Alij magis coruo magni
tudine ⁊ colore cõsimilẽ: quem specialiter in asie par-
tibus inuenire posse testantur. Istum sicut diei fulgur
abscondit: ita aduẽtus noctis producit: ⁊ cõtra cõsue-
tudines auiũ: tunc magis vigilare ⁊ escas querere in-
cipit: quãdo se in soporem animãtia cũcta componũt.
Ita ⁊ penitẽs iste nocturno tempore escas anime sol-
licita curiositate ꝑquirit: modo psalmodie operã dan-
do: modo elemosynas faciendo: modo carceres occul
te visitando: solũ deum vult habere testem: cui caligo
noctium non tollit aspectũ. Et nota quia sicut pellica-
nus designat heremitã atq; solitarium: ita nocticorax

illum declarat:qui se domicilio suo retinens a publica
visione remotus est. [Vigilaui ⁊ factus sum sicut paſ=
Al. solitariꝰ ser † vnicus in edificio]. Venit ad tertiū genus:quod
in tecto. idem similitudine passeris indicatur:vt qui mūdi cri=
mina lugebat:per omniū satisfactionū modos discur=
rere videretur. Passer est auis parua:sed nimia sagaci
tate sollicita:que nec facile laqueis irretitur:nec ꝑ in=
gluuiē vētris escarū ambitione decipitur. Hec ꝓpter
infirmitatē suā:ne aut ipsa a p̄datore capiat̃:aut fetus
eius serpentinis deuoret̃ insidijs:inter aues vnica cau
tione munita : ad domoꝝ fastigia celsa concurrit:vt a
suspectis casibꝰ reddatur aliena : que multis periculis
ꝓbatur obnoxia. Huic merito cōparatur : qui diaboli
insidiosa formidās:specialiter ad eccl'ie cepta se cōfe=
rens:in eiꝰ fastigio vigilans tutissime ꝑseuerat. Vnicū
dixit:ꝓpter charitatē que ex multis vnū facit. In edi
ficio:ꝓpter altitudinē fidei:⁊ fortitudinē mentis. Con
siderandū est etiā:quēadmodū iste supplicās a maio=
ribus auibus pellicano ⁊ nocticorace cepit:⁊ peruenit
vsq₃ ad passeris minutissimā paruitatē: q̄m gradatim
penitudo descēdēs:primo loco grādis est:scd̄o medio
cris:tertio cōsuetudine ipsa oīno tolerabilis. He autē
SCHE. aues:per figurā Parabolē hoībus comparant̃:genere
discrepātes:sed cōsuetudinū qualitate cōsimiles. Qd̄
TOP argumētū cōparatiōis dicit̃:ex maiore ad minꝰ. Mul=
Al. exprobra to enim maior est homo:q̄ passer. [Tota die † expro=
bant michi brauerūt me inimici mei:⁊ qui laudabāt me aduersum
me iurabant]. Diabolice cōstat esse malitie:vt seruos
dei quos tyrānica nō potest presumptione cōprimere:
artificiosa potius illusione decipiat:vt q̄ apertis terro
ribꝰ non cedūt:derisoria magis increpatione flectant̃.
SCHE. Que figura dicit̃ Ironia.i. irrisio : que aliud q̄ conat̃
ostēdit. Quapropter istū affligentē se ⁊ velut inaniter
laborantē:peccatores grauiter irridebāt. Et vt cresce
ret ipsiꝰ opprobrij magnitudo:dicit eos i ipsa detesta=
tione iurasse. Sic enim consuetudo est ꝑuersis dicere.
Si talē vitā nō habeā qualē iste sustinet:q̄ iā nō viuis
hoībus : sed cadaueribꝰ potius videtur esse cōsimilis.
Laudauerūt eū prius cū seculari vita frueret̃ : postea
sub iureiurando detestati sunt: q̄n eum similē mortuis
estimauerūt. [Quia cinerē tanq₃ panē manducabam:
Al. poculū et † potū meū cū fletu † tēperabā]. Causaꝫ reddit cur
Al. miscebā ab inimicis vel a notis in eius facie malediceret̃ : sicut
et Job ꝑtulisse manifestū est: cuius vita proximis vel
amicis grauissimo squalore sordebat. Sollicitius aūt
versus iste tractādus est:ne ꝯtra humanā cōsuetudinē
fauillas lignoꝝ escā putemus esse penitentiū. Cinerē
nouimus exustoꝝ reliquias esse carbonū:quas merito
peccatis dicimus cōparari:vt ipsa quoq₃ tenuitas de=
lictoꝝ afflictionū doloribꝰ absumatur. Nam q̄uis exi
guum de peccato remaneat:nō ꝑducit ad vitā. Unde ⁊
Ps. 50. in quinquagesimo ꝓpheta clamat : Amplius laua me
ab iniusticia mea et a delicto meo munda me. Merito
ergo et ipsos cineres peccatoꝝ sanctissimus penitens
ꝯsumere festinabat:ne quid esset residuū: qd̄ eū ꝓme=
reri nō sineret regna celoꝝ. Sequitur:Et potū meū cū
fletu tēperabā. Istud q̄uis interdū videatur posse cō
tingere : tamē ⁊ hoc quoq₃ spūaliter estimo reqrendū.
Potus est animarū illa satietas: que sicut in septuage
Ps. 74. simoquarto psalmo dicit: Calix in manu dn̄i vini meri
plenus est mixto:⁊ inclinauit ex hoc in hoc. Ipse ergo
potus est:quē bene fletibꝰ tēperamus. Ipse calix : quē
lachryme nostre faciūt dulciorē. Tūc enim anime pe=
netralia celestis ille potus ingredit̃:quādo pijs fletibꝰ
irrigatur. Hoc erat poculū quod irrisoribꝰ videbatur

indignū: Hic cibus qui a delitiosis iudicabat̃ horren=
dus. Sed hoc magis bonus christianus debet amare:
vnde possit ad illa celestis regis ꝯuiuia ꝑuenire. Et in=
tēde: q2 totus hic versus ꝑ figurā dictus est Tapino= SCHE.
sin:q̄ hāc noscit̃ habere virtutē:vt humilitatis affectu
magnā rem deijciat vsq₃ ad vilissimā paruitatē. Que
figura in scripturis sanctis frequētissime reperit̃:sicut
dicit apostolus: Elegit deꝰ infirma huiꝰ mūdi:vt ꝯfun 1. Corin. 1.
dat fortia. [A facie ire et indignationis tue : quia ele=
uans † elisisti me]. Coma istud ad superiora cōnectit̃: Al. allisisti
vt grādis illa penitentie magnitudo ex ira ⁊ indigna=
tione dn̄i nasceretur. Dicit enim: A facie ire ⁊ indigna
tionis tue. Ira ⁊ indignatio faciē nō habēt corporalē:
sed timētibus sub imaginatione semꝑ apparēt. Unde
hic potēter ipsa energia formidātis expressa est:q2 eū
peccatoribꝰ nouerat cōminari dicente Hieremia: Uo Hiere. 5.
rauit eos leo de sylua:⁊ lupus ad vesperā vastauit eos.
Et apostolꝰ Petrus cōmonet:Vigilate inquit ⁊ orate: 1. Pe. 5.
q2 aduersarius vester diabolus tanq₃ leo rugiens cir=
cuit:querens quē deuoret. Merito ergo irati dn̄i faciē
formidabat : quē per ꝓphetas suos talia peccatoribꝰ
predixisse cognouit. Ira enim ad vltionē pertinet:in= DOG.
dignatio ad motū animi mediocrem. Indignamur si=
quidē ⁊ filijs: irascimur autē impetu grādiore iure pu
niendis. Addidit : Quia eleuans elisisti me. Quāuis
vnius pauperis ꝑsona introducta videat̃: tn̄ sicut sepe
diximus:bona malaq₃ generis humani prudētissimus
enumerator insinuat. Eleuat enim dn̄s suis beneficijs
creberrime peccatores:quibus opes cōfert:vitā cōce=
dit : seculi gloriosa largitur:et in oīm facit celebritate
versari. Sed dum in superbiā tumida mortaliū corda
cōscenderint : tanq₃ moderator eximius a collata lar=
gitate subtrahitur:vt illi sollertes aduertāt non fuisse
propria bona : que subito probantur erepta. Sed hāc
elisionē felicē esse non dubiū est : sicut alibi dictū est:
Bonū michi q2 humiliasti me vt discā iustificationes Ps. 118.
tuas. Inde enim cōpunctio nascit̃ : inde animarū me=
dicina prestatur: Quod ⁊ iste penitēs nō ingratus:sed
potius emendatus enumerat. [Dies mei sicut vmbra
declinauerunt : ⁊ ego sicut fenum arui]. Pulcherrime
dixit homo post preuaricationē Ade : dies suos sicut
vmbram declinasse:quia eos sol verus dn̄s reliquerat
christus:sine quo vita omnis vmbrosa est:⁊ tanq₃ vllā
non habētes substātiā : ita dies nostri inutili cōuersa=
tione dispereūt. Declinauerūt ergo dies eius : q2 ipse
declinauit a dn̄o. Tanto enim quis iminuitur:q̄to ab
illa plenitudine segregat̃. Sequitur:Et ego sicut fenū
arui. Consequēs fuit vt cuius dies declinauerūt:sicut
fenū arescere debuisset. Beneficio enim subducto vi=
tali qui nos vegetat : ⁊ virentes ac floridos reddit: in
ariditatē peccati absolute perducimur: nisi iterū rore
diuine misericordie in nouā gratiā pullulemus. Com=
pleta est ingentiū afflictionum enumeratio luctuosa :
nūc videamus quid nobis tertia pars indicare videa=
tur. [Tu autē dn̄e in eternū permanes : et memoriale
tuum in † seculū seculi]. Post dignissimā satisfactionē Al. genera
et generalibus malis cōpetenter defletis : penitēs ille tione ⁊ ge
iam quasi caput eleuans:⁊ aliqua libertate respirans: neratioē
tertiam partem subleuatus ac recreatus ingreditur:⁊
quantū se cōdemnans humiliauerat:tantū nūc in lau=
dibus domini ꝯfidenter exultat. Quapropter optime
ab aduentu dn̄i laudis fecit initium:per quem mundū
nouerat esse saluandū. Sequitur:Et memoriale tuum
in seculū seculi. Memoriale dictum est/ salutare pro=
missum de dn̄i incarnatione venturū : qd̄ nulla secula:

nulla immutare possit obliuio: sed in memorie sinu re conditū / immobile semper p infinita secula perseue-

Al. tēpus miserendi eius: q2 venit tēpus. rat. [Tu exurgēs misereberis syon: quia † venit tem pus miserēdi eius]. Commonet nos pauper iste san- ctissimus quātum simplicis ac fidelis viri preualere possit oratio: vt ille qui prius nec hominū se dignum aspectibus estimabat: ne vel diei ipsius libertate gau deret: qui cinerem sicut panem manducabat / et potū suum cū fletu temperabat. Nūc si fas est dicere: quasi ipsum dñm ad pmissa compellit: vt laboranti mundo aduentus sui pietate pspiciat. Exurgēs dicitur quasi dormienti: qui diutius subuenire distulerat. Et vt oia dñs voluntatis sue ordine facere sentiret: dicit Uenit tempus miserendi eius: non quia illū tempus admo- neat / sed quia ipse tempora aptissima deliberatione disponat. Istud tempus fuit de quo apostolus dicit:

Gal. 4. Cum autē venit plenitudo temporis: misit deus filiū suū factū ex muliere / factū sub lege: vt eos qui sub le-

2. Cor. 6. ge erant redimeret. Et alibi. Ecce nunc tempus acce

COD. ptabile: ecce nunc dies salutis. Quod argumentū di citur a tēpore: hoc efficacissimū inter oratores habe- ri solet. Quid em impediat: quando cōgruum tēpus inuitat? Syon vero mons est hierosolymis ɔstitutus per quem (sicut sepe dictū est) significat ecclesia. Cui reuera misertus est: quando eam z de gentibus colle git / et sacratissima institutione fundauit. [Quoniā †

Al. placuerunt seruis tuis. bñplacitos habuerunt serui tui lapides eius: et terre eius miserebūtur]. Subtiliter versus iste tractādus est: vt possit agnosci quos seruos / quos lapides / quos terram per allegoriam velit intelligi. Seruos dñi di- cit apostolos z pphetas: qui deuotis mentibus eius impleuere seruitiuz. Isti lapides: id est christianos q̄ diuina firmitate viguerunt beneplacitos habuerunt: quando in eis predicationē suam pficuam esse cerne bāt. Miserti sunt etiā et terre: id est peccatoribus qui erant in syon de gētibus cōgregandi Terre vtiqꝫ si- miles: quoniam carnalia sapiebant. Et vide q̄ ppria verba rebꝰ aptata sunt. Lapides dixit beneplacitos quia de ipsorū erant soliditate (dño prestante) securi. Addidit Terre miserebunt: quia per misericordiam christi mundādi erant: qui terrena labe sordebāt. [Et timebunt gentes nomē tuum dñe: z omnes reges ter re gloriam tuā]. Hec cōtra seculi istius superstitiōes nefarias depromūtur: q2 tunc nō timebat verus dñs quādo mundus deuotus idolis seruiebat. Postq̄ ve- ro aduētus eius salutaris infulsit / gētes couerse sunt per timorē: de quibus superius ait Et terre eius mise- rebunt. Reges quoqꝫ terrarū: scilicet eius glorie cre- diderunt: id est qui corpora sua diuinis regulis infre- nātes / sui imperatores esse dño prestante valuerunt. Et hi sunt de quibus superius dixit Quoniā benepla citos habuerunt serui tui lapides eius. Ipsi eniz iam gloriam dñi verissime cognoscunt: qui in assumpta fi- dei firmitate consistunt. [Quia edificauit dñs sion: z

Al. gloria. videbit in † maiestate sua]. Uersus iste de superiori- bus pēdet: quoniā omnes gentes ideo timebūt dñm / z reges eius gloriam formidabunt: quia edificata est sion: hoc est mater ecclesia de viuis lapidibus fabrica ta: in qua dñi cultura vsqꝫ ad finem mundi sine inter- missiōe pficiet. Iste autem dñs qui edificauit sion ād est assumpti corporis varietate / videbitur in maiesta te sua: quādo hedos sequestrat ab agnis in gehēnam impios mittens / iustis donans beatitudinē sempiter

Al. humilium. nam. [Respexit in orationē † pauperū: et non spreuit

Al. precem † preces eoꝝ]. Pauperes appellat fideles christi: qui (sicut sepe dictum est) mūdo egeni: ipso solo sunt diui- tes. Isti ergo spiritu sancto repleti (sicut iste qui nūc loquit) orationem dño fundebant: vt iam venire preci peret ne diutius sanctorū vota tardaret. Dicit em re- spectam esse orationē pauperū: quia omnia ille incor poralia cōtuet / cuius oculis nil pbatur occultū. Hoc DOS.

est em ipsius respicere / qd non spernere. [Scribātur hec in generatione altera: z populus qui creabit lau- dabit dñm]. Pauper ille peccatorū recordatiōe con tritus / vigiliis z anxietate cōfectus / iam quasi pphe- tali honore decoratus / precipit vt scripture testimo- nio etas futura discat / qd in presenti se predicasse co- gnouerat: vt ambiguū non esset videntibus: quando ante tot secula cognoscerēt esse predictū. Altera em generatio significatur populus vtiqꝫ christianus: qui ab illo priore secundus est. Nam vide quid sequit. Et populus qui creabit laudabit dñm. Creabitur / de fu- turo dixit: id est per gratiā baptismatis regenerabit. Iste sine dubio laudabit dñm: ad cuius salutē venit / p quo pertulit occidi: ad cuius spem tertio die resur- rexit a mortuis. Hic laudabit dñm / nouo scilicet can tico: sicut in alio psalmo scriptū est Cantate dño can- Ps. 97.

ticū nouū. [† Quoniaz pspexit de excelso sancto suo: Al. quia.

dñs de celo in terram † prospexit]. Hoc est quod di Al. aspexit.

cebat superius scribendum. Nam vt virtutem ipsius veritatis agnosceres: quod erat futuris seculis acti- tandū / iam dixit esse perfectū. Prospexit em / preteri tum significat tēpus. Sed queramus vnde pspexit? De excelso sancto suo: idest de celo. Prospexit em no bis: dum fragilitatē nostre humanitatis assumpsit: q2 per ipsuz facti sumus liberi / facti immortales / z in spe maxima collocati: si ad eū mereamur pna mēte ɔuer ti. Et vt sensus ipse nobis euidētius appareat: sequit. Dñs de celo in terrā pspexit. Legitur em Dñs in ce- Ps. 10.

lo sedes eius. Inde igitur pspexit in terram: id est ad nostri corporis fragilitatem: que mūdi vitiis teneba- tur obnoxia. Et respice qd in vtroqꝫ pspexit / posuit: vt similitudine ipsa verboꝝ vnam sentētiam esse de- claret. [Ut audiret gemitū † vinculatorū: vt † soluat Al. cōpeditorum.

filios interemptorū]. Causam reddit cur dñs de celo in terram pspexit: scilicet vt audiret gemitū vincula- Al. solueret.

torū. Uinculatos hic nō significat humanis nexibus illigatos: sed viros sanctos q̄ legalibus vinculis astri cti / libertatis noxie relinquere pbantur errores. De quibus ait Salomon. Audi fili / z excipe sententiam: Eccli. 16.

z ne abiicias cōsilium meū: z infer pedem tuū in com pedes illius / et in torquē illius collum tuū subiice. Et paulopost sequit Et erūt tibi compedes in ptectionē Ibidem.

fortitudinis: z torques illius in stolam glorie zc. Ipsi sunt ergo vinculati: quos gemētes / atqꝫ ad se claman tes dñs audire dignatus est: vt mundū peccatis pro- priis irretitū beneficio sue miserationis absolueret / z filios interemptoꝝ qui diabolica fraude pempti sunt a paternis erroribus diuina fortitudine liberaret: qd in ecclesia quotidie fieri per carismata sollēnia decla rat. [Ut † annūcietur in sion nomen dñi: z † laus eius Al. annuncient.

in hierusalem]. Quod venturū erat mirabili breuita- te descripsit. Annūciatū est em in sion nomē dñi chri Al. laudem.

sti: dum ibi primū diuersis linguis magnalia dei locu ti pbantur apostoli. Hinc factū est vt a locali hierusa lem velut a purissimo fonte / per ecclesiam generalem pia dñi pcepta decurrerent. Ideo em auditū constat gemitum vinculatorū: vt salutaris dñs adueniret / et ecclesiā suam sanctissima religione firmaret. [In cō ueniendo populos in vnū: z † regna vt seruiāt dño]. Al. reges.

Causas adhuc enumerat cur gemitus vinculatorum
auditus est: scilicet vt cōueniens populus in vnū lau=
des dñi personaret. Dicendo enim In vnū/ virtus ca
tholice vnitatis ostendit. Nam ꝗuis populus iste de
diuersis mūdi partibus aggregetur: ad vnum tamen
cōueniunt: dum vna fidei regula cōtinentur. Sic Eze
Ezec.37. chiel ꝓpheta testatur: Hec dicit dñs deus. Ecce ego
accipio omnē domū israel de medio gentium in quas
intrauerūt ibi: ⁊ cōgregabo eos ab omībus qui in cir=
cuitu sunt eorū/ ⁊ inducam eos in terrā suam/ et dabo
Ephe.4. eos in natiōe vna. Et apostolus ait Unus dñs/ vna fi=
des/ vnū baptisma/ vnus deus ⁊ pater omniū: qui su=
DOS. per omnia/ ⁊ ꝑ omnia/ ⁊ in omnibus nobis. Qua pro=
pter illi vere dicendi sunt cōuenire in vnū qui insepa=
rabili trinitati: id est vni deo credere deuota mēte fe=
stināt. Sequit etiam felix cōmutatio: vt regna terra=
rum/ celorūꝙ seruiant dño: tunc magis libera/ quan=
Al.non hꝫ. do auctori suo fuerint fideli seruitute deuincta. [† Et
respondit ei in via virtutis sue]. Ꝙ bene duobus ver=
bis expressum est quid sit religio christiana: id est via
virtutis: quam in doloribus quidē gradimur/ in tribu
lationibus cōmeamur: sed hec omnia in christi nomi=
ne cū spe maxima sustinemus. Huic igitur virtuti quā
christus dñs predicauit/ sanctorū congregatio deuo=
ta respondet. Nam cū ille vocet ad bonam vitā: ipse
illi respondere cognoscit qui imperijs eius obsequēs
esse monstrat. Quapropter respondet illi non lingua
sed vita: nō voce/ sed fide: nō clamore/ sed corde. Que
omnia ad ecclesiam catholicā pertinere manifestum
Al.nuncia. est. [Paucitatē dierū meorū † enuncia michi]. Inter
laudes dñi multiplici varietate decursas: nūc pauper
iste cupit agnoscere finem seculi/ vt cito ad illaꝫ bea=
titudinē quā sanctis ꝓmisit dñs accedere mereatur.
Non enī amore vite lucis sue desiderat scire finē: sed
vt in ipsis confessionibus perseuerans/ ad requiē illā
celestis regni velociter ꝑueniret. Paucitatē ergo die=
rum dixit: qꝛ quādoꝙ finiēdos esse cōstabat. Eterni=
tati enī comparata/ vel totius mūdi etas nimis vide=
tur exigua: qꝛ quodcūꝙ finiendū est/ longū dicere nō
Al. gñatiōe; debemus. [Ne reuoces me in dimidio dierum meorū
⁊ gñationē. in † seculū seculi anni tui]. Prioris petitiōis volūtas
aperta est: qꝛ nō ꝓ vite ambitu supplicabat/ qui petijt
ne ad dimidiū dierū suorū: id est in transacta etate re
uocet. Reuocat enim in dimidio dierum suorū: qui ad
antiqua delicta reuertitur. Significat enim iuuentu=
tem: in qua lubrica plerūꝙ voluntas appetitur/ ⁊ eta
tis feruore crimina plus amant. Sꝫ hoc qui orat/ ma=
gno se iam intelligit beneficio liberatū: ⁊ nō vult amit
tere quod diuino munere cognoscit acquisisse. Sequi
tur In seculuꝫ seculi anni tui. Merito se postulauerat
ad dimidios dies suos minime reuocari: qui perueni=
re ad eternitateꝫ dñi magna cupidine festinabat. Ibi
enim sancti perpetua cū dño iocunditate gaudebunt
1.Cor.15. quādo (sicut dicit apostolus) erit deus omīa in omni=
bus. Anni vero tui dño per Tropologiam dicit: quo=
niā anni ꝓprie illorū sunt/ quibus ⁊ tēpora cōmutan=
tur. Sed istā dñi eternitetē tribus versibus subter ex=
ponit: quos ideo simul ponimꝰ: vt eternitas dñi/ ⁊ ope
ratio illius seculi sub vna expositione declarent. [Ini
tio terram tu fundasti dñe: et opera manuum tuarum
Al.oēs. sunt celi. Ipsi peribunt/ tu autē permanes: ⁊ † omnia
sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertoriū mu
Al.eos. tabis † ea/ ⁊ mutabunt: tu autem idem ipse es/ ⁊ anni
tui non deficient.] Cum dicit Initio terram tu funda
sti dñe: ostendit quid a sanis mentibus non potest ab=
negari: quia creator ante creaturas suas sine aliquo
initio cognoscitur extitisse. Et intēde quia hic opinio=
nes philosophoꝝ mirabili breuitate destruxit. Qua=
rum prima est mundū a nullo esse creatū. Secūda: si=
ne fine mansurū. Sed cuꝫ dicitur Initio terrā tu fun=
dasti dñe: ⁊ opera manuū tuarum sunt celi: prima illa
persuasio nefanda conuincit. Cum vero ꝓnunciatur
Ipsi peribūt: finem eos habere declarauit: vt nullus
in stellis gentili errore cōfideret: cū eas immutandas
esse sentiret. Illud aūt estimo sollicitus intuendum:
quare cū verbo facta sint omnia opera manuū/ celos
dixit esse fundatos? Sed hic manū virtutem iussiōis
debemus accipere. Alio enim loco dixit Qm̄ ipse di= Ps.148.
xit ⁊ facta sunt: ipse mādauit et creata sunt. Sic enim
ꝓuenit vt scriptura sibi non sentiatur esse contraria:
quando verba locis suis aptissima expositiōe reddū=
tur. Adiecit Tu autē permanes: vt sicut eternitatem
dñi ostendit dum crearet omnia: sic post celos muta=
tos ipsum diceret in maiestatis sue gloria permanere
Dicēdo enim Omnia (vt arbitror) nō ibi angelos/ nō
spirituales creaturas designat: que in sua dignitate
mansure sunt: sed illa que cōmutationi ꝓbantur ob=
noxia. Hoc schema dicit Synecdoche: id est a toto SCHE.
pars: quod in scripturis diuinis creberrime reperitur
Qꝫ autē dicit Sicut vestimētum veterascent: hoc ad
carnis fragilitatē videtur aptādum: quod etiā in euā=
gelio noscitur cōparatum: vbi ait Nonne anima plus Mat.6.
est ꝙ esca: ⁊ corpus ꝙ vestimentū? Ipsum enim vete
rascet: quod more vestis morte consumit. Addidit Et
sicut opertoriū mutabis ea ⁊ mutabūtur. Opertoriū
celos forsitan debemus aduertere: qui ad vicē velami
nis terras operiunt/ qui similiter vt alia cōmutantur.
Et vt facta dñi ostenderet iam sub eternitate mā sura
dicit Mutabis ea ⁊ mutabūtur: qꝛ nunꝙ erūt ad hoc
corruptibile reditura. Nā si corruptioni vlterius sub=
iacerent/ non dicerent esse mutata: sicut Daniel pro=
pheta restatur. Quoniā sapiētia/ ⁊ virtus/ et intelle= Daniel.2.
ctus ipsius sunt: ⁊ ipe mutat tempora ⁊ secula. Sub=
iecit Tu autem idem ipse es: ⁊ anni tui non deficient.
Idem positum est cōtra illa que dicta sunt: quoniam
dum illa sint cōmutabilia dñs semper immutabilis
perseuerat. Ipse/ omnipotētiam eius designat: qꝛ re
uera ipse est cum se digna semper operat/ ⁊ naturam
eius sub breuitate declarat: qꝛ ipse solus per se nouit
esse: qui vt sit alio non eget adiutore. Sic istis tribus
versibus ⁊ mutatio creaturarū/ ⁊ eternitas dñi mira=
bili breuitate descripta sunt. [Filij seruoꝝ tuorū † in= Al.habi-
habitabunt † ibi: ⁊ semen eorū in seculum † seculi di= tabunt.
riget]. Prudētissime nimis atꝙ vtiliter oratiōe com= Al.non hꝫ.
pleta/ pauper ille sanctissimus de peccatorū suorū re
missione/ ⁊ de spe future resurrectiōis exultans: venit
ad terminū psalmi: vbi omnia sub breuitate cōcludēs
se cum sanctis eius habitaturū esse cōgaudet: vbi est
spes gloriosa fideliū/ ⁊ requies eterna iustorū. Filios
seruorū tuorū: discipulos ꝓphetarum ⁊ apostolorum
dicit: quos per fidei vterū sancta predicatiōe genue=
runt. Quibus ait apostolus: Filioli mei quos iterum Gal.4.
parturio. Hoc etiam ad Timotheū scribēs: in capite
dixit epistole Filio charissimo: quos vtiꝙ genuerat fi 1.Tim.1.
de/ nō corpore. Inhabitabūt ibi/ locum beatitudinis
significat: quē dñs habet: de quo dicit Pater volo vt Joan.17.
vbi ego sum/ ibi sint ⁊ hi mecū: in regno scꝫ illo perpe
tuo: vbi gaudiū eternū est/ ⁊ nunꝙ finiēda securitas.
Sed ita filios seruorū ibi cuꝫ dño esse cognosce: vt et
ipos seruos: id est apostolos ⁊ predicatores eius esse

non dubites. Nam si discipulis locus beatitudinis datur: nūquid ipsis magistris est forsitan abnegandus? Sed vsus scripture est aliquando minora dicere: vt ⁊ maiora ibidem complexa videātur: vt in alio psalmo dictum est. Si videbas furem simul currebas cum eo et cum adulteris portionez tuam ponebas. Ibi enim minora dicta sunt: vt simul ⁊ maiora crimina sentirētur. Sequit Et semen eoꝝ in seculum seculi dirigetur Semen eorū / significat opera fideliū que in hoc mūdo seminant: vt in illa eternitate eorū laudabilis fructus appareat. Et intende quare sit positum Dirigetur: scilicet quoniā que ibi suscepta fuerint / in eterna directitudine collocātur: vbi nichil prauum / nichil potest esse distortum: sed sancti eius cum dño saluatore recta atꝙ stabili voluntate gaudebunt. Conclusio.

Quam feliciter anxius iste defleuit: vsꝙ ad gaudia se discruciando peruenit. Pridem similis pellicano fuit: in subsequentibus phenici cōparandus. Pridem nicticorax / post aquila. Ante passer / inde factus est colūba: Columba preclara. Tales commutationes habent / qui se dño pura mente subijciūt. Regna dicant / exigua sunt. Purpure laudent: frequēter vtētibus sorduerūt. Ecce in pannis vincitur mundus / diabolus plorando superatur: ⁊ cui nulle cohortes ad repugnandū sufficiunt / oratione vnius pauperis inclinat. Isti sapientes / isti diserti / isti reuera gloriosi dicendi sunt oratores: qui talem possessionem victores accipiunt: de qua inimici aduersitate nullatenus excludant. Talem postremo hereditatē sumunt: quam sine labore semper obtineāt: ne aliquādo morte derelinquāt. O conditio beata penitētium: que de reis efficis iustos / de tristib⁹ perenniter letos / de mortalibus absolute perpetuos. Hic malorū societatem ad tempus habent: ibi angelorū consortia eterna felicitate suscipiēt. Quapropter quintum penitentē istū esse noscamus: qui se non defendendo defendit / nō diluendo diluit / non purgādo purgauit. Ad cuius paupertatem si venire meruerimus / omnia mundi regna sine dubitatione superamus.

Explicit expositio in psalmum. 101.

Psalmus ipsi Dauid. Cij.

BEnedic anima mea dño: ⁊ oīa que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño: ⁊ noli obliuisci omnes retributiōes eius. Qui ꝓpiciat omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia ⁊ miseratiōibus. Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabitur vt aquile iuuentus tua. Faciens misericordias dñs ⁊ iudicium omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi: filijs israel voluntates suas. Miserator ⁊ misericors dñs: longanimis ⁊ multū misericors. Nō in perpetuum irascetur: neꝙ in eternum cōminabit. Nō ꝯm peccata nostra fecit nobis: neꝙ ꝯm iniqtates nostras retribuit nobis. Quoniam ꝯm altitudinem celi a terra: corroborauit misericordiā suā super timētes se. Quātum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorū / misertus est dñs timentibus se. Quoniā ipse cognouit figmētum nostrū: recordatus est quoniam puluis sumus. Homo sicut fenum / dies eius tāꝙ flos agri sic efflorebit. Quoniā spiritus pertrāsibit in illo / ⁊ non subsistet: et nō cognoscet amplius locum suum. Misericordia autē dñi ab eterno ⁊ vsꝙ in eternum: super timentes eū. Et iustitia illius in filios filiorū: his qui seruant testamentū eius. Et memores sunt mandatorū ipsius: ad faciendū ea. Dñs in celo parauit sedem suam: et regnum ipsius omībus dominabitur. Benedicite dño omnes angeli eius potentes virtute: facientes verbum illius ad audiēdam vocem sermonum eius. Benedicite dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatē eius. Benedicite dño omnia opera eius: in omni loco dominationis eius / benedic anima mea dño.

POst illas beati pauperis humillimas preces / ⁊ tam magne penitentie gemitus explicatos / totus hic psalmus dñi laude repletus est: vt pia dispositione precedentes lachrymas preconiorum gaudia sequerētur. Et ideo (sicut sepe diximus) Ipsi dauid positū est: ne quid ad istum terrenum regem referre deberemus: q̄ supna laus manifestis sensibus explanatur. Est enim lucidus / et tituli sui claritate consimilis: vt sine difficultate dictorum psalmi cōtinentiam intelligere debeamus. Diuisio.

PEr totum quidem psalmū ꝓpheta loquitur. Prima narratione ad animā suā verba facit: vt benedicat dñz / ⁊ beneficia eius nullatenus debeat obliuisci. Secūda narratione dicit qualia Moysi prestiterit: ⁊ reliquis fidelibus suis: vt ipse intelligatur a seculis semper fuisse munificus. Tertio loco ad angelos verba cōuertit / virtutes supernas alloquitur: ⁊ reliquas rationales creaturas inuitat: vt dñi iugiter laudibus occupentur. Expositio.

BEnedic anima mea † dñm: ⁊ omnia † interiora mea nomen sanctum eius]. Sciens ꝓpheta mentes hominū varijs illusionibus subiacere: nec semper in vera cōtemplatione defixas / animā suam vir sanctus alloquitur: vt cum fuerit diuersis cladibus liberata / beneficiorū omniū recordetur auctorē: ne sibi / aut alteri cuiꝙ putet esse tribuendū: quod a solo dño cōstat esse cōcessum. Est enim gratū et honestissimū dicendi genus cum anima loqui: vt vniuersi intelligant omnimodis appetendū / quod sibi saluberrimū ꝓpheta noscitur dedisse consilium. Sequitur Et omnia interiora mea nomē sanctum eius. Interiora sunt anime: cogitatio multiplex / virtusꝙ ratiōis. Ipsam quippe voluit cum anima conuenire: vt armonia fideli laus dñi adunatis viribus assonaret. Sepe enim anima vult aliquid agere: et ꝑ phātasticas imaginatiōes eludit.

Al. dño.
Al. que intra me sunt nomini sancto.

Sed vir sanctus in dñi laude nichil a se voluit deuia-
re: sed omnia vno cõcentu cauere / que culpabiliter si-
Als. dño. bi poterant discrepare. [Benedic anima mea † dñm
et noli obliuisci omnes retributiones eius]. Primum
versum repetit decora replicatione verborum: vt stu-
diũ maximũ cõcitaret geminata sentẽtia: ne ad opus
tale anima dissimulatione noxia segnior esse videret:
ante omnia monens vt se cuncta ab eodem meminе-
rit accepisse. Ille enim laudare nunꝙ desinit / qui col
lata beneficia non potest obliuisci. Intuere preterea
qd dictum est Retributiões: qm̃ aliud debebat homi-
nũ delictis: aliud retributũ cognoscit absolutis. Hoc
enim obliuisci nulli fas est: vt qui erat obnoxius pene
dignus fieret mox honore. Sz que iste sint retributio-
nes dñi cõsequẽter enarrat: quas si homo cogitat / be
Al. ꝓpiciat. neficia ipsius tota mente collaudat. [Qui † ꝓpicius
Al. infirmi- fit omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes † lan
tates tuas. guores tuos. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui
Al. coronat † satiat in bonis desideriũ tuũ. Qui coronat te in mi
te in miseri- seratione ⁊ misericordia: renouabitur vt aquile iuuẽ-
cordia ⁊ mi- tus tua]. In his tribus versibus exponũtur sub qui-
serationibus naria diuisione retributiões futuri seculi: que sanctis
Qui replet suis dñs pia miseratione largitur. Que figura dicitur
in bonis de- Synatrismos: id est cõgregatio: quãdo in vnũ cumu-
sideriũ tuũ. lum aspera crimina / aut nimis suauia beneficia colli-
SCHE. gũtur. Primo enim fit ꝓpicius peccatis eorũ: quãdo
remissis delictis in pace dignatur suscipere peccato-
res. Secũdo sanat omnes languores fideliũ: cum se-
curitas ⁊ immortalitas eterna in resurrectione cõce-
1. Cor. 15. dit: id est cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ
⁊ mortale hoc induerit immortalitatem. Tertio redi
mit de interitu vitã nostrã: quãdo nos ab eterne mor
tis calamitate submouerit: scilicet vt non audiamus
Mat. 25. Ite in ignẽ eternũ: qui paratus est diabolo ⁊ angelis
eius. Quarto satiat in bonis desideriũ beatorum: cũ
Ibidem. eis dicitur Uenite benedicti patris mei. Quinto coro
nat in miseratiõe ⁊ misericordia sua: quando iam bea
2. Tim. 4. tis p̃mia digna restituet: sicut dicit apostolus. De ce-
tero superest michi corona iustitie: quã reddet michi
dñs in illa die iust⁹ iudex. Hoc forte significãt quinꝙ
panes: vnde populi longa ieiunia satiauit: qm̃ hec / et
his similia in magnũ mysteriũ precessisse noscuntur.
Sed perscrutandũ est cur aquile introducatur exem
plũ. Huic aui iam etate ꝑuecte / supernũ labium cor-
nea inflexione nasutũ: tantũ fert excrescere / vt ei non
sit liberũ escas solita libertate decerpere: que intelli-
gẽs vnde sibi periculum vite possit accidere / os suum
in saxũ dicit expolire vsquequo omnia sibi eius impe-
dimẽta submoueat. Quo facto in antiquã valitudinẽ
corporis sui: escarũ solita perceptiõe reuocatur. Sic
anima in pristinã sanitatẽ reuertitur: si peccata sua in
petra que est christus dñs expolire nõ desinat. Reuer
titur em̃ ad cibos salutares: quando delicta que sunt
impedimẽta eterne vite (dño prestãte) respuerit. [Fa-
ciens misericordias dñs: ⁊ iudiciũ omnibus iniuriam
patiẽtibus]. Postꝙ dixit retributiones dñi quas hic
cõuersis in illo seculo veraciter creditur posse presta
re: nũc dicit breuiter qr dñs misericordias faciat spe-
rantibus / ⁊ vindictam prestet patiẽtibus cũctis iniu-
riam: vt nullus in eis possit dubitare que dicta sunt /
quãdo ipsum dñm tali definitione monstratũ esse co-
gnosceret. Hic em̃ versus per modũ definitionis edi
tus est: quando per illud quod singulariter efficit ali-
quis indicat. Nam interrogãti tibi quid sit dñs: respõ
des: faciẽs misericordias ⁊ iudiciũ om̃ibus iniuriam

patiẽtibus. Quapropter abunde designatus est dñs
deus: cũ nulli alteri possit cõuenire quod dictũ est. Il
lis autẽ misericordias facit qui miserti fuerint: sicut in
euãgelio dicit Beati misericordes: qm̃ ipsi misericor Mat. 5.
diam cõsequent. Sequitur Et iudiciũ omnibus iniu-
riam patiẽtibus. Hoc illis ꝓmittit / qui patiẽtie mune
re decorãtur: de quibus ait Michi vindictã: ⁊ ego re-
tribuã. Nam qui se manu desiderãt vlcisci / furoremꝙ
suũ inimici persecutiõe satiare cõtendunt: vindictam
dño nõ reseruant: qr se credũt posse distringere / quod
deberẽt a iudice prestolari. Dedisti sanctissime ꝓphe
ta anime tue salubre cõsilium: in quo se ⁊ mũdus sen-
tiat cõsolatum. Sic em̃ tibi locutus est / vt nobis dice
res: sic tibi ꝓfuisti / vt ⁊ nos sine dubitatiõe saluares.
[Notas fecit vias suas Moysi: filijs israel volũtates
suas]. Superius dixerat quas retributiões in illo se-
culo plebs beata mereret: nũc autẽ veniens ad secun
dam narrationẽ / per vni⁹ exemplũ ꝓbat quãta et hic
p̃stiterit seruis suis: ne quis de futura retributiõe du-
bitare potuisset. Sed intende queadmodũ Moyses
⁊ israel indicatus est distinctione verborũ. Notas fe-
cit vias suas Moysi / quando ei iustitiam sue pietatis
aperuit: vt legem cõscriberet / mores doceret / ⁊ in via
dñi ꝑfecte fidei gradibus ambularet. Sequit Filijs
israel volũtates suas. Hic volũtates posuit / nõ vias:
qr non omnis israel suscepto verbo dñi in ei⁹ iussioni-
bus ambulauit. Scimus em̃ quas seditiões populus
ille fecerit: vt voce iudicis mereret audire. Populus Exo. 32.
hic dure ceruicis est. Ideoꝙ ergo illis volũtates dñi
nõ vias innotuisse dicit: qr multa pars eorũ viam dñi
declinare p̃sumpsit. Sic aũt Moysi exemplũ hic posi
tũ intellige: vt tamen hoc quotidie dñm ⁊ operatum /
⁊ vsꝙ ad finẽ seculi operari posse cognoscas. [Mise-
ricors ⁊ miserator dñs: † patiẽs / ⁊ multũ misericors] Al. longa-
Misericors est / qui natura sua clementissimus appro nimis.
batur. Miserator / quãdo misericordie sue dona largi
tur. Potest em̃ aliquis misericors et miserator esse in
vna / duabusꝙ causis: misericors autẽ ⁊ miserator na
turaliter preter dñm nullus poterit inueniri. Sed hic
ideo misericors premissum est: vt miseratorẽ dñm nõ
ad tẽpus / sed iugiter approbares. Hec figura dicitur
Paranomasia: id est denominatio: q̃ similitudine ser- SCHE.
monis concitat audiẽtis affectũ. Adiecit Patiẽs: qd
necesse est cõsequi misericordẽ. Nullus ei misericors
nisi qui ⁊ patiens. Sic em̃ ⁊ apostolus dicit: An diui- Rom. 2.
tias bonitatis eius / ⁊ lõganimitatis contẽnis? Igno
ras qm̃ benignitas dei ad penitẽtiã te adducit? Ipse
autẽ de se dicit Hec fecisti et tacui: existimasti iniqui- Ps. 49.
tatez ꝙ ero tibi similis. Sequit Et multũ misericors.
Multũ reuera misericors: q̃ audiẽs omnino blasphe-
mas voces / solem suũ facit oriri sup bonos et malos: Mat. 5.
pluit super iustos ⁊ iniustos: vitalem spiritum magna
pietate largit: expectat errantes vt debeant sua per-
peram cõmissa damnare. [Non in † finem irascetur: Al. ꝑpetuũ
neꝙ in eternũ † indignabit]. Illis scilicet qui deuota Al. commi
satisfactione cognoscunt: qui ad eum redire diligunt / nabitur.
qui illecebras seculi cum suo auctore cõtemnũt. Con
tra: illis in finem irascetur: quibus dicturus est Ite in Mat. 25.
ignem eternũ. Magna infelicitas perire sub pio dño:
vt tardes illi satisfacere / cui te cognoscis errasse: ma-
xime cũ supplicationem tuam vacuam non sentias: si
tamẽ eam integro animo te obtulisse cognoscas. Po
test hoc et de populo iudaico sentiri / quẽ cõuertendũ
cõstat in fine seculi: de quo ⁊ apostolus dicit: Cecitas Rom. 11.
ex parte israel contigit: vt plenitudo gentiũ introiret:

⁊ sic omnis israel saluus fieret. [Non ꝫm peccata no=
stra fecit nobis: neq̧ ꝫm iniquitates nostras retribuit
nobis]. Sentẽtia generalis est: q2 nemo est q̃ ei⁹ gra=
tiam gratis non habeat/ dum lex sub peccato cuncta
cõcludat: sicut testatur apostolus. Omnia deus con=
clusit in incredulitate: vt omniũ misereretur. Ille ta=
men cõmuniter bonis/ malisq̧ spiritum donat: salutẽ
tribuit: indigẽtias adimit: ⁊ generaliter bon⁹ est. Ad=
didit Neq̧ ꝫm iniquitates nostras retribuit nobis: sci
licet quoniã supplicãtibus ita pius est: vt tunc magis
eum digneť absoluere/ quãdo se studuerit vnusquisq̧
Al. qm̃. adhibita satisfactione damnare. [† Quia ꝫm altitudi
Al. corro nem celi a terra: † cõfirmauit dñs misericordiã suam
borauit. super timentes † eum]. Diligentius ꝑscrutemur quid
Al. se. sibi velit ista comparatio. Tanto maiorẽ dicit a me=
ritis eoꝝ misericordiam dñi quam retribuit fidelibus
suis: quãtum põt a terra celi summitas eleuari. Qua
cõparatione illud quoq̧ significatur: q2 sicut celũ ter
ras operit/ ⁊ cõpetentia beneficia tẽporibus suis ho=
mini tribuit: modo pluuias influẽdo/ modo prestando
serena/ modo ipsum aerem ventis saluberrimis tem=
perando. Ita ⁊ misericordia dñi fragilitati nostre no
scitur diuersa prestare. Sustinet enim vt corrigat/ fla
gellat vt erudiat/ ꝓbat vt prestet: ⁊ per diuersas ope=
ras beneficiorũ vna voluntas est subuenire peccanti=
bus. Sed vt totius sentẽtie virtus possit intelligi: bre
uiter dicendũ est (si fas est) vt celum nõ cooperiat ter
ras: potest fieri vt dñs non ꝓtegat sibi purissime ser=
Al. ort⁹ ab uientes. [Quantũ distat † oriens ab occasu: elonga=
occidẽte lõ uit a nobis iniquitates nostras]. Dedit aliã pulcher=
ge fecit. rimã comparationẽ beneficio diuino. Oriens/ est ini=
tium bone vite nostre. Occasus/ male conuersationis
affectus. In occasum enim eramus: cum peccati vin=
culo tenebamur astricti. In oriente autẽ sumus: quã=
do per aquam regenerationis nos sol verus inuisitat/
⁊ tenebras facit nostrorũ discedere peccatorũ. Tan=
tum ergo iniquitates nostre lõge sunt/ cum nobis pec
cata nostra donanť: quantũ põt clara dies a tenebro
sa nocte distare. Siue orientẽ significat regnũ dei: oc
casum vero gehẽnam: q̃ tantũ a beatorũ sede dissocia
ta est/ quantũ dicit ille pauper in abrae finibus cõsti=
Luc. 16. tutus. Inter nos ⁊ vos/ chaos magnũ firmatum est.
Al. quomõ [† Sicut miseretur pater † filijs: † ita misertus est do
Al. filiorũ. minus timẽtibus se. [Ecce iam nõ extraneis/ neq̧ lõ=
Al. non hz. ginquis cõparatiõibus agitur: sed ad ipa viscera pie=
tatis vocabula sociantur. Sic enim miseretur vt pa=
ter: sed quibus ipse pater est/ sic corripit vt filios: sed
qui eius regni heredes esse meruerint. Sequitur Ita
misertus est dñs timentibus se. Dum dicit Ita: desi=
gnat nobis paterne correctionis affectum. Pater em̃
carnalis qui vult filium suum bonis actibus erudiri:
frequenter eũ corripit/ frequenter flagellat: sicut Sa
lomon ait. Si diligis filium tuum: frequenter eum fla
gella cum adhuc tener est ⁊c̃. Ipsi enim parẽtes ve=
re diligũt filios suos/ qui eis sub pietate districti sunt.
Sic ⁊ dñs noster flagellat omnẽ filium quem recipit:
et timentes se/ ad studium bone voluntatis adducit.
Al. quoniã [† Quia ipse † scit figmentum nostrum. † Memento
Al. cogno= dñe ꝙ puluis sumus]. Hoc coma ad superiora iungẽ
uit. dum est. Causa enim redditur cur misereatur vt pa=
Al. recor= ter: scilicet quoniam nosmetipsos ab illa naturali di=
datus est gnitate deiecimus: et a factura creatoris repulsi/ fi=
quoniam. gmentũ esse monstramur. Merito ergo subueniri sibi
postulat: qui spem in viribus proprijs non habebat.
Sequitur Memento dñe quoniam puluis sumus. Di
cit enim Memor esto dñe: non q2 nos ex limo forma=
sti: non quia immortales tua largitate fecisti: non ꝙ
ad imaginem ⁊ similitudinem tuam plasmare digna=
tus es: quia ista omnia inuidiam magis excitare pote
rant peccatori: sed quia in puluerem nunc redacti su=
mus ariditate peccati. Miserere eis qui se infeliciter
pertulerũt: subueni qui in illo munere tuo minime con
sistere voluerunt. Tu em̃ solus pius es peccatoribus
q2 delinquentes se grauiter perculerũt. [Homo sicut
fenum dies eius: † ⁊ sicut flos agri † ita floriet]. Sunt Al. tanq̃.
species definitionũ/ que per rerum similitudines ali= Al. sic efflo
quas explicãtur: vt est illud Ego sum via/ veritas/ et rebit.
vita. Sic et in hoc/ ⁊ in subsequenti versu constat esse Joan. 14.
formatum. Quemadmodũ si interroges quid est ho=
mo: respondeť fenum dies eius: quod summa hylari=
tate pullulat: sed celerrima velocitate desiccatur. Fe
num est/ quod pluuijs velociter in auras caput erigit:
sed in ardoribus colla deponit. Et ne forsitan aliquid
soliditatis hanc comparationẽ putares habere: ad=
didit Et sicut flos agri ita floriet. Flos agri multo ce=
lerius transit/ q̃ feni viriditas permanere monstrať.
Sed q̃uis pulcherrimũ videatur esse dũ pubet: mul=
tum fugitiuũ cernitur esse dum corruit. Ita ⁊ imbecil
litas humana pulchrescit: ita seculi honores/ diuitie=
q̧ gratissime sunt: sed non ad finem longissimũ perdu
cuntur. Ueraciter ergo his rebus transitorijs huma=
nitas comparatur: quia robustis viribus destituta/ in
casum mortis ꝓna semꝑ celeritate festinat. [† Quia Al. qm̃.
spiritus pertransibit in † eo/ ⁊ non † erit: ⁊ nõ cogno= Al. illo.
scet amplius locũ suum]. Ad hanc similitudinẽ com= Al. subsistet
paratio superioris versus expressa est. Describit enĩ
quid sit homo: id est spiritus pertransiens mundum:
scilicet presentẽ: in quo diutissime non potest perma=
nere. Audiant qui superbiunt/ ⁊ se gaudẽt mundana
felicitate subuectos: sic spiritus relinquere nostra cor
puscula/ quemadmodũ solent flumina loca inundata
transire. Illa enim spacia que plena vidẽtur esse tor=
rentibus: q̃ sunt vacua cũ recedunt. Non est ergo de
fugitiuo flatu presumẽdum: sed hic potius agendum
quod ꝓdesse nouimus in futurum. Et ne forsitan ali=
quis per metampsychosin crederet ad hunc mũdum
animas esse redituras/ sicut nõnulli putauerũt demẽ
tium: addidit Et nõ cognoscet amplius locum suum:
hoc est in hoc seculum nõ potest redire vbi suã vitam
possit iterare. Cõuicta est imbecillitatis sue humana
fragilitas. Audisti homo quid sis: audi q̃d eris: si do=
minũ minime timere despexeris. Que figura dicitur SCHE.
Parison: id est equatio sentẽtie: quotiẽs bona/ vel ma
la coniũctim membris dissimilibus alligamus. [Mi=
sericordia autem dñi † a seculo est: et vsq̧ in seculum Al. ab eter=
seculi super timentes eum. Et iustitia † eius super fi= no et vsq̧ in
lios filiorum]. Exposita est prius veraciter humana eternum.
cõditio propter insolentium presumptiones illicitas: Al. illius in.
nũc insinuat spem que fideles debeat consolari: quia
licet per nos simus fragiles et caduci/ per miseicor=
diam dñi reddimur absoluti ⁊ perpetui: vt et q̃ fragi=
les simus debeamus aduertere: et quid per dñi gra=
tiam consequamur possimus audire. Et nota ꝙ dixit
A seculo: id est cum administrari ceptus est mundus/
et diuerse creature auctoris sui munere proruperunt.
Unde ⁊ michi videť hic cõuenienter aduerti: ⁊ Adam
(sicut multi patrum dixerũt) ad dñi gratiam fuisse re=
uocatũ: quãdo ipse primus in seculo fuit: sicuti etiam
Abel/ Noe/ Abraam/ ⁊ ceteri patres: qui tamẽ in se=
culo: sed a seculo non fuerunt. Nam ꝙ sequiť Et vsq̧

in seculum seculi/ eternitatem dñi absolute designat:
quoniã ⁊ ille ⁊ ante seculum misericors esse monstra=
tur. Considera etiam q addidit Super timentes eũ:
ne ⁊ illi hoc in se crederent esse faciendum qui ei scele
ratis casibus obedire cõtemnunt. Sequitur Et iusti=
tia eius super filios filiorum. Filios (sicut sepe iam di
ctum est) vniuscuiusq actus debemus aduertere. Fi=
lios filiorũ/operum nostroruz iustissimam retributio=
nem. Nam sicut nos operã nostram quodãmodo ge=
neramus: ita nobis retributiones rerũ nostre generãt
actiones. Hãc vnusquisq iustus recipiet: cum in ter=
re fuerit beatitudine collocatus. Multi eniz fidelium
filios non habuerunt: aut sterilitatis euentu/aut vir=
ginitatis studio. Nã si ad litteraz velis aduertere (qđ
absit) plurimi sanctorum ista promissione fraudãtur.
Nam ⁊ in subsequẽtibus spiritualiter dictum esse de=
Al. his qui claratur. [† Custodiẽtibus testamentũ eius. Et † me=
seruant. moria retinentibus mãdata eius: vt faciant ea]. Isti
Al. memo= sunt filij quos superius dixit: qui dñi precepta custo=
res sunt mã diunt/qui mãdatorum eius operibus sunt memores/
datorũ ipsius non studio cantilene. Nam ⁊ si quis psalterium voce
ad faciendũ reddat/memor eius non est: nisi que precipiũtur effe=
ea. cerit. Ideo enim dicta sunt vt fiant: non vt sola vocife
ratione cantentur. Unde doctissimus pater Augusti=
nus in hoc psalmo disputans/ psalterium se nõ tene=
re pfessus est/nec totius legis dicta recolere: scilicet
vt non solum ad audiendũ / sed maxime ad faciẽdum
DEF. cunctorũ studium concitaret. Memoria est enim per
quam animus repetit que audita/visa/factaq cogno
Al. ipsius scit. [Dñs in celo parauit sedem suam: ⁊ regnũ † eius
omnibus. omniũ dominabitur]. Uenit ad futuri iudicij formida
bilem predicationẽ: ne peccantium mentes insolesce=
rent: cum vltionem venturã malorũ actuum non time
rent. Dicit enim Parauit sedẽ suã: hoc ad illud perti=
net quando dñs Iesus ascẽdit in celum: sedet ad de=
xteram patris: inde venturus iudicare viuos et mor=
tuos. Et ne aliqua impotentia dñi morderer is: ipsum
dicit parasse sedem suaz/ qui iudicaturus est mundũ.
Addidit Et regnũ eius omniũ dominabitur. Ne pu=
tarent pagani demones suos quoquo modo regnatu
Al. domino. ros: ipsuz dicit dominaturũ/qui parauit sedẽ suam: id
Al. faciẽtes. est dñm christum. [Benedicite † dñm omnes angeli
Al. illius. eius potentes virtute: † qui facitis verbum † eius ad
audiendam vocem sermonũ eius]. Cum superius de
hominibus ppheta loqueretur: venit ad tertiam nar=
rationẽ vbi celestes creaturas alloquitur/vt dñi lau=
des debeãt celebrare. Et quoniã inter ipsos angelos
est magna discretio / illos tñmodo dicit preconio dñi
dignos existere: qui eius pbãtur iussionibus obedire:
ostẽdẽs neq homines: neq spirituales substãtias ad
mysteriũ tante maiestatis accedere: nisi qui eius vo=
luntatibus obsecundant. Sic enim cõmonet Omnes
angeli eius. Eius quippe de illis dicitur: qui ab ipsius
imperio nequaq recedere voluerũt. Sequit aliquid
expressius: Potentes virtute/ qui facitis verbũ eius.
Ipsi enim virtute possunt/q eius iussis obediunt. Po
test autẽ ⁊ diabolus: non virtute/sed prauitate: nõ ho
nore/sed presumptiõe. Potentes siquidem illi vere di
cendi sunt: qui verbo dñi parere contendũt. Et ne ali=
quid relinqueret ambiguũ calcatius insinuat. Ad au
diẽdam vocem sermonũ eius: scilicet vt sint humiles
non superbi. Ipsi sunt enim digni benedicere: qui suũ
Al. domino. ⁊ cognoscunt/et venerãtur auctorem. [Benedicite †
dñm omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis vo
luntatem eius]. Rem magnã/rem omnino sublimem
iterata iudicauit inuitatione solidandã: vt infirmitas
humana cognosceret/ q saluberrimum esset obedire
dño: quando ipsius volũtati celorũ militat fortitudo.
Et intende pprietates emicare verborũ. Prius dixit
Qui faciunt verbum eius. Et ne verbum intelligeres
qđ verberato aere ab hominibus solet pferri: addi=
dit Qui facitis volũtatem eius. Angelis enim verbũ
dñi est voluntas eius: quoniam illa sublimis/spiritua
lisq substantia beatorum angelorũ cum dñm contue
tur: ibi veritatem eius volũtatis agnoscit. Nec opus DOG.
est loqui quibus se diuinitas ppiciata patefacit. Non
enim eis deus verberato aere loquitur: sed inspirami
ne suo voluntates eorũ ad suum velle conuertit. Sic
erunt vt credimus: ⁊ beati homines postq regni eter
ni fuerint premia cõsecuti. [Benedicite † dñm omnia Al. dño.
opera eius/in omni loco dominationis eius: benedic
anima mea † dñm]. Benedicite/nũc tertia iteratio= Al. dño.
ne geminatur: que figura dicitur Epembasis/decorũ SCHE.
schema/siue in laudibus/siue in vituperationibus ad
animos erigẽdos verbum sepius iterare: quod dictũ
est. Dixit autez prius illos debere benedicere qui dñi
iussiones efficiũt: nũc admonet ipsam operam dñi au
ctorẽ suum debere laudare: vt terrena/celestiaq con
cluderet. Nam cum totum opus eius sit: omia debẽt
suum benedicere creatorem. Sequitur In omni loco
dominationis eius. Sicut nulla creatura a laudibus
dñi iubetur excipi: ita nec locꝰ quisq relinquitur/ qui
a tali munere segregetur. Nam cum dicitur In omni
loco dominatiõis eius/nichil excipitur: quia vbiq do
minatur significans forte ecclesiam catholicam: que
per totum mundũ erat (dño prestãte) creditura. Ipsa
enim vbiq dñm benedicit/vbiq collaudat: ⁊ gratias
maximas hymnidica exultatione cõcelebrat. Addi=
dit Benedic anima mea dñm. Ipsa sententia cõclu=
sit psalmum: que pulcherrimũ fecit initiuz. Sed quo=
niam in scripturis diuinis omnia sacramentorũ vber=
tate pinguescũt: hec similitudo (sicut iam dictum est)
in octauo psalmo illos indicat (vt opinor) qui atria fi=
dei sinceris mentibus ingressi sunt: ⁊ vitam suã glorio
so fine (dño prestante) concludunt. Digna cõmonitio
per quã se fidelis anima cõsoletur: que contra omnes
casus tãq clypeus inexpugnabilis assumitur. Nam
si eũ semper benedicimus: ab eo iugiter custodimur.

Conclusio.

Benedictio dñi timẽtibus eum quanta lar
gitate concedatur agnouimus
festinemus ad mãdata cõplenda: vt peruenire merea
mur ad premia. Habemus dñm ⁊ per naturã pium/
⁊ per misericordiarum dona largissimũ. Quis dubi=
tet ab illo postulare: qui si nõ petatur offendit? Bene=
dicamus ergo oẽs in cõmune dñz: opas eius hymni=
dica exultatione celebremus. Quale eñ sacrilegium
est/vt cũ omnis creatura iubeatur benedicere dñm: si
homo desinat laudare deũ: qui ad imaginẽ ⁊ similitu
dinẽ ipsius noscitur esse pcreatus? Audiuimus: bene=
dictio dñi quibus virtutibus applicet: castis vtiq/hu
millimis/charitate plenis: ⁊ qui dñi reliqua mandata
perficiũt. Arceat ergo hinc omne qđ prauũ est: exclu
datur vniuersa malicia mundi: emendẽtur illecebre:
diabolus foras mittat cũ sequacibus suis. Quapro=
pter audito tanto munere/completi tãta spe: sanctis
operibus benedicamus dñm/ religiosis factis cante=
mus auctori nostro. Non nos electio iudicis repudit:
si que precipit hic nos peregisse cognouerit.

Explicit expositio in psalmum. 102.

Psalmus ipsi David. Ciij.

BEnedic anima mea dño: dñe deꝰ meꝰ magnificatus es vehementer. Confessionē ⁊ decorem induisti: amictus lumine sicut vestimēto. Extendēs celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubē ascēsum tuū: qui ambulas super pennas ventoꝝ. Qui facis angelos tuos spiritꝰ: ⁊ ministros tuos ignē vrētem. Qui fundasti terrā super stabilitatē suam: non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimētū amictus eius super montes stabūt aque. Ab increpatiōe tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendūt montes/ ⁊ descendūt campi: in locum quē fundasti eis. Terminū posuisti quē non transgredient᷑: neqꝫ conuertent᷑ operire terrā. Qui emittis fontes in cōuallibus: inter mediū montiū pertransibūt aque. Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabūt de medio petrarum dabunt voces. Rigans mōtes de superioribus suis: de fructu operū tuorū satiabitur terra. Producens fenum iumētis: ⁊ herbam seruituti hominū. Ut educas panem de terra: ⁊ vinū letificet cor hominis. Ut exhylaret faciez in oleo: ⁊ panis cor hominis cōfirmet. Saturabunt᷑ ligna campi ⁊ cedri libani quas plātauit: illic passeres nidificabūt. Herodij domus dux est eoꝝ: montes excelsi/ ceruis petra/ refugiū herinacijs. Fecit lunam in tēpore: sol cognouit occasum suū. Posuisti tenebras ⁊ facta est nox: in ipa ꝑtransibunt omnes bestie sylue. Catuli leonū rugientes vt rapiāt: ⁊ querāt a deo escam sibi. Ortus est sol/ ⁊ cōgregati sunt: ⁊ in cubilibus suis cōgregabuntur. Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suam vsqꝫ ad vesperū. Q̄ magnificata sunt opera tua domine: oĩa in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnū et spaciosum manibus: illic reptilia quorum nō est numerus. Animalia pusilla cum magnis illic naues pertransibunt. Draco iste quē formasti ad illudendū ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabūtur: auferes spiritum eorum ⁊ deficient: ⁊ in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre. Sit gloria dñi in seculū: letabitur dñs in operibus suis. Qui respicit terram/ ⁊ facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant. Cantabo dño in vita mea: psallam deo meo ꝙdiu sum. Jocūdum sit ei eloquium meū: ego vero delectabor in dño. Deficient peccatores a terra: et iniqui ita vt non sint/ benedic anima mea domino.

FRequenter diximus psalmum illos actus significare mortalium: qui ad rerū diuinarum intellectū ꝑ sua ꝓbitate respiciūt. Ad cuius similitudinem ⁊ organū ipsuz aptatum est/ quod specialiter psalmus vocatur sursum habens tympanū: vbi melos dulcissimū canoro sonitu temperatur. David autē tm̄ persona loquētis adhibetur. Ceterū omnia constat de dño saluatore narrāda: qui in principio fecit celum et terram. Est enim psalmus iste tanta dispositiōe perfectus/ vt aliqua hic dicta intelligas: que in libro Geneseos tacita fuisse cognoscas. Quapropter que sunt apta exponemus ad litteram: que vero fidei nostre possunt indicare notitiā/ spirituali intellectu (sicut a maioribus accepimus) explanabimus. Unde solliciti esse debemus/ paratiqꝫ ad audiendum: quia ipse quoqꝫ vir eloquentissimus pater Augustinus hūc psalmum ⁊ sedule dicit perquirēdū/ ⁊ de eodē laboriosissime disputandū.

Diuisio.

PRopheta volens ostēdere conditiones rerū diuina significare mysteria. Primo modo per fabricam celi ⁊ terre quedam nobis cognoscitur indicare dogmata: vt agnoscamus omnia sibi reuera tanꝙ ab vno auctore condita posse cōgruere: quando aliquas similitudines suas inuicem ꝓbantur aperire. Secundo operas dñi diuersis figuris tectas enumerat. Tertio profitetur in illo eterno seculo preconia dñi iugiter se esse dicturū: que etiam in hac vite sue breuitate cātauerat.

Expositio.

BEnedic anima mea dño: dñe deus meꝰ magnificatus es vehementer. Confessionem et decorez induisti]. Inuitat propheta semetipsum ad benedicēdum dominum. Et quoniam nouerat in catholica fide vnitatis gratiam plurimum preualere/ sibi tm̄ loquitur: qđ omnes debeat admonere. Benedicere autem deum est eius magnalia confiteri: vt cum de illo dicitur aliquid magnum/ vnusquisqꝫ veritati prestet officium. Hec igitur sententia ad totū respicit textum: vbi psalmi huius ꝓlixitas terminatur. Sed cum ad suam (vt dictum est) animam loqueretur/ subita cōuersione dicit Domine deus meus. Que figura dicitur Prophonesis: quando inter alia que loquimur/ ad deum subito verba conuertimus. Generalem vtiqꝫ dominū confidēter suum asserit deum: vt cum se ipsius seruū esse profitetur/ nullam se habere cuz diabolo comprobet portionem: ne in eo quicꝙ preuaricator ille requireret/ quem alienū esse agnosceret. Sequitur Magnificatus es vehementer. Oportet nos vim istorum nominū diligēter inquirere. Nam quando ille magnus non est: vt hominū laudibus magnificetur? Aut quid illi potest addi: qui est mirabilis/ et incōprehensibilis plenitudo virtutū? Sed magnificatur dñs apud homines/ quando eis magnus atqꝫ excelsus esse claruerit: vt ipsum sentiāt creatorem/ ipsum bonorū omniū

ClhE.

largitorem/ipsum redemptorē:ad postremum ipsum
⁊ iudicem. Ex qua parte prouenit vt recte dicatur re=
demptor dominus magnificari: qui quotidie fit cre=
dentium deuotione mirabilis. Sic etiam dicitur san=
ctificari/sic glorificari/sic benedici: ⁊ his similia. Ad=
iecit Vehementer. Reuersa quando conuersorum ore
laudatur/⁊ in sanctorum cetum veniūt: qui se pridem
nefandis sceleribus polluerunt. Vehementer enim
aptissime dictum est: quod toto geritur cordis anni=
su. Sed vnde magnificatus sit vehemēter: consequē=
ter exponitur Confessionem et decorem induisti. In=
DEF. duere est aliquem quod non habebat assumere. Et
quando deus decorem non habuit: qui creaturis suis
omnia speciosa semper indulget? Sed hic incarnatio
domini christi euidenter exponitur/quam sumpsit ex
tempore: per quam confessionem mortalium largitor
sue pietatis inuenit. Recesserāt enim homines a cul=
tu vere diuinitatis: cum simulacrorum studijs/et va=
nis religionibus seruiebant. Sed eo veniente: qui ta=
mē absens nunꝗ̄ extitit diuinitate/ ⁊ cōfessio ⁊ decus
superne maiestatis innotuit: eisqꝫ rebus indutum di=
cit dominū/quibus ecclesiam catholicam constat or=
Al. lumine sicut vestimento. natam. [Amictus † lumen sicut vestimentum. Exten
dens celum sicut pellem.] Versus isti vigintiduo vsqꝫ
ad diuisionem futuram per figuram Parabole pul=
SCHE. cherrimis allusionibus explicātur: que fit quādo res
sibi genere dissimiles comparantur. Lumen enim ec
clesiam significat: de qua scriptū est Que est ista que
ascēdit dealbata? Dealbata enim/intelligitur illumi=
nata: que recte velut vestis aduertitur domini salua=
toris non habēs maculam/neqꝫ rugā. Ipsa est enim
cādida/dealbata: de cuius membris dicit apostolus.
Ephe. 5. Fuistis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in
domino. Hanc etiam tunica illa significauit: que non
potuit diuidi tempore passionis. Hec est de qua dici=
tur Amictus lumen eius sicut vestimentum. Sequi=
tur Extendens celum sicut pellem. Bene dicitur do=
minū celum extendere: vbi meretrices et publicanos
eum cōstat admittere. Nam cum sint per iustitiam ce
li iustorum: facti sunt et gratie largitate peccantium.
Nec frustra cōparata est celo pellis: quia sicut omnia
membra nostra pellis tegit/ ita et creaturas celorum
ambitus circumactus includit. Senserunt aliqui ce=
lum et de iusto dictum: quē sic per gratiam probatur
extendi/ quemadmodum potest tensa pellis excresce
Al. tegis. re. [Qui † tegit † in aquis superiora eius. Qui † po=
Al. non hꝫ. nit nubem ascēsum † suum: qui † ambulat super pen=
Al. ponis. nas ventorum]. Quamuis ordinem conditionis ex=
Al. tuum. ponere sentiatur: quia et super celos aque sunt posi=
Al. ambu=las. te: sicut ⁊ in Genesi legitur. Et ipse alibi dicit Et aque
Ps. 148. que super celos sunt laudent nomen domini: tamen ⁊
sacri baptismatis nobis referatur iudicium: vt celum
(sicut frequenter dictum est) omnē iustum debeamus
accipere: cuius superiora: id est emēdatio fidelis ani=
me aquis salutaribus irrigatur. Ita enim hec omnia
ab illo auctore disposita sunt/ vt et actus ecclesiasti=
cos dicta celestia indicare videantur: et iterum condi
tiones rerum veracissima narratione testentur. Se=
quitur Qui ponit nubem ascensum suū. Hoc quidem
et ad litteram congruenter accipitur: quando domi=
nus post resurrectionem videntibus apostolis ascen=
dit in celum. Sic eniꝫ in actibus apostolorum legitur
Hec cum dixisset: nubes suscepit eum ab oculis eo=
rum. Sed et illud aptissime probatur accipere: vt nu=
bem ponamus verbi domini predicatorem: per quem

christus in membris suis ascendit: cum mentem pec=
catorum a mundi istius prauitate mundauerit. Ad=
didit Qui ambulauit super pennas ventorum. Venti
in isto aeris fluctu quasi quibusdam pēnis volare no=
scuntur: sed dominus ambulat super pennas eorum:
dum volūtates suas multo velocius operatur/ꝗ̄ po=
test esse excursus ventorum. Siue magis ventos/iu=
storum animas debemus accipere: quia vtroqꝫ testa=
mento perdocti / velut duabus alis ad superna gau=
dia transferuntur. Supra quos dominus ambulare
recte dicitur: in quibus misericordiam sue operatiōis
ostendit. Et nota ꝙ in hoc versu/⁊ alijs qui sequūtur:
dominū mauult ostēdere per id quod egit. Hec secun
da species definitionis dicitur apud grecos Enneo=
matice: latine autē notio nuncupatur. Nam cū domi= DEF.
nus per naturam suā nequeat definiri: per illud tamē
pulchre cognoscit/quod singulariter operat. [Qui † Al. facis.
facit angelos † suos spiritus: ⁊ ministros † suos ignē Al. tuos.
vrentem]. Commendandū est animo: quia hic specia Al. tuos.
liter de angelis dicit: quod in libro Geneseos euiden
tius non habetur. Nam et verba ipsa sunt discutiēda
subtilius. Spiritus/generale nomen est incorporalis DEF.
potentisqꝫ substantie: visibiliter siue inuisibiliter ope
rans/quod ei diuinitus inspiratur. Angelorum enim
nomen non significat naturam/sed obediētiam. An=
gelus enim greca lingua dicitur: qui latine nūcius in= INTER
terpretatur. Nam quando mittūtur angeli fiunt: cum
tamen natura spiritus esse noscātur. Addidit Suos:
vt illos ostenderet qui recta mente dn̄i voluntatibus
obsecūdant. Ordo enim verborū talis est: Qui spiri=
tus suos facit angelos. Sequitur Et ministros suos
ignem vrentē. Minister dei/est omnis qui diuinas exe
quitur voluntates: et charitatis semper accensus est
feruore. Talis enim vir celestis ignis efficitur: quādo
verbo predicationis peccantiū nequitias vrere/⁊ con
sumere posse monstrat. Sic enim dominus ipse dicit
Ignē veni mittere in terrā. Ignis vtiqꝫ vitalis/ignis Luc. 12.
vtiqꝫ salutis: qui dū peccata cōsumit/animas nutrit.
[Qui † fundauit terram super stabilitatem † eius: nō Al. fundasti
inclinabitur in seculū seculi]. Versus iste ad litteram Al. suam.
non videt posse constare. Nam cū terram istā mutan
dam esse legerimus: quomodo fieri potest vt non in=
clinetur in seculū seculi? Sed hic magis firmatā ter=
ram/solidatam aduertamus ecclesiaꝫ: que terra ideo
dicit: quia ex terrenis hominibus collecta esse mon=
stratur: sicut in alio loco ait Dn̄i est terra ⁊ plenitudo Ps. 23.
eius. Huius stabilitas recte dicit christus: qui est im=
mobile fundamentū/et inuiolabilis petra: de quo di=
cit apostolus. Fundamentū enim aliud nemo potest 1. Cor. 3.
ponere/preter id quod positum est: quod est christus
Iesus. Supra quē si manserimus/iugiter nullatenus
inclinamur. Superiecta enim nesciunt titubare: dum
sint fixa que cōtinent. Sic veritas huius sentētie ab=
soluta nobis ratione cōstabit. Spiritus eniꝫ sanctus DOG.
ideo interdū difficillima dicit ad litterā: vt maiori am
bitu spiritualem intellectū querere debeamus. Hoc
ergo quod dictū est Non inclinabitur in seculū seculi/
per omnia comata trium versuum superiorum cōstat
esse reddēdū. Que figura dicitur Hyperbaton: quo= SCHE.
niam ordo verborum longius explicatur. [Abyssus
sicut † pallium amictus eius: super montes stabunt Al. vesti=mentum.
aque]. Nec iste versus ad hystoriam potest referri:
ꝗ̄uis de superducto diluuio dicere videatur. Prete=
ritum enim tempus diluuij fuit: et nunc propheta de
futuro predicat esse faciendum. Unde necesse est vt

hoc magis spiritualiter inquiramus: quando sibi ad litterã tempora cõuenire non possunt. Abyssus enim dicitur aquarũ copiosissima multitudo: que et in bono et malo plerũqꝫ ponitur. Hec merito hic superstitiosis atqꝫ persecutoribus comparatur: quia sicut palliũ subiecta cooperit: ita illi mundum fedissima superstitione texerunt: vt non solum mediocres homines: sed in perniciem suã ipsos quoqꝫ sanctos viros atqꝫ eminentissimos tormentis corporum obruere viderentur. Sed hic abyssus in malo posita est: dum legatur et

Ps. 35. in bono: vt est illud: Judicia dñi velut abyssus multa.

ID J. Quod genus locutionis inter propria diuine scripture constat esse deputandum. Deniqꝫ sic sequitur: Super montes stabũt aque. Steterunt quippe super eos qui montes fidei firmitate vocati sunt: quando eos diuersis penis et mortibus affecerunt. Aquas enim et abyssos: impios hic debemus accipere: qui sic ad obruendam properant sanctitatem: quemadmodum potest cumulus vndarũ subiecta contegere. Sed vt hoc magis de superbis atqꝫ sceleratis potuisses aduertere: sequens versus ostendit. Volunt etiam aliqui hoc ad litteram vendicare: vt abyssum dicant terre marginem circuire. Nam sicut exteriora corporis nostri pallio cooperiuntur: ita ꝛ orbis terrarum oceani ambitu fertur includi. [Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabũt]. Qui fugient nisi abyssi: nisi aque que montibus christi supereminere videbantur? Nam ꝙuis sanctos eius diuersis cedibus affecissent: ipsi tamen increpati voce apostolorum derelicta superstitione fugati sunt: ꝛ quod est maximum victorie genus contra sua vota senserunt. Sequitur: A voce tonitrui tui formidabunt. Predicatio sanctorum sub hac allegoria pulcherrima relatione descripta est. Dicit enim: A voce tonitrui tui: vt non illud humanum eloquium: sed celestis virtutis sonitũ fuisse sentires. Formidauerunt vtiqꝫ homines passim tonitrua predicationum: quando iudicij terror edictus est: quando diabolum periturum audierunt cum sequacibus suis: et ꝙuis habuerunt in hoc mundo licentiam: ipsi sua scelera correcta mente damnabant. [Ascendunt montes et descendunt campi: in locum quẽ fundasti eis]. Adhuc in tropicis allusionib9 perseuerat: quoniã superbos ꝛ impios ꝙdiu voluit dominus permisit in montes crescere: atqꝫ iterum quando placuit fecit in conuallium humilitate residere. Sic et persecutoribus tempus datum est: vt in altum surgerent: ac deinde inclinati christiano populo subiacerent: docens omnia ipsius ordinatione fieri: cuius voluntati non potest obuiari: sicut ipse domin9 in euãgelio pon-

Joan. 19. tio Pilato dixit: Non haberes in me potestatem: nisi tibi datum esset desuper. Et intende: quoniã hic montes in malo positi sunt: cum superius montes significent fidelissimos viros: quod plerũqꝫ in scripturis diuinis diximus inueniri. Sequitur: In locũ quem fundasti eis. Illi scilicet qui campi iam facti sunt: ad locum fundatissime descendunt ecclesie: ꝛ in eius penetralibus permanebunt. Nam et ipsis quoqꝫ peccatoribus modus est positus: nec vltra permittuntur excedere ꝙ eis datum est licentie sue frena laxare. Deniqꝫ sic legitur: Completa sunt peccata amorreoꝝ: vt omĩa sub volũtate domini posita esse cognoscas. Hoc enim et subsequentia euidenter explanant. [Terminum po-

Al. non hꝫ. suisti † eis quem non transgredientur: neqꝫ † reuerten-

Al. ꝯuertẽt tur operire terram]. Hoc si ad litteram velis accipere: de aquis abundantibus dicit que diluuio recedente vlterius terras nequeunt occupare: sicut in genesi

scriptum est. Statuam pactum meũ vobiscum: ꝛ ne- Gen. 19.

quaqꝫ vltra interficietur omnis caro aquis diluuij: neqꝫ erit deinceps diluuium dissipans terram. Si vero spiritualiter queras: potest hoc et de paganorũ ritu accipi congruenter: qui licet a sua prauitate recesserint: nunꝙ in illam licentiam deo sibi obuiante remeabunt: vt humanum genus superstitionum suarũ inundatione cooperiant. Terminus quippe eorum aduentus fuit domini christi: cuius crescente religione: cuncta idola cum suis auctoribus corruerunt. Inspiciamus quoqꝫ sub qua increpatione ista referuntur: vt rationales homines putent se precepta domini debere cõtemnere: cum ipsa elementa cognoscantur eius ius-

sionibus obedire. [Qui † emittit fontes in conualli- Al. emittis

bus: inter medium montiũ pertransibunt aque]. Cum natura terrarũ describitur: causa nobis occultior pulcherrimis allusionibus indicatur. Certum est enim cõualles aquis abundare copiosis: fontiumqꝫ ibi esse frequentiam magnam vbi sunt arua iacentia. Sed illud potius debemus aduertere: quia in humilitate hominum qui loco conuallium ponuntur: aque diuine semper estuant. Spiritualiter autem montes hic accipere debemus hereticos ac superbos: inter quos scripture diuine perenni vbertate decurrunt: quia in hoc mundo eas audire bonis malisqꝫ commune est. Et bene dictum est Pertransibunt: quia tales viros nullo fecundasse beneficio sentiuntur. Nam si (vt quidam dicunt) montes hic iustos predicatores voluisset intelligi: dixisset de ipsis montibus aquas fluere: non eis in medio constitutis transire potuisse. [Po-

tabunt † ea omnes bestie † syluarũ: expectabunt ona- Al. non hꝫ.

gri † sitim suam]. Bestias syluarum hic gentes intel- Al. agri

ligere debemus que de illa idolorum cultura tanꝙ de Al. in siti sua

syluis vmbrosis proiectis ferocissimis moribus exierunt / ad potandas scilicet aquas: quas in euangelio

est dominus samaritane pollicitus dicens: Qui bibe- Joan. 4.

rit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Sequitur: Expectabũt onagri sitim suam. Cum dixerit bestias syluarum aquis decurrentibus esse potatas: onagros tm̃ posuit sitim suam expectare: scilicet iudeos qui neglexerunt fluenta diuine pietatis haurire. Onager enim asinus est syluestris: qui inter reliqua animalia cor dicitur habere pinguissimũ. Quod genus quantum patiens est domitum: tm̃ seuissimum redditur cum syluis retinentibus efferatur. His obstinati iudei merito comparantur: qui ferocia mentis ꝛ callosa fatuitate durati sunt: nec satiari cito poculis vitalibus acquiescunt. Nam quod dicit: Expectabunt / illud significat quod frequenter dictum est: quia in fine seculi: Helia ꝛ Enoch venientibus: creditura est multitudo iudeorũ. Miseri qui tamdiu sitiunt: qui satiari minime concupiscunt. His vita penalis est: qui tanta expectatione crucian-

tur. [Super ea volucres celi habitabunt: de medio

petrarum dabunt † vocem suam]. Supra illa scilicet Al. voces

que superius dixit: Qui emittit fontes in conualli- suas

bus: celi volucres habitabunt. Hec siquidem et conualles et aquas irriguas amare noscuntur. Sed non vacat quod addidit Celi. Nam si tm̃ aues voluisset aduerti: volucres suffecerat dici: sed potius animes sanctas pontificum celesti se cõuersatione tractantes mauult intelligi: qui supra populos dñi predicationibus sanctis inhabitant. Addidit: De medio petrarũ dabunt vocem suã. Iste volucres que dicte sunt cele-

stes:non de terra:non de arboribus : sed de medio pe=
trarum dabunt voces suas:quando apostolorū ⁊ pro=
phetarū exemplis aliqua predicare noscunt. Omnes
enim fideles petre merito dicunt: quia ipse quoq pe=
tra dicitur christus. Sic enim ipse dñs petro apostolo
Matth.16. dixit : Tu es petrus et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. Quapropter omnes de petrarū fir=
mitate predicant:qui apostolorum ac prophetarū tra
ditionibus sua dicta cōfirmant. [Rigans montes de
superioribus suis : de fructu operum tuorum satiabi=
tur terra]. Superius dixit altos montes fuisse prete=
ritos:⁊ cōualles humillimas fontibus irrigatas : nūc
ipsos quoq montes superius aquis p̄dicat esse com=
plutos : ne quid a domini munere videretur exceptū.
Paulus enim prius ingens atq arduus psecutor ec=
clesie:rigatus aqua spirituali:q̄ fecūdos fructus pro=
batus est edere christianis. Quod quotidie dñs agit:
vt doctores paganorū post cōuersionē magistros fa=
ciat esse fidelium. Sed isti tales de superioribus irri=
gantur:quando cōuersi se errasse cognoscunt. Sequi=
tur: De fructu operū tuoꝝ satiabitur terra. Cū fructū
terra pariat : queādmodū poterit ex fructibus calca=
bilis ista terra satiari? Fructibus autē terra satiatur:
quando peccatores in melius cōmutati : vtilia nimis
et salutaria ipso largiente percipiunt. Sic enim terra
satiatur:quando aliquis ab obstinatione liberatꝰ:pre=
conia domini didicisse cognoscitur. [Producēs fenū
Al.educas iumentis:⁊ herbam seruituti hominū. Ut † educat pa
nem de terra]. Excolit quod superius dixit:vt terra il
la celesti imbre satiata producat fenū iumentis:id est
elemosynas faciat his qui passim petunt : de quibus
Luc.6. dictū est : Omni petenti te tribue. Iumenta enim ap=
pellata sunt:quia verecundiam non habentes propter
ingluuiem ventris:in egentiū voces petulanter erum
punt sicut iumenta:que dum esuriūt:nequaq̄ possunt
a proprijs vocibus abstinere. Herbam vero seruituti
hominū/hoc est : vt illi necessaria tribuantur : de quo
scriptum est : Desudet elemosyna in manu tua : donec
inuenias iustū cui eam tradas. Hic enim homines ap
pellati sunt:qui ratione plenissimi : indigentiam suam
tolerantie viribus tegūt. Sic duo genera egentiū ta=
libus allusionibus exprimuntur. Sequitur: Ut educat
panem de terra. Educitur panis de terra:quando do=
mini precepta complentur:vt de istis carnalibus atq
visualibꝰ cibus fiat: vnde anima celesti refectione pa=
scatur. Panis enim vere noster est christus : qui tunc
de terra producitur:quando aliquid indigentibꝰ eius
consideratione prestatur. Siue hoc potest de predica
toribus dici : qui celestibus diuitijs imperitoꝝ homi=
num indigentias misericorditer expleuerūt. [Et vinū
letificet cor hominis. Ut exhylaret faciem in oleo : et
panis cor hominis confirmet]. Dixerat superius : Ut
educat panem de terra:sed ne istum panē cōmunē de=
beres accipere de quo caro nostra reficitur : subiungit
hec tria spiritualiter sentienda. Nam cor/pro rationa
bili intellectu poni frequens scriptura testatur. Qua=
propter vinū letificat cor hominis : cuȝ sacratū fuerit
in sanguinē domini christi. Hinc nos inebriari licet:
Ps.22. sicut scriptū est : Et poculū tuum inebrians q̄ precla=
rum est. Ipsum est enim reuera merum quod letificat
mentem : non quod ad reatū vitiaq perducit. Ebrie=
tas sobria: satietas felix:que merito letificare dicitur:
quia nichil ibi culpabile reperitur. Exhylarat quoq
facies in oleo : cum regale chrisma conficitur : sed illa
Ps.33. facies de qua dictum est: Accedite ad eum ⁊ illumina=
mini ⁊ vultus vestri non erubescent. Sequitur: Et pa
nis cor hominis confirmet. Iterū cor ponitur : vt di=
ctum pro sapientia sentiatur. Nam si corporaliter ve=
lis aduertere: nunquid panis cor hominis : non etiam
reliqua membra confirmat? Nam inspice proprieta=
tes verborū : vt hec reuera cognoscas ad intellectum
rerum posita fuisse celestiū. De vino dicit : Letificat
cor hominis. Si vinum mundiale velis accipere:non
solum cor : sed omne corpus ad tempus letificare co=
gnoscitur : cum tamen frequenter ⁊ ad rixas incitet: ⁊
ad excessum aliquē presumptionis instiget : Sed cor
pro mente positum est:vnde sapere dicimur : vnde in=
telligere bona malaq sentimur. Item si ⁊ istud oleum
putemus quo generaliter mundus vtitur : quomodo
potest exhylarare faciem : dum semper animi sit gau=
dium quod exit in vultus? Panis autē queādmodum
poterit cōfirmare cor solum:quod pro totius corporis
refectione percipitur? Sed hec potius ad anime par=
tes referenda sunt : que pfectos efficiunt christianos.
[Saturabuntur ligna † syluarum: ⁊ cedri libani quas Al.campi
† plantasti]. Ligna syluarum : plebem significant in= Al.plan=
gentium populorū:qui ecclesie catholice de dumosis tauit
atq incultis nationibus aduenerūt. Hec indicāt ho=
mines vtiq mediocres. Cedri autē libani declarant
nobiles ac potentes : qui in humano genere tanq̄ ce=
dri eminere noscuntur. Sed vt ipsos quoq sequestra
ret ab hereticis et paganis qui in hoc seculo maxima
potestate subuecti sunt:addidit : Quas plātasti:id est
que tua predestinatione sunt in religionis amenissimo
paradiso constitute : sicut dicit in euangelio : Omnis Matth.15.
plantatio quā non plantauit pater meus celestis era=
dicabitur. Sed nec interpretatio nominis ipsius pre=
tereunda est : quādo nobis aliquam significantiā pro=
dere declaratur. Libanus interpretatur candidatio. INTER
Seculi autē huius potestas quedaȝ videtur esse festi=
uitas : vbi diuites homines ac potentes excelsi atq
proceri : quasi in libano monte nascuntur : qui tamen
ad veram religionem domini munere peruenerunt.
[Illic passeres nidificabunt. † Fulice domus dux est Al.Hero=
eorum]. Illic in cedris videlicet quas plantasti : pas= dij
seres nidificabunt. Passer enim minuta et cautissima
nimis auis est:monachorū significans paruitatē: qui
in cedris libani : id est in patrimonio potentium chri=
stianorum velut in quibusdam ramis monasteria sibi
quasi nidos aliquos edificare monstrantur : eorumq
robore sustentati : velut passeres laudes domini assi=
dua voce precinunt. Celestis in terra vita:imitatio fi=
delium angelorū : spiritualiter in carne viuere ⁊ mun=
di vitia non amare : vitam presentem cōtemnere ⁊ fu=
ture beatitudinis gaudia semper exquirere : ad po=
stremum ipsius templū fieri cuius imaginem condi=
tio humana suscepit. Amenus reuera paradisus : in
quo tanta florent poma virtutum. His enim tale pro=
positum est : hostes suos non reluctando vincere/ sed
patiendo superare. Triumphus illis omnis est in pro
prij corporis passione: et tunc aduersarios efficaciter
vincunt :quando laudabili humilitate succumbunt.
Reuera milites christi:qui nullam presumptionem in
humanis viribus ponunt : sed aduersa omnia virtu=
te domini superare se posse confidunt. Hi cum alijs
non habent iurgia : sed secum semper litigant. Mise=
rentur omnibus : sibi solis non parcunt : ⁊ celesti cha=
ritatē flammati : bona que sibi euenire cupiunt/ alijs
communicare contendunt. Sed magna est gloria il=
li arbori : vbi nidus iste compingitur. Audiat enim

a domino se fuisse plantatū: qui tale cōtinere noscitur
institutum. Sequitur: Fulice domus dux est eoꝝ. Fu-
lica: mansueta auis ⁊ nigra est: aneti quidem paruior:
sed corporis positione cōsimilis: que in stagnis dele-
ctabiliter cōmoratur. Hec ad baptizandos bene re-
fertur: qui in sacratissimi fontis gratia ꝑseuerāt. Hoꝝ
itaqꝫ mansiones: id est baptismatis perseueratio: dux
est passerū qui in cedris nidificant: scilicet quia omniū
christianorum sacer fons dux est: dum eos ad celorum
Al.petra regna perducit. [Montes excelsi ceruis: † petre refu-
gium herinacijs]. Ceruus: vt diximus: venenosorum
serpentium est vorax: spinosa transcendens ⁊ summa
agilitate preditus: habitare diligit mōtes altissimos.
Huic merito cōparantur fideles: qui diabolū vorant:
quādo nequitias eius ad dn̄i laudē gloriāqꝫ ꝯuertūt:
vitiaqꝫ huius seculi quasi spinas bona conuersatione
transiliunt: ⁊ habitāt in montibꝰ: id est apostolis et ꝓ-
phetis: qui sanctis predicationibus suis in hoc mūdo
solida cacumina esse meruerūt. Herinacius vero est:
quē vocamus hericiū: animal oīno timidū: natura ꝓui
dente semꝑ armatū. Cuius cutem inuicē setarū sudes
acutissime densissimeqꝫ cōmuniunt: cui tamē non suffi
cit natiua munitio: sed ne aliqua fraude possit interci-
pi: refugiū haber semper in saxis. Hinc competenter
aptatur: qui peccatis suis hispidus futura iudicia me-
tuens: petram christū firmissimū noscitur habere re-
fugium. Merito ergo ista animalia tales nobis indi-
cant viros: qui nunqꝫ se a dn̄i soliditate disiungūt. Et
vide quia passeres cedrorū alta petunt: fulice aquarū
se habitatione defendūt: cerui montes eligūt: hericij
petrarū se tuitione cōmuniūt. Sic per diuersas aues
atqꝫ animalia: christianorū nobis vite diuersitas indi-
catur. [Fecit lunam in tempore: sol cognouit occasum
suum]. De terrenis ad celestia transitum facit: sed et
ipsa quoqꝫ sub quibusdā allusionibus indicantur. Lu
na/ sicut sepe iam diximus: significat ecclesiam: que in
temporibus facta est: quando eā minui cōtingit ⁊ cre-
scere: que tamen sic minuitur vt semꝑ redeunte inte-
gritate reparet. Solē vero: in hoc loco merito accipi-
mus dn̄m saluatorē: de quo impij in fine mūdi dicturi
Sap.5. sunt: Errauimus a via veritatis et iusticie: lumen non
luxit nobis: ⁊ sol nō ortꝰ est nobis. Quod vtiqꝫ de isto
sole cōmuni non poterat dici: quando scriptū est. Qui
Matth.5. solem suum facit oriri super bonos ⁊ malos. Iste ergo
cognouit occasum suum: id est gloriam sue passionis
Mar.14. agnouit: cū discipulis suis diceret. Uenit hora ⁊ filius
hominis tradetur in manus peccatorū. Merito ergo
post illa genera christianoꝝ: que superius per diuersas
significantias videntur expressa: ad crementū rerū de
ecclesia ⁊ de ipso dn̄o cōstat esse subiunctū. [Posuisti
tenebras ⁊ facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes
Al.sylue bestie † syluarū. Catuli leonū rugientes vt rapiant/ ⁊
querāt a deo escā sibi]. Hic duos versus simul socia-
uimus: pro necessaria contextione verborum. Posuit
enim tenebras: quando tempore passionis sexta hora
obscuritatem mūdus accepit. Tunc reuera nox facta
est discipulis atqꝫ credentibus: quando petrus anxio
errore cōfusus negando tertio: fidei ꝑdiderat clarita-
tem. Nox ergo ⁊ illis fuit: qui carnaliter intuendo: in
illa cruce christū mori cōmuniter estimabant. In hac
itaqꝫ nocte: bestie syluarū: id est demonia: ⁊ catuli leo-
num: quos diaboli corrupta voluntate genuerunt: ad
deuorationē querentes aliquos exierūt: vt escam ma-
litie (permittente tamē dn̄o) reperirent. Nichil enim a
quoqꝫ fieri potest: nisi quod ipse secreto iudicio/ aut ad

probationē: aut ad vindictā faciendū esse permiserit.
Catuli enim dicti sunt eo ꝙ calleant sensu nariū. Nec ETY.
moueat quod superius diximus: bestias syluarū: mul-
titudines accipi debere nationū: ⁊ hic videtur signifi-
care diabolū cū ministris: qm̄ iste in scripturis diuinis
creberrimus vsus est: vt vna res personis sibi discre-
pantibus applicetur: sicut de monte diximus ⁊ leone.
[Ortus est sol ⁊ cōgregati sunt: ⁊ in cubilibꝰ suis † se Al.colloca-
collocabūt]. Cū in passione dn̄i facte fuissent tenebre: buntur
demones ad escam sibi querendā ꝑmittente dn̄o pro-
ruperūt: quia inuenire poterāt corda titubantiū. Tūc
autē quando ortus est sol: id est resurrectio sancta de-
clarata est: maiestatē eius minime sustinentes: in suis
se trepidi cubilibus abdiderunt: id est in pertinacium
pectoribus collocarūt: vt quia cunctis suadere nō po-
terant: saltē quos deceperant possiderent. Sol enim ETY.
dictus est ꝙ solus ita lucet: vt ex eo dies fiat. [† Exiet Al.Exibit
homo ad opus suū: ⁊ ad operationē suā vsqꝫ ad vespe
ram]. Qm̄ superius dixerat ortū solē: cōgruenter ad-
iunxit: vnūquēqꝫ hominū in hac vita egredi ad suas
operas exercendas. Iste enim vsus est mortalium: vt
qꝫdiu in hoc mundo sumus: veniente die: diuersarum
actionū qualitatibꝰ occupemur. Unus enim agrū co-
lit: alter se bellis exercet: iste discit: ille docet. Nōnulli
regnāt: multi seruiunt: ⁊ quicquid fragilis mortalitas
agit: vespera/ id est seculi fine ꝓbatur cōcludi. [Quā
magnificata sunt opera tua dn̄e: omnia in sapientia fe
cisti: † repleta est terra † creatura tua]. Post enume- Al.impleta
rationē figuratā rerū: fideiqꝫ nostre narrata mysteria: Al.posses-
venit ꝓpheta ad modū secundū: vbi laudes paternas sione
post tanta miracula conuenienter exclamat. Dicendo
enim: qꝫ admirari se posse: qꝫ explicare ꝓfessus est. Et
merito sic cepta est laus eius: cuius preconia nulla suf
ficienter preualet cōplere creatura. Nam nō solū hoc
hominibus arduū: verūetiam ipsis quoqꝫ angelis ꝓ-
batur imensum. Quantū enim magnificata sint opera
eius: inferiora declarant. Sequit̄ enim: Omnia in sa- 1.Corin.1.
pientia fecisti. Ista igitur sapiētia filius est: sicut dicit
apostolus: christū dei virtutē/ ⁊ dei sapientiā: per quē Joan.1.
oīa facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nichil. Et vt coope-
rationē eius virtutēqꝫ ostenderet: patri dicit operāte
filio: tu fecisti. Hoc etiā ⁊ de spiritu sancto idē ait apo
stolus. Omnia cooperatur vnus atqꝫ idem spūs: diui- 1.Corin.12.
dens singulis ꝓut vult. Unde datur intelligi: ꝙ coope
ratio sancte trinitatis his exemplis euidenter possit
agnosci. Addidit: Repleta est terra creatura tua. Non
quidē similibus rebus vbiqꝫ terra completa est: sed ta
men qꝫuis heremus ꝓpter solis ardorē: vel ꝓpter ni-
miū frigus animantibus vacuus esse videatur: quibus
cūqꝫ tamen rebꝰ creatura dn̄i terra cōpleta est. Siue
magis illud debent intelligi: quia creatura religionis
catholice: quā dn̄s saluator instituit: omnis terra re-
pleta est: quādo vniuersalis dn̄o deseruit ecclesia. De
ipsa enim dicit apostolꝰ. Si qua ergo in christo noua 2.Corin.5.
creatura est: vetera transierūt: ecce facta sunt omnia
noua. Et alibi: Exuentes vos veterem hominem cum Ephe.4.
actibus suis: induite nouum/ qui s̄m deum creatus est
in iusticia. Ipsa scilꝫ creatura totus orbis impletꝰ est.
Unde ⁊ alius psalmus dicit: Et dn̄abit̄ a mari vsqꝫ ad Ps.71.
mare: ⁊ a flumine vsqꝫ ad terminos orbis terre. [Hoc
mare magnū ⁊ spaciosum: † illic reptilia quoꝝ non est Al.manibꝰ
numerus. Aīalia pusilla † ⁊ magna]. Et in hac quoqꝫ Al.cum ma-
parte vsqꝫ ad diuisionē: figura est Parabole: que di- gnis
uersis ac decoris cōparationibus explicat̄. Sed qꝫuis SCHE.
in capite huiꝰ versus de mari nauigero dicere videat̄:

tamen de hoc seculo cōgruenter accipit:vbi diabolice
sine numero serpere ꝓbant insidie: maliciaq; demonū
velut quibusdā fluctibus animarū voluntas inestima-
bilis cōmouetur. Mare enim ipsi reddunt: dum nau-
fragare compellunt:quia dubium non est illum vndas
immanissimas pati: qui mergitur gurgite peccatorū.
ET y. Mare quippe a meando dictum est: ꝙ semper eat ac
redeat. Sed isti spirit⁹ innumerabiles nobis:deo com
prehensi sunt: qui arenā maris ⁊ pluuiarū guttas enu
merat: ⁊ ne omino incomprehensibiles linquerentur:
quātitate nō qualitate ea definiuit. Deniq; de eis di-
citur: Animalia pusilla ⁊ magna:qm̄ īter ipsos ⁊ maio
res esse nequitie ꝓbantur oīmodis et minores. [Illic
naues pertransibūt. Draco iste quem formasti ad illu-
dendū ei]. Illic: in mundo scilicet quē superius mare
dixit. Naues autem merito significantur ecclesie: que
periculosos fluctus mundi per lignuz gloriose crucis
euadunt: portantes populos qui signo fidei credide-
runt. In his nauibus habitat christus:qui si a creden
tibus excitetur:dicit īmanissime tēpestati vt quiescat:
et quiescit. Sequitur: Draco iste quē formasti ad illu-
dendū ei. Hic aperte diabolū significat:qui vere dra-
co dicit propter venenū quod eue prime mulieri pesti
feris suasionibus inspirauit. Iste creatus bonus est:
Geñ.1. sicut in genesi legitur: Fecit deus oīa valde bona:sed
postq; sua volūtate peccauit:a deo ita formatus est vt
ei illuderetur ab angelis: quādo propter execrabilem
peruersitatē natiua dignitate priuatus est. Sic enim
Job.41. dicit dñs in libro Job: Non est quicq; simile ei factū
sup terrā. Ad illudēdū ei: ab angelis meis. Illuditur
enim ei ab angelis dei:siue per iustissimas increpatio-
nes: vt qui creat⁹ est ad obsequiū dñi: fedis videatur
ꝑuersitatib⁹ implicari. Siue magis illudit:qñ ei ani-
me ꝯfitentiū imperio superno de pernitiosa potestate
tolluntur. Illuditur etiā ⁊ a fidelibus viris:dū incen-
tiua vitioꝝ eius detestabili horrore refugiunt. Audis
draconē:sed nō oīno timeas atrocē. Sic enim format⁹
est:vt ei bñficio dñi: et ab ipsis quoq; hominib⁹ possit
illudi. Inuoca qui illū calcat:⁊ incipit non timere qui
Ps̄.90. deuorat. Scriptū est enim: Super aspidē et basiliscū
ambulabis:⁊ cōculcabis leonē ⁊ draconē. [Omia a te
Al.non hz. expectant:vt des illis escam in tempore † oportuno].
Versus iste illud significat quod et alibi dictū est: In
Hester.13. voluntate tua dñe vniuersa sunt posita: et non est qui
possit resistere volūtati tue. Nā cū dicit: Omnia:osten
dit qm̄ vniuersa dei nutu viuunt: quo ⁊ auctore crea-
ta sunt. Nā ⁊ draco spiritualis:cuius esca hominū de-
ceptio est: nisi dño permittēte nō preualet quicq; sua
potestate perficere. Deus enim quem pro malis suis
abijcit:fit diaboli pabulū. Quapropter si in escam ini
mici nolumus dari:non debem⁹ esse terreni:quia sic in
principio maledict⁹ est vt terrā comedat:sicut scriptū
Geñ.3. est: Super pectus tuū ⁊ ventrē gradieris:et terrā co-
medes omnibus diebus vite tue. Quod si misericor-
dia dñi celestes efficimur: ab esca diaboli omimodis
reddimur alieni. Addidit quoq;: In tempore opor-
tuno:vt non solū dñs creaturis suis escam tribuat:ve-
rum etiā illam sub oportunitate temporis largiatur.
Volebat enim Job tentare diabolus:sed hoc non po-
tuit efficere:nisi eū potestas dominica ꝑmisisset. Nam
et ille sanctissimus cognoscebat se dñi ꝑmissione ten-
Job.1. tari:⁊ ad oīa respondebat: Dñs dedit dñs abstulit: si-
cut dño placuit ita factū est: sit nomen dñi benedictū.
Hec est vera firmaq; sententia:ꝙ in domini volūtate:
sicut dictum est:cuncta sint posita. [Dante te illis col-
ligent: aperiente te manū tuā † vniuersa replebuntur Al.oia im-
vbertate]. Adhuc in exponenda superiore sententia plebuntur
perseuerat:vt cum diabolica iniquitate vexamur:non bonitate
illū credamus hoc ex sua potestate presumere:sed po-
tius ad illū recurram⁹ sine cuius permissu nec facere
quicq; potest: ⁊ celerius victus abscedit. Dicit enim:
Dante te illis colligēt:vt intelligas quia nisi datū fue-
rit illis:quicq; colligere nō valebūt. Sequitur etiam:
quod ⁊ ad prospera possis aptare: Aperiente te manū
tuā vniuersa replebuntur vbertate. Constat enim ibi
esse rerū oīm causas: vnde vbertas cōceditur:⁊ copia
sine fine prestatur. Manus autez significat potestatē:
per quā abunde cuncta replet et mirabiliter vniuersa
disponit. [Auertente autē te faciem tuā turbabuntur:
auferes spiritū eoꝝ ⁊ deficient:⁊ in puluerē suū reuer-
tentur]. De illis modo dicit:qui concessa dei munera
minime ꝯfitentes: quod poterant suis viribus appli-
cabant. Contra quos apostolus dicit: Quid enim ha- 1.Corin.4.
bes quod nō accepisti? Si autē accepisti:qd gloriaris
quasi non acceperis? Et in alio psalmo de tali legitur.
Ego dixi in mea abundantia: non mouebor in eternū. Ps̄.29.
Ab his ergo talibus dum auerterit dñs faciem suam
nudati magno presidio sine dubitatione turbantur: ⁊
mox cum ille spiritus superbie quem de rerū vbertate
conceperant ablatus fuerit/omino deficiunt:⁊ ad con
fessionez saluberrimā redeunt:qui in suis presumptio-
nibus errauerunt. Petunt ergo isti remedia: sua vul-
nera propria detegant: vt curentur ⁊ dicant: Exaudi Ps̄.142.
me dñe qm̄ defecit spiritus meus: ne auertas faciem
tuam a me. His prestat dñs proficuam medicinam.
Sublato enim spiritu nequitie quo inflāmabātur er-
rantes:necesse est vt ad puluerem suum redeant:id est
ad humilem confessionē: in qua indigentiam sue fra-
gilitatis agnoscunt: et feliciores esse incipiunt cum a
sua presumptione discedunt. Inspicienda est autem
hoc loco administratio domini qua mundus regitur:
quali breuitate: vel qua ꝓprietate descripta sit. Nam
cum nos respicit: omnia profutura succedunt: et cum
se auerterit: humana indigentia salutari presidio nu-
data succūbit. [Emitte spiritū tuum ⁊ creabuntur: et
renouabis faciem terre]. Ecce illa que expectabatur
medicina prouenit. Recreati sunt vtiq;: qui se pulue-
rem humiliter agnouerūt. His enim istud accidit:qui
diuina gratia reparati: mortis probantur euasisse pe-
ricula. Totiens enim nos dominus creat: quotiēs de
vetustate peccati in nouum hominē instaurare digna-
tur:sicut in.50.psalmo legitur. Cor mundū crea in me Ps̄.50.
deus. Respice etiam quia vbi defecimus nostrum pul
uerem dixit: vbi reparamur spiritū domini esse profi-
tetur:vt nemo suis meritis applicare possit:quod mu-
nere creatoris acceperit. Audiant sacrilegi: spiritum
sanctum esse creatorem. Dicit enim: Emitte spiritum
tuum ⁊ creabuntur. Audi ⁊ alibi: vbi creator spiritus
sanctus edicitur. Ait enim Job: Spirit⁹ diuinus qui
fecit me. Nam cum diuinum appellat ⁊ deum ⁊ crea-
torem spiritū sanctum euidenter ostendit. [Sit gloria
domini in seculum † seculi:letabitur dominus in ope- Al.non hz.
ribus suis]. Adhuc ipsum docet magister bonus ne
erremus elati:optans esse quod nunq; potest aliquan
do deficere. Dicitur enim: Sit gloria dñi:non cuiusli-
bet alterius. In seculum seculi:id est in eternum: quia
laudis eius nullus est finis: quando et in hoc seculo
apud fideles dñi perpetua laus habetur: et post illud
seculum a beatis eterna persoluetur. Letabitur enim:
qd̄ dictū est: promissio futuri tēporis est nō presentis.

Et inspice quod vbicūqꝫ cōmemorat Operibus: suis, dixit: non tuis: ne totiens admoniti insanum Pelagij sequeremur errorem. Cuius nefandum venenum hinc euidenter agnoscimus: contra quod totiens antidotū celeste porrigitur: ne futura pericula grassarent. [Qui
Al. qui respicit terram et facit eam tremere: † tangit montes
Al. fumigant et † fumigabūt]. Jam de illis dicit qui per dñi gratiā illuminati: peccata sua preterita contremiscūt cum se grauiter errasse cognoscunt. Sed securior est illa humilium tremefactio: ꝙ superborꝫ insana presumptio. Petrus enim tunc ad veniam redire meruit: quando se admisisse magnū crimen expauit. Sic enim ⁊ alius
Esa. 66. pꝑheta dicit: Super quem requiescit spiritus meus: nisi super humilē ⁊ quietum: et trementē verba mea?
Phil. 2. Hoc etiam monet apostolus. Cum timore ⁊ tremore vestram ipsorum salutem operamini. Uides ergo ꝙ votiuus: ꝙ spiritualis sit tremor iste: qui ⁊ veniā parturit ⁊ salutem. Sed vide quibus ista contingunt: scilicet quos ipse dignatus fuerit intueri. Sequit: Tangit montes: ⁊ fumigabūt. Montes: hic peccatores nimia elatione turgentes debemus accipere: qui dum fuerint domini indignatione percussi: rerūqꝫ mundanarū amissione priuati: tunc ad salutares lachrymas currunt: et quosdam fumiferos de se tristicie globos tanqꝫ incensum suauitatis emittunt: qui ad superna conscendens: misericordiam impetrare probatur dñi christi. Fumus enim hic in bono positus est: quippe qui nos ad absolutionis facit gratiā peruenire. [Can
Al. sum tabo dño in vita mea: psallam deo meo ꝙdiu † ero]. Decursis duabus partibus sub varia allusione verborum: venit ad tertium modum vbi se sub eternitate dicit laudes domini cantaturum. Nam cum ait: Cantabo dño in vita mea: tempus significat cū in hoc mundo degere videbatur. Sic enim fit vita ista reuera vitalis: si laudes domini cōtinua exultatione cantentur. Et ne crederes laudes istas morte posse finiri: adiecit: Psallam deo meo ꝙdiu ero: scilicet in futuro seculo: vbi ⁊ esse perpetuum est/ ⁊ psalmodia non habet finē. Pulchre autem positum est Quādiu ero: nam dū immortalis iam factus/ ꝙdiu est cupit psallere: semper vtiqꝫ laudes dñi velle probatur edicere. Quo iudicio declaratum est quid sint acturi qui in illam patriam meruerint feliciter intromitti. Laudabunt iugiter dominū: quia semꝑ eum videbūt: dum illa pulchritudo inenarrabilis excitat preconium sine fine diligentis.
Al. iocūdū [† Suauis sit ei † laudatio mea; ego vero delectabor
Al. eloquiū meum in domino]. Due quidē res sunt: sed vtreqꝫ sibi parili societate consentiunt. Sic enim domino fit suauis nostra laudatio: si nos delectemur in dño: quantūqꝫ ille nobis dulcescit: tanto illi efficimur cariores. In se em̄ vnusquisqꝫ reperit qualis apud illam maiestatem esse possit. Amans diligit: negligens spernitur: desiderās sustinetur. Sit ergo nobis diuinitas dulcissima: vt et vita nostra ei reddatur accepta. Pro nobis enim iubemur: vt ex toto corde: ex tota anima: ex tota virtute deum diligamus: vt in ea iterum mensura ipsius dono dilectionem recipere mereamur. [Deficiant pecca
Al. iniqui tores a terra et † iniusti ita vt non sint: benedic anima mea domino]. Deficiunt a terra peccatores: dum terrena cupiditate priuati: per dei gratiam ad meliora studia cōcitantur: ⁊ iniqui simili modo deficiūt quando mali ia messe desinunt: Hec enim magis oratio ꝙ maledictio est: quia omnis iustus cū dei ecclesiam cupit augeri: peccatores optat sine dubitatione cōuerti: maxime cum nouerit desiderabilem aduentuꝫ domini vsqꝫ ad predestinatorum numerū posse suspendi. Sequitur: Benedic anima mea domino. Dignum initiū psalmi: dignus et finis: illum semper benedicere qui nequaqꝫ desinit fidelib⁹ aliquādo prestare. Hec quoqꝫ similitudo sententie (nisi fallor) sicut illa superior ad illos referenda est: qui prestante domino religiosa principia vite sue cum glorioso fine iunxerunt.

Conclusio.

Audiuimus bone rex/ quanta nobis de veritatis arcano sacramēta profuderis: docuisti quemadmodum tendatur celum: supra celos autem aque sint posite: lunam factā in tempore: solem occasum in magnū mysteriū cognouisse. Discant potius hanc esse veracem conditionem rerū superflue studiosi: qui de stellarum cursu vanis supputationibus eluduntur. Audiant magistrū celestem: doctorem veracem: narratoreꝫ creature sue. Quid ad ineptas exquisitiones currunt: qui dum discipuli falsarum opinionum esse cupiunt: cognoscende veritatis tempora perdiderunt?

Explicit expositio in psalmum. 103.

Alleluia. Ciiij.

Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gētes opera ei⁹. Cantate ei et psallite ei/ narrate oīa mirabilia eius: laudamini in noīe sancto eius/ letetur cor querentiū dñm. Querite dñm et confirmamini: querite faciē eius semper. Memētote mirabiliū eius que fecit: prodigia eius ⁊ iudicia oris eius. Semen Abraam serui eius: filij iacob electi eius. Ipse dñs deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculū testamenti sui: verbi qđ mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad abraam: ⁊ iuramenti sui ad isaac. Et statuit illud iacob in preceptū: ⁊ israel in testamētū eternū. Dicens tibi dabo terrā chanaan: funiculū hereditatis vestre. Cū essent numero breui: paucissimi ⁊ incole eius. Et pertransierunt de gente in gentē: ⁊ de regno ad populum alterū. Non reliquit hominē nocere eis: ⁊ corripuit ꝑ eis reges. Nolite tangere christos meos: ⁊ in ꝓphetis meis nolite malignari. Et vocauit famē super terrā: ⁊ oīne firmamentū panis cōtriuit. Misit ante eos virū: in seruū venūdatus est ioseph. Humiliauerūt in cōpedibus pedes eius: ferrū pertransijt animā ei⁹ donec veniret verbū eius Eloquiū dñi inflāmauit eum: misit rex ⁊ soluit eū: princeps populorꝫ ⁊ dimisit eū. Constituit eū dñm domus sue: et principem oīs possessionis sue. Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiam doceret. Et intrauit israel in egyptum: ⁊ iacob accola fuit in terra cham. Et auxit po-

pulum suum vehementer: et firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: et dolum facerent in seruos eius. Misit moysen seruum suum: aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorum: et prodigiorum in terra cham. Misit tenebras et obscurauit: et non exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum. Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum. Dixit et venit cynomia et cynifes: in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum. Dixit et venit locusta et bruchus: cuius non erat numerus. Et comedit omne fenū in terra eorum: et comedit omnē fructum terre eorum. Et percussit omne primogenitū in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribubus eorū infirmus. Letata est egyptus in profectione eorū: quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem. Petierunt et venit coturnix: et pane celi saturauit eos. Dirupit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina. Quoniaz memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abraam puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in leticia. Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt. Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius requirant.

Hoc verbi decus a p̄senti psalmo fecit initiū: nec ante a quoq̧ reperis positū q̄uis multi scriptores fuerint primitus hebreorum. Scire autem debemus Alleluia neutri generis esse definitū. Quod et sanctus Hieronymus in expositione eiusdē psalmi euidenter designat: quod eum in hebraicis fontibus credimus inuenisse: et ideo vbicūq̧ se locis attulerit: a doctissimo viro prefixam regulam subsequemur: quoniā vnū atq̧ integrū manere debet: quod nullius lingue presumptione mutatū est. Alleluia enim apud ipsos dicitur: laudate deum: id est Alle: laudate. Ia/quippe
P65. inuisibilem significat deū: quod vnum ex decem nominibus esse dei/ in epistola ad marcellam Hieronymo traditur exponente: qui dixit: Primū dei nomen est: El/id est fortis. Deinde Heloim: et Heloe: quod vtrūq̧ dicitur deus. Unde geminatum frequenter inuenitur: vt est: Deus deus meus respice in me. Et illud: Deus deus meus: quare me dereliquisti. Et: Deus deus meus ad te de luce vigilo: et his similia. Quartū Sabaoth: quod est exercituū. Quintū Heloin: quod excelsum dicimus. Sextum Eserieie: quod in exodo Exo.3.
legitur: Qui est misit me. Septimum: Adonai: quem nos dominū generaliter appellamus. Octauum Ia: quod deo tm̄ applicatur: et in alleluia extrema syllaba sonat. Nonum: Tetragrāmaton: quod ineffabile nuncupatur. Decimū Sadai: id est robustū et sufficientē ad omnia perpetranda etc̄. Nouus plane titulus et dicti ipsius breuitate cōspicuus. Hoc ecclesijs votiuū: hoc sanctis festiuitatibus decenter accōmodū. Hinc ornatur lingua cantoris: Istud aula dn̄i leta respondet: et tanq̧ insatiabile bonum tropis semper variantibus innouatur. Et ideo expetenda sunt suauia dicta psalmorum: quibus tam dulcis preco premittitur. Quid enim sequi potest: hinc datur intelligi: vbi et titulus ipse laudatio est. Notandum preterea: q̄ per omnes hos.20. psalmos qui alleluia titulo perscribuntur: id est p̄senti.104. 105.106.110, 1011. 112.113.114.115.116.117. 118.134.135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. domini magnalia describantur: et copiosa in eis exultatione gaudetur. Quorū numerus parili societate noui et veteris testamenti gloriam fortasse designat: vt potentia creatoris semper debeat et vbiq̧ laudari. Euidentiorem vero causam non inuenimus: cur in his tm̄ psalmis Alleluia sit positum.

Diuisio.

Sciens propheta populū hebreorū offendisse freque̅ter dominū: qm̄ spem suam in temporalibus rebus beneficijsq̧ posuerūt: Prima parte fideles admonet vt eum spiritualiter semper exquirant. Secūda: per patriarcharum exempla eorū corda confirmat: ostendens illos a domino non fuisse derelictos qui eius imperio seruierunt. Tertia parte dinumerat/ quanta et qualia patribus eorum virtus diuina prestiterit: pericula Joseph honoresq̧ describens: introitū in egyptum cōmemorans hebreorum. Quarta refert: quēadmodū israeliticus populus ab inimicis suis iussione domini per Moysen et aaron: diuersis plagis egyptiorum fuerit vindicatus. Quinta describit: quanta hebreis prestiterit in deserto: vt non in temporalibus bonis gauderēt: sed vt magnis beneficijs deliniti: iustificationes eius et legem deuoto pectore custodirēt. Sic longitudo psalmi: compendio diuisionū per partes missa dulcescit.

Expositio.

Confitemini domino et inuocate nomen eius: annūciate inter gētes opera eius]. In hoc versu tribus constat partibus ordo dictorum. Primo dicit: Confitemini domino: id est laudate eum: et bonis factis gratiā vobis diuinitatis acquirite: quia idipsuz est laudare dominū: et ore illi honorem deferre: et operibus eius iussiones efficere. Illa enim cōfessio hic intelligenda est: que dn̄i preconia celebrare non desinit: quādo et subsequentia tale votum actionēq̧ declarant. Deinde dn̄m cōmonet inuocari: vt post ministeriū sanctissime laudis grate possimus audiri. Premittendū est enim boni aliquid: vt iudex nos placatus exaudiat. Tertio dicit: Annūciate inter gentes opera eius: quod bene potest gloriosis euangelistis et sanctissimis apostolis et nunc sacerdotibus conuenire: qui per gentes vniuersas magnalia eius annunciare noscuntur. [Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius]. Exponit quod superius dixit: Confitemini domino. Cantate enim ad hymnos pertinet offerēdos: Psallite ad pias operas explicandas. Et tunc dixit narranda mirabilia: quando fuerint duo ista premissa. Omnia enim:

significat ista q̄ dicturus est. Non est enim humanarũ
virtũ om̄ia narrare que virtus diuinitatis operaꝛ: sicut
Ps.105. in.105. psalmo dicturus est: Quis loquetur potentias
domini: auditas faciet omnes laudes eius? Sed istud
SCHE. schema dicitur a parte totũ: quod in scripturis diuinis
frequēter inuenies: nec aliter recte potest euāgelij di-
Joan.1. ctum illud intelligi: Uerbũ caro factũ est ⁊ habitauit
in nobis: quasi nõ ⁊ animā simul assumpserit: quā spe-
cialiter liberare dignatus est. [Laudamini in nomine
sancto eius. Letetur cor querētiũ dñm]. Ne quis for-
sitan suis viribꝰ applicaret cũ boni aliq̄d operaꝛ: cau-
tus doctor fragiles monet dicēs: nõ in sensu ꝓprio sed
in dño esse gloriandũ: vt iactantiam falsam refugiant:
cũ hec a diuinitate concessa esse cognoscant: sicut ⁊ in
Ps.33. alio psalmo legitur: In dño laudabiꝛ anima mea. Nõ
ergo vetat vt laudemur: quia bonis actionibꝰ non po-
test res ista denegari: sed vt in dño laudemur qui pre-
stat illa que bene gerimus. Et vt consolationē de tali
re sumerent: adiecit: Letetur cor querentiũ dñm: scilꝫ
inde letetur si predicaꝛ in dño: non autē si de suo posse
laudatur. Precipuũ nobis ⁊ gloriosum siquidem esse
debet: quādo nomen eius extollitur qui nobis bñficia
ꝑfutura largitur. Unde nimie impudentie fuit aliquid
quosdā aduersus hoc dicere: cõtra quos non tam cre-
bra testimonia: sed pene lex tota prolata est. [Querite
dominũ et cõfirmamini: querite faciem eius semper].
Hortatur vt se ad premia futura confirment: qui eum
querere delegerunt. Sed istud desiderium: ista inqui-
sitio non est hic aliquo tempore finienda: qm̄ addidit:
Luc.11. Semper / maxime cũ legatur: Qui petit accipit: ⁊ qui
querit inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Nam quod dicit:
Querite faciē eius: p̄sentiā significat: quā solus q̄rit
humilis ac deuotꝰ. Judicē enim desiderare nõ potest
nisi qui de ipsius pietate confidit: ⁊ cũ presentiā eius
cupit: a praua se actione suspendit. Quesiuit enim fa-
1.Tim.4. ciē iudicis: quādo dixit apls: Bonũ certamē certaui:
cursum cõsummaui: fidem seruaui: de cetero reposita
est michi corona iusticie: quā reddet michi dñs in illa
die iustus iudex. Talis ergo iuste faciem iudicis que-
siuit: qui se coronandũ esse dñi miseratione presensit.
[Mementote mirabiliũ eius que fecit: prodigia eius
et iudicia oris eius]. Uenit ad secundā partē: vbi pa-
triarcharum nomina et beneficia refert: vt plebs de-
uota possit aduertere: nullũ domino inani deuotione
seruisse. Mirabilia itaqꝫ pertinent ad diuisionem ma-
ris rubri. Prodigia ad plagas quas misit in egyptuꝫ.
Judicia oris eius: qm̄ cuncta compleuit / que Moysi
suo famulo ꝓmisisse dinoscitur. Sic in vno versiculo:
que subterlatius dicturus erat: ꝓpositionis loco bre-
uiter ante prefatus est. Hoc tamē totũ sentiri mauult
TOP. de christo domino. Quod argumentũ dicitur a perso
na. [Semen abraam serui eius: filij iacob electi eius].
Subaudiendum est quod superius dixit: mementote.
Perscrutandũ est aũt: ꝙ in magna discretione ꝓphe-
ta abrae semen seruos appellat: filios Jacob electos
esse cõmemorans. Judei enim contumaces quos hic
mauult intelligi: carnis abrae semen fuerunt. Quos
merito seruos dicit: qm̄ perfidia faciente filij esse no-
Joan.8. luerunt: quibus ipse dominus dicit: Uos si filij abrae
essetis opa abrae fecissetis. Filios vero Jacob: signi-
ficat fidelissimos christianos: qui heredes domini esse
noscuntur. [Ipse dñs deꝰ noster: in vniuersa terra iu-
dicia eius]. Monetur semen abrae et semen Jacob:
vt saluatorem nostrũ non vnius gentis deum: sed do-
minũ credant esse terraruꝫ. Nam sicut vbiqꝫ dilatata
est ecclesia: ita per orbem propagata sunt eius sine du
bitatione iudicia. Dicendo enim: Ipse dominus / com
monet illũ intelligi debere quem populi iudeorũ cru-
cifigenduꝫ esse decreuerũt. Sed qui hanc vocem non
aduertũt: ipsi se specialiter a patriarchis alienos esse
profitentur. [Memor fuit in seculũ testamēti sui: ver-
bi quod mādauit in mille generatiõēs]. Memor fuit /
cum promissa compleuit. In seculum: in eternitatem:
quia quicquid ꝓmisit perenni firmitate mansurũ est.
Testamenti sui: prophetarũ significat predicationes:
quas de verbi incarnatione predixerunt. Sequitur:
Quod mandauit. Mandare est ꝑ aliũ aliquid dicere.
Quod vtiqꝫ factum est: quando prophetis datũ est
futura prophetare. In mille generationes: finitũ pro
infinito positũ est: quod tamen seculi istius fine con-
cluditur: vbi generatio humana sequēti sibi etate suc-
cedit. [Quod disposuit ad abraam: et iuramenti sui
ad Isaac. Et statuit illud Jacob in preceptũ: ⁊ israel
in testamentum eternum]. Ad illud respondit quod
superius dixit: Testamenti sui. Illa enim que in ve-
teri testamēto abrae ⁊ Isaac patriarchis ꝓmissa sunt
vel iurata: statuit ea: id est firmauit Jacob et israel in
nouo scilicet testamento quod est eternũ. Jacob enim
et israel: christiana tempora plerũqꝫ significare sepe
iam dictum est. Nouũ vero testamentũ ꝓprie dicitur
eternum: quia nullum illi aliud aliquando succedit: in
quo est omniũ promissorum completa perfectio. [Di-
cens: tibi dabo terram chanaan: funiculum heredita-
tis vestre]. Chanaan / interpretatur humilis. Ergo hu INTER
milium terram conuenienter christianos accepturos
esse significat. Hoc est quod superiꝰ dixit: Testamen-
tum eternum. Hec enim terra humilitatis et inclina-
tionis sic a fidelibus accipitur: vt eterno munere te-
neatur. Funiculus autē hereditatis mundi huius si-
gnificat tortuosas angustias: quas dominus pro salu-
te cunctorum sua passione dissoluit. Illius enim susce
ptio carnis nostra probatur hereditas: in qua eterna
patrimonia vite celestis accipimus: si ea fixe atqꝫ in-
tegerrime credere mereamur. Nam ista comparatio
ab eis tracta est quibꝰ agri ac possessiones tenso fune
diuidebantur. [Cũ essent numero breui: paucissimi ⁊
incole † in ea. Et pertransierũt de gente in gentem: ⁊ Al. eius
de regno ad populũ alterum]. Uenit ad tertiā partē:
in qua cõsequēter enumerat quanta patriarchis virtꝰ
diuina prestiterit. Deniqꝫ vide q̄d sequiꝛ. [Non † per- Al. reliquit
misit hominem nocere eis: ⁊ corripuit pro eis reges.
Nolite tangere christos meos: ⁊ in ꝓphetis meis no-
lite malignari]. Hic tēpus illud significat: quādo rex
egyptiorũ diuinitus admonitus est: ne abrae nocere
presumeret: quod simili modo de Isaac ꝯstat effectũ.
Quapropter euidēter ostenditur diuina protectio: vt
eorꝫ salus non humanis viribus: sed superno munere
prestaretur. Illud quoqꝫ ꝑscrutandũ est: quid supra
memoratos patriarchas christos appellare delegerit
cum adhuc non fuisset vnctio celebrata? A saul enim
hec res presumpsit initium. Sed qm̄ erant in spiritu
christiani: eiusqꝫ fidei probantur esse deuoti: sicut de
abraam dñs dicit: Cõcupiuit diem meũ videre: vidit Joan.8.
et gauisus est. Merito ergo appellati sunt sacro no-
mine: quos iam christi fides probatur amare. Nam et
ipsa domini verba sunt posita dicētis: Nolite tangere
christos meos: ⁊ in prophetis meis nolite malignari.
[Et vocauit famē sup terrā: ⁊ om̄e firmamentũ panis
ꝯtriuit]. Significat tēpora Pharaonis: qñ in egypto
septem annis fames seua grassata est. Et q̄uis fames

subst̄ītialis non sit: sed sola est discessio copiarū: sicut
nox appellatur solis absentia: vocata tamē dicit̄ tanꝙ̄
IDI. aliqua persona subsistens que potuisset audire. Sed
scripturarū diuinarum mos est taliter loqui: vt est il-
Rom.4. lud apostoli: Qui vocat ea que nō sunt tanꝙ̄ que sunt.
Sequitur: Et omne firmamentū panis cōtriuit: id est
triticeū fructū perduxit ad nichilū: quod reuera ho-
minū esse noscitur firmamentū: sicut in superiore psal
Ps.103. mo dixit: Et panis cor hominis cōfirmet. [Misit ante
eos virum: in seruum venundatus est Joseph]. Ante
patriarchas quos superius memorauit: misit Joseph
quem merito dixit virum: quia multa passus viriliter
cuncta sustinuit. Considerandū est etiam: ꝙ dicit eum
dominū misisse: qui fratrū suorū iniquitate distractus
est. Nouit enim deus bene vti malis alienis. Et sicut
peccatores precepta eius execrabiliter cōuertunt: ita
illo disponente facta pessimorꝫ ad euentus prosperos
transferuntur. Nam venundatus Joseph ad seruitiū:
peruenit ad gloriam: et ipse postea fratrum misertus
est: qui eum crudeliter perdere decreuerāt. Sic enim
omnia illi aduersa feliciter contigerunt: vt missio fa-
cta sit domini Joseph dolosa venditio: sicut et ipse
Gen.45. suis fratribus dicit: Pro salute enim vestra misit me
Ibidē.50. deus in egypto. Et iterum ipse dicit: Vos quidem co-
gitastis de me malū: sed deus vertit illud in bonum.
Que vero pertulerit: consequēter exponit. Ordo au-
tem verborū talis est. Misit ante eos virum Joseph:
qui in seruum venundatus est. Istud est enim: Qui,
subaudire debemus: vt nobis constet absoluta locu-
tio. [Humiliauerunt in compedibus pedes eius: fer-
Al. pertransijt animā rum † pertrāsiuit anima eius]. A preposito Pharao-
nis Phutiphar: Joseph quidē est redactus in carce-
rem: compedes autē accepisse non legitur. Sed fieri
potuit vt qui in ergastulo retrusus est: ⁊ ferreis nexi-
bus ligaretur: maxime qui tanto crimine fuerat ac-
cusatus. Nec illud discrepat quod ibi narratū est: mi-
seratione custodis, carceribus fuisse prelatum. Fieri
enim potuit: vt et ista precederent et illa sequerentur.
Quapropter ipse scripturas diuinas ꝓbabiliter intel
ligit: qui singulis quibusꝗ locis crediderit inesse ve-
ritatem. Nam ⁊ in centesimotertio psalmo dictū est:
Ps.103. Qui facit angelos suos spiritꝰ: qđ vtiꝗ in genesi non
legitur. Sed spiritus sanctus aliqua in precedenti re-
latione pretermittit: vt subsequentia gratiā reperiāt:
cum cause veritate seruata aliquid nouitatis educūt.
Refert ergo humiliatos pedes in compedibus: vt af-
flictionē corporis indicaret. Addidit: Ferrū pertran-
siuit anima eius: vt nec ipsa anima a penis ꝓbaretur
excepta. Nam ꝗuis condolendo corpori subiecta sit
passioni: habet tamen ⁊ ꝓprias penas cū graui cogi-
tatione torquetur. Pertransiuit anima ipsius ferrum:
quando in has redigebatur angustias: ne inter mala
que iniuste passus est, preualerēt in eum ⁊ crimina fal-
sitatis. Ferrum autē hic indicat tribulationē dure ne-
cessitatis: que in estuanti anima peruagatur dū de fu-
turis sollicita iam mala patitur que timere nō desinit.
Talis illa in euāgelio locutio est: vbi symeon dicit ad
Luc.2. mariam: Et tuam ipsius animā pertransibit gladius:
significans habituram matrem gloriosam tristiciam
IDI dominice passionis. Quod genus locutionis inter ꝓ-
pria scripture diuine credimus annotanduz. [Donec
veniret verbum eius. Eloquium domini inflammauit
eum]. Superiori sententie hic versus adiunctus est.
Dicit enim tādiu cogitationē Joseph fuisse grauissi-
mam: donec tempus veniret vbi verbum eius a rege
Pharaone pro interpretādo somnio quereretur. Tūc
enim ⁊ gloriam reperit: ⁊ claustra carceris letus eua-
sit. Sed quod dixit: Verbum eius: loquentis indicat
propriā vocem. Ceterū ipsius non fuit quod ei diui-
na inspiratione collatū est. Deniꝗ sic sequitur: Elo-
quium dñi inflāmauit eum. Inflāmauit, vtiꝗ ad lo-
quendū viuaciter incitauit: vt corā principe futura di
ceret cuz fiducia veritatis. Intus enim celestis flāme
lumen accepit: vt preuideret et talia que regni illius sa-
pientes doctoresꝗ superarent. [Misit rex ⁊ soluit eū:
princeps populorū et demisit eum]. Misit: significat
ministros: qui regijs iussionibus obsecūdant. Regem
Pharaonē dicit: in cuius regno fuerat carceri manci-
patus. Soluit, scilicet a reatu quo tenebatur astrictꝰ.
Sequitur: Princeps populorꝫ: ⁊ demisit eū. Ipse est
princeps Pharao quē superius regē dixit: sed ꝓpter
gratiā locutionis verba variauit. Demisit eum: id est
claustra carceris fecit exire: vt qui terrarū dñm a co-
gitationū angustijs liberauerat: ipse iam nullatenus
ergastula pateretur. Sed ne sola illi concessa videret̄
esse demissio: dicit etiā quo honore ditatus est. [†Et Al. non hz.
constituit eum dñm domus sue: et principem omnis
possessionis sue. Vt erudiret principes † suos sicut se- Al. eius
metipsum: et † seniores suos prudentiā doceret]. In Al. senes eius
his duobus versibus, quā potestatē dederit Pharao
Joseph euidenter exponit. Constituit eum dñm do-
mus sue: ⁊ principē omnis possessionis sue: quādo cū
currū fecit ascendere: ⁊ preconis voce celeberrima nū
ciari hunc secundū dñm esse post regē. Que potestas
a prefectis hodie retinetur: qui ⁊ vice sacra iudicant:
et cunctarū prouinciarū potestatem maximā habere
noscuntur. Sed in his rebus ditionem dedit illi: quā
sibi. In subsequenti aūt versu: supra ipsum cognoscit̄
esse qđ tribuit. Dicit enim: Vt erudiret principes eius
sicut semetipsum. Hoc ſm Gentilem intellectū Pha
raonis debemus accipere: qui credebat primarios po
puli sui in hanc sapientiā peruenire potuisse: vt ⁊ ipsi
somniorū interpretes esse mererentur: et ad tantā do-
ctrinam scientia eorum potuisset adduci: vt consulta
de re dubia certa loquerentur. Nam si eos sancto viro
in discipulatum fidei tradidisset: vnde illum domino
placuisse manifestum est: fuisset vtiꝗ illis synagoge
ordo nouiter institutus. Sed cum talia non legantur:
minime religionez desiderasse: sed tantū diuinationis
eius gloriam quesisse credendus est: more gentilium
qui ad futura cupidi: vnde proueniat ipsa reuelatio,
non appetunt intueri. [Et † introiuit israel in egyptū: Al. intrauit
et iacob † habitauit in terra † chanaan]. Ordinē re- Al. accola fuit
rū cōpetenter exequitur: quia post illa que dicta sunt:
iubente Pharaone cognatio Joseph ad terras egy- Al. cham
pti eodez ordinante deducta est: quod genesis suauis
textus explanat. Sed israel qui dictus est, ipse est et
iacob. Verū ne eadem verba repeteret: diuersitatem
nominum reuelationis sue dicta variauit. Nam israel
egressus ex egypto habitauit in terra chanaan. Cha-
naan vero fuit filius cham nepos Noe: ex quo egy-
ptij trahere leguntur originem. [Et auxit populum
suum † nimis: et † cōfirmauit eū sup inimicos eius]. Al. vehementer
Auxit populum suum fecunditate nascendi: quando
ibi rarissima fuit mulier que non habuit partum. Con Al. firmauit
firmauit autem eum super inimicos suos: quādo illis
crescentibus: egyptiorꝫ turba notissimis plagis vehe
menter affecta est. Hic enim per quandā ꝓpositionē
dicuntur in summa que gesta sunt. Ceterum quemad-
modum singillatim facta sint: consequenter exponit.

Conuertit cor eorū vt odirēt populum eius: ⁊ dolum
facerēt in seruos eius]. Uenit ad quartam partē vbi
egyptios memorat hebreis inuidiam habuisse seuissi
mā: atq; eos operibus subiecisse durissimis. Prestan
do em̄ felicia populo israelitico/ cōuertit dn̄s ad odiū
et dolos cor egyptiorū: non quia ipse mali auctor est/
sed prestando alijs beneficia / mentes excitauit obli-
quas. Necesse est eniz vt scelerati hoīes alienis pro-
speris intumescant/ qui se norunt mereri nō posse simi
lia: sicut in sacrificijs Cain et Abel factum est: quādo
vnius sacrificiū respuit/ alterius libenter accepit. Se
quitur Et dolum facerent in seruos eius. Consequēs
erat: vt post conceptū odiū seuiens populus ad dolo-
sas machinas perueniret. Illud em̄ significat: quan-
do eis lateres facere preceperūt/ ⁊ p labore geminan
do negate sunt palee: ⁊ cetera que in illo seuissimo do
minatu plebs hebreorum dn̄o deuota sustinuit. [Mi-
Al. nō hz. sit moysen seruū suū: ⁊ † Aaron quem elegit ipsum].
Istos ad Pharaonē quasi quosdam testes cōstat ad
dn̄o destinatos: vt populum sibi placitum abire per-
misisset illesum. O inestimabilis pietas omnipotētis
ab homine fragili petebat fieri: cui⁹ ordinatiōi a nul-
la creatura poterat obuiari: vt reuera nos infirmos
doceat qua moderatiōe viuere debeamus: quādo vo
luntates suas creator sanctus sub tāta clemētia per-
egisse cognoscitur. Intendamus quoq; ⁊ istud genus
IDI. locutiōis scripture diuine esse proprium. Suffecerat
em̄ dici Quē elegit: sed addidit Ipsum: vt hoc quoq;
euidentius explanaret. Que forma locutionis in scri-
pturis diuinis creberrime reperitur: sicut est et illud
In quo habitauit in ip̄o. [Posuit in eis verba signo-
Al. suorū. rum suorū: ⁊ † prodigiorū in terra † Chanaan]. Po-
Al. cham. suit/ significat collocauit in eis: Moyse scilicet/ ⁊ Aa
ron verba signorū et pdigiorum: que ab eis predica-
bāt dn̄s esse facturus. Signa/ sunt quasi vestigia ali-
qua futurarū/ siue preteritarū rerum. Prodigia vero
pertinent ad mirabiles euentus: qui in rerum ordine
ETY. antea non fuerunt. Prodigium enim dictum est ab eo
qd̄ porro dicat. Sed hec signa et pdigia in egyptijs
facta sunt: vt sicut multorū patrū dicit auctoritas ali
quid portenderent christiano populo subsequēte: qd̄
suis locis aptissime cōmonemus. [Misit tenebras/ et
Al. non hz. obscurauit † eos: † q: exacerbauerūt sermōes † ei⁹].
Al. ⁊ nō ex- Leguntur tenebras inter plagas reliquas pertulisse:
acerbauit. sed melius intelligamus corda eorū fuisse potius ob-
Al. suos. scurata: qui dn̄i precepta temnebant. Exacerbauerūt
autē/ significat acerbe acceperūt: aut certe iniuriosis
abominationibus respuerunt. Nam in plagarū ipsa-
rum enumeratiōe competēs fecit initium. Non enim
ad reliqua venire potuissent/ nisi obscuratis sensibus
incurrissent pfundissimā cecitatem: quod et hodie sic
fieri peccantiū vsus ostendit. [Conuertit aquas eorū
in sanguinem: ⁊ occidit pisces eorū]. Dicit secundam
plagā: que in hystoria Exodi prima legitur. Sed ipse
plage future cladis indicia nūciabant. Conuertit em̄
aquas eorū in sanguinem: qm̄ erant inter maris rubri
fluenta perituri. Pisces eorū occisi sunt: ne spes viuē
di hominibus relicta videret: quando illud est inter la
tices mortuū: quod natiuo elemēto pbabatur enutri-
Al. Et edi- tum. [† Misit in terram eorū ranas: ⁊ in cubilibus re-
dit terra eo gum ipsoꝝ]. Hec tertia est. Ranarum eis societatem
rum ranas dedit: quia et ipsi locum accepturi pbabantur aqua-
et in pene- tilem: a quo signo nec reges eorū: id est priores exce-
tralibus. pti sunt: quando erāt altissimi abyssi demersione mo-
rituri. Sed hoc inter cetera pl⁹ videtur esse mirabile:
vt nec regum domus ab hac plaga cernerētur exce-
pte: quibus multorū ministeria talia poterant submo
uere portenta: vt euidēter det intelligi nullis opibus/
nullisq; solatijs diuinis posse iussionibus obuiari. [Di
xit ⁊ venit cynomia/ ⁊ scynifes in om̄ibus finibus eo-
rum]. Quarta plaga subsequit: Dixit ⁊ venit. In ma
gnā significātiam duo ista cōiuncta sunt: quia diuini-
tatis imperiū nullū potest sustinere tarditatis obsta-
culum. Nam si euidenter intēdas vel ipsa verba que
sibi vidētur esse sociata: tamen per syllabas suas ali-
qua mora ptrahuntur. Iussio autem dn̄i non dilatat
tempus: quādo iam ipsa voluntas effectus est. Cyno
mia/ significat muscam caninam: que ceteris muscis
omnino mordacior est/ ⁊ importunitate sua violētior:
vnde infesti ac seuissimi animalis deriuatū nomē ac-
cepit. Scynifes/ gen⁹ est culicū fixis aculeis permo-
lestum: quas vulgus cōsueuit vocare zinzalas. Agno
scant homines q̄ fatuis elationibus intumescunt: qm̄
Pharao ille seuus ⁊ durus nec muscis par esse pote-
rat: qui sede tanta regni elatione iactabat. In omni-
bus autē finibus eorū dicit: ne quis egyptijs locus a
pernitiosa clade sentiret exceptus. [Posuit pluuias
eorū † in grādinem: ignem cōburentem in terrā ipso- Al. non hz.
rum. Et percussit vineas eorū/ ⁊ ficulneas eorū: ⁊ con
triuit † omne lignū finium eoꝝ]. Ultio quinta narra- Al. non hz.
tur. Similis est superiori sententie et ista locutio: vbi
ait Posuit in eis verba signorū suorū. Posuit/ statuit
significat ac decreuit. Egyptiorū enim adhuc plaga-
rum enumeratio perseuerat: vt pluuia que ad fecūdi-
tatem terris datur/ cōuerteret in grandinis noxiā va-
stitatem: cuius ictus non minus intercipit q̄ vbi lapi-
dum copia densa ceciderit. Hec agrorū liquorū pro-
batur incēdiū/ cū tactu noxio fructus arefacit: quos-
cunq; saxatili vnda pcusserit. Ignem vero cōburen-
tem/ fulmina significat: que solēt excitata tempestate
deseuire. Sequitur: Et percussit vineas eorū/ ⁊ ficul-
neas eorū: ⁊ contriuit omne lignū finium eorū. Cū di
cit Percussit/ ad superiora respicit: siue grādinem/ si-
ue fulmina: que celestis potentia terris velut tela infe
sta iaculatur. Et ne tm̄ ficulneas putares: aut vineas
esse percussas: addidit Omne lignū finium eorum: vt
⁊ sata nō dubitares euersa: vbi arborum quoq; robo-
ra cognosceres fuisse contrita. Maiora enim cōtinent DOG.
intellectum minorū. [Dixit ⁊ venit locusta: ⁊ bruchus
cuius nō erat numerus. Et comedit omne fenū † ter- Al. in terra.
re eorū: ⁊ † omnē fructum terre † ipsorum. Sexta in- Al. comedit
choat plaga. Sed et hec locutio superiori sentētie si- Al. eorum.
milis approbat: id est Dixit ⁊ venit cynomia ⁊ scyni-
fes. Locusta vero mater bruchi est: quē mala fecūdi-
tate pgenerat: qui ad illam predam quasi cōuocatus
exercitus/ cū sua ple descendit. Et ne crederes inani-
ter deductū: omnē fructum terre illius ab eis dicit es-
se consumptū. [Et percussit omne primogenitū in ter
ra † egypti: primitias omnis laboris eorū]. Uenit ad Al. eorum.
septimā: quātum ad hunc psalmū pertinet nouissimā
plagam: vbi iam victi egyptiorū populorum malorū
numerositate cesserūt. Nam quemadmodū amplius
tolerare poterant/ qui ⁊ omnia dulcia perdiderant: ⁊
desolatos seipsis quoq; victualibus sentiebant? Sic
grauiter per partes perit: qui diuinis iussionibus re-
luctandum esse putauerit. Hic nōnulla questio vide-
tur oboriri: cur septem egyptioꝝ plagas tm̄ psalmus
iste cōmemoret: cum decem sint in Exodi narratione
descripte? Frequenter diximus in scripturis diuinis
a parte totū debere sentiri: sicut in euangelio legitur

Uerbum caro factū est:⁊ habitauit in nobis:quasi nō
⁊ aiam simul assumpserit:quā specialiter liberare di=
gnatus est. Sic cōmemorata carne:simul ⁊ anima su
scipi debere cognoscitur. Quod multis locis inuenis
esse predicatū. Deinde ꝙ septenarius numerus spiri=
tus sancti virtute ꝓbatur esse perfectus. Merito ergo
decem plagas in septenarij numeri relatione cōclusit
vt totum perfectū intelligeres:cuius partē dictā esse
sentires. Deinde cōgruum fuit vt rem notā varia re=
latione describeret: cū egyptiorum penas/⁊ totidem
hebreoꝝ beneficia predicaret. Sic non diuersum:sed
causa varietatis videt̃ esse pulcherrimū. Siue(vt pa
tri Augustino placet) est laudatio a lege narrantis.
Nā qui texit hystoriam/necessarie habet omia cōme=
morare plenissime:q̄ vero laudat/pauca de plurimis
tetigisse sufficiet. Breuiter ergo priora dicit:q̄ non hic
nescientes docet/sed cōmemorat vtiq̄ retinentes. Et
q̄m est in subsequēti diuisione dicturus septem benefi
cia dn̄m hebreo populo prestitisse/premisit septē pla=
gas inimicos egyptios accepisse:vt numerus ipse(si=
cut arbitrari possum)bonarū et malarū rerum in hoc
Al.cum. psalmo cōprobabilis haberetur. [Et eduxit eos † in
argento ⁊ auro:⁊ nō erat in tribubus eorū infirmus].
Enumeratis plagis q̄s dedit egyptijs/ venit ad quin
tam partem:in qua totidē beneficia hebreis dicit esse
collata. Ait em̄ Et eduxit eos in argento ⁊ auro. Pri=
mū itaq̄ beneficiū fuit:vt populus lōga seruitute cō=
fectus:non egenus/inanisq̄ discederet. Aurū ⁊ argē
tum israeliticum populum ab egyptijs precepto dn̄i
discedentem legimus accepisse:vt non repētina surre
ptio/ sed longe operationis merces esse videatur. Et
q: dubitari non potest omnia dn̄m iusta precipere/si=
ne culpa videtur factum:quod eius imperio cōstat im
pletū. Quapropter sequitur secundū beneficiū:vt in
illa necessitate migrationis nullus infirmitate corpo
rea potuisset affligi : quatenus omnia nauiter imple=
rent que illis precipiebantur a dn̄o. [Letata est egy=
Al.incubuit ptus in ꝓfectione eoꝝ:q: † cecidit timor eorum super
eos]. Diligēter hūc versum debemus inquirere. Con
stat em̄ discedente populo hebreorū egyptū nō fuisse
letatam:quando eū persequendū esse iudicauit. Sed
postq̄ illi demersi sunt q̄ ad insequendos hebreos ire
decreuerāt:tunc qui in egypto remanserant omino le
tati sunt:q: similia minime pertulerunt. Reddit enim
hanc causam cū dicit: q: cecidit timor eoꝝ super eos.
Ipse enim timor fuit vt in fauore gētis hebraice:ipsa
quodāmodo viderentur elementa pugnasse. Et intē=
SCHE. de:q: per figuram Metonymiā que latine transnomi
natio dicitur:egyptū/non egyptios memorat fuisse le
tatos. Per id enim quod cōtinet: id quod continetur
ostēsum est. [Expandit nubem in ꝓtectionem eorum:
et ignem vt luceret eis per noctem]. Utrunq̄ munus
cōtra temporis inclementiam ꝓbatur esse cōcessum.
Nubes data est:vt solis tēperaret ardorē. Ignis con
cess⁹ est:vt tenebrarū potuisset auferre caliginē. Hoc
est tertiū:qđ israelitico populo constat esse cōcessum.
Al.non hz. [Petierunt † carnes/⁊ venit coturnix:⁊ pane celi sa=
turauit eos]. Intuere quēadmodū superata sunt vo=
ta desiderantium. Carnes petit populus hebreorum
et coturnices accepit. Constat enim in volatilibus q̄
in quadrupedibus carnes esse sine dubio dulciores.
Deinde vnum postulauit:⁊ geminata venerunt. Se=
DOG. quitur enim Et pane celi saturauit eos. Sunt em̄ ista
Exodi lectiōe notissima: quando coturnices in modū
imbris densissimi defluebāt. Māna quoq̄: vt iudeus
populus satiaretur accepit. Sed vt hec in prefigura=
tionē facta monstraret:non dixit manna/sed pane ce=
li: quatenus in illo munere dn̄i Saluatoris sentiretur
aduentus. Ipse est enim panis viuus qui de celo de= Joan.6.
scēdit. Manna quippe dicitur:sicut in septuagesimo=
septimo psalmo declaratum est: quid est hoc? Cuius
nominis auferens questionem:quod interrogatio illa
manne perquirebat/expressit dicendo Pane celi satu
rauit eos. Sic enim ⁊ celi dn̄s indicatur:⁊ quid sit mā
na euidenter ostēditur. [Dirupit petram/⁊ fluxerunt
aque : abierunt in sicco flumina]. Hoc quoq̄ in figu=
ram gerebatur dn̄i christi:vt petra aquas profudisset
irriguas. Christus enim dn̄s petra spiritualis est:qui
vitales aquas emanat: vnde satiatum desideriū ani=
me sitim nesciat vlterius sustinere. Abierunt in sicco/
significat gentiū peccatores. Qui merito sicci dicun=
tur:quoniā delictis siccabātur vrentibus. Isti imbre
dn̄i virescentes/in nouum hominē pullularūt:de qui=
bus dn̄s dicit. Uenit enim filius hominis querere/ et Luc.19.
saluū facere quod perierat. [† Quia memor fuit ver= Al.qm̄.
bi sancti sui : quod † locutus est ad Abraam puerum Al.habuit
suum. Et eduxit populum suum in exultatione:et ele=
ctos suos in letitia]. In his duobus versibus miracu
lorum que superius dixit causa narratur. Ideo enim
dicūtur facta:quoniā Abrae constabant esse ꝓmissa.
Et respice ꝙ dixit Electos suos eduxit in letitia:quo=
niam illi qui murmurauerūt/ dn̄i furore percussi sunt.
[Et dedit † eis regiones gentiū: ⁊ labores populorū Al.illis.
possederunt. Ut custodiant iustificationes eius:et le=
gem eius requirant]. Uenit ad septimū beneficium.
Dixit enim Primū:eductos in auro ⁊ argento. Dein=
de ex eis nullum infirmatū. Tertio expā sam nubem:
que ⁊ lumen prestaret in tenebris/⁊ in die remoueret
solis ardorem. Quarto coturnicem datā. Quinto re=
fert celesti pane satiatos. Sexto in locis aridissimis
aquas irriguas emanasse. Ad postremū promissionū
veritatem fuisse cōpletam:vt eis ⁊ regiones gentium
traderet/et labores inimicorum pietate copiosissima
largiretur. Q: enim dixit Regiones gētium/ad pos=
sessionē videtur pertinere terrarū. Labores vero po=
pulorū ad diuitias longo tempore cōgregatas. Et ne
in presentibus rebus hererent corda mortaliū/intulit
spiritualia bona:vt eius debeant ⁊ requirere/⁊ custo=
dire mandata:ne tm̄ in illis spem haberent: que si ad
tempus delinunt/ non tamen ad celorū regna perdu
cūt:sicut apostolus dicit. Q: si in hac vita tm̄ in chri= 1.Cor.15.
sto sperantes sumus:miserabiliores sumus omnibus
hominibus. Justificatiōes autem eius sunt: vt deum
toto corde diligamus/ proximos tanq̄ nos amemus
patrem veneremur/filium charū habeamus: ⁊ cete=
re iustitie que in diuerso rerum genere sunt precepte.
Has admonet custodiri: quia earū rerum euidēs est/
⁊ absoluta preceptio. Lex vero eius fuit die sabbato
debere requiesci: in pascha agnū anniculum immola
ri: sacerdotes cum veste mystica ad altare accedere:
⁊ cetera que in hunc modum a dn̄o precepta noscun=
tur. Sed hec ⁊ his similia non corporaliter/sed spiri=
tualiter sunt querēda. Ideo enim addidit Requirāt:
quia nouit precepta legis vmbrā et speculum esse fu=
turorum.

Alleluia.

HOc non ociose percipias:quod alijs psal
mis alleluia in capite/ et in fine ponitur.
Alijs vero in solo titulo prenotatur. Isti
enim qui in capite / fineq̄ concordant(vt
opinor)ad illam intelligentiam referendi

sunt: quã in psalmis esse diximus: qui capite ꝛ fine simili terminantur: vt sunt precedentes: centesimussecũdus/ ꝛ cetesimustertius. Siue quia expressius semper infunditur/ quod sententia iterata geminatur: vt est Nõ sic impij/ nõ sic. Et Fiat/ fiat. Uel Amen amen dico vobis. Et Abba pater. Hoc est enim abba/ quod pater. Sit forte ꝛ alia causa que latet. De hac autem re nec a doctoribus nostris aliud potuimus accipere nec nobis est aliquid amplius sentire concessum.

Conclusio.

¶ Ecce vtrũqꝫ Alleluia cantatũ est: decursus est psalm⁹ celesti laude plenissimus: qui ꝛ pterita veraciter referret/ ꝛ in futuris nos salubriter cõmoneret. Passi sunt egyptij dignissimas vltiones: acceperunt iudei dona celestia. Nũc vnusquisqꝫ nostrum expectet eorũ retributionem: quorum imitatur exemplũ. Inspiciẽdũ est autem lumine cordis quod in fine psalmi positũ est: vt ad iustificatiões dñi/ ꝛ in lege eius tota mentis intentione dirigamur. Nam ꝛ si bona tẽporalia suscipimus: sicut Abraam/ Isaac/ Jacob/ ceteriqꝫ fideles qui abundanti facultate floruerunt/ in illam partem esse potius debemus intenti: vnde ad celorũ possimus regna perduci. Ista enim que delectabilem videri faciũt mundum: in eternitate non habẽt locum. Meminisse autem debemus hunc psalmũ secundum esse horum: qui dum miracula hebreis collata describitur: per figuram allegoricã que aliud dicit/ aliud significat/ ventura christiani populi sacramenta declarant.

¶ Explicit expositio in psalmum. 104.

Alleluia. Cv.

Confitemini dño quoniam bonus: quoniã in seculum misericordia ei⁹. Quis loquetur potẽtias dñi: auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiũt iudicium: ꝛ faciunt iustitiã in omni tempore. Memẽto nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ad videndũ in bonitate electorum tuorũ: ad letandum in letitia gentis tue: vt lauderis cuꝫ hereditate tua. Peccauimus cũ patribus nostris: iniuste egimus/ iniquitatẽ fecimus. Patres nostri in egypto nõ intellexerũt mirabilia tua: nõ fuerũt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerũt ascẽdẽtes in mare: mare rubrũ. Et saluauit eos ppter nomen suũ: vt notã faceret potentiam suã. Et increpuit mare rubrũ ꝛ exsiccatũ est: ꝛ deduxit eos in abyssis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odiẽtiũ: et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulãtes eos: vnus ex eis non remansit. Et crediderunt verbis eius: et laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt/ obliti sunt operũ eius: ꝛ non sustinuerunt consiliũ eius. Et concupierunt cõcupiscentiam in deserto: ꝛ tentauerunt deũ in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorũ: et misit saturitatẽ in animas eorꝫ. Et irritauerunt moysen in castris: aaron sanctũ dñi. Aperta est terra/ ꝛ deglutiuit dathan: ꝛ operuit super congregationẽ abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum flamma cõbussit peccatores. Et fecerunt vitulum in oreb: ꝛ adorauerũt sculptile. Et mutauerunt gloriam suã in similitudinem vituli comedentis fenum. Obliti sunt deũ qui saluauit eos: qui fecit magnalia in egypto/ mirabilia in terra cham/ terribilia i mari rubro. Et dixit vt disperderet eos: si nõ moyses electus eius stetisset in confractiõe in cõspectu eius. Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: ꝛ p nichilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo eius: ꝛ murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem dñi. Et eleuauit manũ suam super eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt deijceret semẽ eorũ in natiõibus: ꝛ dispergeret eos in regiõibus. Et initiati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorũ: Et irritauerunt eũ in adinuentionibus suis: ꝛ multiplicata est in eis ruina. Et stetit phinees et placauit: ꝛ cessauit quassatio. Et reputatũ est ei ad iustitiã: in generatione ꝛ generationem vsqꝫ in sempiternũ. Et irritauerunt eum ad aquas cõtradictionis: et vexatus est moyses ppter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labijs suis non disperdiderunt gentes quas dixit dñs deus illis. Et cõmixti sunt inter gentes: ꝛ didicerunt opera eorꝫ/ ꝛ seruierũt sculptilibus eorũ: ꝛ factum est illis in scandalũ. Et immolauerunt filios suos/ et filias suas demonijs. Et effuderũt sanguinem innocẽtem/ sanguinem filiorum suorũ/ ꝛ filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus/ ꝛ contaminata est in operibus eorũ: ꝛ fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dñs in populum suũ: ꝛ abominatus est hereditatẽ suam. Et tradidit eos in manus gentium: ꝛ dominati sunt eorũ qui oderunt eos. Et tribulauerũt eos inimici eorum/ ꝛ humiliati sunt sub manib⁹ eorũ: sepe liberauit eos Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorũ. Et memor fuit testamẽti sui: et penituit eum ſm multitudineꝫ misericordie sue. Et dedit eos in misericordias: in conspectu omniũ qui ceperãt eos. Saluos fac nos

dñe deus noster: et cõgrega nos de nationibus. Ut confiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus israel a seculo/ et vsqz in seculum: et dicet omnis populus fiat/ fiat.

Ecce iterum alleluiatica nobis gaudia redierũt. Ecce breuiter precipit: vt dño totius psalmi iubilatiõe cantetur. Sed inspiciamus qꝫ a superioribus dictis nec titulum nobis cognoscit mutasse/ nec causam. Titulus est em̃ Alleluia: causa/ cõfessio: que miro modo ad laudes dñi omnino fecunda est. Quantorũ enim hic ora soluta sunt? Hinc Moyses cum viris/ germana eius maria cũ feminis: trãsitum rubri maris diuina laude celebrarunt. Hinc Delbora iocũda exultatione precinuit. Multi etiã ꝓphete canticos diuersos tanti miraculi cõfessione ꝓfuderunt. Non immerito: qꝛ magnalia ista totius humane redemptiõis sacramenta testantur. Ab egyptijs em̃ eripimur: quando ab operibus diabolicis diuino munere liberamur. Mare rubrum transimus: quãdo baptismatis sacramenta percipimus. In deserto pascimur: quando diuina gratia cõcedente in mundi istius rerũ bonarũ largitate satiamur. Ad terram ꝓmissionis perducimur: quãdo in illa felici patria munere superne pietatis intramꝰ: vt merito talis causa frequenter iterata predicetur: que tantorũ magnalium prefiguratione decoratur. Diuisio.

Introducit confitens populus hebreorũ: qui relicta perfidia patrũ suorũ ad pietatem dñi (ipso miserante) perductus est: vt intelligamus cũ fuerint conuersi/ et ipsos Alleluia merito ꝓ sua redemptione cantare. In prima igit narratione deprecat: vt societur populo beneplacito: qui erat dñi saluatoris aduentus de gẽtibus cõgregandus. Secũda: patrũ suorũ peccata dinumerat que fecerunt in egypto/ mirabilia dñi recto corde minime cõtuentes: pium tamen dñm ab inimicis suis eos liberasse confirmans. Tertia: ad peccandi studia refert eos reuersos: dñm tamen electi sui Moysi precibus dicit fuisse delinitũ. Quarta: iniquitates eorum asserit iteratas/ dñmqꝫ illos decreuisse perdere: nisi Phinees serui sui supplicatiõe placaretur. Quinta: ad aquam cõtradictionis Moysen ab illis exacerbatũ esse cõmemorat: posteaqꝫ filios suos in cultura idolorũ crudeliter occidisse. Unde dñs vehemẽter iratus/ tradidit eos gentiũ seruituti: ac deinde misertus in conspectu inimicorũ eos reddidit gloriosos. Sexta: precat quod nouerat esse venturũ: vt de vniuersis nationibus ecclesia catholica congreget: et laudes dño eterna exultatione concelebret. Nunc partes psalmi per apertas diuisionum semitas ambulemus. Expositio.

Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in seculum misericordia eiꝰ]. Sicut superior psalmus in p̃io versu declarauit: qꝛ confessio illa ad laudes dñi debuisset aptari: ita et hic designat cõfessionem istam ad medicinã penitudinis applicandam. Sed et hoc quoqꝫ ad preconia dñi pertinere non dubium est: quãdo maior gloria est pietatis cõfitẽti parcere/ qꝫ viuenti sine offensiõe prestare. Hebreorꝫ siquidem cõpũcta cõgregatio et diuina inspiratiõe correcta/ loquit ad reliquam plebem: vt antiqui erroris prauitate damnata/ ad diuinã debeat redire clemẽtiam. Et ne aliquis de culparũ suarum numerositatibus terreretur: addidit Qm̃ bonus. Quis eniz dubitet ad eum recurrere: quem sibi audit posse celerrime subuenire? Bonus enim dñs recte dicitur: qui delinquentẽ pascit/ qui expectat errantẽ/ qui solem suũ facit oriri super bonos et malos: et pluit super iustos et impios. Hoc etiam ipsius veritatis voce declaratur: Nemo bonus nisi solus deus. Addidit Quoniã in seculum misericordia eius. Audito bono dño: ne se humana negligentia ab studiosa et sedula supplicatione suspẽderet/ remedij causam dicit: vt ad confessionẽ celerem dñi debeat munere festinare. In seculum/ vite huius significat cursum: vbi miseri sunt quicunqꝫ delinquũt: vbi fas est corda nostra conuerti et misericordiã postulari. Ibi enim damnatio est confiteri peccatum: vbi iam cõstat esse iudiciũ. [Quis loquet potentias dñi/ auditas faciet oẽs laudes eius]. Populus iste quem diximus diuinorũ operũ estimatione completus/ negat humanũ sensum comprehendere: quod de illa plenissime debeat maiestate narrare. Quis enim/ significat nullum. Cui enim aut ingeniũ suppetit ad cogitãdum/ aut lingua ad depromendum: vt tãta immẽsitas vnius possit ore narrari? Ubi merito dicendũ est Non michi: si lingue centum sint/ oraqꝫ centum: ferrea vox. Addidit etiam Auditas faciet omnes laudes eius. Et hic quoqꝫ subaudiẽdum est quis: vt ꝑfecta nobis possit cõstare sententia. Pulchra autez varietate dictum est: Quis auditas faciet omnes laudes eius? Illa em̃ possunt audiri: que probãtur et dici. Hic quoqꝫ modus inter ꝓprias locutiones habendus est. [Beati qui custodiunt iudicium: et faciunt iustitiam in omni tẽpore]. Postqꝫ negauit laudes dñi posse comprehendi/ sentẽtiam dicit qua se cõsoletur genus humanum: vt cum illa nequit implere/ hoc saltem custodire festinet. Custodire enim iudiciũ est/ qui inter alios recte iudicat. Iustitiam autẽ facit: qui equabiliter agit. Siue ille beatos dicit: qui iudicium in fide custodiunt. Iustitiam vero in opere demonstrant. Sed vide: qm̃ addidit In omni tempore: sicut in euangelio dicit: Qui perseuerauerit vsqꝫ in finem: hic saluus erit. Merito ergo isti tales beati dicti sunt: q̃ precepta dñi pura mente custodiunt. Hec tertia species definitiõis est: q̃ grece peotes/ latine qualitatiua dicitur. Que dicẽdo quid quale sit: id quid sit ostendit. [Memento nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo]. Orant deuoti: vt inter eos debeant estimari qui dño fideli opere placuerunt. Nouimus enim israeliticũ populum partim contumacẽ fuisse: partim in dñi constitisse mandatis. Unde isti suppliciter precãtur vt in illorum societate debeãt annumerari: quibꝰ potest eterna beatitudo gratia diuinitatis attribui. Et vt fides eorum perfectissima nosceretur/ optant se visitari a dño saluatore: cuiusaduẽtu se nouerant esse saluandos. Ipse est enim salutaris: de quo beatus Symeon ait Nunc dimitte seruum tuum dñe: s̃m verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuũ. Quod parasti ante faciem omniũ populorum. Lumen ad reuelationẽ gentium: et gloriam plebis tue israel. [Ad videndũ in bonitate electorũ tuorum: ad letandum in letitia gentis tue: vt lauderis cũ hereditate tua]. Hoc est qd̃ se petebant a salutari dño visitari: vt bonitatẽ eius viderent/ quã electis erat aduẽtus sui munere ꝓstaturus:

Mat.5.
Mar.10.
Id.
Mat.24.
Def.
Luc.2.

quatenus cũ christiano populo gauderēt/qui de eius
erant incarnatione letaturi. Ipsa est enim gens dñi:
que de gentium est diuersitate collecta: vt esset grex
vnus/et pastor vnus. Sequitur harũ rerum suauissi=
mus fructus: vt laudet̃ dñs cũ hereditate sua. Utrũqȝ
enim coniunctũ est: qꝛ in preconio dñi sui fidelis popu
lus sine dubitatione laudat̃: sicut in superiore psalmo
dictũ est Laudamini in noĩe sancto ei⁹. Quapropter
fidelis iste populus tãto desiderio ad cõspectũ dñi fe
stinabat/tanta se christiane plebi charitate miscebat:
vt nefas sit putare eũ spiritu nõ fuisse conspectũ/ quē
tanta gratia cognoscimus expetitũ: sicut ipse in euan
Joan. 8. gelio dicit. Abraam desiderauit videre diem meũ: vi=
dit/et gauisus est. [Peccauimus cũ patribus nostris:
iniuste egimus: iniquitatem fecimus]. Uenit ad secun
dam narrationē/ vbi predict⁹ populus humili satisfa=
ctione ꝓsternitur: vt illa in principio psalmi declarata
videatur esse cõfessio. Dicit enim peccasse se cum pa=
tribus: quoniã in eorũ erant lumbis/ ⁊ origine cõstitu=
ti. Nam cũ fuerit tēpus longe diuisum/quãdo in egy=
pto patres eoꝝ miracula facta carnaliter acceperũt:
cum nulla dño satisfactione responderint/ et etas ista
multũ posterior esset ꝙ̃ presentis psalmi series canta
retur: dubiũ nõ est illa eos peccata gemere/que ex pa
rentũ suorũ ꝓbabantur nequitia sustinere. Hoc here
sis pelagiana nõ accipit: dum putat originale pecca=
tum ad ꝓlem Ade nullatenus ꝑuenire potuisse. Cuȝ
maioribus enim suis peccant: qui se per gratiam dñi
ab eorũ delicto non separant. Quod pater Augusti=
nus diligentissima libroꝝ disputatione cõuicit. Nunc
aũt quando dño aspirante mens compũcta resipuit/
merito a se peccata parentũ volebat abstergi: qui ab
ipsorũ ceperat obligatiõibus segregari. Et vt purissi
me cõfessionis firmitas appareret: hec eadē trina ite
ratione cõfirmat. Hoc est enim peccauimus/qd̃ iniu=
ste egimus: hoc est iniuste egimus/qd̃ iniquitatem fe=
cimus. Tãto enim vnusquisqȝ celerius absoluit̃: quã=
to a semetipso viuacitate damnat̃. Que figura dici=
SCHE. tur Schesionomaton: id est multitudo nominũ con=
iunctorũ diuersis verbis vnam rem significãtium. Est
⁊ alia nobis in hoc loco tradita expositio: qꝛ cũ maio
ribus suis peccat/qui delicta similia non declinat: sed
eadem facit que priores suos fecisse cognoscit: ita ta=
mē vt a posteris reatus originalis peccati: nisi ꝑ gra=
tiam dñi non possit excludi. [Patres nostri in egypto
Al. non hȝ. non intellexerũt mirabilia tua: † ⁊ non fuerunt memo
Al. mare/ res multitudinis misericordie tue. Et irritauerũt ascē
mare rubrũ dentes in † rubrũ mare]. Duo sunt que beneficia do=
nata cõmendant: intellectus/ ⁊ memoria: quod vtrũqȝ
in perfidis fuisse denegat̃. Non intellexerũt: pulcher=
rima locutione signatũ est. Uidebat̃ eniȝ prestari: sed
qua causa fieret nõ ab eis ꝓbabatur agnosci. Nã de=
cem plagis ꝑcussi sunt egyptij: vt decalogo futuro he
breorũ gens deuota seruiret. Dimissi sunt a Pharao=
ne: vt ⁊ illi relinquerēt diabolum cum ministris. Sed
illi carnaliter que gesta sunt intuẽtes: spiritualis gra=
tie minime premia quesiuerũt. Non fuerunt autē me=
mores misericordie dñi: quando videntes Pharaõis
exercituȝ anteqȝ mare rubrum diuideret̃: credebãt se
euadendi subsidia perdidisse: ⁊ contra Moysen locu=
ti sunt melius sibi fuisse duro subiacere seruitio/ ꝙ̃ to
ta gẽs perire potuisset in heremo. Post hec cõsequẽs
fuit vt irritarent dñm ascendentes in rubrum mare:
quando nõ crediderunt posse fieri qd̃ eius audiebant
omnipotẽtiam polliceri. Ita factum est: vt nec intelli
gerent virtutem dñi/nec eius beneficia deuota mente
retinerēt. Bene autē positum est Irritauerunt: quasi
per se quietũ atqȝ placatum/infensum/ ⁊ iracundũ si=
bimet reddiderũt. Ascendẽtes autem in rubrũ mare
dictum cõstat positione terrarũ: quoniã cũctis regio=
nibus egyptus perhibet̃ humilior: et inde discedẽtes
loca petere visa sunt altiora. [Et † liberauit eos pro= Al. saluauit.
pter nomen suum: vt notam faceret potẽtiam suam].
Dicendo Propter nomen suũ/designare michi vide=
tur dñm saluatorem: cuius vocabulo cõuenit saluare
periclitantes. Deus enim quãdo liberat peccatores:
non ꝓpter merita eorum prestat / sed ꝓpter nominis
sui potẽtiam demõstrandam: vt pius euidenter appa
reat/si in meritis beneficia larga concedat. Qꝛ enim
dicit Notã fecit potẽtiam suam: non carnalibus vtiqȝ
oculis/sed spirituali cogitatione videntibus. Nam si
omnibus notã fecisset: nequaqȝ durus populus de in=
credulitate peccasset. [Et † increpauit mare rubrum Al. icrepuit.
et exsiccatũ est: et deduxit eos in † aquis multis sicut Al. abyssis.
in deserto]. Increpationē vocauit occultum diuinita
tis imperiũ: quia mare in Exodo voce dñi nusqȝ legi=
mus increpatũ. Agit enim ille occultis motibus vni=
uersa que precipit: et quasi ad audientes loquit̃/que
sensum nõ habẽt attributũ. Tanta eniȝ virtus iussio=
nis est: vt parere preualeant que audire non norunt.
Siccatũ mare/nõ pro vniuersitate debemus accipe=
re: sed tantũ quantũ illis iter aperiret. Nam plus in=
de miraculũ fuit: vt vnde liquide excisis lateribus cõ
stitissent: nec fluenta fluerent/sed montiũ quadam fir
mitate cõsisterēt. Sequitur. Et deduxit eos in aquis
multis sicut in deserto. Desertũ est maxime/qd̃ aqua=
rum inundatiõe deseritur: vt nullum ibi animal possit
habitare periculo siccitatis ingenito. Educti sunt er=
go hebrei per abyssum tanqȝ per loca deserta: que ni=
mia sterilitate siccant̃: ostendens qm̃ sic aruit illa via
fluentorũ/vt vsqȝ ad iter potuisset ꝑuenire puluereũ.
Et † liberauit eos de manu odiẽtium: et redemit eos Al. saluauit.
de manu † inimicorũ]. Quãuis esset et hoc beneficiũ Al. inimici.
si eos de potestate aliena liberaret: tamē auxit mune
ris quantitatē. dicendo De manu odientium: quibus
vtiqȝ parcere non poterant/ quos immaniter impete
bant. Horrebant plane: ꝓpter quos ⁊ tantas plagas
susceperant/ ⁊ rerum suarũ amissione priuabant̃. In=
telligitur etiã de conspirata demonũ cohorte: que hu
manũ genus stimulo peccatoꝝ ⁊ odit ⁊ percutit. Se=
quitur Et redemit eos de manu inimicorũ. Hoc si ad
litteram velis accipere: non videtur posse congruere.
Nam vt liberaret hebreos nullũ egyptijs preciũ de=
dit: quibus magis ꝓ sua contumacia plagarum dura
geminauit. Sed hoc ꝓphetie spiritu dictũ credamus
de temporibus christianis: quando dñs saluator pec
catores obnoxios precioso sanguine suo a diaboli re=
demit impio. [Et operuit aqua tribulãtes eos: vnus
ex eis non remansit]. Hoc quidem ad litterã sine con
trouersia videtur intelligi: qꝛ nota est in Exodo com=
memorata descriptio. Uerum vnus ex eis nõ reman=
sit: non ad vniuersam egyptiorũ gentem respicit/sed
tm̃ ad insequẽtium multitudinem tendit: que ibi vsqȝ
ad minimũ ꝓbatur extincta. Remanserãt eñ de egy
ptijs qui letarentur in ꝓfectione eorum: sicut in psal=
mo superiore dixit: Letata est egyptus in profectiõe
eorũ: sed illi scilicet qui in casu simili non fuerunt. [Et
crediderunt in verbis eius: et † cantauerunt laudes Al. laudaue
eius]. Post miraculũ tale dicendo Crediderunt/du= runt laudem
ritiam cordis demonstrat: quod non ante euẽtum rei/

sed post effectũ miraculorũ credere maluerunt. Nam
et si bonum sit visis rebus acquiescere: multo melius
promissa credidisse: sicut in euangelio Thome dicit:
Joan.20. Quia vidisti me credidisti: beati qui nõ viderũt ⁊ cre
diderũt. Quod vero addidit Et cantauerũt laudes eius
Exo.15. hymnũ significat Exodi: qui ait Cantemus dño: glo=
riose enim honorificatus est: ⁊ cetera que hebreus po
pulus peracto miraculo magna exultatione cãtauit:
sicut in tituli expositione narratum est. [Cito fecerũt
⁊ obliti sunt operum eius: non sustinuerunt consilium
eius]. Venit ad tertiam narrationem. Cito fecerunt:
ac si diceret summa celeritate mutati sunt: vt qui lau
des dño de collatis mirabilibus canebãt / paulopost
contra eũ nefandas murmurationes assumerent. Nõ
sustinuerunt consilium eius: quando prius concepe=
runt desperationem / qꝫ eius parata beneficia proue=
nissent. Dominus enĩ qui eos liberauerat talibus / tan
tisqꝫ miraculis: nullam eos victualium rerum passus
fuerat penuriam sustinere. Sed illi anticipauerũt cõ=
silium supernum / qui eius noluerunt expectare dispo
situm more fragilitatis humane: que dum sibi nimia
festinatione prouidere putat / incaute dispositionẽ di
Al. concupi uinitatis anticipat. [Et cõcupierũt † cõcupiscentias
scentiam. in deserto: et tentauerunt deum in † siccitate]. Hoc
Al. iaquoso. erat qꝫ consiliũ eius minime sustinuerunt: vt in deser=
to comestionẽ sub diffidentia peterent / et aquam sibi
dari sub murmurationibus postulassent. Que figura
SCHE. dicitur Cacozelon: id est mala affectatio: quotiẽs in=
genium iudicio caret / et spe boni fallitur precipitata
IDI. velocitas. Concupierũt autẽ concupiscẽtias. Genus
hoc locutionis in scripturis sanctis omnino creberri=
Luc.22. mum est: vt est Desiderio desideraui manducare vo=
Exo.21. biscũ pascha. Et illud Qui maledixerit patri vel ma=
Ps̃.117. tri: morte moriet. Siue Castigans castigauit me dñs
et his similia. Ostendit enim nimietatẽ desiderij posi
Al. peti= tio geminata verborũ. [Et dedit eis † petitiões ipso=
tionem. rum: ⁊ misit saturitatẽ in animas eorũ]. Temporalia
petẽtes: merito carnea bñficia susceperunt. Duobus
enim modis animã dicimus esse satiatam. Cum escis
corporalibus ꝓ carnis infirmitate reficitur: ⁊ cũ spiri
tuali iocunditate complet. Sed hic animas eoꝝ car=
nibus / potuqꝫ dicit esse saginatas: vt ipa volũtas que
desperatione peccauerat / rebus emergẽtibus vince=
retur. [Et irritauerunt moysen in castris: ⁊ aaron san
ctum dñi] Saturitatem ventris secuta seditio est: que
plerũqꝫ causas excitat / vnde pericula pernitiosa ꝑue
niant. Irritari aliquem dicimus ad iracũdiam ꝓuo=
cari: aut actiõibus aliorũ improbis / aut verbis asper=
rimis. Illud enim significat: quando Dathan ⁊ Abi=
ron honorẽ sibi contra Moysen ⁊ Aaron excitatis cõ
tentionibus assumebãt: vnde eorum pena ꝑsequitur.
Irritauerunt enim viros sanctos ad interitum suum
qꝛ per inuidiam loquebãtur / quod dño displicuisse co
gnoscitur. Quod cõgrue inter laudes dñi ponitur: qꝛ
suos famulos vindicasse declaratur. [Aperta est ter
ra / ⁊ deglutiuit Dathan: ⁊ operuit super cõgregatio=
nem abiron]. Hec (vt testatur numerorũ liber) supra
illos cõtigisse manifestũ est: qui gratiam supernã Aa
ron ⁊ Moysi collatã venenosis inuidie dentibus ap=
petebãt: vt sibi honorẽ contumaciter assumerẽt / quẽ
supradictis cognouerant misericordiam dñi cõtulisse
Quibus similis exitus ꝑuenit: qꝛ causa vna scismatis
fuit / deglutiti sunt a terra: qꝛ terrena sapuerũt / vt ipa
pene qualitas scelerata facta testet. [Et exarsit ignis
Al. non hz. in synagoga eorũ: ⁊ flamma † eorũ combussit pecca=
tores]. Hoc factum est supra ducentos quinquagin= Nume.16.
ta cõplices Dathan ⁊ Abiron: qui eorũ infeliciter vo
ta secuti sunt: vt thuribula tenere presumerent / quod
idẽ numerorũ textus eloquitur. Synagoga vero hic
non templũ significat / sed adunationẽ: quã perustam
diuino cõstat incendio: vt qui in incensi presumptione
peccauerant / celesti flamma cremarẽtur. Ideo enim
addidit Eorum: vt eaz a populo dñi separatam fuisse
sentires. Flamma ei dicta est a flagello comarũ sua= ETY.
rum. [Et fecerunt vitulum in oreb: ⁊ adorauerũt scul=
ptile]. Hoc quoqꝫ notissime hystorie narratiõe decla
ratur: quãdo Moysi absentiam iudei minime toleran
tes / ꝓdigioso sensu in oreb monte deserti / deũ metal=
licum sibimet effecerunt. Sed quanto ipsis iumentis
deteriores erant: qui nec viuum pecus estimabant ir=
ridendis deuotionibus adorãdum. Oreb vero inter= INTER.
pretat caluaria: vbi postea dñm crucis patibulo car=
ne cõstat occisum: vt in ipso / eodemqꝫ nomine iã tũc ⁊
in illo deserto Oreb culturã dñi ꝑfidiqꝫ nefanda pre=
sumptione violarent: quorũ posteritas erat in caluа=
rie loco crucifixura dñm christũ. Illud quoqꝫ estimo
considerãdum qđ dixit Adorauerunt sculptile: qꝛ in
Exodo legimus vitulũ cõflatilem collatis ornamen=
tis mõstruoso quodam iudicio fuisse formatum. Sed
duas res hic dictas debemus aduertere: vt vitulum
adorauerint ĩ deserto / ⁊ postea sculptilia simulachra
in repromissionis terra coluerint: quod in subsequẽti=
bus ipse dicturus est [Et mutauerunt gloriam suam:
in similitudinem vituli † manducantis fenum]. Glo= Al. come=
ria eorũ fuit adorata diuinitas: quam infelici cõmuta dentis.
tione perdentes / vsqꝫ ad hoc peruenire meruerũt: vt
deserentes celi / terreqꝫ creatorem: deũ sibi facerẽt si=
militudinẽ vituli fena comedentis. O nefariũ scelus
sic potuisse decipi: qui tãta miraculorũ fuerant visio=
ne cumulati. Quale eniz piaculum fuit mutũ animal
deo simile credere: quod sacrilegium fuisset vel homi
nibus cõparare? Sed hoc totum impatientia fecit le DOG.
uissimorũ hominũ: que semper ducit ad culpas / ⁊ pre
cipitat ad ruinã. Nã si causam rei sub veritate discu=
tias: nullum crimen est quod non impatientia matre
nascatur. Contra hoc illud vere remediũ est: illud fi=
xum / indubitatũqꝫ presidium. Expectans expectaui Ps̃.39.
dñm: ⁊ respexit me. [Obliti sunt deũ qui saluauit eos
qui fecit magnalia in egypto / mirabilia in terra † cha Al. cham.
naan / terribilia in mari rubro]. Magna crescit super
iudeos obliuionis inuidia: vt quod beneficiũ in men=
te habere potuissent: quibus liberatio sua in memo=
ria permanere non valuit. Et ne putaretur paruum /
quod ab animo videbatur exclusuz dicit Magnalia.
Que et si pro beneficijs collatis a perfido animo re=
tinere non poterant: certe vel ꝓ ipsa rerum magnitu=
dine recoli debuerũt. Addidit etiam Mirabilia: que
nullo modo excusabiliter: quãuis mutabiles de suis
mentibus excludere debuissent. Ad postremũ cumu
lauit ⁊ terribilia que solẽt humanis animis inuacuis
insidere: quorum dum pauor reuoluitur / memoria nõ
deletur. Sed qualis hic stupor / qualis accusat amen
tia: vt inter tanta magnalia declinare potuissent / que
a tanto operabãt auctore. Et cõsidera qꝫ multas res
singulorũ verborũ adiectione cumulauit. Que figu=
ra dicitur Auxesis: id est augmentum paulatim ad su SCHE.
periora cõscendens. Hoc siue in laudibus / siue in vi=
tuperationibus omnino preualidum est. [Et dixit vt
disperderet eos: si nõ moyses electus eius stetisset in
cõfractione in cõspectu eius. Vt auerteret iram eius:

Al. disper- et ne † disperdidisset eos]. Hec omnia Exodi textus
deret. enarrat: quando dñs ad Moysen locutus est: vt tam
acriter peccantē populū ira sua consumere ꝓmisisset.
Sed ille in cōfractione: id est in perditione illa quam
populus merebat excipere: stetit contra dñm dicens
Exod. 32. Si dimittis illis peccatum dimitte: sin autē/ dele me
de libro tuo. O sanctū virū/ ⁊ omni laude dignissimū:
quando a mōte Sina ad castra descēdit: ⁊ ante simu-
lachrū vidit populum nefanda gesticulatiōe gauden
tem: cōmotus aduersus eos/ tabulas fregit: et gladio
alterutrum iussit interfici: sed vbi vniuersalis calami-
tas imminebat/ se potius precatur extingui: ne pate-
retur gentē generaliter interire. Utrūqꝫ pium/ vtrūqꝫ
gloriosum: vt merito loqueretur cum diuina clemētia
qui eius dilexit facere constituta. Simul et illa virtus
ostendit: qr precibus sanctoꝝ sepe penas debite mor
tis euadimus: non qr valet aliquis dñi mutare dispo-
sita: sed ita vt eueniūt ab eo nouerit esse prescita. [Et
ꝓ nichilo habuerunt terram desiderabilem. Non cre
diderunt in verbo eius]. Uenit ad quartam narratio-
nē: in qua iudeos nec futuras ꝓmissiōes in animo di-
cit habuisse/ nec transacta miracula. Ideo eniꝫ nulla
videbātur: qr semper carnaliter ⁊ visa ⁊ audita cogi-
tabāt. Desiderium siquidem corporale, cito fastiditur
acceptum. Sed aduerte q̃ magna terra intelligenti-
bus fuit: vt desiderabilis esse diceretur: illis tamē nul
la visa est: quia nichil in ea spirituale senserunt. Se-
quitur Non crediderunt in verbo eius. Filium signifi
cat/ cui plebs nefandissima non credebat. Siue hoc
ad litteram cōgruenter aptatur: quia ideo murmura-
uerunt qđ eius ꝓmissionibus minime credere malue-
runt. Multa enim de se eorum perfidia facit intelligi:
sed vbiqꝫ reatus est. [Et murmurauerūt in taberna-
culis suis: non exaudierūt vocem dñi]. Dum murmu
rationibus exercerētur/ vocem dñi nullatenus audie
runt. Istud eniꝫ illis plerunqꝫ cōtingit: qui dum alijs
vocibus occupātur/ alia exaudire non possunt. Et no
ta ꝙ hoc verbum exauditionis cōmuni vsu simplici-
bus tm̄ nō superioribus applicatur. Unde quia hic di
cit non exauditū dñm: constat inter ꝓprias elocutio-
nes scripture diuine rationabiliter esse referendum.
Addidit In tabernaculis suis: vt non hoc laborauti-
bus/ sed ociosis contingere videretur. Maior eñ cri-
minis crescit inuidia: cum murmurare cōtingit ocio-
sis. [Et eleuauit manum suam sup eos: vt prosterne-
Al. et. ret eos in deserto. † At deijceret semen eorū in natio-
Al. disper nibus: et † dispergeret eos in regionibus.] Hic iusti-
deret. tia dñi premittitur: vt secuta pietas maiore gloria sen
tiatur. Dicit eniꝫ insurrexisse dñi potestatem/ vt in ex-
cedentibus vindicaret: eosqꝫ in deserto prosterneret/
qui precepta dñi audire noluerunt. Deinde vt semen
eorum: id est reliquos eorum humiliatos inter natio-
nes redderet: qui pridem gloriosi cunctis gētibus ex-
titerunt. Ad postremū inclinatos atqꝫ despectos per
regiones dispergeret: ne quicq̃ vlterius de sua con-
Al. initiati. gregatione presumerent. [Et † consecrati sunt beel-
Al. come- phegor/ et † manducauerunt sacrificia mortuorū. Et
derunt. irritauerūt eum in † studijs suis: ⁊ multiplicata est in
Al. adinuē eis ruina.] In his versibus ⁊ excessus maior ⁊ vehe-
tionibus. mentior ira subiungitur: vt non solum ad tempus sa-
crificasse/ sed etiam ipsi quoqꝫ idolo gentiū Beelphe
gor consecrati esse viderentur. Sic enim in culturas
demonū ritusqꝫ transierant: vt iam nō dñi/ sed demo-
num serui esse probarentur. Pulcherrime autē dictū
est Sacrificia mortuoruꝫ: quia defunctis hominibus
impendi cultura ipsa probabatur: quos gentilitas im
mortales deos esse iudicabat. Sed intende sollicite
ꝙ multiplicatam ruinaꝫ supra eos dicit: quibus erat
sancti sui precibus parciturus. Illud enim quod de-
bebatur multiplicatū dixit mole peccati: vt maior fie
ret clementia quibus numerosior relaxabatur offen-
sa. [† Stetit Phinees ⁊ † exorauit: ⁊ cessauit quassa Al. et.
tio. Et reputatum est † illi ad iustitiam: in generatio- Al. placauit
ne et generationem vsqꝫ in † seculum]. Stetit/ ver- Al. ei.
bum ipsum soliditatem mentis ostendit: vt in illa ge- Al. sempi-
nerali perturbatione solus ausus fuerit confidētiam ternum.
deprecantis assumere. Nam cum legatur zelo transfi
xisse iudeum: qui mulieri Madianitidi cōtra vetitum
dñi miscebatur: tamē quoniam hoc zelo diuino fecisse
cognoscit: oratio magis dicta est q̃ operatio. Quis-
quis enim bonis actibus occupatur exorat: cuius ho
micidium non horruit: quoniā adulterij maculam vin
dicauit. Intantum enim post effusum sanguinem in-
nocens fuit: vt ipsius quoqꝫ iudicis meruerit voce lau
dari. [Et irritauerūt eum ad aquas contradictionis:
⁊ vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbaue
runt spiritum eius. Et distinxit in labijs suis]. Uenit
ad quintam narrationē: vbi illa refert offensio/ quan-
do post tot ostensa miracula sub nefandis murmura-
tionibus aqua petebatur. Que sic noscitur expetita:
vt contradictio magis videret esse q̃ postulatio. Ibi
enim Moyses (sicut in libro legit numerorū) nimia iu
daici populi importunitate succensus/ diffidenter ex-
crepuit dicens: Audite rebelles et increduli: num de Numeri. 20.
petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Quo ser
mone ⁊ ipse quoqꝫ peccauit: qui iam tantis miraculis
preacceptis/ non credidit dominū que fecit esse factu
rum. Quod dictū labijs suis a priore cōstantia omni-
no distinxit atqꝫ separauit: quando istud ambigue lo-
cutus est/ dū illa certissima fide promisisset. Quod lo
cutionis genus scripture diuine esse ꝓpriū dicamus: IDI.
quando hoc nec littere seculares / nec cōmunis vsus
exercet. Hic auteꝫ Moysi sanctitate seruata/ hac tm̄
meruit vltiōe percelli: ne in terram introiret promis-
sionis: qui de dño magna promittere nō presumpsit.
Nam post obitum eius cum ad Iesuꝫ naue loquere-
tur dñs dixit Confortare igitur/ et esto robustus val- Iosue. 1.
de: vt custodias ⁊ facias omnē legem: quam precepit
tibi Moyses seruus meus. Dicēdo eniꝫ seruus meus
gratiam in eo mansisse sue pietatis ostendit. [Non
disperdiderunt gentes quas † dixerat dñs † illis. Et Al. dixit.
cōmixti sunt inter gentes/ ⁊ didicerūt opera eorum: ⁊ Al. deus.
seruierūt sculptilibus eorum/ et factū est illis in scan-
dalum]. Tanq̃ paruū fuisset quod peccauerat in de-
serto populus hebreorum: sic postq̃ terras ꝓmissio-
nis intrauit oblitus dñi mandatorum cum illis se ma
gis gentibus vetita societate coniunxit: quas ꝓpter
idolorum culturas eis fuerat delere preceptum: ad-
dentes malum sceleribus suis: vt se eorum quoqꝫ su-
perstitiōe polluerēt/ factaqꝫ illis est in scandalum re-
promissionis terra: que fuerat in magnum premium
domino largiente concessa. Miserrimi hominum: qui
dei munus in peccata verterunt: vt quod ille donaue
rat ad gratiam/ excedentibus fieret ad ruinam. Sic
monemur recte vti beneficijs diuina largitate colla-
tis: ne magis inde pereamus: vnde subleuati fuisse co
gnoscimur. Scandalum/ grecum nomē est significās
sinistrum: quod mentes eorū in leuam partē peruer-

sa imitatiõe deduxit. [Et immolauerūt filios suos et
filias suas demonijs. Et effuderūt sanguinē innocen-
Al. suarū. tem: sanguinē filiorū suorū et filiarum †]. Quamuis
in scripturis diuinis effusum sanguinem humanū ab
hebreis qui in terram repromissionis ingressi sunt/ in
sacrificijs demonum non legatur: tamen ab etate se-
quenti hoc fieri potuisse non dubium est: quādo ⁊ pre
sens scriptura index probatur esse veritatis. Et inspi
ce quemadmodū veraci relatione peccantium exag-
geratur iniquitas. Primo enim dixit Effuderunt san-
guinem innocentem. Et ne putarentur extranei: addi
dit Filiorum suorū/ ⁊ filiarum suarum: quorū salus in
humana cõuersatione dulcissima est: vt illis nõ par-
cerent pro quibus pij parentes etiam interfici nõ recu-
Al. quas. sant. [† Quos sacrificauerunt sculptilibus chanaan.
Et interfecta est terra in sanguinibus/ et cõtaminata
est in operibus eorū: et fornicati sunt in † obseruatio-
Al. adinuentionibus. nibus suis]. Adhuc in ipsa Auxesi/ et in his duobus
versibus perseuerat: quod Schema grece dicit Cli-
SLHE. max: latine gradatio: quia per gradus quosdam siue
in laude/ siue in vituperatione sensus noster ascendit:
quam prime quidem diximus: sed non piget frequen
ter repetere qd auctoritas ipsa cognoscit iterare. Et
qr dixerat Filiorū/ filiarūq; sanguinem fusum: adhuc
crescit inuidia/ adhuc grandescit scelus: quando illa
monimēta charitatis horrēdis sculptilibus sacrifica
ta memorant. Interfectam igit terram crudeles ho-
mines debemus accipere: qui se magis iniqua deuo-
tione trucidarūt. Interficiendo eniz filios suos: tam
nefario scelere parentes potius videbātur extingui.
Tropica eniz locutiõe positum est interfectā terram:
dum terreni homines dicant malis actionibus inter-
empti. Exposuit eñ quemadmodū interfectam dixe-
rit terram: cum carnales et insipiētes pessima fuerint
actione demersi. Nam illi fornicati vident in dño: qui
Al. furore dñs in populū suū. se adulterinis superstitiõibus polluerunt. [Et iratus
est † animo dñs in populo suo: et abominatus est he-
reditatem suam. Et tradidit eos in manus gētium: et
dominati sunt eorū qui oderunt eos. Et tribulauerūt
eos inimici eorum: ⁊ humiliati sunt sub manibus eorū].
Hoc quoq; tropica locutione dictum est: qr perturba
tio animi cadere nõ probatur in dñm: sed vindicte eius
excitata potentia/ humana consuetudine ira vocitat.
Sed quid fecit iratus? Auersus est ab illis: quod ma
lorum omniū constat extremū. Sic quādo illud quod
cõtinet subducitur: necesse est vt eorū que cõtinentur
ruina protinus consequat. Traditi sunt enim oppro-
brio seruitutis: qui gloriari videbantur in idolis. Se-
quitur Et dominati sunt eis qui oderūt eos. Quāuis
omnis dominatus gentilis videat esse molestissimus
addidit Qui oderūt eos: vt grauius esset cum serui-
ret infenso. Nullis enim obsequijs talis dñs placari
potest. Nā qui semper odit/ semper iratus est. Deniq;
vide quod sequitur: Et tribulauerunt eos inimici eo-
rum: ⁊ humiliati sunt sub manibus eorum. Talis er-
go vicissitudo recipitur: vt qui amanti dño seruire no
luerunt/ odientibus inimicis iusto iudicio probarētur
esse subiecti. [Sepe liberauit eos. Ipsi autē exacer-
Al. vidit. bauerūt eum in cõsilio suo: ⁊ humiliati sunt in iniqui-
Al. ⁊ audiuit. tatibus suis. Et † respexit eos cum tribularētur: † cū
exaudiret orationem eorum]. Duplici modo hic mise
ricordia diuinitatis exponitur. Premisit beneficia: et
humana non cessauit iniquitas. Intulit vindictam/ ⁊
afflictis iterum dignata est donare clemētiam: vt in-
telligamus ipsum ⁊ bona pmittere/ et flagellatis de-
nuo subuenire. Hoc eniz in his versibus reperis: si di
ligenter intendis. [Et memor fuit testamenti sui: ⁊ pe
nituit eum sm multitudinem misericordie sue]. Cau-
sam dicit quare fuerit israeliticus populus/ cū sepius
peccaret auditus/ nec vsq; ad perditionem debitam
dñi miseratione peruenerit. Propter testamentū: sci-
cet nouum quod est eternum: vbi dñi aduentus eluxit
qui nulla successiõe mutabitur. Ipse enim promissus
est Abrae: quia de eius erat semine nasciturus. Hoc
erat absconditum in prophetis: sed euangelij tempo-
re reuelatum est. Penituit autem more humanitatis DOS.
edicitur: que dum penitet consueuit mutare disposi-
tum. Apud dñm enim cuncta certis modis ordinate
discurrūt: nec aliquid nouū contra prescientiam eius
euenit: dum omnia que sunt facienda cognoscit. Ne-
cesse enim fuit vt nobis nostro more loqueret: qui na
turam mortalitatis vt nos in eternum viuificaret/ as-
sumpsit. Sed considera: quia ista penitentia dñi tunc
fieri dicitur: quando ⁊ nos penitentes esse cognoscit.
Talis enim ille nobis efficit: quales nos sibi esse pba
uerit. Addidit enim Scdm multitudinem misericor-
die sue. Ipsa est que cuncta peccata superat: ipsa que
vsq; ad nostram carnem venire dignata est. Multitu
do enim misericordie iuste dicitur: per quam mūdus
noscit esse liberatus. [Et dedit eos in misericordias
in conspectu omniū qui eos ceperant]. In misericor
dias dicit eos datos: qr diuersa carismatū munera su
sceperūt. Alij eñ pphete/ alij apostoli/ alij martyres/
alij confessores/ ex ipo populo dñi miseratione floru e
runt: vt eosdem postea miraculorum intuitu veneren
tur gentes/ quos ante velut abiecta mancipia posse-
derunt. Siue magis ad diabolum vel ministros eius
referri potest: vt coram eis redderentur liberi/ quorū
prauitate prius videbātur esse captiui. Unde aposto-
lus dicit Principem potestatis aeris huius: qui ope- Ephe. 2.
rat in filios infidelitatis. Et alibi. Ut resipiscāt a dia- 2. Tim. 2.
boli laqueis captiuati ab ipso sm ipsius volūtatem.
[Saluos fac nos dñe deus noster/ ⁊ cõgrega nos de
nationibus. Ut confiteamur nomini tuo sancto: ⁊ glo
riemur in laude tua]. Populus ille cui ab initio psal-
mi istius verba dedimus: postq; se copia dominice lau-
dis expleuit/ sexta narratione patrem dominū depre
catur: vt ecclesiam suā de gentiū congregatione per-
ficiat: illud quoq; subiungens Et gloriemur in laude
tua: non in humana iactantia/ sed in te: vbi est reuera
fixa gloria/ ⁊ sine fine letitia. Et intuere qd hic salua-
re dicitur pater. Legitur etiaz ⁊ filium saluare: vt est
illud Uenit filius hominis saluum facere quod perie Luc. 19.
rat. Predicatur etiam saluare spiritum sanctum: vt
est illud ad Titum: Saluos nos fecit per lauacrū re- Titum. 3.
generationis/ et renouationis spiritus sancti. Sic in-
diuisibilis trinitatis equalitas atq; vnitas: et verbis
similibus/ et virtutibus indicatur. [Benedictus do-
minus deus israel a seculo/ et vsq; in seculum: et dicet
omnis populus fiat/ fiat]. Hec est laus quam supe-
riore versu congregatos optauit populos personare.
Hoc etiam nunc sancta canit ecclesia: que se de tan-
to bono presenti tempore consolatur. Sed hoc dicit
ab isto seculo vsq; ad illud perpetuū seculum esse fa-
ciendum: vt continuata laus nunq; debeat habere fa
stidium. Sed cum predictos hymnos deuotus iu-
deorum populus canat: quis est iste alter qui dicit
fiat/ fiat? Scilicet (vt michi videtur) populus ille pre-

putijs est: qui eo tempore in fide non erat: quãdo psalmus iste canebatur: qui tamen prophetie virtute futurus introductus est: vt amore vniuersitatis diceret: Fiat fiat. Sic hodieqꝫ in ecclesijs orantibus sacerdotibus: respõdetur Amen: id est fiat. Sic iam illis temporibus ipsi iudicabantur: qui nũc idem faciunt. Conuenit enim magis hec verba ad talem intellectum trahere: q̄ librorum determinationes aduertere: sicut quibusdam placet.

Conclusio.

¶ Cantatum est Alleluia festiuum: responderunt omnia titulo suo. Nam licet diuersa dicta sint: in vnam tamen gratiam tanq̄ voces canori organi conuenisse noscuntur. Quapropter summo desiderio supplicemus: vt nos de beneplacito sibi populo esse concedat: qui de prauis recta: de amaris dulcia: de temporalibus facere consueuit eterna: quatenus ⁊ nos in christo domino gloriantes communiter dicere mereamur: Benedictus dominus deꝰ israel a seculo et vsqꝫ in seculũ. Meminisse autem debemus quod hic psalmus q̄uis habeat: Peccauimꝰ cum patribꝰ nostris: iniuste egimus: iniquitates fecimus: ad penitentes tamen non debeat applicari. Primum: cui festiuũ alleluia premissum est. Deinde: q: populus loquitur hebreoꝝ: cum singule persone penitentibus dentur. Tertio: plus hystoriam continet q̄ delicta deplorat. In multis preterea psalmis de peccati satisffactione breuiter inuenis dici: cum tamen non ad ipsam causam videantur aptari.

¶ Explicit expositio in psalmum. 105.

¶ Alleluia. Cvi.

Confitemini domino quoniã bonus: quoniam in seculũ misericordia eiꝰ. Dicant qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici: de regionibus cõgregauit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone ⁊ mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes ⁊ sitientes: anima eorũ in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de necessitatibus eorũm eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia satiauit animam inanem: et animam esurientem satiauit bonis. Sedentes in tenebris et vmbra mortis: victos in mẽdicitate ⁊ ferro. Quia exacerbauerunt eloquia dei: et consiliũ altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: et infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: ⁊ vincula eorum dirupit. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia contriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorum: et appropinquauerunt vsqꝫ ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbũ suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eorũ. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Et sacrificent sacrificium laudis: et annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationẽ in aquis multis. Ipsi viderũt opera domini: et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsqꝫ ad celos et descendunt vsqꝫ ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: ⁊ siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis: ⁊ in cathedra seniorũ laudent eum. Posuit flumina in desertũ: et exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem: a malitia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes: et constituerũt ciuitatẽ habitationis. Et seminauerunt agros ⁊ plantauerunt vineas: et fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis ⁊ multiplicati sunt nimis: ⁊ iumenta eorum non minorauit. Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in inuio et non in via. Et adiuuit pauperem de inopia: ⁊ posuit sicut oues familias. Videbunt recti ⁊ letabuntur: ⁊ omnis iniquitas oppilabit os suũ. Quis sapiens ⁊ custodiet hec: et intelliget misericordias domini.

Quoniam psalmus iste cũ alijs duobꝰ superioribꝰ simili titulo prenotatur: cõuenire putamus vt nos quoqꝫ ipsoꝝ relationes sub vna expositione memoremꝰ: quatenꝰ munꝰ tãti secreti facilius possit intelligi. In primo alleluia commendatur populus iudeorum:

de quo nulla querela est. Scđo eos cōmemorat: qui
in eadem gente creberrimis offensionibus errauerūt:
et ad dñi gratiam ipsius miseratione reuersi sunt: hic
autez cōmonetur populus christianus vt laudes do-
mini ꝓ collatis sibi beneficijs debeat personare. Hic
breuiter potest intelligi quid in vnoquoqꝫ eorū debet
inquiri. Unde nunc propheta (vt dictum est) cōmonet
populū christianū qui domini redemptione saluatus
est: vt cōfitendo preterita: nouum cantet alleluia. Vox
ista suauis est: hic sermo festiuus est. Quapropter ve-
neranter audiamus stupenda magnalia: que tanti ti-
tuli splendore prenotantur.

Diuisio.

Post hebraici populi confessionez: de qui-
bus precedentes psalmi locuti sunt. Pro-
pheta venit ad populum christianum: qui
per spatia totius orbis superstitionū soli-
tudine atqꝫ errore vagabatur. In prima
sectione cōmonēs eum vt laudes domini
debeat confiteri: quoniam eius glorioso sanguine re-
demptus ecclesias accepit: qui per aras demonū lu-
cosqꝫ stulto rapiebatur errore. Secūda: gratias dicit
domino peragendas: qui gentiliuz animas veritatis
pabulo ieiunas: religionis sue vbertate satiauit: ⁊ eo-
rum vincula peccatorū inexuperabili virtute dirupit.
In tertia: patri gratias precipit esse referendas: quia
dominus christus aduenīēs: diaboli portas eneas ve-
ctesqꝫ ferreos omnipotentie sue maiestate confregit.
Quarta: domino christo sacrificiū laudis a sacerdo-
tibus cōmonet offerendum: qui inter seculi huius im-
manissimos fluctꝰ ecclesiarū gubernationi quasi qui-
busdam nauibus presidere noscuntur: describēs quē-
admodum et ipsorū tentationibus virtus diuina sub-
uenire dignatur. Quinta: iterum dicit a sacerdotibus
et senioribus dominū esse laudandū: qui squalentem
mundum ariditate peccati in amenissimā iocundita-
tem celesti munere commutauit: quod videntes recti
corde nimia exultatione gaudebunt. Illud autē con-
siderandum est: ꝙ predicte partes similibus versi-
bus inchoate noscūtur. Quod genus carminis a ma-
gistris secularibus intercalare vocitatur: vbi adeo re-
petitio crebra geminatur: vt necessaria cōmonitio fre-
quenti repetitione dulcescat.

Expositio.

Confitemini domino quoniā bonus: quo-
niam in seculū misericordia eius]. Preui-
dens propheta populū christianū aduen-
tu domini gratiam percepturū: ne securi-
tate tanti beneficij aliqua negligentia len-
taretur: cōmonet eum ⁊ prodere peccata sua ⁊ laudes
domini personare: quia hoc verbū cōfiteri: ad vtrūqꝫ
diximus pertinere. Ille enim preconia domini salu-
tariter assumit: qui prius eum delictorū suorū confes-
sione placauerit. Subsequitur etiam: Quoniam bo-
nus: vt peccatoribus sit cōfidentia post satisfactionē
pio domino supplicare. In seculū vero hic significat
in eternū: quia nullū tempus est quod ab eius mise-
ricordia reperiatur exceptum. Nam et hic consueuit
parcere: ⁊ ibi fidelibus dignabitur eterna premia con
donare. Ita fit vt semꝑ bonus supplicibus suis: sem-
per misericors approbetur. Nam et cū iudicat bonus
Al. non hꝫ. est: quia iusticia bona est. [Dicāt † nunc qui redempti
sunt a domino: quos redemit de manu inimici]. Dicāt
vtiqꝫ alleluia: quod titulus ait: ⁊ se iocūdis exultatio-
nibus consolentur qui ad domini gratiam venire me-
ruerunt. Significat autē specialiter populos gentiū:
qui domini sanguine redempti: ⁊ de potestate diabo-
li ipsius miseratione sublati sunt. Tanta enim duri-
tia: rigens atqꝫ stupida manus illius fuit: vt nisi fuso
sacro sanguine laxari nullo tempore potuisset. Nam
ad eos pertinere quod dicitur: sequentia declarant.
[De regionibus congregauit eos. A solis ortu ⁊ occa-
su: ab aquilone et mari]. Per figuram Periphrasin: Sche.
que latine dicitur per circuitum: exponit diabolice
dextere que fuerit potestas in toto orbe diffusa: vt be-
neficium sancte incarnationis hominibus innotescat:
que et auctorem pernitiosum maiestatis sue potentia
religauit: et vincto vasa mortis eripuit. Dixit prius:
De regionibus. Et ne putares de paucis prouincijs
congregatos: addidit: A solis ortu ⁊ occasu: ab aqui-
lone ⁊ mari. Cum tres cardines mundi designauerit:
pro quarto: id est ꝓ australi posuit mare: ab illa parte
oceanuz volens intelligi qui cunctam mundi margi-
nem dicitur circuire. Similis est et illa descriptio in
genesi: vbi semini abrae vniuersum orbem promittit
dicens: Leua oculos tuos ⁊ vide a loco in quo nunc tu Gen. 13.
es ad aquilonē ⁊ austrū et ad orientē et ad mare quod
est occasus. Occasus enim dicitur: quasi horarum ca- Ety.
sus. Ita mare quod hic posuit pro austro: ibi pro occi-
dente constat esse nominatū. Uocabulū siquidē istud:
pro qualibet parte mundi potest competenter aptari:
quādo vniuersam terrā circulo fertur sue peruagatio-
nis includere. Unde euidenter aduertitur hanc gene-
ralē adunationē non de iudeis dici: sed de ecclesia ca-
tholica que ex toto orbe noscitur cōgregata. [Erraue
runt in solitudine: in † siccitate viam ciuitatis † habi- Al. in aq̊so
tationis non inuenerunt. Esurientes ⁊ sitientes: ani- Al. habita
ma eoꝝ in ipsis defecit]. Quāuis diuerse gētes gau- culi
derent numerositate populorum: tamen in solitudine
versabantur: cū nullos verissimos doctores: nullā ec-
clesiam habere probarentur: quia superstitiosa genti-
litas viam ciuitatis domini / vbi habitare debuisset:
necduz cum idolis sacrificaret inuenerat. Esurientes
autem ⁊ sitientes: curiosos huius seculi significat vi-
ros: qui veritatis semitas diuersis opinionibꝰ exqui-
rebant. Sed quoniam non crediderant eius auctori:
in vera sapientia nō poterāt inueniri. Sequitur: Ani-
ma eorum in ipsis defecit. In ipsis: vtiqꝫ laboribus
atqꝫ studijs eoꝝ animositas lassata succubuit: quia sic
deum desiderabant querere: quemadmodum non po-
terant inuenire. [Et clamauerunt ad dominū cum tri-
bularentur: ⁊ de necessitatibus eorum † liberauit eos. Al. eripuit
Et eduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatē ha-
bitationis]. Quemadmoduz duobus versibus supe-
rioribus descripsit errantes: ita nunc duobus alijs re-
fert ad domini dona redeuntes. Clamauerunt: signi-
ficat magno desiderio quesierunt. Que tamen com-
punctio a domino venit: vt illud desideranter petatur
quod cognoscitur esse ꝓficuum. Et vt vim ipsius no-
minis indicaret: addidit: Cum tribularentur. Quo
tempore clamor cordis totis viribus excitatur: quan-
do et imminens periculum timetur: ⁊ presumptio hu-
mana subducitur. Sed vide quid clamor iste prestite-
rit: videlicet vt ⁊ de necessitatibus liberarentur ⁊ se-
mitas veritatis agnoscerent: quatenus qui pridem in
inuio errore vagabantur: accepta via sanctissime re-
ligionis ad ecclesie beate feliciter atria peruenirent.
[Confiteantur domino misericordie eius: ⁊ mirabilia
eius filijs hominū]. Uenit ad secundā sectionem: in
qua cōmonet iam fideles vt dño gratias referre non
desinant: qui eius copiosa beneficia perceperunt. Ue-
raciter autem ⁊ salutariter dictum est debere domino

confiteri misericordias suas: quia quicquid in nobis videtur laudabile: eius cõstat esse clementie: qui peccata relaxat: spem tribuit: ꝛ ad bonitatis sue dona perducit. Nam quod dicit pluraliter: misericordias: illud significat: quoniam multis quidẽ sed diuersa largitur: sicut dicit apostolus: Sed vnusquisq; propriũ donum habet a deo: vnus quidem sic: alius autem sic. (1. Corin. 7.) Quapropter pio domino semper dignum est confiteri qui nos et a periculis liberat: et splendore sue pietatis illuminat. Miracula vero que fecit tempore incarnationis sue: per euangelistas: et apostolos posteris dicit esse predicanda: sicut constat effectum. Memento autem: ꝙ hic versus per quattuor diuisiones vsq; ad finem sine aliqua permutatione repetitur: vt sicut de quattuor mundi partibus dicit ecclesiam congregatam: ita de totidẽ cardinibus orbis laudes misericordie ipsius deuotis mentibus offerãtur. [Quia satiauit animam inanem: et animam esurientem satiauit bonis]. Inanis est anima: quando peruersitatibus occupata: ad creatorẽ suum reuerti nulla deuotione festinat. Animam vero esurientem dicit: quando iã diuina gratia visitata: ad domini desiderat venire medicinam. Quod factuz est in gentibus que intentionem suam primũ in idolorum vanis desiderijs occupabant. Tunc enim erant inanes ꝛ vacue: quando bonis fructibus priuabantur eiuse. Secundo esurientes satiate sunt: quando domini miseratione commonite: vota sua ad penitentie studia transtulerunt.

(Al. vinctos) [Sedentes in tenebris ꝛ vmbra mortis: † vinculis ligati in mendicitate et ferro]. Gentium que ante aduentũ domini fuerunt / in hoc versu vita describitur. Sedebant enim in tenebris: quoniam vacuate lumine fidei: perfidie cecitate reddebantur obscure. Et cũ dicit: Sedentes: ostendit eas longo situ ibidem fuisse versatas. Umbra mortis fuit seculi istius vita vitiosa: que illius future mortis teterrimam portabat imaginem. Uinculis vtiq; ligati erant: qui dominatione diaboli: peccatorum tenebantur nexibus obligati. Mendicitas ad indigentiam boni pertinet: vbi multo grauior est omino penuria: que non corpus sed quod est grauius animã probatur affligere. Ferrum significat duritiam malorum: quoniam ferreum plerũq; dicimus: quod durum esse monstramus. [Quia (Al. dei) exacerbauerunt eloquia † domini: et consilium altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor (Al. et) eorum: † infirmati sunt: nec fuit qui adiuuaret]. (SCHE.) Intuendum est ꝙ in his duobus versibus figura sit Parison: id est equatio sententie. Exponit enim in primo versu: quemadmodum peccauerint: ꝛ in secundo que receperint. Quod schema in hoc psalmo frequenter diligens lector inueniet. De illis enim dicit qui sedebant in tenebris et vmbra mortis: quia contra domini eloquia facientes in eius regulis viuere respuebant. Et necesse erat vt paterentur iratum: quem iudicabant esse temnenduz. Deniq; vide quid sequitur: Et consilium altissimi irritauerunt. Irritauerunt plane: vt qui superbi in prosperitatibus extiterunt: in tribulationibus et angustijs humiles redderentur. Iustum consilium: saluberrima medicina: vt morbus seculi / cõtrario remedij munere curaretur. Adiecit: Infirmati sunt: id est a seculi presumptione deiecti sunt: vt facilius ad penitentie remedia peruenirent si incitamenta contumacie perdidissent. Additum est: Nec fuit qui adiuuaret: subaudiendum: alter. Nemo enim prestat periclitanti: nisi cui omnipotens deus precesperit subuenire.

[Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorũ liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: et vincula eorum dirupit]. Ecce quare humiliati: quare infirmati sunt: scilicet vt ad dominum clamarent: delicta propria confitentes. Silebant enim in elatione positi et velut insensata pecora nullum verbum salutare fundebant. Compunctio facta est: et tunc vocem proficuam reddiderunt. Et inspice: misericordie domini quibus distinctionibus exponũtur. Primo de necessitate liberauit eos: qui premebantur seruitute diaboli. Deinde a superstitionum suarum tenebris eduxit animas peccatoruz sorde pollutas. Tertio non dixit vincula eorum soluit: sed dirupit. Sic diaboli tyrannica potestas christo veniente diruta est: vt nunq̃ in illam qua fuit dominationem redire preualeat.

[Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum]. Uenit ad tertiam sectionem vbi illum versum repetit quem in secunda parte iam dixit. Hi sunt intercalares: quasi in medio calle positi: id est in carminis itinere constituti. (ETY.) Admonet enim liberatos gratias agere: quia ianuas peccatorũ ꝛ malorum omniũ claustra virtus diuina confregit. [Quia cõtriuit portas ereas: ꝛ vectes ferreos cõfregit]. Hec est causa qua dicit domino confitendum: quia pro liberatione nostra portas eneas vectesq; confregit: vt ipso nobis viam prebente / vitam istam possimus sub securitate transire. Porte sunt enee / hominum cõsuetudines vitiose: que nos ita in peccatorum atrijs recludunt vt exeundi nequeant prebere licentiam. Uectes autem ferreos: spiritus immundos non improbe videmur accipere: qui illas ianuas peccatoruz ne circundatos exire liceat obserare noscuntur. Hec enim duo metalla: pro fortitudine delictorum videntur adhibita. Sed ista hominum viribus desperata / virtus diuina confregit: quando periclitantes aduentus sui lumine miserata respexit. [Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt]. Quãuis omnia dominus maiestatis sue presentia complere videatur: tamen sic a peccatoribus longinquus redditur: vt non ei fiant proximi: nisi quando ad eum ipsius miseratione venerint corde compuncti. Sed quantũ noceat ista desertio: patenter exponitur. Dicit enim: propter iniusticias suas humiliatos: non illa humilitate vitali. Alia est enim humilitas que erigit: non ista que deijcit. Humiliatur quippe in interitum: qui ad illam non meruerit peruenire medicinam. [Omnem escam abominata est anima eorum: et † appropiauerunt vsq; ad portas mortis]. (Al. appropinquerũt.) Quãtum ad litteram pertinet: languentum consuetudo describitur: qui per fastidia cibi discrimen incurrere probantur exitij. Sed hic spiritualẽ escam: id est legem domini et salutaria precepta potius debemus aduertere: vnde fidelis anima viuit: et copia superna reficitur: de qua impiorum mens exitiosa fame ieiuna est: dum egrotante anima bonarum rerum noscitur sustinere penuriam. Grauis morbus et execranda calamitas: diuine legis appetentiam non habere. Nam vnde possit viuere: si suam vitam ceperit non amare. Hinc factum est: vt ad illa claustra mortifera veniretur: que ideo non sunt ingressi: quoniã erãt domini miseratione liberandi. [Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: ꝛ de necessitatibus eorum liberauit eos]. Istum versum constat esse repetitum: quoniam in simili causa vnam decuit esse sententiam.

[Misit verbum suum ⁊ sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eoꝝ]. Hic agnoscimus qualis languor sit spirituales delitias fastidire: vt sola celestis medici presentia tale potuisset periculum egritudinis ampu- tare. Uenit enim dominus saluator qui nos reficeret ac sanaret: ne spirituales cibi ieiuna peccatorū corda consumerent. Nam quod ait: Misit verbum suum: ad charitatem dicitur patris: non ad imparilitatem po- tentie. Nam mittitur ⁊ a filio spiritus sanctus: sicut ⁊
Joan.16. ipse in euangelio ait: Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclitus nō veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et iterū filius mit
Esa.61. titur ab spiritu sctō: sicut Esaias de Christo ait: Spi- ritus domini super me: propter quod vnxit me: euan- gelizare pauperibus misit me. Mittitur etiam potior a minore: sicut tobias angelum misit. Sed neq; mi- nor est filius dum a patre mittitur: nec spirit⁹ sanctus filio quoniam ab eodem destinatur. Iste siquidem ser mo ad concordiam pertinet: non ad distantiam pote-
IDJ. statis. Nam equalitatem esse in trinitate potentie vel nature: in scripturis diuinis frequēter asseritur: quod inter alios decenter a patre nostro Augustino in libro testimoniorū constat esse collectū. [Confiteantur do- mino misericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs homi- nuꝫ]. Quarta sectio repetitis versibus introitur: qui- bus expositio predicta sufficiet. Cōmonet autem sa- cerdotes: vt domino sacrificent: et mirabilia eius po- pulis non desinant predicare. [Et sacrificent sacrifi-
Al.ānūciēt ciū laudis: et † pnuncient opera eius in exultatione]. Domino sacrificium reddit: qui letus hostiam laudis obtulerit: quia multo prestantius est cum bonis acti- bus psalmodie illi iubilationes offerre: ꝙ pecudū vi- ctimas immolare. Nam qualia sacrificia sint preben- da / consequenter exponit: scilicet vt predicatores be- neficia eius tacere non debeant: quatenus et ipsi red- dant debitum: ⁊ fidelibus competens doctrina mon- stretur. Sed qualis sit ista pronūciatio aptissimo ver- bo declaratur: id est In exultatione: non tristis: non diffidens: sed letus atq; promptissimus: vt ab audien- tibus possit intelligi cōfidentia predicātis. Illa enim celerius acquiescimus credere: que doctores videm⁹ fixa ⁊ grata mente predicare. [Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis]. Cum dicit: Descendunt mare: significat sacerdotes qui seculi istius procellosa descendunt. Nam cum di- cit Descendunt: ostendit inferiora loca esse seculi: ad que descendi posse testatur. In nauibus autem (vt se- pe diximus) ecclesias significat: que ligno crucis mū- di istius tēpestates enauigant. Sic enim mare descen ditur atq; transitur: si tutissimis nauibus insideatur: vbi gubernator est christus: vbi remiges apostoli: et sanctorū pontificum beata collectio. Sequitur: Fa- cientes operationē in aquis multis. Adhuc in eadem cōparatione persistit. Sacerdotes sunt enim / qui ope rantur in aquis multis: id est predicant populis chri- stianis. Aquas enim multas: populos significare non dubium est: quādo in apocalypsi: quid essent aque in- terrogāti Joanni / responsum est: Populi sunt. Quis autem verior potest esse intellectus: nisi quē tante ve- ritatis cōfirmat auctoritas? [Ipsi viderūt opera do- mini: et mirabilia eius in profundo]. Ipsi predicato- res qui operas eius spirituali intelligentia cognoue- runt: vt mare rubrum: baptismū: vt Jone triduanam illam ferini ventris innoxiam habitationem: sepul- chrum domini significare cognoscerent: et his simi- lia: que scripturarū diuinarū prefigurationibus age- bantur. Eoq; fit vt mirabilia eius in profundo respi- ciant: qui operas eius spirituali estimatione conside- rant. [Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsq; ad celos et descendunt vsq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat]. Ne illi quos superius dixit operam domini in profun do posse conspicere aliqua elatione turgescerent: nūc eorum procellas ⁊ fluctus cōsequenter exponit. Dixit et stetit spiritus procelle: significat quando dominus tempestates tribulationum nostrarum pia miseratio- ne suspendit: ne malis crescentibus obruamur: sed ite- rum nisi ipso protegente liberemur. Hec dilatio no- bis fit maioris causa periculi. Exaltātur enim fluctus in mentibus humanis: quando putamus meritis no- stris attribui / vnde sola videmur diuina gratia posse liberari. Sed isti fluctus narratione pulcherrima de- scribuntur. Ascendunt enim vsq; ad celos: quando se- culi elationibus eriguntur. Descendunt vsq; ad abys- sos: cum in desperationeꝫ metūq; peruenerint. Et vi- de quid sequitur: Anima eorum in malis tabescebat: vtiq; / quoniam vsq; ad profundas abyssos formidine faciente descenderant. Tabescebat enim ⁊ in bono po
situm est: sicut.38. psalmus dicit: Et tabescere fecisti Ps.38. sicut araneam animā eius. Sed hic ideo additum est: In malis: vt in qua parte sit positum absolute debuis
set intelligi. [Turbati sunt et † commoti sunt sicut Al.moti ebrius: ⁊ omnis sapientia eoꝝ deuorata est]. De ipsis adhuc dicit: de quibus superius ait: Anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt: ad confusionem per- tinet sensus. Commoti sunt: ad iras ptinus euomen- das. Quapropter talium sapientiā dicit esse degluti- tam: quia sapientia nō potest nisi apud quietos ⁊ im- perturbatos inueniri. Sapientia eoꝝ bene de illis di- citur: qui sibi ante videbantur esse doctores: sed eam cōstat esse deglutitam: que perturbatis mentibus nō preualet apparere. His ergo exemplis monentur sa- cerdotes: vt domino supplicent: quatenus cor eorum in humilitate consolidet: ne diabolicis tentationibus ventilentur. [Et clamauerunt ad dominū cum tribu-
larentur: et de necessitatibus eorum † liberauit eos. Al.eduxit
Et statuit † procellam in auram: et siluerunt fluctus Al.procel-
eius]. Illi velut ebrij: quorum sapientia deglutita vi- las eius debatur: clamore salubri ad vitalia consilia redierunt ad dominum quippe conuersi: ceperunt esse iam so- brij. Quid autem egerit auxiliaris clamor exponitur. Et de necessitatibus eorum liberauit eos. Ipse auteꝫ necessitates / quemadmodum remote sint: allegorica descriptione narrantur. Sequitur enim: Et statuit p- cellam in auram: ⁊ siluerunt fluctus eius. Tempestas illa seuissima que ab humana fragilitate non poterat sustineri: in auras iussa disparuit: confestimq; fragor ille seuientium malorum imperio dominantis obmu-
tuit. [Et letati sunt † quod siluerunt: et deduxit eos Al.quia
in portum voluntatis eorum: † et de necessitatibus Al.non ha-
eorum liberauit eos]. Dicit quod solet post pericula labore fessis emergere: vt se gaudeant ingenti clade liberatos: quando ad portum ceperint venire tutissi-
mum. Portus enim: a portandis nauibus est dictus. ETy.
Subiungitur repetita quidem sed nimis grata con- clusio: vt de necessitatibus cunctis liberaretur ani- mus estuantis. [Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominū]. Uenit ad quin- tam sectionem: vbi gratias agere domino sanctā mo- net ecclesiam: quia diuersa beneficia humano generi

plus miserator indulsit. Sed inspice qꝫ eundem ver=
sum quarto repetijt: vt quadrifaria illa mundi diuisio:
quā superius dixit: A solis ortu ꝛ occasu: ab aquilone
et mari: his cōcordans partib⁹ redderetur: quatenus
fidelis confessio vbiqꝫ eadē: vbiqꝫ celeberrima canta=
retur. Cōgruebat enim vt vnā religionē: vnū populū:
vnā ecclesiā: vna quoqꝫ sanctitas predicationis inclu
deret. [Et exaltent eum in ecclesia plebis: ꝛ in cathe=
Al. seniorꝫ dra † senum laudent eū]. Exaltare dicit dominū: qui
supra omnes celorum terrarūqꝫ potestates excelsus
est: non qꝫ illi quicqꝫ possit addi: sed vt nos in ipsius
exaltatione debeamus augeri. Nam quando eum co=
gitamus atqꝫ laudamus: immensus ꝛ incomprehen=
sibilis apparet altissimus. Hic autē plebē: non quod=
cūqꝫ abiectum hominū genus debemus accipere: sed
illā nobilē vera religione pollentē que dn̄m religiosis
actibus semp exaltat. Nam cum dicit: Et in cathedra
seniorꝫ laudent eum: omnes doctores precipit laudes
dn̄i ꝑsonare qui in cathedra seniorꝫ residere noscūtur:
id est qui successores veterū pontificū esse meruerunt.
Cathedram siquidem doctoribus dari/ in primo psal=
Al. non hꝫ. mo sufficienter expositū est. [† Quia posuit flumina
in desertū: et exitus aquarū in sitim]. Causam reddit
quare debeat domino confiteri turba fideliū: quia re=
probata perfidia iudeorū: oīs plenitudo venit ad po=
pulum christianū. Illa siquidem flumina: id est pro=
phete vel apostoli: non credentibus iudeis ad deserta
gentiū transierūt. Nam cū verba dei contumax popu
lus hebreorꝫ spiritualiter nequaqꝫ suscipere voluisset:
velut fons irriguus diriuatus ad gentes omnis diui=
nus sermo translatus est: et facti sunt vberrimi/ qui
prius siccati fuerāt ariditate peccati. Mirabiliter au=
tem dictum est: Exitus aquarū in sitim: id est ad gen=
tes que aquas celestes sitienter haurirent: non vt iu=
dei exitiabili contemptu respuerent. [Terram fructi=
Al. salsugi nem feram in † salsilaginem: a malitia inhabitantiū in ea].
Quia prius dixerat gentiū euocationē/ que pertinet
ad christianos: nunc dicit expulsionem iudeorū: que
illis per superbiā prouenisse declaratur. Terra enim
erat fructifera: quando superna religione florebat: sed
facta est salsilago: cū dn̄i precepta cōtempsit. Humor
enim salsus fructibus ꝓbatur aduersus: quia vbicūqꝫ
dominatus fuerit: gratiā fecūditatis intercipit. Sed
quare illis cōtigerit causa subiūcta est: propter mali=
tiam scilicet eorꝫ qui terrā illam fructiferam: id est do=
mini tabernaculum: subdolis mentibus habitare vi=
debantur. [Posuit desertū in stagna aquarū: et terrā
sine aqua in exitus aquarū. Et collocauit illic esurien=
tes: ꝛ cōstituerunt ciuitatē habitationis]. Iste versus
ad populū pertinet christianum: quorū siccitati sacri
ETY. baptismatis data est vnda salutaris. Stagna enim ꝓ
fontibus ecclesiarū arbitror posita: a quibus suscepta
aqua/ quieto lacu retinetur: donec noue regeneratio=
nis dignitas impleatur. Stagna siquidē a stando di=
cta sunt. Terra enim sine aqua: incredula significat
corda gentilium: que rigata vnda baptismatis sancta
predicatione floruerūt. Sed in isto beneficio illi col=
locati sunt: qui domini munera gloriosa nimia auidi=
tate complexi sunt. Ciuitas autē habitationis: est ec=
clesia catholica: in qua firmiter se cōstituunt: qui su=
pernis iussionibus obsequuntur. [Et seminauerūt a=
gros et plantauerunt vineas: et fecerunt fructū nati=
Al. eis uitatis. Et benedixit † eos ꝛ multiplicati sunt nimis:
Al. minorauit et iumenta eorū non sunt † minorata]. Seminant a=
gros: et plantant vineas: qui corpora sua mundatis
sentibus peccatorū/ celesti institutione purificant: vt
fructus illos inueniant qui dn̄o placere noscūtur. Fe=
lix labor: ꝓuentus mirabilis: sic operari vt redemptor
gentiū placatus possit agnosci. Ager enim dictus est: ETY.
ab agendo: qꝫ ibi diuersa victus causa peragantur.
Addidit: Et fecerūt fructum natiuitatis: et benedixit
eos et multiplicati sunt nimis. Fructus a fruendo di= ETY.
citur: ꝛ ideo qui fructū spiritualē faciūt: benedictione
domini perfruuntur: quos vero infecūdos esse conti=
gerit abscidunt: sicut euangelij illa ficulnea: que luxu=
riantibus folijs sterilis videbatur in pomis. Multi=
plicati sunt autem: quando fideles benedicti sanctas
operas intulerūt: ꝛ gloriosiores facti sunt per dei gra=
tiam fecunditate meritorum. Sequitur: Et iumenta
eorum non sunt minorata. Iumenta simplices homi=
nes debemus accipere: fidei quidē probitate pollen=
tes: sed nulla disertitudine gloriosos: meliores vita qꝫ
lingua: plurimū valentes non sermone sed corde: qua=
lem paulū legimus simplicem qui demonibus impe=
rauit. Tales ergo non sunt minores facti: qui magnā
videntur domini gratiam consecuti. Sic ista hominū
duo genera: habere sanctā testatur ecclesiā. [† Pauci Al. Et
facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorū et do=
lore. † Et effusa est contentio super principes eorum: Al. non hꝫ.
et seduxerunt eos vana eorum: et † seduxit eos in in= Al. errare fecit
uio ꝛ non in via]. In his duobus versib⁹ illos descri=
bit qui heretica prauitate decepti: ecclesiam domini
derelinquunt: de quib⁹ Ioannes apostol⁹ dicit: A no=
bis exierunt: sed non erant ex nobis. Nam si essent ex
nobis: mansissent vtiqꝫ nobiscū. Isti ergo pauci fiunt:
qꝫuis multi sibi esse videantur. Nam ad illam vniuer=
salem ecclesiam comparati: omīmodis probantur exi=
gui. Hi vexati sunt a tribulatione malorum ꝛ dolore.
Vexati vtiqꝫ: quādo eos diabolice insidie perculerūt.
Necesse est enim hos dolor ꝛ tribulatio subsequatur:
qui auctorem salutis reliquisse noscuntur. Sequitur:
Et effusa est contentio super principes eorꝫ. Breuiter
sacerdotes hereticorꝫ designati atqꝫ notati sunt: a qui
bus merito dicitur effusa contentio: quia non salutari
doctrina: sed tantū mortifera loquacitate cōtendunt.
Quippe qui scripturas diuinas locis aliquibus susci
piunt: ꝛ pro parte maxima derelinquunt: hi quoniam
sua vanitate seducti sunt: per inuios labuntur errores.
Quippe qui viam salutis deserūt: ꝛ tortuosis semitis
immorantur. Audiant ergo vbi ambulant: ꝛ quo pos=
sint peruenire cognoscant. [Et adiuuit pauperem de
inopia: et posuit sicut oues familias. Videbunt recti
et letabuntur: ꝛ omnis iniquitas † oppilabit os suū]. Al. eorum
Superius de arrogantibus hereticis dixit: nūc ad hu
miles catholicos redit: principes illorum ieiunos de=
serens/ ꝛ istorum pauperes adiutorio celesti reficiens.
Iste enim pauper: est vnus in omnibus qui munda=
nis illecebris derelictis: continue ianuam celestis mi=
sericordie pulsat: vt in illam familiam mereatur ad=
mitti: que sicut oues innoxie simplicitatis honore de=
corātur. Hoc cū sancti viderint sine dubitatione gau=
debunt: quia fidele respiciunt suis cetibus acquisitū.
Quo facto diaboli iniquitas obmutescet: quādo ele=
ctis dn̄i nouerit quod possit opponi. [Quis sapiens
et custodiet hec: et intelliget misericordias domini].
Mirabilis psalmus: ꝛ decoro fine cōclusus est. Quis
sapiens: ac si diceret: Qui vere sapiens est/ custodit
ista que dicta sunt: vt christi se magis velit esse pau=
perem: qꝫ hereticorum principem: vt eligat se cele=
stis regis pulsare ianuam/ qꝫ docere verba nocentia.

Iste enim qui potuerit sic eligere: sic iudicare: tunc accipiet misericordias domini: que nullo possunt tempore terminari.

Conclusio.

Licet oĩa psalmi huius / suaui fuerint predicatione narrata: ille tamẽ locus animũ meũ precipua delectatione permulsit: qui dei ecclesiam breui complexione de cunctis dicit mundi partibus adunandã. Ait enim: De regionibus congregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone et mari. Sed operepretium est: hũc versum paulo diligentius perscru-
ASTR. tari. Est enim astronomice discipline optimus indicator. Dicendo enim quattuor cardines mundi: schemate quadranguli: terrarum orbem depinxit. Hunc autem psalmum a doctissimo patre Augustino reperi fuisse diuisum: quem ita se populo commemorat explanasse: vt eum iam non adeo crederet exponendum. Hoc nos quantum concessum est imitantes: vniuersos psalmos adhibitis diuisionibus credidimus partiendos: iudicantes explanationibus nostris non minima prebere solatia: quod tanti patris monstrauit auctoritas.

Explicit expositio in psalmum. 106.

Canticum psalmi Dauid. Cvij.

Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cantabo et psallã in glĩa mea. Exurge psalteriu⁊ et cythara: exurgã diluculo. Cõfitebor tibi in populis domine: ⁊ psallã tibi in nationibus. Quia magna est sup celos misericordia tua: ⁊ vsqꝫ ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deus: ⁊ sup omnẽ terrã gloria tua: vt liberenť dilecti tui. Saluũ fac dextera tua ⁊ exaudi me: deus locutus est in sctõ suo. Exultabo ⁊ diuidã sichimã: ⁊ cõuallem tabernaculoꝝ dimetiar. Meus est galaad ⁊ meꝰ est manasses: et effraim susceptio capitis mei. Iuda rex meꝰ: moab lebes spei mee In idumeam extendã calciamentũ meũ: michi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: quis deducet me vsqꝫ in idumeã? Nõne tu deus qui repulisti nos: ⁊ nõ exibis deus in virtutibus nostris? Da nobis auxiliũ de tribulatione: q2 vana salus hoĩs. In deo faciemus virtutẽ: et ipse ad nichilũ deducet inimicos nostros.

In hoc psalmo perquirẽda nouitas inesse cognoscitur: qm̃ eum de quinquagesimisexti: ⁊ quinquagesiminoni partibus constat esse cõmixtum. Sed cum ipsa verba sint posita: que in illis ante iã dicta sunt: ad intellectum tamen aliũ perducuntur: qm̃ mutatus titulus / qui semper continentiã psalmi indicare monstratur: aliter partes ipsas q̃ superius dicte sunt persuadet intelligi. Canticum enim frequenter diximus ad diuinarũ rerum contemplationem referri. Psalmũ vero ad actuales operas: que tamẽ diuinis noscuntur cõuenire mandatis. Quod in primo versu etiam ipse testatur: Cantabo et psalmũ dicam dñõ. Dauid autẽ significat regẽ Christũ: qui in hoc psalmo locuturus est. Quapropter singula magna debemꝰ intentione pquirere: qm̃ psalmi in quibꝰ ex psona sua loqui dignať: reuerentissima subtilitate pfundi sunt: vt tanti secreti dignitas densiore velamine ptegatur.

Diuisio.

Per totum psalmum (sicut dictũ est) loquitur dominus Christus: Primo ordine: per id quod homo est paterne glorie gratiam laudis exoluens: qm̃ suscipiens mirabile passionis arcanũ: resurrexit in gloriã sempiternã. Scdo humiliat se per humilitatẽ suã: vbi tamẽ ⁊ potentiã pprie maiestatis ostendit: vt duas naturas veraciter in vna dñi Christi cognoscas esse psona: nõ q in duos filios diuidatur Christus: sicut quorũdã sentit impietas: sed q vnus atqꝫ idẽ filiꝰ dei: nũc ŝm carnẽ pro nobis assumptã: nunc ŝm potentiã verbi loquať ⁊ gloriã. Discerne enim naturas tam dei q̃ hominis: ⁊ oĩa sine offensione transibis: sicut a patribus sub breuitate preceptum est: Da passiones carni: da diuinitati miracula.

Expositio.

Paratum cor meũ deus paratum cor meum: cantabo et † psalmũ dicam domino]. Sanctitas illa gloriose incarnationis: dum suaz puritatem refert queadmodum laudes dño dicantur ostendit. Paratus enim ille ad talia semp erat: qui ad preconia patris peccatoꝝ discrepantiã non habebat. Nam ⁊ ipsa repetitio cõfidentiã pmissionis ostendit: quia firmissime cõstat dici / quod repetita noscitur professione solidari. Sed quod ille vere de se promittit: nos bene dicimus si nobis peccata relaxari ipsius munere confidamus. Sequitur: Cantabo et psalmũ dicam domino. Merito ille de se talia dicebat: cuius et sermo et actus diuinis regulis cõsonabat. In illo siquidem psalterio non erat chorda minus: nec vox eius aliqua malorum actuum raucedine perstrepebat: sed iocũda exultatione cũ spirituali cantico iungebatur ⁊ opera: eratqꝫ illud dulcisonum reuera psalteriũ: quod sanctis modulationibus consonaret. [† Exurge gloria mea: exurge psalteriũ ⁊ cithara: exurgam diluculo]. Postq̃ se dñs Christus ŝm carnẽ patri cantare dixit ⁊ psallere: nũc ait: Exurge gloria mea: que per psalteriũ indicatur et citharã. Psalteriũ ad morum pertinet probitatẽ. Cithara ad afflictionem corporis ⁊ dolorem: per hoc ostendens ⁊ actus laudabiles et gloriosissimã passionẽ. Addidit: Exurgam diluculo. Pulcherrimus sequitur ordo dictorum. Nam post significationem passionis: hoc necessarie de resurrectione dñi probať intelligi: quia tali tempore (euangelio teste) surrexit a mortuis. Quod si hoc ⁊ de mẽbris eius velis accipere: etiã de quolibet fideli congruenter aduertiť: quia diluculo semp exurgit: qui pijs operibus in ecclesia dominũ laudaturus assistit. Nam licet profunda nocte vigilet: nescit tenebras pati qui tãto radiatur splendore preconij. [Confitebor tibi in populis domine: † psalmum dicam tibi † inter gentes]. His dictis vniuersalis significatur ecclesia: quia sicut sepe dictum est: primũ multi de iudeo populo crediderũt: postea intromissa est gentium plenitudo. Et vide queadmodũ singulas causas congruentia verba distinguant. Confiteri se dicit in populo iudeorũ: vbi ppria voce locutꝰ est. Psallere autẽ in gentibus: ad quas directi apli mandata eiꝰ sanctis predicationibꝰ impleuerũt: se dicens reuera psallere: quod p ministros suos cognoscitur effecisse. [† Quoniam magnificata est vsqꝫ ad celos misericordia tua: ⁊

Al. psallã i gloria mea
Al. non hz.
Al. ⁊ psallã
Al. in nationibus
Al. Qm magna est sup

vsqȝ ad nubes veritas tua]. Hoc quoqȝ dicitur patri.
Magnificata est enim misericordia ei⁹ vsqȝ ad celos:
quādo superne potestates eius beneficijs ꝑfruuntur.
Nā licet bonorū angelorū ⁊ diuersarū potestatū sum=
ma dignitas habeatur: ipso tamē prestāte beati sunt.
Magnificata est aūt vsqȝ ad nubes veritas ei⁹: quādo
ꝑ̄dicatores verbi: velut imbrifere nubes infideles po=
pulos cōpluerūt. [Exaltare sup̱ celos de⁹: et sup̱ oēm
terrā gloria tua]. Hoc excolit quod superi⁹ dixit: qm̄
premisit magnificatā esse vsqȝ ad celos misericordiā
dn̄i: secutū est: Exaltare sup̱ celos deus: vt cuius mi=
sericordiam manifestū est celestia continere: iuste su=
per celos debeat exaltari. Et iterū quia dixit: Usqȝ ad
nubes veritas tua: merito subiectū est: Et sup̱ oēm ter
ram gloria tua. Ipsa enim se euidēter exponūt: que al
terutra declaratione pandūtur. [Ut liberentur dilecti
tui. Saluum fac dextera tua et exaudi me]. Uenit ad
secundā narrationē: quā diximus quinquagesimino=
ni psalmi esse vltimā partē. Unde merito hic facta di=
uisio est: vbi pars alterius psalmi noscitur esse ꝯiūcta.
Et vt euidenter intelligas passionē dn̄i ad vtilitatem
fidelis populi fuisse collatā: saluū se fieri deprecatur:
vt credentiū turba liberet᷑. Quod tēpore resurrectio=
nis euenisse nō dubiū est: qn̄ apostoli vel oēs credētes
deitatem dn̄i saluatoris tali manifestatione senserūt.
Al. exultabo [Deus locutus est in sancto suo. † Letabor ⁊ diuidam
Al. dimetiar sicimā: ⁊ cōuallē tabernaculoꝝ † metibor]. Per hunc
et alios tres versus qui sequuntur: mixta grecis lati=
SCHE. nisqȝ sermonibus: figurā faciunt Sardismos: que fit
diuersarū cōmixtione linguarū: sicut iam in quinqua=
gesimonono psalmo dixim⁹. Nūc ad exponenda ver=
ba redeamus. Cū dicit: In sancto suo deū locutū: se
significat euidenter. Et intellige quam vim habeat: in
sancto suo. Non enim dixit ꝑ sanctū suū: sicut ꝑ pro=
phetas: ꝑ apostolos aliosqȝ qui dn̄o placuerūt. Sed
hic dicit: in sancto suo: vt verbū caro factū vna volun=
tate cū patre loqueretur. Sequitur: Letabor et diui=
dam sicimā. Significationes omniū istorum nominū
sollicite debemus exquirere: qm̄ occultarū rerū reue=
INTER lare nobis probantur arcana. Sicima / interpretantur
humeri. Humeri autē significant oꝑa quib⁹ annitten=
tibus atqȝ gubernātibus solemus aliq̄d manib⁹ ope=
rari. Sensus ergo talis est: Post resurrectionē suam
letaturū se dicit: qm̄ operā .i. gratiā suam apostolis ⁊
fidelibus diuisit: qui passionis ipsius ⁊ predicationis
gloriā sunt secuti. Addidit: Et cōuallē tabernaculo=
rum metibor. Cōuallem: significat humilitatē. Taber
naculorū: ecclesiarū dicit: quarū specialiter sanctissi=
mam cōstat esse virtutē. Hanc ergo humilitatē meti=
tus est dn̄s: qn̄ vnicuiqȝ fideliū ꝓut voluit carismatū
Ephe. 4. dona distribuit: sicut dicit apostolus: Unicuiqȝ autē
nostrū data est gratia ſm mēsurā donationis Christi.
Al. est [Meus est galaad: ⁊ meus † manasses: ⁊ effraim † for
Al. susceptio titudo capitis mei. Iuda rex meus]. Galaad: latina
lingua dicit᷑ transmigratio: que reuera dn̄i est: qn̄ gen=
tes ipsius vocatione cōpuncte: ad eū feliciter emigra=
INTER rūt. Manasses interpretat᷑ obliuio: quo verbo signifi=
catur pp̄ls iudeoꝝ: qui oblitus bn̄ficia diuina: Christū
dn̄m sacrilega presumptione crucifixit: postea tn̄ eius
miseratione ad ipsius religionē culturāqȝ remeauit.
Sic vtrūqȝ populū nominū istoꝝ cōmemoratiōe suū
esse testatur. Sequit᷑: Et effraim fortitudo capitis mei
iuda rex me⁹. Istud de sua passione locutus est. Effrē:
fructificatio dicitur. Significat enim coronam spi=
neā: quā supra caput impositā in sua passiōe suscepit.
Hec fertilis vltra oēs fructus fuit: vt totū mundū illa
humilitate lucraretur. Iudā vero regē iuste suū dixit:
quia de eius origine carnis propagatione descendit.
[Moab † olla spei mee. In idumeam extendā calcia= Al. lebes
mentū meū: michi † allophili subditi sunt]. Moab: si= Al. alienige
cut Hieronymo placet: significat ex patre: qđ est sine ne amici fcti
patre. Unde diabolū vult intelligi qui malis oꝑationi INTER
bus deū nō habet patrē: sȝ iustū iudicē. Iste ergo olle
cōparatur que carnes susceptas decoquit ⁊ in quādā
suauitatē feruido vapore perducit. Sic ille sibi tradi=
tos incessabili cōsummatione castigat: eosqȝ nolens in
humilitatē ꝯfessionis assidua insecutiōe ꝑducit. Ergo
more humanitatis / dn̄s dicit de diaboli persecutionē
spem sibi esse: qr multi quos ille festinat affligere: con=
uersi nitunt᷑ ad dn̄i bn̄ficia remeare. Sequitur. In idu
meā extēdā calciamētū meū. Idumea: terrena signifi
catur: ⁊ sanguinea: q̄ dn̄s per euāgelij ꝑ̄dicationē pos=
sessurū se esse significat. Calciamētū em̄ in q̄nquagesi
monono psalmo: euāgeliū diximus significari: qđ dn̄s
vsqȝ ad hoies terrenos extēdēs: lege sua mūdū vniuer
sali predicatione compleuit. Adiecit: Michi allophili
subditi sunt. Allophili: alienigene interp̄tant᷑. Signifi
cat aūt pp̄lm christianū: qui de diuersis gētib⁹ ipsius
miseratiōe collect⁹ est. Subditos em̄ qđ dicit: futuros
fideles esse testat᷑. [Quis deducet me in ciuitatē mu=
nitā: † aut q̄s deducet me vsqȝ in idumeā]? Aperte hu= Al. non hȝ.
manitatis aptissima interrogatio p̄mittit᷑: vt ꝯsequēs
responsio subsequat᷑. Negat em̄ hoim se solatio ꝑduci
posse: vbi ipse ad liberādos fideles suos desiderat ꝑ=
uenire. Ipsa em̄ natura hoc humiliter dicit: q̄ ait: De⁹ Ps. 21.
de⁹ me⁹ respice in me: quare me dereliquisti. Ipsa que
dixit: Qui misit me maior me est. Ad postremū q̄ ait: Joan. 14.
Pater si fieri potest trāseat a me calix iste. Ab ipsa em̄ Matth. 26.
parte totū humiliter accipitur: vt homo de⁹ ꝑfectissi=
mus sentiat᷑. Ciuitas munita: forte significat infernū:
quā nulla humana vis potuit aperire: nisi qui portas
ei⁹ cognoscit᷑ infregisse. Unde in p̄cedēti psalmo dictū
est: Quia ꝯtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfre=
git. Urbs ad suscipiendū patēs: ad dimittendū clausa
ꝯsistēs: que tūc munitionis sue legē ꝑdidit: quādo eā
gēnū redēptor intrauit. Nā portas in malo ⁊ in bono
poni: psalm⁹. 23. testatur: qui ait: Tollite portas princi Ps. 23.
pis vestri: ⁊ eleuamini porte eternales. Idumeā: dixi=
mus terrena significare: ad q̄ dn̄s post resurrectionē
venit: quando inestimabili gloria patefacta vniuersis
gentib⁹ oipotēs innotuit regnator. Ipso em̄ modo et
ista petit fieri: sicut illa que superius dixit. [Nonne tu
de⁹ qui repulisti nos: ⁊ nō † egredieris de⁹ in virtutib⁹ Al. exibis
nostris]. Secuta est illa quā in superiori versu suspen
derat absoluta confessio: qm̄ hec que in resurrectione
facta sunt: a sola potuerūt deitate cōpleri. Quis enim
claustrū mortis infringeret: quis ianuas munite ciui=
tatis aperiret: nisi ipse dn̄s Christus: qui cōtra ordinē
humane nature tertia die surrexit a mortuis: ⁊ gloriā
sue maiestatis ostendit? Et intuere subtiliter: quia su=
periora singulari numero ꝑcurrit: hic autē pluraliter
perhibet se repulsum: vt caput cū membris suis talia
dicere sentiatur. Repulisti nos: significat esse dilatum
eum: quia ⁊ ipsum ad glorificationē suam constat esse
dilatum: cum in hac vita moraretur: et omniū fideliū
hodieqȝ gloria suspenditur: donec ad resurrectionis
premiū veniatur. Sequitur: Et non egredieris deus
in virtutibus nostris. Tempus illud significat: quādo
tentus ⁊ traditus est a turba iudeorū: quando flagel=
lis cesus a preside dementiū iudeorū sputa sustinuit.

Tunc enim si voluisset diuinitas ista repellere: omnis aduersitas confracta cecidisset. Sed distulit miraculum sue potestatis ostēdere: vt dispensatū ordinē ꝑfi-cue passionis impleret. Hoc ⁊ fidelibꝰ vsu ꝑuenit: cū ad probationē suaz diuersis cladibꝰ affligantur. [Da
Al. quia nobis auxiliū de tribulatione: † et vana salus hoīs]. Hic cum membris suis dñi clamat humanitas: vt de tribulationibus istius mundi resurrectionis securitas ꝯcedatur: quatenus tandē aliqñ tēpestas huius seculi cōquiescat. Non enim auxiliū petit de delitijs: sed de tribulatione: vnde hominibꝰ per diuinā clementiā nouit ꝑuenire remedia. Et ne in potestatibꝰ mundi spes vlla remaneret: adiecit: Et vana salus hoīs: quia reuera infirma talis est et caduca presumptio. [In deo fa-
Al. inimicos nostros ciemus virtutē: ⁊ ipse ad nichilū deducet † tribulantes nos]. Hec ⁊ dñi saluatoris: ⁊ cunctoꝝ fideliū vox est: qm̄ spūalibus atq; carnalibus inimicis efficaciter diuinis virtutibus obuiatur. Audiant quoq; hūc psalmum: qui carnē dñi dicunt ⁊ diuinitatē vnius esse nature: Quos merito celestis orator Ambrosius in libro de incarnatione dñi increpat dicēs: Que tantū sacrilegiū inferna vomuerūt? Iam tolerabiliores sunt arriani: quorū per istos perfidie ipsius robur adolescit: vt maiore contentione asserant patrē et filiū ⁊ spiritū sanctū vnius non esse substantie: quia isti diuinitatem dñi ⁊ carnē substantie vnius dicere tētauerunt: ⁊ cetera que locus ipse noscitur continere mirabilis. Quapropter itelligāt illis se scelestiores potissimū dictos: quos a se vniuersalis ecclesia reddit extraneos. Non immerito: Nam cū verbū caro factum Christi nomen acceperit: aliudq; sit verbū: aliud caro: in vna natura positus (sicut ipsi volūt) dici Christus: nō potest inueniri nequior ꝑfidia (nisi fallor) cūctis heresibus. Nam cū diuerse particulatim tangant maiestatis iniuriam: hec sola prohdolor ausa est presumere: vnde ⁊ ipsum nomē fidei nostre nitatur funditꝰ abrogare. Sciendū sane hūc psalmū sextū esse ex his/quos de duabus naturis locuturos esse prediximus. Conclusio.

¶ Quā bene sibi copulantur que ad salutem operādā generis humani ab vno fonte descēdūt. Quis enim nō miretur in superioribus diuersisq; psalmis dictū: qđ hic in tantā cōuenientiā ꝓbatur esse perductū? Sic ⁊ ipse Dauid in paralipomenon: psalmoꝝ partibꝰ adunatis: hoc est cētesimiquarti ⁊ nonagesimiquinti: et centesimiquinti: spū sctō repletꝰ ante arcā federis laudes dñi magnis exultationibꝰ ꝑsonauit: vt tanq; ex diuersis aromatibꝰ suaue incensuz fieret: qđ ad conspectū dñi feliciter ꝑueniret. Sine difficultate quippe ꝯiungitur: qđ sibi nullatenꝰ repugnare monstratur. Quapropter et hūc psalmū ex alijs ideo credimus esse formatū: vt aīa esuriens sapoꝝ diuersitatibꝰ pasta recreetur. Unde ⁊ hodieq; de partibꝰ psalmorū aliquid cantoribꝰ cōpaginare arbitror esse permissum. Nā ⁊ hoc huic loco ꝯuenire dijudico: qđ operatio dñica ex duobus populis vnā facit ecclesiam.

¶ Explicit expositio in psalmum. 107.

¶ In finem Psalmus Dauid. Cviij.

DEus laudē meā ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertū est. Locuti sunt aduersuz me lingua dolosa: ⁊ sermonibus odij circūdederūt me ⁊ expugnauerūt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebant michi: ego autē orabam. Et posuerūt aduersum me mala pro bonis: ⁊ odiū pro dilectione mea. Constitue super eū peccatorem: et diabolus stet a dextris eius. Cū iudicatur exeat cōdemnatus: et oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci: et episcopatū eius accipiat alter. Fiant filij eiꝰ orphani: ⁊ vxor eiꝰ vidua. Nutantes transferantur filij eius ⁊ mendicent: eijciantur de habitationibꝰ suis. Scruteť fenerator oēm substantiam eius: et diripiāt alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiāt nati eius in interitū: in generatione vna deleatur nomē eius. In memoriam redeat iniquitas patruz eius in cōspectu dñi: ⁊ peccatū matris eius non deleatur. Fiant cōtra dñm semper ⁊ dispereat de terra memoria eorū: pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiā. Et persecutꝰ est hominē inopem ⁊ mendicū: et cōpunctū corde mortificare. Et dilexit maledictionē et veniet ei: ⁊ noluit benedictionē ⁊ elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentū: ⁊ intrauit sicut aqua in interiora eius: ⁊ sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentū quo operitur: et sicut zona qua semꝑ precingiť. Hoc opus eoꝝ qui detrahūt michi apud dñm: ⁊ qui loquunť mala aduersus animā meā. Et tu dñe fac mecū propter nomē tuū: quia suauis est misericordia tua. Libera me quia egenus et pauꝑ suz ego: ⁊ cor meū ꝯturbatū est intra me. Sicut vmbra cū declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: ⁊ caro mea īmutata est ꝑpter oleū Et ego factus sum opprobriū illis: viderūt me et mouerunt capita sua. Adiuua me dñe deus meus: saluum me fac ꝑpter misericordiam tuā. Et sciāt qr manꝰ tua hec: ⁊ tu dñe fecisti eā. Maledicent illi et tu bñdices: qui insurgūt in me ꝯfundātur/seruus autē tuus letabitur. Induanť qui detrahūt michi pudore: et operiantur sicut diploide cōfusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo: et in medio multoꝝ laudabo eū. Quia astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequentibus animam meam.

TItulus iste psalmi precedentiū verborum expositione iam notus est: et ideo referendus est ad regem supernuz: quoniā omnes sermones ipsius tendunt ad dominū Christum. Ipse enim in hoc psalmo locuturus est iniquitatē iude vel populi iudaici: et passionis sue

sacramenta predicens. Diuisio.

Per totum quidē textū: sicut dictum est: lo-
quitur dn̄s Christus. Prima parte iudeos
increpat: qui mala pro bonis creatori suo
reddere maluerunt. Secunda Iude tradi-
toris ⁊ pfidi populi narrat iniquitas: ⁊ que
illis erūt pro tanta detestatione ventura predicuntur.
Tertia: p id qd homo est: vt liberatus periculo passio-
nis: cito resurrectionis gloriā cōsequat. Expositio.

Deus laudem meā ne tacueris: quia os pec
catoris et os dolosi super me apertum est.
(Locuti sunt aduersum me: lingua dolosa.)
Dn̄s saluator petit per id quod formā ser-
ui est dignatus assumere: vt laudem eius
resurrectionis sileri nō faciat pater: qui f̄m carnis hu
militatem iudeorum erat cōuitia dura passurus. Hoc
est enim. Laudem meam ne taceas: id est ne taceri fa-
cias. Est enim decora diuersitas: vt qm̄ inimici men-
dacia loquebantur: cōtra eos toto orbe veritatis testi
monia canerentur. Sic enim illos per gloriam sue re-
surrectionis cōuinci desiderat: vt reatum proprie per-
uersitatis agnoscant: ⁊ celerius recurrant ad remedia
confessionis: ne in eternum perire debeant contuma-
SCHE. ces. Que figura dicitur Synchrisis: id est collatio que
fit quādo comparatione quadā iustiorem causam no-
stram q̄ aduersarij demonstramus. Sed ista laus cer-
ta erat: quia de veritate manabat. Sermo autem ille
falsissimus cognoscebatur esse: qui de ore dolosi ⁊ per-
fidi probabatur exire. Nam quēadmodum potest dici
verū: quod ipsi veritati docetur aduersum? Apertum
itaq̄ os/ cōtumelias designat quas pertulit a iudeis.
Sed hic singularē numerū ideo ponit: quia sicut sepe
dictū est: populū vtroq̄ modo appellari fas est. Nam
licet nomine vnus audiatur: intellectu tamen plurimi
esse noscuntur. Sequitur. Locuti sunt aduersum me
lingua dolosa. Locuti sunt igitur lingua dolosa: quan
do sanctam domini simplicitatem verbis captiosissi-
Matth.22. mis appetebant dicētes. Licet tributū dare Cesari?
Ibidem. Et illud. Magister scimus quia verax es. Hec enim
verba subdola cogitatione proferebāt. (Et sermonib⁹
odij circūdederunt me: ⁊ expugnauerunt me gratis.)
Dicendo. Sermonibus odij circūdederūt me: tēpus
illud significat quando iniqua conspiratione Pilato
Luc.23. dixerūt. Crucifige crucifige. Nā sermones vtiq̄ odio
rum non veritatis fuerūt: qui mortē immaculati expe
tere videbantur. Circūdederūt autē: insanā significat
multitudinem: que quaquauersum verba nequissima
personabat. Expugnauerūt autē gratis: quando ante
presidē innocētis sanguinē falsis accusationib⁹ impe-
tebāt. Gratis vero dixit: quia factū eoꝝ nullū illis po-
tuit afferre cōpendiū: sed magis detestabilē pullula-
uit interitū. Nam sicut iusti gratis amāt dn̄m cū eum
propter se tm̄ diligūt: non ꝓpter aliquod tēporale be-
neficiū querūt. Ita impij gratis execrantur: quia cau-
sam iusti odij reperire non possunt: sicut ⁊ in. 68. psal-
Ps̄.68. mo dictū est. Multiplicati sunt super capillos capitis
mei qui oderūt me gratis. (Pro eo vt me diligerēt de-
Al. Et. trahebant michi: ego aūt orabā † Posuerunt aduer-
sum me mala pro bonis: et odiū pro dilectione mea.)
In his duob⁹ versibus: facienda est rerū positarū di-
stincta separatio: vt ea que occulte dicta sunt manife-
stius innotescāt. Tribus igitur modis peccatū omne
cōtrahitur. Primus delictoꝝ gradus est: non reddere
bona p bonis. Secūdus reddere mala p malis. Ter-
tiū extremū est vitioꝝ: tribuere mala p bonis. Cōtra:
tali numero laudabilia paguntur: impendere bona p
bonis. Secūdo: malū pro malo non reddere. Tertio:
pfectissimū virtutis genus est: bonū p malo tribuere.
Et nota: qm̄ sicut iudei extremā illā vitiosissimā par-
tem facere decreuerūt: vt cum diligere debuissent/ ad
odia iniqua psilirent: ita dn̄s summū illud bonū per-
fecta pietate restituit: vt in cruce positus pro illis ora-
ret: qui eum decreuerunt impia voluntate trucidare.
(Constitue sup eū peccatorē: ⁊ diabolus stet a dextris
eius.) Uenit ad secundā partē: in qua primū de Iuda
maloꝝ omniū capace multa dicturus est. Deinde plu
rali numero miscet ⁊ impios iudeos: q̄ filij ipsius imi-
tatione sceleris extiterūt. Quapropter certissimus fu
turoꝝ predicit supra Iudā traditorē cōstituendū esse
diabolū: qui merito peccator dicitur: qm̄ delictū tradi
tionis ab ipso sumpsit initiū. Et ne forsitan dubitares
de quo diceretur adiectū est. Et diabol⁹ stet a dextris
eius: scilicet quia nulla meruit confessione saluari: sed
desperatione malorū laqueo prefocat⁹ occubuit. Nec
potuit dexterā habere liberā: qui tota sinistre partis
scelera sapiebat. Sic em̄ vnusquisq̄ facere significat:
qualis est ille qui eius dexterā tenet: vt est illud in ma
lo. Dextera eoꝝ dextera iniquitatis. In bono. Proui- Ps̄.143.
debā dn̄m in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est mi- Ps̄.15.
chi. Quapropter his significationib⁹ totius vite nr̄e
qualitas indicatur. (Cum iudicatur exeat condēnat⁹:
et oratio eius fiat in peccatū.) Hoc dicitur de futuro
iudicio: quando peccatores iustissima pronunciatione
dānabunt: vt est illud euangelij. Discedite a me male- Matth.25.
dicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo ⁊ ange-
lis eius. Et cōsidera quod dixit Exeat: scilicet de con-
gregatione iustorū: vnde om̄is qui egreditur impiorū
partib⁹ aggregatur. Oratio vero eius quā inter alios
aplos susceperat pagendā: in grauissimū illi peccatū
pbatur esse cōuersa: quando ibi cōtinetur. Et dimitte Ibidem.6.
nobis debita nr̄a: sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus
nostris. Sed q̄d ille debentibus dimitteret: qui benefi
ciorū oim̄ tradebat auctorē? Merito ergo in peccatū
illi conuersa est sancta oratio: qui detestabili peccauit
exemplo. (Fiant dies ei⁹ pauci: ⁊ episcopatū eius acci
piat alter.) Sic dicit paucos dies Iude fieri debere:
quasi longa etas eius p crudelissimū peccatū iminuta Ps̄.54.
esse videatur: sicut ⁊ alibi dixit. Uiri sanguinū ⁊ dolosi
non dimidiabunt dies suos. Sed hoc fieri merito vi-
detur: cū iuniores seniorib⁹ cōparant. Nā cū alij cen
tenis annis viuāt: dimidiata illoꝝ etas cōspicitur qui
nec quinquaginta vixerūt. Sic et Iude apostolatus
pauci dies facti sunt: quādo alij post ipsum apli custo
dita ita dn̄i volūtate manserūt: vt ne numerus ille sa-
cratissimus aploꝝ Iuda mortuo rumperet. Iam tūc
predict⁹ est in eius loco alter fieri: vt duodenarius cal
culus custodita integritate cōstaret. Episcopat⁹ autē
summ⁹ in ecclesia gradus est. Episcopus dict⁹ supin-
spector: eo q̄ dn̄i gregē ipsius gratia suffragāte quasi
pastor cautissimus alta sede custodiat: sicut Ezechiel
ꝓpheta dicit. Speculatorē te posui domui israel. Et Ezech.3.
nota quia in veteri testamēto hic primū hoc nomē po
situ est. Cuius rei virtutē apostolus euidēter insinuat
dicens. Qui episcopatū desiderat bonū opus deside-
rat ⁊c̄. Quapropter nomē istud nō tam honoris est: q̄ 1.Timoth.3.
laboris. Nā q̄ alios speculādos suscipit: se iugi debet
excubatione ꝯspicere: vt nō illi ꝯtingat qd dicit aplus
Ne alijs predicās: ipse reprobus efficiar. Illudq̄ me- 1.Corin.9.
minisse nos ꝯuenit: in actibus apostoꝝ euidētissime
declaratū: hunc versum de Iuda esse conscriptū. Ait

Act.j. em̄ Petrus: Viri fratres opꝫ implere scripturā quaꝫ
predixit spiritus sanctus ꝑ os Dauid de Juda: q̄ fuit
dux eoꝛū qui cōprehēderūt Jesum. Et paulopost se=
quit. Scriptū est em̄ in libꝛo psalmoꝛū. Fiat habita=
tio eius deserta: ⁊ nō sit qui inhabitet in ea: ⁊ ep̄atum
eius accipiat alter: vt nulli dubiū sit de ipso hoc om̄i=
modis sentiendū. Sic istū psalmū de passione dn̄i/ et
euāgelicis verbis/ ⁊ Petri apl̄i attestatiōe cognosci=
mus esse ꝓphetatū. Jn hoc aūt versu figura est intel
SCHE. ligēda Ephexeresis: q̄ latine dicit exceptio: qm̄ Ju=
das ab honoꝛe ep̄atus: id est apostolatus excipitur.
(Fiant filij eius oꝛphani: ⁊ vxoꝛ eius vidua.) Quāuis
alibi nō legat Judam vxoꝛem habuisse/ vel filios: tn̄
ex ista ꝓphetia eum maritū/ patrēq̧ fuisse dat intel=
ligi. Jllo em̄ accūbente: affectibus eius sine dubio ta
lia cōtigerūt: vt vidua fieret vxoꝛ relicta: ⁊ filij oꝛpha
ni cū patre caruissent. Quod si ad spiritualē sensum
velis referre: filij possunt intelligi qui eū in illa tradi=
tiōe secuti sunt: vxoꝛ volūtas: que nobis tanq̄ cōiunx
semꝑ adiūcta est: de qua filios parimus: cū oꝑas no=
Al. nutātes stras quasi quodā vētre generamus. († Cōmoti amo
transferant. ueant filij eius/ ⁊ mendicēt: eijciant de habitatiōibus
suis.) Ad vtrūq̧ qđ dictū est poterit ꝑtinere: siue ad
carnales filios/ siue ad oꝑas nostras. Cōmoti signifi
cat violēter expulsi: vt hoc grauiter doleāt qđ patiū=
tur inuiti. Mendicēt/ bonarū rerū indigentiā signifi=
cat: vt oībus pateat nullā eos opem habuisse ratiōis
qui talia sunt secuti. Eijciunt vero de habitatiōibus
suis qn̄ de ꝯgregatiōe dominici populi reddunt alie=
ni: vbi nō mēte/ sed tm̄ coꝛpoꝛe prius habitasse vide=
bant. (Scrutetur feneratoꝛ omnē substātiam eius: et
Al. non hꝫ. diripiāt alieni † oēs laboꝛes eius.) Per cōparatiōes
factas versus iste declarādus est: vt totius nobis cō=
fusiōis remoueat obscuritas. Debitoꝛ/ qn̄ ad ꝑsoluē=
dū idoneus nō est: feneratoꝛ ei⁹ a iudice ꝑcepta fidu=
cia ingredit domū obnoxij sui: et oīa quecūq̧ habere
pōt diripit/ et satisfacit sibi ꝓ pecunia mutuata: sic et
diabolus qn̄ peccata hominibus multa ꝯgregauerit
⁊ in eis obstinata volūtate ꝑstiterint: accipit potesta
tem vt obnoxij sui substātiam diripiat: et ꝓ libito suo
de humana sibi laceratiōe satisfaciat. Hoc nūc opta
tur Jude: vt datus in potestatē diaboli: bonis omni=
bus enudet. Alieni quoq̧/ sunt spiritus immūdi: qui=
bus diabolus tanq̄ mācipijs imperat ad nocēdum.
Et bene dicti sunt alieni: qui a regno dn̄i ꝓbāt extra=
nei. Jsti laboꝛes diripiūt mandata dn̄i transgredien
tiū: dū eos bonis omnibus priuauerint ꝑcepta licen=
tia. (Non sit illi adiutoꝛ/ nec sit qui misereat pupillis
eius.) Qm̄ ⁊ boni viri diaboli quidē tentatiōe pulsan
tur: sed dn̄m adiutoꝛē habere non desinunt: vt ab im
minenti periculo liberētur: malos dicit tali adiutoꝛio
deserēdos: vt remaneat iniquitas desperata cui sub=
ETHY. trahit saluberrima medicina. Pupilli vero dicti sunt
quasi pusilli: q̄ paruitate etatis ad regendū se ꝓban=
tur infirmi. Unde ⁊ pupilla oculoꝛū dicta est: qꝛ om̄i=
no in coꝛpoꝛe nostro videt exigua. (Fiant nati eius in
interitū: in vna generatione deleat nomē eius.) Eos=
dem natos dicit: quos supꝛius pupillos ait. Et qm̄ so=
lent aliqui peccatoꝛuꝫ genus ꝓpagare longinquum:
ip̄am quoq̧ spem illis posteritatis abscidit: ne quo se
bono mentes pessime cōsolent. Siue magis vna ge=
neratio illa dicenda est: quādo nascimur in peccatis.
Et ideo petit vt ad secūdam: id est regenerationis nō
perueniant: qui tn̄ in predestinatione repulsi sunt: vt
in prima peccatoꝛū suoꝛū fece dispereant: nec secūde

natiuitatis beneficio la queum moꝛtis euadāt. Sed
hec et his similia de illis dicunt qui in dn̄i iudicatiōe
damnādi sunt. (Jn memoꝛiā redeat iniquitas patrū
eius in cōspectu dn̄i: ⁊ peccatū matris eius nō delea=
tur.) Per tropologiam dicit in memoꝛiā dn̄i peccata
redire maioꝛū: vt et nouis delictis nefarius Juda: et
parētū erroꝛibus toꝛqueat. Priscoꝛū em̄ peccatis: si=
cut sepe diximus ita quis reus est: qn̄ eoꝛū sceleribus
sequacissimus inuenit. Jn cōspectu dn̄i: idest in disce
ꝑtatione iudicij: qm̄ dum peccata dn̄s respicit: aucto
res eoꝛū sine dubitatione ꝑcellit. Jnde ⁊ ꝓpheta cla
mat: Auerte faciem tuā a peccatis meis. Peccatū ve
ro matris eius est synagoge nota ꝓteruitas: vt et ꝓ=
phetas occideret: nec ab ip̄is demonū sacrificijs ab=
stineret. Sacrilegi eniꝫ Jude traditoꝛis illā partem
dicit esse genitricē: non que viros sanctos ꝓtulit/ sed
que innocētium sanguinem fudit. (Fiant contra dn̄m
semper: ⁊ dispereat de terra memoꝛia eoꝝ.) Nūc plu
ralem numerū ponit: qꝛ iudeos mauult contumaces
intelligi. Naꝫ sicut in vno sancto multos beatos ad=
uertimus: vt est illud: Tu es petrus: ⁊ super hanc pe= Mat. 16.
tram edificabo ecclesiā meā: sic iterū in vno pessimo
multi detestabiles cōtinētur. Petrus em̄ gerit eccle=
sie typū. Juda vero damnāde babylonie poꝛtat ima
ginem. Unde merito post eum de ꝑfidis dicit: qꝛ ip̄m
scelerati malis facinoꝛibus subsequūt. Fiūt ergo pec
catoꝛes cōtra dn̄m semper: quādo a regno eius alie=
nati in gehenne contrarietatem iustitia faciente mit=
tendi sunt. Nam cum dn̄s sit eterna beatitudo: cōtra
ipsum fieri bene dicit: qui perenni vltione damnatur.
Disperit autē de terra viuentium: qui in beata patria
non videt. Nec in cōmemoꝛationem veniunt: quando
nullam vlterius misericoꝛdiā consequunt. Jllos em̄
dicimur memoꝛari: quibus sumus aliqua prestaturi.
(Pro eo qđ non est recoꝛdatus facere misericoꝛdiā.)
Dicit iustissime vltionis causam: qm̄ pietatem nō po
test inuenire qui eam alijs cōtempsit impēdere: sicut
scriptū est: Beati misericoꝛdes: qm̄ ipsis miserebitur Mat. 5.
deus. Sed q̄uis ad singularem numerū reuersus sit
adhuc tn̄ intelligere debemus populum iudeoꝛū: qui
misericoꝛdiā non fecit apostolis/ vel fidelibus chꝛisti:
qn̄ eos post passionē dn̄i iniqua persecutiōe vexauit:
qꝛ istud de Juda nō potest intelligi quādo ante cru=
cifixionē dn̄i de hac luce transiuit: ⁊ affligere non po
tuit fideles eius: qꝛ tēpus eos nō habuit ꝑsequendi.
(Et ꝑsecut⁹ est hominē † pauperē ⁊ mendicū: ⁊ cōpū Al. inopē.
ctū coꝛde † moꝛti tradidit) Et istud adhuc de iudeoꝝ Al. moꝛtifi
est populo sentiendū: qui ⁊ chꝛistū/ et discipulos eius care.
nefanda presumptione trucidauit. Persequi plerūq̧
facit hoīes: aut diuitiarū ambitus/ aut suꝑbie odiosa
iactantia. Pauperē vero ⁊ mēdicū insequi sola seui=
tia est: cuius nec honoꝛ querit/ nec abundātia faculta
tis ambit. Moꝛe aūt suo a natura hūanitatis assum=
pte pauperē se dn̄s/ ⁊ mendicū esse cōmemoꝛat. Mē
dicus de nostro: diues de suo: sicut dicit apl̄s: Qui ꝓ= 2. Coꝛ. 8.
pter nos pauper factus est cum esset diues: vt illius
inopia nos diuites essemus. Compunctū vero de ip̄o
capite dici posse nō arbitroꝛ: qꝛ tale non occurrit exē=
plum: sed magis compunctū ad peccatoꝛē estimo re
ferendū: qui delictoꝛū recoꝛdatione compūgitur: vt
ad satisfactionē redire mereat. Quod innumeris lo=
cis scriptura testat. Necessarie itaq̧ de membꝛis ac=
cipiendum est: qꝛ chꝛistus dn̄s peccata non habuit.
Populus enim iudeoꝛū compūctos coꝛde ꝑsecutus
est: sicut de beato Stephano/ vel Paulo apl̄o cōstat

effectum. (Et dilexit maledictionē ⁊ veniet ei: et no=
Al. elongabitur. luit benedictionē et † ꝓlongabitur ab eo.) Adhuc de
perfido populo dicit: quia dilexit maledictionē: tunc
Matth. 27 scilicet quando ait. Sanguis eius super nos et super
filios nostros. Quod ei prouenisse manifestū est: qui
contra dn̄m impia voluntate durati sunt. Noluit autē
benedictionē predictus populus: quando a ceco illu=
Joan. 9. minato interrogatus est. Nūquid ⁊ vos vultis disci=
puli eius fieri? At illi quasi maledicto acerrimo pro=
uocati responderūt. Tu sis discipulus eius: nos autē
Moysi discipuli sumus. Quo dicto prolongata est ab
eis benedictio: quando illis relictis venit ad gentiū
Act. 13. fidem: sicut dicit apostolus. Uobis quidē oportebat
loqui verbū dei: sed quia repulistis illud: et indignos
vos iudicastis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes.
(Et induit maledictionē sicut vestimentū: et intrauit
sicut aqua in interiora eius: et sicut oleum in ossibus
eius.) Subtiliter intuendū est: quēadmodum peccati
ipsius qualitas quibusdā dictionibus indicetur. Pri=
mo induit se predictꝰ populꝰ maledictione sicut vesti
mentū: quando instigante diabolo cōsensum prebuit
vt dn̄m Pontio Pilato tradere maluisset. Ibi enim
quodāmodo more vestis indutꝰ est: vbi tali voluntate
noscitur inuolutus. Secundo intrauit maledictio in
interiora eius sicut aqua: quando deliberauit facere
qd̓ ei fuerat iniquissima inspiratione suggestū. Aqua
enim quādo visceribus vitiosis recipitur semꝑ ingre
ditur ad nocēdū. Tertio influxit iniquitas sicut oleū
in ossibus eius: quando effectum rei inaudita peruer=
sitate compleuit: vt iam non interiora carnis: sed etiā
ipsa ossa penetrasse videretur. Dicēdo enim. Oleum
significat delectationē facinoris: quod sic corpus no=
strum molliter ingreditur: vt nos quadam iocūditate
permulceat. Quod constat malis mentibus accidere:
quando in scelere suo aliqua delectatione gloriantur.
Al. operit. (Fiat ei sicut vestimentū quo † operietur: ⁊ sicut zona
qua semper precingitur.) Adhuc in ipsis cōparatio=
nibus perseuerat: vt hoc peccatū quo ille inuolui ma
luit: similitudine vestis alterius indicet. Supra enim
dixit Induit: quod pertinet ad tunicam: nunc dicit
Operietur: quod videtur pallio cōuenire: vt gemina=
ta vestis ingentiū significet onera peccatorū. Sequi=
tur. Et sicut zona qua semper precingitur. Zona hic:
non illa muliebris accipienda est: sed illud baltheum
Matth. 3. quo nostros lumbos accingimus: sicut in euangelio
4. Reg. 1. de Joanne: de Helia vero in regū volumine legitur.
Et zona pellicea circa lumbos eius. Hoc enim nomē
vtraqꝫ significatione dotatū est: qua similitudine di=
cit sic peccatis illigantibus fuisse cōstructū: vt nunqꝫ
suis oneribꝰ exueretur obstinationis pregrauatꝰ per=
fidia. O infelix populus: qꝫ male vestitus est. Iste ve=
stes sunt: que peccatores ardere faciunt non calere:
que in flāmam mittunt / non a frigoris necessitate de=
fendunt. (Hoc opus eorū qui detrahunt michi apud
dn̄m: et qui loquuntur mala aduersus animā meam.)
Hunc versum cōtra omnes quidē perfidos debemus
accipere: sed tamen specialiter duas hereses videtur
impetere. Apud deum patrē detrahunt arriani: quan
do ei filium minorē esse testantur: ⁊ impudenter infe=
riorem dicūt quē creatorē oīm cōmuniter cōfitentur.
Apollinariste quoqꝫ loquuntur mala aduersus aīam
domini: cū dicunt deitatē eius solam carnē hominis
sumpsisse non animā: nec tot exemplis perfidia ipsoꝝ
superata discedit. Quapropter non solū contra istos:
sed cōtra omnes hereticos superius dicta bene intel=
liguntur: qui portionē in regno domini non habebūt.
(Et tu dn̄e dn̄e fac mecum † misericordiā propter no= Al. non hz.
mē tuū: quia suauis est misericordia tua. Libera me.)
Uenit ad tertiam narrationē: in qua precatur a parte
qua passus est: vt gloriam resurrectionis acceleret: et
inimici eius cōfusionis eius dedecore vestiantur. Dum
dicit. Et tu dn̄e: subiungitur superioribus dictis: hoc
est si Juda tradidit: si iudeus crucifixit: ⁊ tu fac mise=
ricordiā: vt contra illa que facta sunt resurrectio glo=
riosa proueniat. Siue filius ad patrē dicit. Et tu fac:
vt virtutē sue cooperationis ostendat. Omnia enim
que fecit pater operatur ⁊ filius: sicut ipse dicit. Omnia Joan. 5.
que pater facit: hec et filius similiter facit: ⁊ sicut ha=
bet pater vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio habere
vitam in semetipso: vt oēs honorificent filium sicut
honorificant patrē. Dn̄e dn̄e: dum repetit / affectū sua=
uissime precationis ostēdit. Que figura dicitur Epi= SCHE.
zeusis: quoniā in vno versu sermonē sine aliqua inter=
positione geminauit. Propter nomen tuū: vt eius cul
tura toto orbe dilatetur. Ubi magna clemētia diuini=
tatis asseritur: quia nullis humanis meritis potuit con=
tingere: vt natura mortalis tam ingentibus eleuata
ꝓbetur esse miraculis. Misericordiā vero dicit: quia
carnē est dignatus assumere: per quā humano generi
auctor piissimus subueniret. Sequitur. Libera me: a
passione seuissima vtiqꝫ iudeorū. († Quoniā egenus Al. Quia
et pauper ego sum: ⁊ cor meū conturbatū est † in me.) Al. intra
Egenū se dicit ⁊ pauperē humilitate carnis: sicut su= DOG.
perius constat expositū. Audiant pauperes: audiant
egentes: ⁊ gloriosum sibi cognoscāt esse quod dicitur
Christus. Cor deniqꝫ eius potuit cōturbari: cuius ca=
ro ꝓ nobis cognoscebatur extingui: sicut ipse vicina
passione professus est. Tristis est anima mea vsqꝫ ad Matth. 26.
mortē. Que omnia salutari dispositione narrantur: vt
propter hereticos ⁊ perfecta natura hominis in Chri
sto dn̄o valeat ostendi: ⁊ nos quēadmodum supplice=
mus possimus edoceri. (Sicut vmbra cum declinat
ablatus sum: excussus sum sicut locusta.) Hic facili=
tatem persecutionis ostendit: quia tanta celeritate de
medio discipulorū raptus est a turba iudeorū: quanta
solet velocitate vmbra noctis solis lumine veniente
discedere. Excussus est autē sicut locusta: dum perse=
cutionibꝰ crebris loca videbatur mutare diuersa: scilꝫ
quando de Nazareth venit ad Capharnaum: de Ca=
pharnaū in Bethsaida: de Bethsaida in Hierusalē:
que loca prospiciendo magis peccatoribus circuibat
ne scelus suū populus persecutor impleret. Locusta
enim manus apprehendentis euitans quibusdā salti=
bus euolat. Cui se et propter paruitatē comparat: et
propter celeritatē discessionis associat: quod humili=
tati esse non potest iudeoꝝ: qui se etiā vermibus com
parauit dicendo. Ego autē sum vermis et non homo. Ps. 21.
(Genua mea infirmata sunt † pre ieiunio: et caro mea Al. a
immutata est propter oleū.) Dum euangelio teste do= Matth. 4.
ceatur. 40. diebus: ⁊. 40. noctibus Christū dn̄m ieiu=
nasse: genua tamē eius infirmata esse nō legimus: sed
tm̄ esurisse declaratur. Unde si hāc esuriem ad genua
referas: id est corporis stabilitatē: quibꝰ semꝑ insisti=
mus: potest cōgruenter aptari minusue. Si hoc scru=
pulū mouet: melius genua ad ipsius mēbra referātur:
que reuera infirmata sunt: quando apostoli eius pas=
sione dispersi sunt. Quid enim plus esse potuit infir=
mius: qꝫ vt Petrus negaret: ⁊ reliqua fideliū turba la=
titaret? Sequitur. Et caro mea immutata est propter
oleum. Oleū hic significat gratiā diuinā: sicut in. 44.

Ps̄.44. psalmo de ipso iam dictũ est. Propterea vnxit te deus
deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ipsa est
enim gratia: que carnis infirmitatẽ in immortalitatis
gloriã cõmutauit. Quod etiã membris Christi haud
improbe videt aptari. (Et ego factus sum opprobriũ
illis: viderunt me ⁊ mouerũt capita sua.) Illa tangit
que plebs erat iudeorũ sub detractione dictura: sicut
Matth.12. ait in euangelio. In Beelzebub principe demoniorũ
Luc.4. eijcit demonia. Et alio loco. Nonne hic est filius Io=
Matth.27. seph fabri? Et iterũ dicunt. Vah qui destruit templũ
dei: ⁊ in triduum reedificat illud: ⁊ cetera que insanis
quidem mẽtibus videbantur opprobria: sed ipsa fue=
runt que nobis probata sunt cõferre medicinã. Moue
rũt autẽ capita: ad ꝯsuetudinẽ pertinet nimis irascen=
tium. Nam quotiens furore succendimur: turbulenta
cõmotione capitis cõminamur. (Adiuua me dñe deꝰ
meus: saluũ me fac propter misericordiã tuã.) Adiu=
uari se suscepta deprecatur infirmitas. Ipse enim mi=
sericordiã petit: q̇ et auxiliũ tribuit. Rogat vt homo:
prestat vt deus: quod nullũ potest confundere q̇ duas
naturas in dño Christo salutariter confitetur. Innu=
merabilia enim talia reperiunt: que nequeunt alia ra=
tione cõstare. (Vt sciant quia manus tua hec: ⁊ tu dñe
fecisti eam.) Ne sibi iudaicus populus arrogaret po=
testate propria persecutũ dñm saluatorẽ: per id quod
passus est dicit ad patrẽ: sciant homines hanc dispen=
sationẽ a te dñe fuisse preparatam: ne applicent stul=
tis viribus suis: quod tu ad salutẽ mundi fieri magna
pietate decreuisti. Vt sciãt: dicit persecutores: q̇ vtiqꝫ
nesciebãt. Ipso enim resurgẽte euidentissime cogno=
uerunt: quia nisi dñs permisisset fieri: nequaq̄ potuis=
set impleri. Sequitur. Quia manus tua hec: id est po
testas: et subaudiendũ / operata est. (Maledicent illi ⁊
tu benedices: qui insurgunt in me ꝯfundentur: seruus
SCHE. autem tuus letabitur.) Per figuram Synchrisin que
in huius psalmi principio posita est. Maledicent illi:
significat eos de quibus Mattheus euangelista dicit
Matth.27. Transeuntes autẽ blasphemabãt eum: mouentes ca=
pita sua. Pater filiũ benedicit: cũ dicit. Et clarificaui
Joan.12. et iterũ clarificabo. Sed vide qui maledicent: qui ple=
ni sunt falsitate: qui crudeliter seuiebãt: qui malũ pro
bono reddere festinabant. Benedicit autẽ pater fons
et origo veritatis: totius auctor bonitatis ⁊ virtutum
omniũ plenitudo. Admirandũ in vtraqꝫ parte preco=
nium: vt ⁊ perfidus populus malediceret: et Christũ
dñm gloria paterna laudaret. Addidit. Qui insurgũt
in me confundentur. Iudei sunt: qui insurrexerũt ad=
uersus dñm saluatorẽ: vt neci eum traderent: qui ad
eos venerat pro sua pietate saluãdos. Isti cõfusi sunt
quando resurrectionis eius miracula cognouerunt.
Sequitur. Seruus aũt tuus letabitur. Agnoscamus
que natura loquitur: que se dicit ⁊ seruũ. Nũquid deꝰ
potest esse cuiq̄ seruus? Sed in hoc seruus est: sicut di
Phil.2. cit apostolꝰ: quia semetipsum exinaniuit: formã serui
Esa.42. accipiens. Sic ⁊ Esaias propheta de Christo dicit.
Ecce seruus meus suscipiã eum: electus meus cõpla=
cuit sibi in illo anima mea ⁊c̄. Desinant ergo heretici
minorem filiũ in deitate sentire: quãdo sic expressam
audiunt humilitatẽ carnis: vt ⁊ nomen ei sit positum
Al. pudore seruitutis. (Induantur qui detrahũt michi † reueren
tia: et operiantur sicut diploide confusione sua.) Hic
quoniã populi interest credituri: oratio potius q̄ ma=
ledictio datur. Nã qui reuerẽtia induitur: iã pene con
uersionis munere gratulatur: vt illũ timeat deũ quem
prius hominẽ credebat esse temnendũ. Diplois: du=
plex genus est pallij. Petit ergo vt vtriusqꝫ legis in=
telligentia vestiantur: qui nunc vtraqꝫ ꝑfidia faciente
nudati sunt. Cõfusio enim iudeorũ est legẽ nõ intelli=
gere: que totiꝰ saluatorẽ dñm p̄cinuit aduenire. Siue
illud genus vult exprimere: qđ solet in ꝓuerbijs dici:
id est ꝯfusionis duplici pallio vestiantur: dũ ante deũ
et homines erubescant. (Confitebor dño nimis in ore
meo: et in medio multoꝝ laudabo eũ.) Hoc dicitur a
parte mẽbroꝝ: qm̄ post resurrectionis manifestationẽ
toto orbe diffusam ipse deprecat: ⁊ ore ecclesie catho=
lice cõfessio patri cõpetens exhibetur. In medio mul
toꝝ: vniuersalẽ designat ecclesiam: que laudes dñi cir
cũiectis adhuc ꝑfidis nõ desinit ꝯfiteri. Quãdiu enĩ
mũdus agitur: ecclesia Christi maledicoꝝ turba pre=
cingitur. († Qui astitit a dextris pauperis: vt saluã fa Al. Quia
ceret a ꝑsequentibꝰ animã meã.) Causam dicit quare
patri in mẽbris suis debeat cõfiteri: scilicet qm̄ cõfu=
sis persecutoribꝰ ipse saluatus est. Superius dixit: a
dextris Iude astare diabolum: qm̄ erat delictoꝝ fece
pollutꝰ: sibi autẽ dicit astitisse a dextris patrẽ: q꞉ pctã
nõ habuit. Sic ⁊ fidelibꝰ assistit: cũ delicta remiserit.
Sequit. Vt saluã faceret a ꝑsequentibus animã meã.
Vtiqꝫ salua facta est a ꝑsequentibꝰ anima eius: quãdo
ꝑsecutoꝝ nequitie nulla prauitate cõsensit. Hoc ⁊ ad
mẽbra eius cõpetenter optatur: qui nesciunt ꝑsecuto=
ribus cedere: q̄uis diuersis cruciatibꝰ affligant. Non
enim salua fit aĩa quando a tẽporali morte subducit:
sed quãdo ab huius seculi carcere ꝓsperrima dissolu=
tione liberat: sicut dicit apl's. Cõpellor autẽ ex duobꝰ Phil.1.
desideriũ habens dissolui ⁊ esse cũ Christo: multoma
gis melius: permanere aũt in carne necessariũ ꝓpter
vos. Et alibi. Quis me liberabit de corpore mortis Rom.7.
huius? Gratia dei ꝑ Iesum Christũ. Conclusio.

Quintus iste psalmus est eorũ qui predictis re=
gulis latius de dñi passiõe locuti sunt:
id est vicesimusprimus: tricesimusquartus: quinqua=
gesimusquartus: sexagesimusoctauus: ⁊ p̄sens cente=
simusoctauus. Primo inchoauerũt oẽs ex ꝑsona dñi
Christi. Scđo ab oratione ꝓbantur fecisse sermonẽ.
Tertio passionis dñice gesta dixerũt. Quarto verbis
euãgelij assona veritate ꝯsentiũt. Quinto in spe fide=
liũ magna exultatione finiti sunt: vt mystico huic nu=
mero q̇ quinqꝫ virginibꝰ datus est: quinqꝫ libris a scri=
ptus est: dignitas se p̄sentis psalmi sociata ꝯiũgeret.
Sed q̄uis ⁊ illa sint salutis nostre magna miracula:
nichil tamẽ euidẽtius: nichil acceptiꝰ est: q̄ incarnati
dñi adorandã suscipere passionẽ. Omnia ꝯgruũt: oĩa
sibi lucida parilitate respondẽt. Virgo peperit: mes=
sias venit: agnus ĩmaculatus occisus est: redẽptor sur
rexit a mortuis: orbis audita credidit: ⁊ adhuc iudeus
simulat se nescisse / qđ totus mundus agnouit. Presta
dñe obstinatis cõuersionẽ: lumen obscuris: incredulis
fidẽ: vt ꝓ quibus in cruce positus orasti: periclitantibꝰ
subuenire digneris. Nam quibꝰ iusta suadere nõ pos=
sumus: recte pro illis tibi dñe supplicamus.

¶ Explicit expositio in psalmum.108.

¶ Psalmus Dauid. Cix.

DIxit dominus dño meo: sede
a dextris meis. Donec ponã
inimicos tuos: scabellũ pedũ
tuorũ. Virgam virtutis tue
emittet dñs ex syon: dñare in
medio inimicorũ tuoꝝ. Tecũ

principium in die virtutis tue: in splendori=
bus sanctoꝝ: ex vtero ante luciferũ genui te.
Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ: tu es sacer=
dos in eternũ ſm ordinē melchisedech. Dñs
a dextris tuis: confregit in die ire sue reges.
Judicabit in natiōibus implebit ruinas: cō=
quassabit capita in terra multoꝝ. De torren
te in via bibit: propterea exaltabit caput.

VErba quidē ista notissima sunt: q̄ velut
ꝑ scripto regali ꝑnotata foribus affigũ
tur. Sed iste titulus non dicit lege ⁊ re=
cede: sꝫ lege et accede. Quapropter ma
gnalia dñi venerāter intremus: qꝛ omi=
no psalmus hic ⁊ de sacra incarnatione
dñi: ⁊ de omnipotēti eiꝰ deitate plenissime / breuiterq̄
dicturus est: vt in quibusdā locis simili altitudine / vel
decore initio illius euangelij eructuatus esse videat᷑:
Joan.1. vbi ait: In principio erat verbũ: ⁊ verbum erat apud
deũ: ⁊ deus erat verbũ. Quapropter (vt ita dixerim)
est quidā sol fidei nostre / speculum celestis arcani / ar
mariũ sanctarũ scripturaꝝ: vbi totũ summatim dicit᷑
quod vtriusq̄ testamenti predicatione narrat᷑. Qua=
propter amādo tenēdus est cuius dulcedo crescit ad
meritũ: quod ⁊ compendiosa breuitate colligit᷑. Nũc
diuisionem ipsius: qm̄ est personarũ varietate distin=
ctus audiamus intrepidi. Diuisio.

SAnctissimus ꝓpheta in secretũ altissime
cōtemplationis euectus. In primo versu
inestimabilia verba refert: que omnipo=
tens pater omnipotenti ⁊ coeterno sibi fi
lio dixerit / naturā simul deitatis ⁊ huma=
nitatis ostendēs. Nam cum ꝓnunciat Dixit dñs dño
meo: naturā eius deitatis ostēdit. Cum subiungit Se
de a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabel=
lum pedũ tuorũ: ⁊ virgam virtutis tue emittet dñs ex
syon: ⁊ dominaberis in medio inimicorũ tuoꝝ: huma
nitatis eius substātia declarat᷑: que potuit qđ non ha=
bebat accipere. In secūda vero diuisiōe inchoat pa=
ter naturā eius diuinitatis ꝓ modulo nostre capaci=
tatis aliquatenꝰ indicare. Dicit em̄ Tecũ principium
in die virtutis tue: in splēdoribus sanctoꝝ ex vtero an
te luciferꝝ genui te. Tertio loco ꝓpheta reloquit᷑ vsq̄
ad finē: formā iterũ eius humanitatis ostendēs: cũ di
cit: Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ ⁊c̃. vt in his capi=
tibus: verbum caro factũ: qđ est dñs Christus: tripli=
ci illuminatione potuisset agnosci. Expositio.

DIxit dñs dño meo: sede a dextris meis.
Donec ponā inimicos tuos: scabellũ pe=
dũ tuoꝝ.) Congruũ videt᷑ primũ figuram
ponere: per quā initia huiꝰ psalmi intrin=
SCHE. secus possimus intēdere. Ideo figura est
que latine dicit᷑ species: per quā res inuisibiles cernē
de sensibus offerũt᷑. Ait em̄: Dixit dñs dño meo: sede
a dextris meis. Una deitas / vna potestas / vna eter=
nitas. Pater dicit ad filiũ qđ nec ille ore ꝓtulit / nec il
le auribus intētus audiuit. Uult em̄ pater / et nouit fi=
lius: vult filius / ⁊ nouit pater. Sed nec ipsa voluntas
nobis cōprehensibilis est: nec ipsa notio humanis sen
sibus potest apparere. Merito ergo ad nostrā cōsue=
tudinē descēsum est: quatenus imbecilla instrueretur
humanitas: qñ vsq̄ ad illā secretā integritatē homi=
nũ non poterat cogitatio peruenire. Dñs dño: his no
minibus equalitas substātie / ⁊ virtutis potētia decla

rat᷑. Geminatio siquidē ista vnius nominis ⁊ ꝑsonas
cōpetenter expressit: ⁊ vnam naturā deitatis euidē=
ter ostēdit. Nec moueat qđ nōnunq̄ Jesus Christus
ipse dicit᷑ et filius: ipse ⁊ Dñs Dauid. Nam si causas
discutias: vtraq̄ verissima sunt. Filius ſm carnis ori=
ginē: sicut in initio Matthei scriptuꝫ est. Liber gene=
ratiōis Jesu Christi filij Dauid. Et alibi clamatur a Mat.1.
Cecis: Fili Dauid miserere nobis. Hic aũt dñs dici=
tur Dauid ſm deitatem qua creator est ipius. Quod Ibidem.20.
etiā in hac nostra cōuersatione hodieq̄ cōtingit: vt fi
lius episcopus factus patris sui pater vocet᷑: non na=
scendi ordine / sed honore. Illud em̄ quod natũ est ex
semine Dauid sic honoratum / sic magnificatũ est: vt
esset idem ⁊ dñs Dauid ⁊ filius. Sequit᷑: Sede a de=
xtris meis. Uictori filio ⁊ per sanctā incarnationē to=
tius mũdi triumphatori / post resurrectionis gloriam
honorabilis cōsessus offertur: vt per hunc situm susce
pte humanitatis gloria declaret᷑. Nam verbũ hoc il=
lud designat vt caput nostrũ ad patris cognosceretur
dexterā collocatũ: in qua parte ponendi sunt q̇ a per=
fidis diuinitatis munere segregāt᷑. Propter illud Pa Joan.17.
ter volo: vt vbi sum ego / ibi sint ⁊ hi mecũ. Nam si na
turaꝫ deitatis excogites: quē locũ potest habere par=
tis sinistre / vel dextre qui omnia vbiq̄ plenissima ma
iestate cōplectitur? Nam quod dicit filio dexterā da=
tam: non vt maiorē quisq̄ credere debuisset: sed ne ar
riani minorē (sicut predicant) cōcepto scelere menti=
rent᷑. Adiecit Donec ponā inimicos tuos scabellũ pe
dũ tuoꝝ. Scabellum dictũ est ab eo quod scandat᷑: id ETY.
est ascendat᷑. Et cōsidera qđ hic donec finitũ ꝓ infini=
to sit positũ: quasi vero ad dexteraꝫ patris non est ille
sessurus: postq̄ inimici ipius vt scabellũ pedibus eius
fuerint inclinati. Usus em̄ scripture diuine est: verbũ
istud ⁊ ꝓ breui tēpore dicere / ⁊ ꝑ eternitate deprome
re. Temporaliter: vt est illud Isaie: Claude ostiũ tuũ Isa.26.
pusillũ: donec trāseat ira dñi. Donec aũt ⁊ alibi (sicut
hic) significat tēpus eternũ. Nā sic in.122. psalmo di= Ps̄.122.
cturus est. Ita oculi nostri ad dñm deũ nostrũ: donec
misereat᷑ nobis. Et in euangelio similiter dictũ est de Mat.1.
Joseph. Nō cognouit eam donec peperit filiuꝫ suum
primogenitũ: quasi vero post partuꝫ eam cognouerit
que virgo ꝑmansit. Hoc etiam suo loco repetita cura IDI.
tractauimus: qđ idioma: id est ꝓprium scripture diui
ne possumꝰ nũcupare. Pedes autē dñi stabilitas eter
na significat᷑: vbi ille tanq̄ vestigijs positis om̄ipotē=
tie sue virtute cōsistit. His pedibus cōstat esse subdē
dos: qui quotidie vitioꝝ cōtrarietate derelicta reuer=
tunt᷑ ad dñm: ⁊ tanq̄ scabellũ pedibus: ita eius predi
catiōibus inclinant᷑. O beatũ scamnũ qđ pedibꝰ san=
ctis apponit᷑: supra oia regna euehit᷑: cui subiectio tā=
ta prestat᷑. Nā cũ sedenti ad dexterā scabellũ subdit᷑ /
sine dubio de illis inimicis dicit᷑: qui cōuersi ad dexte
rā collocant᷑. (Uirgā virtutis tue emittet dñs ex sion:
† dominaberis in medio inimicorũ tuoꝝ.) Et hũc ver Al. domina=
sum ꝓpheta loquit᷑ ex ꝑsona sua: laudē in eo offerens re.
dño christo. Uirga virtutis est sceptrũ regie potesta=
tis: qua sustentant᷑ fideles / affligũtur increduli / terrē=
tur ingrati. Et vt ostenderet filiũ cuiuslibet rei indigē
tiā nō habere. Tue dixit: qꝛ potestas illa deitatis sue
ꝓpria atq̄ eterna est. Sed vt hoc manifestius possis
aduertere: addidit hāc virgā emittet dñs ex sion: qui
est vtiq̄ omnipotēs pater. Dñs aũt ex sion dicit᷑ / ⁊ fi=
lius: sicut Isaias dicit: Quia de sion exibit lex: ⁊ ver= Isa.2.
bũ dñi de hierusalē. Audiat hereticus patrē loqui de
potestate et maiestate filij: quo iā dicēte possit imbui

ſi nec ipi credat auctori. Addidit Et dñaberis in me-
dio inimicorũ tuorũ. Expoſuit emiſſa virtutis virga
quid faciet: ſcilicet vt dñeris in medio inimicorũ tuorũ.
Conſidera clementiſſimũ verbũ: vt hic chriſtũ ſupra
inimicos dñari dixerit nõ vindicare: qr tũc illis domi
naẜ/qñ ad ipſum delinquentiũ turba cõuertiẜ. Aliter
eñ dominaẜ fidelib9: aliter regnat ingratis. Iſtos be
neficijs ⁊ correctiõe educat: illos vindicte diſtrictiõe
ꝑcellit. In medio aũt dixit in anima: in precordijs vbi
dñs requieſcit emundatis ſordibus vtiq peccatorũ.
Siue chriſtũ dominari dicit in eccleſia: que eſt inter
hereticorũ ac ſuperſtitionũ rabiẽ in iſto ſeculo cõſti-
tuta. Hacten9 de natura deitatis ⁊ humanitatis eius
ꝓpheta loqut9 eſt: nũc ſecũde partis diſcutiamus ini
tiũ. [Tecũ principiũ in die virtutis tue: in ſplendori-
bus ſctõꝝ.] Venit ad ſecundũ caput: vbi ꝑ hos duos
verſus verba patris accipiẽda ſunt: vt fas fuit de ge-
neratiõe filij ſctã locuturus. Nã vt coeternitatẽ eius
euidẽter oſtẽderet: dicit oĩpotens pater de oĩpotente
filio ſuo Tecũ principiũ in die virtutis tue. Nã ⁊ ipſe
Joan.1. pater ꝑncipiũ eſt: vt eſt illud In ꝑncipio erat verbũ.
Ibi eñ patrẽ deſignat eſſe ꝑncipiũ vbi erat ꝟbũ. Fi-
Joan.8. lius quoq in euãgelio principiũ declaraẜ: dũ ait Ego
ſum principiũ: ꝓpter quod ⁊ loquor vobis. Verũ non
duo principia: ſed ſicut vnus de9: ita ⁊ vnũ cõſtat eſſe
principiũ. Hoc etiã ⁊ de ſpũ ſancto cõſtat ſine dubio
Geñ.1. ſentiendũ. Nã cũ de ꝑncipio loquereẜ: ſubiũxit Et ſpi
ritus dei ferebatur ſuper aquas. Sed hic ſancti quẽ-
admodũ ſit ꝑncipiũ: in ꝑncipio nequeũt intueri. Nã
Joan.14. cũ filiũ viderit Philippus: dixit Oſtẽde nobis patrẽ.
Quibus ait integritas: Qui me videt/videt ⁊ patrẽ.
Tũc eñ qñ per gratiã dñi pleniſſimo ceperint ſplen-
dore radiari: vidẽt principiũ chriſtũ in principio eſſe
patre cuz ſancto ſpũ. Quapropter ꝑfidia deſinat ar-
riana cõſurgere. Ideo eñ ꝑncipiũ pater ⁊ fili9 diciẜ:
vt eorũ coeternitas declareẜ. Nã ſi eſſet tẽpus qñ nõ
erat filius: ſol9 pater dici potuit eſſe ꝑncipiũ. Sequiẜ
In die virtutis tue: in ſplẽdoribus ſanctorũ. Reſpice
ſingula verba quã vim habeãt/quem honorẽ. In die
ſignificat eternitatẽ: vbi vn9 eſt dies: vbi iã a beatis
claritas et virtus diuina cõſpiciẜ: de quo ſcriptum eſt
Mat.5. Beati mũdo corde: qm̃ ipi deũ videbũt. Et de impijs
legiẜ: Tollaẜ impius ne videat gloriã dei. Oñes eñ
videbũt filiũ hominis iudicare viuos ⁊ mortuos: ſed
deitatẽ ipſius ſoli beatiſſimi cõtuenẜ. Vbi ſunt illi qui
etiã nũc duas naturas in chriſto dño minime cõfiten
tur? Peccator videt humanitatẽ: beatus conſpicit ſi-
mul ⁊ deitatẽ. Qꝫ ſi vna eſſet (vt confingunt natura)
nõ poterãt pctõres carnẽ quã cõpunxerũt in reſurre-
ctiõe ſolã reſpicere: ⁊ deitatẽ ipius pariter nõ videre.
Splendores aũt ſanctorũ ſunt: qñ in reſurrectiõe lu-
cebunt ſicut angeli dei: ⁊ ita purificati atq perſpicui
erũt/vt illã maieſtatẽ queãt cordis oculis intueri. Il
lud eñ lumẽ niſi in meli9 immutati videre nõ poſſunt
1.Coꝛ.15. ſicut dicit apl's. Oẽs reſurgemus: ſed nõ oẽs immu-
tabimur. [Ex vtero ante luciferũ genui te.] Poſtq di
xit in ſplẽdorib9 ſanctorũ filiũ eſſe genitũ: nũc de eius
ſancta generatiõe dictur9 eſt: q̃ licet ſit inenarrabilis
aliqua tñ cõmemoratione ꝑſtringiẜ. Narratio ineffa-
bilis: intellect9 incõprehẽſibilis: cogitatio ſupra crea
turarũ oĩm vires: que angelorũ quoq ſuperat ſenſuz:
⁊ tñ nobis ſe ꝓut cape potuiſſemus indulgẽs. Deus
eñ eternus atq incõmutabilis in ſua natura perma-
nẽs/dignatus eſt aſſumere humanitatẽ noſtrã: vt ve
terem hoiem innouaret: vt de mortali faceret immor

talem: de peccatore iuſtũ: de alienato ſui regni iube-
ret eſſe participẽ: ne imaginẽ ſuã in cõfitẽtibus pate
reẜ perire pius: quã annichilare voluit crudelis inimi
cus. Nũc ad verſus iſti9 exponẽda verba veniamus.
Dicit eñ pater ad filiũ: Ex vtero genui te: id eſt ex ar
cano ſubſtãtie mee: ex ipſa ſcꝫ deitate totum ex toto/
oñipotentẽ de omnipotẽte/ lumẽ ex lumine/ ſummũ
ex ſummo: qd̕ nulla inueſtigatio/nullus ſenſus poſſit
attingere. Nã queẽadmodũ valeat cõprehẽdi: de qua
ſcriptũ eſt Generationẽ ei9 quis enarrabit? Mira bre
uitas/⁊ ſufficiẽs ꝓ noſtra infirmitate menſura: qr nec Iſa.53.
plus poſſumus cape: ⁊ hoc abũde ſufficit vtiq credi-
diſſe. Ante luciferũ cũ dicit: immenſitatẽ eternitatis
oſtendit. Lucifer eñ ꝓ oĩb9 ſtellis poniẜ quaſi a par-
te totũ: q̃ diẽ ſignificat eſſe venturũ. Et vt oñderet in-
cõprehẽſibile neſcio q̃d: dicit pri9 eſſe genitũ anteq il
lud exiſteret qd̕ ſolet venturum diem ſeculo nũciare.
Non eñ poteſt ꝑncipiũ eius cõprehendi a quo cũcta
creata ſunt. Nũc ad tertie partis veniamus initiũ: in
qua iterũ ꝓpheta reloquiẜ [Iurauit dñs ⁊ nõ penite-
bit eũ: tu es ſacerdos in eternũ ſm ordinem melchiſe
dech.] Hic iterũ ꝓpheta (ſicut dictũ eſt) ꝓmiſſionem
memorauit patris. Iurauit eñ filio: ſed iaꝫ chriſto q̃
ex Maria virgine nat9. Nã ſoli ꝟbo q̃d potuit ꝓmit-
tere: qui oĩa cũ ipſo ſemꝑ noſcitur poſſidere? Iurare DEF.
eſt ei aliqd̕ firmũ ſub atteſtatiõe ꝓmittere. Et cui me-
lius cõuenire poterit: niſi illi qui ſermonis ſui effectũ
diuina poteſtate cõpleuit? Sicut apl's dicit in epiſto-
la q̃ ſcribiẜ ad hebreos. Vt oñderet deus pollicitatio Heb.6.
nẽ heredibus immobilitatẽ ꝯſilij ſui interpoſuit iuſiu
randũ: vt ꝑ duas res immobiles q̃bus impoſſibile eſt
mẽtiri/deũ fortiſſimũ ſolaciũ habeamus: q ꝯfugimus
ad tenẽdã ꝓpoſitã ſpeꝫ: quã ſicut anchorã habemus
aĩe tutã ac firmã. Hinc eſt (ſicut iã dictũ eſt) q hoies
iurare merito ꝓhibenẜ: dũ qd̕ efficere nequeũt/teme-
rarie ſub dei atteſtatiõe ꝓmittũt. Iurat aũt ꝑ ſe de9:
ſicut Abrae ꝓmiſit. Viuo ego dicit dñs: qm̃ audiſti vo Geñ.22.
cẽ meã/⁊ non peperciſti filio tuo vnico ꝓpter me: niſi
benedicẽs benedicã te ⁊c̃. Nec penitebit eũ vtiq: qm̃
de tãta ac tali diſpẽſatione cũcta gauiſa ſunt. Legis
etiã Penitet me feciſſe hominẽ: qñ ante diluuij aduẽ Geñ.6.
tũ corda mortaliũ demerſerant in gurgitẽ peccatorũ.
Hoc autẽ diciẜ ꝓ humanitatis cõſuetudine: cui aliter
res q videbaẜ ſperare ſuccedit. Sequiẜ. Tu es ſacer
dos in eternũ ſm ordinem melchiſedech. Hoc etiam
ꝓpheta ꝓmiſiſſe filio cõmemorat patrẽ. Cui eñ po-
teſt veraciter et euidenter aptari: niſi dño ſaluatori q̃
corpus et ſanguinẽ ſuũ in panis ac vini erogatiõe ſa-
lutariter cõſecrauit? Sicut ipſe in euãgelio dicit: Ni- Joan.6.
ſi mãducaueritis carnẽ filij hoĩs/⁊ biberitis eius ſan-
guinẽ: non habebitis vitã eternã. Sed in iſta carne ac
ſanguine nil cruẽtũ: nil corruptibile mens humana cõ
cipiat: ne ſicut dicit apl's: Qui eñ corpus dñi indigne 1.Coꝛ.11.
mãducat/iudiciũ ſibi mãducat: ſed viuificatricẽ ſub-
ſtantiã atq ſalutarẽ/⁊ ipſius verbi ꝓpriam factã: per
quã peccatorũ remiſſio/et eterne vite dona preſtanẜ.
Quẽ ordinẽ per myſticã ſimilitudinẽ Melchiſedech
iuſtiſſimus rex inſtituit: qñ dño panis ⁊ vini fruct9 ob-
tulit. Cõſtat eñ pecudũ victimas periſſe: que fuerũt
falsis numinibus suis membra hominũ inaniter assi-
gnare voluerunt. Nam quid rogo illi opus fuit os qui
loqui non poterat? Quid oculi: qui cõspicere non va-
lebat? Quid aures: qui nõ erat auditurus? Quid na-
res: qui nullatenus fragrantiã sentiebat? Nares autẽ ETY.
a gnaritate dicte sunt: ꝙ nos faciãt odoratꝰ agnosce-
re. Quid manꝰ: qui res palpabiles ignorabat? Quid
pedes: qui se mouere minime preualebat? Et vt tali-
bus rebꝰ augeretur irrisio: addidit vt nec ipsis quoꝙ̃
animalibus ratione carentibꝰ debeant cõparari: quã-
do in gutture suo non habent vel confusum clamorẽ:
quẽ pecora emittere proprijs quibusdã vocibus con-
suerũt. Sequitur sententia que cuncta cõcludat: ⁊ ho
minibus ⁊ pecoribꝰ ideo illos incõparabiles inueniri
quia non est spũs in ore ipsorũ. Voces enim reddere:
siue articulares: siue confusas animantiũ esse nõ du-
bium est: in quibus aptissime longa enumeratio facta
est: ne cito paganorũ opprobria finirentur. (Similes
illis fiant qui faciunt ea: et oĩes qui confidũt in eis.)
Audit forsitan paganus et gaudet se suis numinibus
cõparatũ. Sed intelligat quantũ tali patrocinio po-
tuit proficere: vt de rationabili homine vsꝙ̃ ad insen-
sibilia metalla meruerit peruenire. Intelligat culturã
suam in dãnationẽ propriam fuisse cõuersam: ⁊ refu-
giat illud adorare: vnde plectibile iudiciũ cognosci-
tur excepisse. Similes quippe illis fiunt qui sequi ta-
lia decreuerũt. Nec illud omittendum est ꝙ fabrica-
tores ⁊ cultores huius rei vna perculsi probantur esse
sententia. Similis est enim iniquitas alios suis ope-
ribus decipere: ⁊ cultibꝰ se pessimis obligare. De his
etiam dicit apostolus. Qui cõmutauerũt veritatẽ dei Rom. 1.
in mendaciũ: ⁊ coluerunt ⁊ seruierũt creature potius
ꝙ̃ creatori: qui est benedictus in secula. Hic etiã illa
figura cõuenire monstratur: que appellat̃ Sarcosmos SCHE.
id est aduersarij derisio violenta: que ipsas quoꝙ̃ cul-
pas penetrare dinoscitur. (Domus israel sperauit in
dño: adiutor eorꝫ ⁊ protector eorꝫ est.) Dãnatis iniqui
tatibus perfidorũ: ad celebranda preconia dñi letus
accedit. Domus israel: ecclesiã cognoscitur fidelium
significare populorꝫ. Ipsa enim sperat in dño: q̃ mun
dana desideria semper abijciens: sola ipsius delecta-
tione ꝑfruitur. Et quid ei proueniat: cõsequẽter expo
nit. Adiutor enim ⁊ ꝓtector eius: quia carne laboran
tes in hoc mũdo: inquantũ vtile nouit adiuuat. Pro-
tector: qm̃ animas sanctas nulla sinit diabolica frau-
de subuerti. (Domus aaron sperauit in dño: adiutor
eorũ ⁊ ꝓtector eorꝫ est.) Quod priore ꝟsu generaliter
dixit: hoc nunc de sacerdotibus decora iteratione re-
texuit: vt excelsus ordo põtificũ nõ in generali cõme-
moratione sed speciali preconio laudaret̃. Aaron eñ
in populo iudeorꝫ primus sacerdos electus est: cuius
cõmemoratione merito ordo ipse declaratur. (Qui ti
ment dñm sperauerũt in dño: adiutor eorũ et ꝓtector
eorꝫ est.) Exponit quod superius dixit. Domus israel
et domus aaron. Ipsi sunt enim qui timent dominũ:
et sperant in dño. Duo enim ista sunt: que beatos fa-
ciunt ⁊ felices: quos cõsequitur quod superius dixit:
vt eis ⁊ adiutor sit dñs ⁊ protector. (Dñs memor fuit
nostri: ⁊ bñdixit † nos. Benedixit † domũ israel: bñdi Al. nobis

Al. domui bñdixit † domũ aaron.) Hec eadez pulchra varietate
congeminat: vt bñdictionẽ dñi prestari talibus incul-
cata ratione crederemus. Nam cũ dicit: Memor fuit
nostri: gratiam diuine pietatis ostendit. Quibus eñ
meritis debebat vt christus dñs adueniret: qui ⁊ errã
tes populos doceret: ⁊ cõuersos sua benedictiõe sal-
uaret? Benedixit eñ domũ israel de sancte marie vir
ginitate nascendo. Benedixit quoqꝫ domũ aaron: sa
cerdotij honore precinctus: sicut de ipso in alio psal-
mo dictũ est: Tu es sacerdos in eternuz ẜm ordinem
Ps. 109. melchisedech. (Benedixit † omes timentes dñm † pu
Al. oibus sillos cũ maioribus.) Post speciales enumerationes
qtiment. ad benedictionẽ generalitatis ascẽdit: vbi simul oẽs
Al. pusillis benedicũtur qui seruire dño pura mente delegerunt.
Hoc eñ fecit in piscatoribꝰ: hoc fecit in regibus: nec
vllũ genus hominũ ei credens ꝓbat exceptum: quod
sit ab eius muneribus alienũ. Que figura dicit Ana-
SCHE. cephaleosis: id est recapitulatio: que fit qñ ea que su-
perius dicta sunt latius breuiter in memoriaz postea
reuocant. (Adijciat dñs super vos: sup vos/ ⁊ super fi
lios vestros.) Adijciat/ duplici modo videt intelligi:
siue benedictionẽ quaz in hoc seculo sanctis suis dñs
ꝓ parte cõcedit: siue adijciat numero vestro populos
fideles. Quod ⁊ nostris tẽporibus facit: ⁊ vsqꝫ ad fi-
nẽ seculi nõ desinit opari: vt de gẽtibus ecclesia pre-
destinata in vnũ gregem redacta cõgaudeat: ⁊ vnius
pastoris glorioso regimine perfruat. (Benedicti vos
a dño qui fecit celũ ⁊ terrã.) Cum superius optauerit
ꝓpheta vt benedicerent fideles: iam ipsa predestina
tione cõfisus benedictos dicit esse iustissimos. Et vi-
de genus benedictiõis. Dño posuit: qꝛ ipsa est ꝑfecta
beatitudo nõ sibi quenqꝫ preparari/ sed dño. Hoc eñ
verbo ⁊ fidelium corda roborant: ⁊ futura beatitudo
vñ ꝑuenire possit ostendit. Qui fecit celũ ⁊ terrã: siue
verbũ significat: cuius opationis oñis creatura ꝑfe-
cta: siue pusillos ⁊ maiores quos supius dixit: ꝙ eius
misericordia ad catholice religiõis gaudia peruene-
rũt. (Celũ celi dño: terram autẽ dedit filijs hominũ.)
Cum iusti celum dicant: dñs christus celũ celorũ con
uenienter accipit: sicut sanctus sanctorũ/ deus deorũ
et cetera que in hũc modũ granditer efferũtur. Celũ
ETY. autẽ dictũ est: quod intra se celet vniuersa. Cum eñ
celum datũ sit celoꝝ dño: sicut in. 67. psalmo legitur.
Ps. 67. Qui ascendit super celos celorũ ab oriente: terra est
hominũ filijs attributa: vbi se per gratiaz dñi multi-
plici colluctatione purificent: ⁊ ad eternam vitam ex
istius mũdi agone ꝑueniant. Dedit autem/ ad huma-
nitatẽ pertinet incarnationis. Nam verbo quid dari
potuit: qui cũ patre ⁊ spiritu sancto semꝑ cũcta posse
dit ⁊ possidet? (Nõ mortui laudabũt te dñe: neqꝫ oẽs
qui descendũt in infernum.) Mortuos hic illos dicit
qui perpetuis cruciatibus affligendi sunt. Eorum vo
ces non suscipit dñs: quia beati tñ sunt qui eius pre-
Eccli. 17. conia personabunt: sicut Salomon dicit: A mortuo
quasi ex eo qui non est perijt confessio. Et paulopost.
Nos autem viuentes ⁊ sani laudamus nomen tuum
Dicendo autẽ: Neqꝫ omnes qui descendunt in infer-
num: ostendit ⁊ sanctos ad inferna quidem descende
re: sed in dñi exultatione gaudere. Mori eniz iustis ⁊
peccatoribus ꝓbatur esse cõmune: sed nimis longa
Ps. 85. discretione separantur: sicut in. 85. psalmo dictuz est:
Et eripuisti animã meaz ex inferno inferiori. (Sz nos
Al. dño qui viuimus benedicimus † dñm: ex hoc nunc et vsqꝫ
in seculum.) Exposita parte damnatoruz: aptum fuit
vt pulchritudinẽ psalmi beatoꝝ bona concluderent.

Viuorum enim est dñs non mortuorũ: sicut in euãge-
lio legitur. Non est eñ deus mortuorũ/ sed viuorum. Mar. 12.
Viuorũ autem accipiendum est: non ista vita viuen-
tium: quã cõmunem sanctis constat esse cum impijs:
sed illa de qua in alio psalmo legitur Placebo dño in Ps. 114.
regione viuorum. Et ne ad terrena bona mens huma DOS.
na descenderet/ ad illa celestia congruenter ascendit
que nec in laudibus possint habere terminum: nec in
premijs sustinere ꝓbantur occasum. Conclusio.

Luxerunt nobis quasi granati mali minuta pul
cherrima: que hystorie corio reuela-
ta dulcissima mella sudauerunt. Quot eñ versus/ tot
gratie: quot verba/ tot poma sunt anime. Monemur
eñ ꝑ similitudines veteris populi huius mundi: qua-
si egyptiacam dominationẽ relinquere: vt possimus
ad terram ꝓmissionis baptismatis itinere peruenire.
Festinemus intrepidi: aduentu dñi aduersitates no-
stre solute sunt. Mare fugit: iordanis retro timore cõ
uersus est: simulachra gẽtium quasi metalla insensa-
ta cõtenta sunt. Dñi autẽ nostri gloria vbiqꝫ colitur/
vbiqꝫ predicatur. Et ideo iuuante deo psalmorũ vir-
tutes studiosissime perquiramus: quoniam se ⁊ fide-
libus aperiunt/ ⁊ incredulis semper abscondunt.

¶ Explicit expositio in psalmum. 113.

¶ Alleluia. cxiiij.

Dilexi: qm̃ exaudiet dñs vocẽ
orationis mee. Quia inclina
uit aurem suã michi: ⁊ in die-
bus meis inuocabo. Circũde
derunt me dolores mortis: et
ꝑicula inferni inuenerũt me.
Tribulationem ⁊ dolorem inueni: et nomen
dñi inuocaui. O dñe libera animã meam: mi
sericors dñs ⁊ iustus: ⁊ deus noster miseret.
Custodiẽs paruulos dñs humiliatus sum: ⁊
liberauit me. Cõuertere aĩa mea ĩ requiẽ tuã
qꝛ dñs benefecit tibi. Qꝛ eripuit aĩam meã
de morte: oculos meos a lachrymis: pedes
meos a lapsu. Placebo dño ĩ regiõe viuorũ.

Excitat nos de somno huius seculi sollẽ-
nis ac vera cõmonitio: ⁊ velut quidã spi
ritualis gallus ad operã nos cogit veni-
re fideliũ. Audiamus sanctã vocẽ: piũm
sequamur imperiũ. Laudatio eñ dñi di
gnitas operum/ ⁊ preciũ est laborũ: quando nec sua-
uius quicqꝫ potest dici/ nec salubriꝰ actitari. Diuisio.

Liberatus ꝓpheta de ꝓfunda fouea pec-
catorũ etiã in illa petra misericordie con
stitutus. Primo mẽbro gratias agit: qm̃
se exauditũ esse cognoscit: ⁊ cõtra oĩa pe
ricula mortis efficaciter se dñz inuocasse
testat. Secundo iterum clamat ad dñm: vt liberatus
perueniat ad illã requiem sempiternã: quã fidelibus
ꝓmittit dñi munere concedendam. Expositio.

Dilexi qm̃ † exaudiuit dñs vocem oratio- Al. exaudiet
nis mee.) Amorẽ dñi hominibus duobus
ꝑuenire constat articulis. Est vnus quã-
do pro collatis beneficijs/ et ab infideli-
bus diligitur/ atqꝫ laudatur: sicut in alio
psalmo de peccatore legitur. Confitebitur tibi cũ be- Ps. 48.
nefeceris ei. Alter est certissimus atqꝫ ꝑfectus: cum

deuoti animus nulla accidentium maloꝝ aduersitate
deijcitur: sed in miserijs suis spe futuroꝝ in charitate
Rom. 8. dñi semper accēditur: sicut dicit apostolus. Quis nos
separabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia:
an persecutio: an fames: an nuditas? ⁊c̃. Hunc ergo
modũ propheta subter exponit: qm̃ in tribulationibꝰ
et angustijs suis dilexit: quãdo illi tribulationes ⁊ do-
lores prestiterint vt dñm inuocare mereretur. Qua-
propter dauid: nõ in regni amplitudine letus exultat:
non de mundi felicitate gratulatur: quã nouerat tran-
siturã: sed gaudet orationem suã in angustijs a clemē-
tissimo dño fuisse susceptã: quod prodesse sibi perpe-
tue sentiebat. Et vide quo compendio et causam po-
suit: ⁊ rationē cause momentanea celeritate subiũxit.
SCHE. Quod schema dicitur Epitrocasmos: id est dicti ro-
tatio: que breuiter ⁊ succincte ea que sunt dicēda per-
stringit. (Quia inclinauit aurē suam michi: ⁊ in diebꝰ
Al. nõ hz. meis inuocabo † eũ.) Auris: sicut iam dictũ est: appel
ETY. lata est ab auditu: quam merito ad nos inclinare dicit
deus: quia vt nos dignetur audire: nulla ad ipsum hu-
mana merita videntur attingere. Quod factum in ad-
uentu dñi veritatis ipsius tradit auctoritas: quando
mundi sceleribus miseratus medicinã beate incarna-
tionis attribuit. Et qm̃ eius circa se vberrimã ceperat
sentire pietatem: in diebus suis cũ multis tribulatio-
nibus angeretur: sicut inferius dicit: inuocasse se dñm
profitetur. Nostros enim illos dies dicimus: vbi pro-
pria iniquitate peccamꝰ: ⁊ anxios dolores prauis co-
gitationibus sustinemus. Mirabilis sententia: beata
vicissitudo: ⁊ fidelem semper beneficia querere: ⁊ cle-
mentem dñm continua benignitate prestare. (Circũ-
dederunt me dolores mortis: pericula inferni inue-
nerunt me.) Causas adhuc reddit aptissimas: cur vir
sanctus dilexerit dñm: nõ illas in quibus se amari pu-
tat humanitas: si inflatis honoribus euehatur: si diui-
tiarum mole grandescat: sed ideo se dicit diuina gra-
tia visitatum: quia doloribus et periculis probabatur
affectus: merito quando ista perducunt ad gloriã: illa
precipitant ad ruinã. Et inspice verba simplicia ma-
gis sensibus esse farcita. Circũdatum se dicit dolori-
bus: ⁊ ne putares mediocres: addidit mortis. Adiecit
etiam: Inferni pericula: que constat tormentis oĩbus
esse grauiora. Sequitur quoq;. Inuenerunt me: quasi
inopinatum: quasi securum: quasi a dñi defensione se-
positum: vt facile potuerit capi: quē a tanto contige-
rat munimine segregari. (Tribulationem et dolorem
inueni: et nomen dñi inuocaui.) Audis tribulationē ⁊
dolorem: ⁊ fortassis offenderis: sed quas diuitias ge-
rat intrinsecus thesaurus iste cognosce. He sunt tri-
bulationes que ad dñm exclamare fecerunt. Hi dolo-
res qui medicinaliter corda punxerũt: vt ad verũ me-
dicum clamaret egrotus: vnde venire indubitatũ cõ-
stat auxilium. Et inspice: quid mutata hec verba par-
turiant. Superius vbi captus est: a doloribus inuen-
tũ se dicit: hic vbi remediũ repperit: inuenisse se ipsos
dolores asseruit. Ille enim causas calamitatis sue co-
gnoscit: qui se afflictum vt cõuertatur intelligit. Nam
et medicus tũc queritur: quãdo viscera humana mor-
bus aliquis grauare sentitur. Sequitur. Et nomē dñi
inuocaui: quo prestante et dolor ⁊ tribulatio celeriter
vinceretur. (O dñe libera animã meã: misericors dñs
Al. misereť et iustus: ⁊ deꝰ noster † miserebitur.) Enumeratis pas
sionibus suis: propheta venit ad secũdũ membrũ: vbi
exclamat ad dñm: vt anima eius a peccatorũ profun-
ditate liberetur: sicut apostolus dicit. Quis me libe-
rabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Jesum Rom. 7.
christũ dñm nostrũ. Que figura dicitur Prophonesis SCHE.
latine exclamatio: quotiēs inter alia que loquimur: ad
deum subito verba cõuertimus. Quapropter tribula
tiones nostras ⁊ dolores diligentissime diuino mune-
re perscrutemur. Latent enim altius: et plerũq; seculi
delectationes velate sopiuntur: quas nisi diuino adiu-
torio queramus intrinsecus: vocē istam salutarē eru-
ctuare non possumus. Nam cum dicit. Libera animã
meã: cõfitetur eã sine dño semꝑ esse captiuã. Sequi-
tur. Misericors dñs ⁊ iustus: ⁊ deus noster miserebiť.
In superiori comate liberari petijt aĩam suã: hic aũt
promittit dñm misericordē ⁊ iustum: vt nec ipse in illa
petitione dubitasse videretur: nec alios faceret anxia
volũtate pendere. Misericors: quia illi inclinauit aurē
suam. Justus: qm̃ corripuit peccatorē ad veniã requi-
rendã. Miserebiť: cum recipit filiũ quē flagellat. Unde
cognosce hec tria posita ad fragilitatē humani gene-
ris instruendam: que seculi delectationibus inhiando
asperos putat dolores qui ꝓ salute anime cõferuntur.
(Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum ⁊ libera-
uit me.) In magnã significantiã preposterauit ordinē
quē superius dixit. Liberari enim primo petijt animã
suã: ⁊ postea misericordem dñm generaliter esse pro-
fessus est: nũc autē vniuersaliter paruuloꝝ se dicit esse
custodem: et postea humiliatũ ⁊ liberatũ esse procla-
mat: vt per hunc ordinē rerũ ostenderet quod in euan
gelio legitur: Quis de multis gentibꝰ sit aggregatus:
vnum gregē dñi: ⁊ vnũ illi esse pastorē. Paruuli sunt:
qui sibi certissime videntur exigui: sed sola dñi largi-
tate grandescunt. Et vide quale verbũ est positũ. Cu-
stodiens dixit: tanq; pastor eximius: qui gregē suum
a rapaci lupi incursione defendit. Sed inspice q̃ or-
dinem congruũ seruãs: prius humiliatũ: postea se di-
cit esse liberatũ: vt vulnera dolere non possint que ad
sanitatē celestis medici munere peruenerũt. (Cõuer-
tere anima mea in requiē tuã: quia dñs bñfecit † mi- Al. tibi.
chi.) Cantet hoc anima cũ ꝓpheta: que peregrinatur
a dño. Cantet hoc ouis illa q̃ errauerat: et custodis re-
ferta humeris ad caulas meruit redire pastoris. Can-
tet hoc filius ille: qui mortuus fuerat ⁊ reuixit: perie-
rat et inuentus est. Cantet hoc populus deuotus: qui
precioso sanguine redemptus ad desideratã requiem
peruenire dñi largitate ꝓmeruit. Quapropter animã
suã hortatur propheta vt cõuertať ad dñm: vnde illi ⁊
tranquilla venit requies: ⁊ abolitio peccatorũ. Suam
ergo requiē dicit: que illi data est per grãm: non meri-
toꝝ cõpensatione possessa. Deniq; sic sequitur. Quia
dñs bñfecit michi. (Quia eripuit aĩam meã de morte:
oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.) De-
clarantur cause quare superius dixerit: Quia dñs be-
nefecit michi. Sed hoc intelligamus ꝓsciente virtute
prophetã dicere de futuro: qm̃ adhuc in isto seculo vi-
uentibꝰ cõuenire nõ possunt. Ait enim. Eripuit animã
meã de morte. Anime quippe iustoꝝ cũ de isto seculo
transeũt: ab illa morte liberantur: de qua in euangelio
dictũ est. Sine mortuos sepeliãt mortuos suos. Et cũ Luc. 9.
dicit Eripuit: beneficiũ diuine virtutis ostendit: quia
nisi per eius potentiã non valuisset a morte ꝑpetua li-
berari. Sequitur. Oculos meos a lachrymis. Cessant
vtiq; lachryme sanctoꝝ: qñ iam mors aĩe non ꝓbatur
esse suspecta. Non enim in securitate plangitur: sed in
isto agone vbi calamitas ventura metuitur. Addidit.
Pedes meos a lapsu. Cũ dicit A lapsu. ostēdit lubri-
cũ ⁊ pronũ esse peccatũ. Sed bene illic nõ formidatur

ruina: vbi iam est eterna ꝓsperitas. Nā in isto seculo cōstituti (sicut dictū est) ꝛ morte aīe iusti timent: ꝛ assidue lachrymas fundūt: et pedes suos a lapsu nō credūt vllatenus alienos. Hic eñ colluctatio est: ꝛ ideo cūcta sub metu sunt. Unde intelligimus his trib⁹ periculis subiacere genus humanū: qđ adhuc in istius vite colluctatione versat. Nā vide quid sequit. [Placebo dño in regiōe viuorū]. Perscrutandū est quare dixerit de futuro Placebo dño in regione viuorū: quasi non ꝛ hic in regione mortuorū placeant sancti q̄ sunt iudicis ore laudati: cum ꝛ in Genesi legatur Placuit
Geñ.5. Enoch coram deo: et transtulit illū deus. Job quoqȝ dñi voce laudatus est. Et in euāgelio de Nathanae
Joan.1. le ipse dñs dicit: Ecce vere israelita in quo dolus non est. Sed hic placebo dixit: iam securus: iam q̄ displicere non possim: nec quicqȝ dubium sustinebo: quādo
1.Cor.15. sicut apls dicit: Mors absorpta fuerit in victoriam: ꝛ corruptibile hoc induerit incorruptionem: ꝛ mortale hoc induerit immortalitatē: tūc eñ iusti ita placebūt dño: vt vlterius de peccatorū aduersitate nichil metuant. In regione viuoꝝ dixit: in cōgregatiōe sanctorū: vbi omnis viuēs reuera colligit, ꝛ a morientiū sor
Joan.5. te separatur: sicut in euangelio dñs dicit: Qui credit in me: transiet de morte ad vitam. Conclusio.

Salutaris psalmi isti⁹ intentione retractata: cōtra mundi dolores animi fortitudinē debemus obijcere. Dicamus sicut psalmus inchoat: Dilexi qm̄ exaudiuit dñs vocem deprecationis mee: qꝛ non est pena que ꝓmouet, non est dolor qui ꝑducit ad requiē: nec durus estimandus est fletus qui eterna gaudia subministrat. Intendamus enim nō quod patimur, sed quod speramus: ꝛ tēporale malū sine dubitatione mollescit: cuius ꝓsperrimus intenditur finis. Rogemus ergo omnipotētiā christi: qui hec solus valet inestimabili virtute superare: vt acie malignitatis infracta: nec illa nobis omnino fiant aspera, que nūc videntur austera. Sic enim domino in regione viuorū placebimus: si in hoc seculo mortificare nostra corpora pro ipsius glorie nomine festinemus.

¶Explicit expositio in psalmū. 114.

¶Alleluia. CXV.

Credidi ꝓpter qđ locut⁹ sum ego autē humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo omnis homo mēdax. Quid retribuam dño: pro omībus que retribuit michi. Calicem salutaris accipiam: ꝛ nomen domini inuocabo. Uota mea dño reddam coram omni populo eius: preciosa in cōspectu dñi mors sanctoꝝ eius. O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, ꝛ fili⁹ ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen dñi inuocabo. Uota mea dño reddā in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui hierusalem.

Si debet nobis aliquando laus dñi increscere: ꝛ alleluiatica possum⁹ gaudia fastidire: vox fideliū, sermo beatorū, modulatio sancta canētiū: vnde ꝛ auditus corpore⁹ suauiter delinit: ꝛ aīa fessa celesti delectatione recreatur. Introducenda sunt enī martyrij verba: que ꝛ cōfessione gloriosa viguerunt: ꝛ passione mirabili munera sunt dñi constituta. Diuisio.

Per totū psalmū inuictorū martyrū verba referūtur. Prima positione beneficia dñi cōmemorant: quibus cum hesitarēt quid eis dignum potuisset reddi: occurrit vtiqȝ gloriosus calix ille martyrij: qui tamē dñi largitate prestatur. Secūda: chorus ipse seruū se dñi, et filiū ecclesie catholice ꝑfitetur: ne preter fidelissimos viros deo placitum: hereticoꝝ quoqȝ quispiam putaret esse martyrium. Expositio.

Credidi ꝓpter quod locutus sum: ego autē humiliatus sum nimis.] Martyrū populus ille reuerēdus ordinem veri dogmatis seruās: prius se dicit credidisse, ꝛ postea fuisse ꝓlocuturū: ꝓpter illos. s. destruendos q̄ veraciter nō credētes affectant de eius aliqua ꝑdicare magnalibus. Post verā siquidē fidē sancta debet venire cōfessio: ne illud audiat importunus. Peccatori Ps.49. autē dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? Sequit. Ego aūt humiliatus sum nimis. Ne intelligeres predicatiōes veracissimas humiliatas: que tāto plus enitescūt, quāto amplius persecutorū studio comprimunt, se dicit esse humiliatū: qꝛ (sancta religione crescente) ipsi videbātur penis temporalibus subiacere. [Ego dixi in excessu † mentis mee: omnis homo men Al. meo. dax]. Ne illam veracissimā confessionem quam dño prestāte susceperat: aliquis putaret mortalium viribus applicādam: quid ꝓpriū humanitas habeat ipse ꝑfitetur: omnē hominē. s. esse mendacē. Sed vide ꝙ hanc cōsiderationē non facile potuit inuenire: nisi ad supernā cōtemplationem ꝑ excessum mētis euectus quando aīa corporea sorde purgata, causas rerū manifestis speculationibus intuet. Magna siquidē prudentia gerit: vt sibi aliquis imprudens esse videatur. Nam sicut leues ac fatui se esse veracissimos mētiuntur: ita illuminati mēdaces se esse cognoscunt. Quapropter hec nos regula certa cōstringat: vt quando carnis fragilitate mendaces sumus nostrū esse fateamur: quādo veraces, diuinis munerib⁹ applicemus. Hec autē sentētia ꝑtinet ad figuram Paroemiā: qm̄ SCHE. hoc ꝓuerbium humani sermonis frequentatiōe celebrat. Tale est illud qđ in actibus apostolorū Saulo dictū est. Durū est tibi contra stimulū calcitrare. Re Act.9. uera durū: qm̄ suis nisibus percutit, qui in acutū calces elisisse mōstratur. Notandū vero ꝙ excessus mētis et in malo ponat: sicut est in Paralipomenon. Et dedisti eos in extasi. i. in excessu mētis, ꝛ in cōmotiōe ꝛ in interitu. [Quid retribuā dño ꝓ omnibus que retribuit michi.] Bene dubitauit qd retribuere possit humanitas: q̄ boni ꝓpriū nichil habebat. Nā cū dicit Quid: hesitatio nostra mōstrat. Quid eñ illi ab hoīe potest reddi: dū sup eius nos cōstet munere cōtineri? Merito ergo dubitabat: cui dignū de suo nichil occurreret. Uerū ne oīno redderet sterilis ꝑfusus misericordia dñi: quid retribuat subsequēter exponit. Sȝ istud est magnopere perquirendū qđ dicit deū nobis retribuisse q̄ cōtulit: quasi boni aliquid ei ꝑus dederimus: ꝛ sic ab ipso collata suscepim⁹: cū apls clamet Quid 1.Cor.4. eñ habes qđ nō accepisti? Si aūt accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis? Sȝ retribuere dicimur: qm̄ et bonis bona reddimus, et malis bona prestamus. Dñs eñ retribuit nobis bonū ꝓ malo: vt qđ predicauit verbo, mōstraret exēplo. Ille eñ alapis cesus: ille

iudici tradit⁹: ille flagellis immeritis verberatus/ no-
bis resurrectionis spem tribuit: ⁊ celoꝝ regna ꝓmisit.
[Calicē salutaris accipiam: ⁊ nomen dn̄i inuocabo].
Digna quidē ꝓmissio: sed in humanis viribus ponatᷓ
periculosa presumptio. Quis em̄ potest cōfessoribus
tormentorū patientiam dare: nisi ille qui ꝓ nobis di-
gnatus est calicē passionis accipere? Nam vt hoc im
possibile humane virtuti absolute mōstraret/ secutus
est: Et nomen dn̄i inuocabo. Cuius fretus auxilio cre
debat se cōplere: cui carneam fragilitatē nō putabat
posse sufficere. Pulcherrime vero ac breuiter defini-
ta est martyrū mors/ calix salutaris. Calix: qꝛ sub mē
sura bibitᷓ. Salutaris: qꝛ in eternā salutē (dn̄o prestā-
Matth.20. te) ꝓpinatᷓ. De isto calice dixit ⁊ dn̄s in euāgelio. Po-
R̄. Uota testis bibere calicē quem ego bibiturus sum? [† Pre-
mea dn̄o red ciosa in cōspectu dn̄i mors sanctorū eius]. Bene di-
dam coram citur Preciosa: que dn̄i sanguine noscitᷓ cōparata. Il
omni popu- lius em̄ passione glorificata est: vt in conspectu eius
lo eius. esset eximia. Hāc em̄ cognoscimus dn̄m famulis suis
magna gratie vbertate cōferre: quā ipse est dignatus
assumere. O mors vitalis: O interitus ambigendus:
O transitus gloriosus: que mēbra christi imitatores
sui capitis facis: ⁊ vt sit preciosa/ non diuitijs oblatis
efficitᷓ: sed effusiōe sanguinis cōparatᷓ. [O dn̄e qꝛ ego
seruus tuus: ego seruus tuus/ ⁊ fili⁹ ancille tue. Diru-
pisti vincula mea]. Uenit ad positionē secūdā: vbi mu
nere singulari suscepto exclamat dicens: O dn̄e ego
seru⁹ tuus. Admiratᷓ em̄ se talia beneficia suscepisse:
qualia ipse ꝓ redemptiōe mūdi est dignatus assume-
re. Queadmodū em̄ non miraretᷓ seruus: ⁊ conditio-
ne primi hominis implicatus ad illa venire: que tāta
maiestas dignata est elegisse? Pauor est dicere q̄ be-
neficia suscipiat: q̄ suis actibus meretᷓ offensaꝫ. Nam
vt admirationis istius declararet augmentū: repetit
Ego seruus tuus. Adijcit Et fili⁹ ancille tue: vt humi-
litatē suā triplicatis cōfessionibus indicaret. Fili⁹ au
tē ancille ideo videtᷓ adiectū: vt ecclesiaꝫ catholicam
omnimodis indicaret: que ancilla est dū seruit/ spōsa
dum iungitᷓ. Et ideo cōpetenter aduertimus non esse
martyrū: nisi qd̄ seruus dn̄i/ ei catholice filius meretᷓ
ecclesie: sequitᷓ. Dirupisti vincula mea. Uirtutem hic
martyrij sentimus exponi: cuius impetu triūphali di
rumpuntᷓ omnia vincula peccatoꝝ. Nulla em̄ in homi
ne macula remanere potest: quē pius sanguis ablue-
rit. Notandū aūt ꝙ versus hic tantā virtutē creditus
est habere: vt a nōnullis diceretᷓ posse hoībus pecca-
ta dimitti: si eum in fine vite sue tertia cōfessione con-
R̄. ⁊ nomen geminet. [Tibi sacrificabo hostiā laudis †.] Quia di
domini inuo rupta fuerāt vincula peccatorū: sacrificare se dicit ho
cabo. stiam laudis. Quod sacrificiū nimis dn̄o videtᷓ acce-
Luc.17. ptū. Ipse em̄ in euangelio docet: Decē sanati sunt: et
nō est inuētus q̄ daret gloriā deo: nisi hic Samarita-
nus. Non em̄ iste de illis fuit qui beneficiū dn̄i ingra-
ta taciturnitate presserunt: sed iste accepti boni gra-
Scd̄m aliā tiarū actionem se restituere cōpromittit. [Uota mea
lr̄am iste ver dn̄o reddam †: in atrijs domus dn̄i]. Postq̄ͥ dixerat
siculus sub- oblaturū se hostiam laudis: ne crederetᷓ vbicūq̄ esse
iungitur se- soluendā: dicit In atrijs domus dn̄i: id est in ecclesia
quenti. catholica toto orbe diffusa: qua cōtinentᷓ oēs verissi-
me christiani: nō heretici qui sunt vana prauitate di-
screti. Nā ꝙ dicit Uota mea dn̄o reddam: seipm̄ offer
re videlicet pollicetᷓ. Omniū eniꝫ fidelium votum est
christo se offerre: et in eius ecclesia recta credulitate
consistere. Sed vt agnosceres que esset ista domus
dn̄i: vide quid sequitᷓ. [In cōspectu om̄is populi eius
in medio tui hierusalem]. Ecce instruxit quam domū
dn̄i dixerit superiore versiculo: In cōspectu. s. omnis
populi eius. Dignū em̄ est vt publice debeat laudari
qui pati ꝓ omniū salute dignatus est. Dn̄s em̄ perfe-
ctissime nouit etiaꝫ si in cordis secreto fiat. Sed hoc
ad edificationē populi ꝑtinet: vt bona cōfessio gene-
ralitatis aurib⁹ imbibatᷓ: sicut in euāgelio dicit. Qui Mat.10.
me cōfessus fuerit corā hominibus: confitebor et ego
illuꝫ corā patre meo qui est in celis. Addidit In me-
dio tui hierusalem: vbi pax dn̄i conquiescit: et vnitas
sancti populi dn̄i cōtemplatione letatᷓ. Conclusio.
Psalmus hic magnifico martyrū honore sacra
tus est: qui nobis ⁊ ad exemplum da-
tus/ et ad patrocinia largienda tributus est. Uenere-
mur talium dolores/ huiusmodi penas studio nobis
charitatis optemus: vt si nō meremur tali cōsumma
tione coronari: saltē in studijs possimus similibus in-
ueniri. Cur em̄ tales dolores christianus velit effuge
re: per quos se nouit ad celorum gaudia peruenire?
¶ Explicit expositio in psalmum. 115.

¶ Alleluia. Cxvi.
LAudate dominū omnes gen
tes: laudate eū omnes popu
li. Quoniā confirmata est su
per nos misericordia ei⁹: ⁊ ve
ritas dn̄i manet in eternum.

DUobus quidem versibus: sed plenarius ti
tuli honor apponitᷓ: vt intelligamus quan
uis pauca verba in domini laudibus sem-
per esse plenissima. Quis eniꝫ dubitet exi
guum nō debere dici: vnde potest magni-
ficentia superna laudari? Cui cōgrue apponitᷓ Sche SCHE.
ma: quod grece dicitᷓ Hyrmos: quoniam seriem ora-
tionis vsq̄ ad vltimum seruans: nec personam nosci-
tur mutasse/ nec causam: sed vno sensu vsq̄ ad termi
num quod cepit exequitur. Continentia.
LIcet hic psalmus pre paucitate versuuꝫ
diuisionē non recipiat: omnes tamē com
pendio sue locutionis exuperat. Est enim
primus quidem athomus psalmoꝝ/ pun
cti referēs dignitatem: vnde linea oritur/
⁊ diuerse schematū species doctissima varietate for-
mantur. Expositio.
LAudate dn̄m omnes gentes: † ⁊ collauda R̄. lauda-
te eum omnes populi]. Et istū quoq̄ psal te.
mū ad personā martyrū debemus aptare
Dicunt eniꝫ sancti viri quasi iam gloriosa
passione ꝑfuncti: vt oēs gentes ad laudes
dn̄i debeant excitari: qui talia prestitit seruis suis: vt
ipsius potius imbuerentᷓ exemplis. Ubi sunt Donati-
ste: qui tm̄ sue cōgregationi fidem prestitam mētiun-
tur? Clamat chorus ille sanctoꝝ omnes gentes dn̄m
debere laudare: atq̄ vtinam vel nobiscū facerent/ qd̄
se agere singulariter mentiuntᷓ. Sequitᷓ: Et collauda-
te eum omnes populi. Collaudatio/ est cunctoꝝ fide- DEF.
lium in vnū redacta laudatio. Hec em̄ ecclesie catho
lice apta cognoscitur: que de diuersis mūdi partibus
aggregatᷓ. Omnes em̄ gētes in suis populis genera-
liter cōmonentᷓ: ne quis se in iudicio dn̄i dicat esse pre
teritum. [Quoniā cōfirmata est super nos miserícor
dia eius: ⁊ veritas dn̄i manet in eternum]. Causa red
ditᷓ quare debeat dn̄s toto orbe laudari: qm̄ ꝓmissio-
nes suas quas ꝑ sanctos ꝓphetas effecerat: aductus

sui visitatione cōpleuit. Confirmata est em̄ in popu-
lo christiano misericordia eius: ⁊ non cōmouebitur in
eternū: qm̄ ille qui prestitit/ipse nos (vt credere dignū
est) etiā sua miseratione custodit. Addidit Et veritas
dñi manet in eternū. Hic veritas dñi filius significat:
sicut ipse dicit: Ego sum via/veritas/et vita. Nā si vt
Joan.14. putat demētissimus Arrianus (qđ dici nefas est) erat
tempus qn̄ non erat filius: fuerat vtiq₃ tēpus qn̄ esset
pater sine veritate/sine via/sine vita. Sz qm̄ sine his
rebus pater nunq₃ fuisse credendū est/saluti nostre et
ipsi cōuenit veritati coeternū ⁊ cōsubstātialem patri
per oīa filium confiteri. Deinde scriptū est: Omnia
Joan.1. per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nichil. Nam
si tēpus est factum per filiū: quomodo existere potuit
tēpus qn̄ non erat auctor ei⁹? Sic errores prauos se-
quit semper absurditas. Subijciūt quoq₃ tertiam fal
sitatem. Pater semper anterius filio predicat. Et vbi
est illud In principio erat verbū: et verbū erat apud
Ibidem. deum? Uides nichil illi fuisse prepositū. Nam ⁊ mul-
tis locis primus fili⁹ nominat: vt est illud apostoli ad
Ephesios. An nescitis qꝛ omnis fornicator ⁊ immun
Ephe.5. dus non habet hereditatem in regno christi ⁊ dei? Et
ad Galathas Paulus apl's: non ab hominibus/neq₃
Gal.1. per hominē: sed per Jesum christū/et deum patrem.
Et ad Thessalonicēses: Ipse autem dñs Jesus chri
2.Thess.2. stus/⁊ deus pater noster qui dilexit nos. Et ad Corin
thios secūda: Gratia dñi nostri Jesu christi/et chari-
2.Cor.13. tas dei. Et vt istā equalitatē de tota intelligeres tri-
nitate: addidit Et cōmunicatio sancti spiritus cuz oī-
bus vobis. Legitur etiā spiritū sanctū ⁊ dñm: ⁊ prio-
2.Thess.3. re loco fuisse nominatū. Ait eniz Paulus ad Thessa
lonicēses: Dñs autem dirigat corda vestra in charita
te dei/⁊ patientia christi. Oratur em̄ spiritus sanctus
vt corda credentiū dirigat et in charitate dei/et in pa
tiētia christi. Quapropter vnus ex trinitate ante/vel
postea nominatus: audienti nullum preiudicium po-
terit exhibere: qꝛ humana locutio aliter se non valet
expedire. In deo eniz nulla est disparitas vel diuer-
sitas estimanda: qꝛ vbi vnus deus recte credit: ibi mi
nor ⁊ maior non potest inueniri. Nescit enim numerū
vnitas: nec gradum admittit equalitas: sicut scriptū
Exo.20. est: Non ascendes per gradus ad altare meum.

Conclusio.

Paruus quidē psalmus plenissima breuitate cō
clusus est. Quid em̄ amplius potuit di
ci: q₃ vt creator debeat toto orbe laudari? Fecūda bre
uitas/cōstricta copia/artū latissimū/et sine fine coan
gustū. O dulcis ⁊ admiranda diuersitas: modo pau-
cis sentētijs salutaria dicere: modo magnalia diffusa
oratione narrare: vt tediosa mortalitas nec in ipsa cu
ra sustineret fastidiū: cui prestat amena varietas ap-
petitū. Queri forsitan pōt cur duos tm̄ versus psal-
mus iste cōtineat: cū e diuerso cētesimusoctauusdeci-
mus/cētū septuagintasex ꝟsibus ꝑduct⁹ esse mōstret
alijq₃ cōplures dispari mō ꝓ rerum qualitate forma-
ti sunt. Sed illud fortassis indicare res ista cognoscit:
qm̄ sicut armonia. i. musice virtutis pulchra modula-
tio ex diuersis sonis atq₃ accentibus vnā perfectā fa-
ciunt cātilenam: sic et isti psalmi modo breues/modo
mediocres/modo longissimi: in vnū cōcentū suauita-
te dulcissima redigūtur. Siue (qđ credere dignū est)
futurum regnū dñi significat: vbi diuersa merita san-
ctorū ꝓ actuum qualitate fulgebūt: cum tamē omni-
bus vna beatitudo/⁊ suauitas eterna prestetur.

¶ Explicit expositio in psalmum.116.

¶ Alleluia. Cxvij.

Confitemini dño qm̄ bonus:
qm̄ in seculū misericordia ei⁹
Dicat nunc israel qm̄ bonus:
qm̄ in seculū misericordia ei⁹
Dicat nūc domus aaron qm̄
bonus: qm̄ in seculum miseri-
cordia eius. Dicant nunc q̄ timent dñm: qm̄
in seculum misericordia eius. De tribulatio-
ne inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudi-
ne dñs. Dñs michi adiutor: nō timebo quid
faciat michi homo. Dñs michi adiutor: et
ego despiciam inimicos meos. Bonū est cō
fidere in dño: q₃ confidere in homine. Bonū
est sperare in dño: q₃ sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: ⁊ in nomine
dñi qꝛ vltus sum in eos. Circūdantes circun
dederūt me: ⁊ in nomine dñi qꝛ vltus sum in
eos. Circundederūt me sicut apes: ⁊ exarse-
runt sicut ignis in spinis: ⁊ in nomine dñi qꝛ
vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt
caderem: ⁊ dñs suscepit me. Fortitudo mea
⁊ laus mea dñs: et factus est michi in salutē.
Uox exultationis ⁊ salutis: in tabernaculis
iustorū. Dextera dñi fecit virtutem: dextera
dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem.
Non moriar sed viuam: ⁊ narrabo opa dñi.
Castigans castigauit me dñs: ⁊ morti nō tra
didit me. Aperite michi portas iustitie/in-
gressus in eas cōfitebor dño: hec porta dñi/
iusti intrabūt in eā. Cōfitebor tibi qm̄ exau-
disti me: ⁊ factus es michi in salutem. Lapi-
dem quē reprobauerunt edificantes: hic fa-
ct⁹ est in caput anguli. A dño factū est istud:
⁊ est mirabile ī oculis nostris. Hec dies quā
fecit dñs: exultemus ⁊ letemur in ea. O dñe
saluum me fac/o dñe bene prosperare: bene-
dictus qui venit in nomine dñi. Benedixi-
mus vobis de domo dñi: deus dñs et illuxit
nobis. Cōstituite diem solēnem in cōdensis:
vsq₃ ad cornu altaris. Deus me⁹ es tu/⁊ cō-
fitebor tibi: deus meus es tu/⁊ exaltabo te.
Confitebor tibi qm̄ exaudisti me: ⁊ factus es
michi in salutem. Confitemini dño qm̄ bo-
nus: qm̄ in seculum misericordia eius.

Legimus in Apocalypsi Joannis apostoli
Alleluia in celo cantare multitudinē copio
sam: quod etiā quatuor animalia/et viginti
quatuor seniores adorantes dñm dicunt: q̄
totus ille celestis exercitus in voce tube grā
disone hymnica exultatione cōcelebrat. Quaproper
ad hoc laudis officium et nos alacriter accedamus.
Quod si puro corde canimus/sanctis virtutibus pia
deuotione miscemur: fitq₃ honor ⁊ gratia terrenorum
que beatitudo ꝓbatur esse celestiū. Quocirca intuea

mur hunc psalmū speciosa fronte relucentē. In ipsis
quippe principijs quatuor versus pari fine conclusit:
vt euangelico numero totum mundū vni dño laudes
debere reddere/adhortatiōe quadrifaria cōmoneret
Hos intercalares nō possum⁹ dicere: q2 nullos alios
miscet: sed vnifines eos apto forsitan nomine vocita-
mus/qui simili verbor̄ consonantia terminant. Hoc
⁊ in centesimo tricesimoquinto psalmo ꝑ omnes ver
sus absolute facturus est. Quod queādmoduz se ha-
beat: suo loco euidentius cōmonemus. Diuisio.

Fidelis populus peccatorū nexib⁹ absolu
tus. In pria sectione generaliter hortat:
vt vnusquisq3 dño debeat confiteri: qm̄ in
tribulatiōibus exauditus/ ꝯfessus est ho
minē nullatenus formidandū. Secunda
in solo dicit dño cōfidendum: per quē gentium inimi-
citias ꝓbatur euasisse: ⁊ ad veracissime vite ꝑuenisse
remedia. Tertia sectione aperiēdas sibi portas dicit
esse iustitie: vbi dicit etiaz de angulari lapide: id est de
dño saluatore. Quarta reliquis christianis frequen-
tanda dñi atria persuadet: de aduētu sancte incarna-
tionis suaui delectatione cōgaudens. Expositio.

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculum
misericordia eius]. Populus ille beatorū:
q2 propria fuerat clade liberatus: reliquos
cōmonet fideles vt dñi laudibus cōstanter
inuigilent. Ista em̄ confessio ad laudē per-
tinet absolute: siue q2 illi est alleluia prepositū/siue q2
a diuersis angustijs ereptum se dñi miseratiōe letat.
Laudis quoq3 causa subiungit Qm̄ bonus: quod no
men deo ꝓprie certum est cōuenire. Nam cū ab incre
dulis iudeis ſm carnis aspectū christus magister bo-
Mat.19. nus diceret: respōdit ipse. Quid me interrogas de bo
no: qui me celorū dñm esse non credis? Adijciēs Ne-
Ibidem.12. mo bonus nisi solus deus. Sed cū legat: Bonus ho-
mo de bono thesauro suo ꝓfert bona: quasi videt esse
contrariū. Sed hoiem bonū dicimus per dñi gratiā
factū. Nam ille solus ꝓprie per se dicitur bonus: qui
eos facit implere qd boni sunt. Sequit. Qm̄ in secu-
lum misericordia ei⁹. Ipsius quoq3 boni quē dixerat
expositio dilucidat: q2 non solū prestat immeritis/sed
in eternū misericordie sue dona cōcedit. In seculum
em̄ perpetuitatē significat futuram: vbi vnū est secu-
lum/⁊ vna dies: nec permutatio vlla succedit. [Dicat
nūc israel qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron qm̄ bonus: qm̄ in seculum
misericordia eius. Dicant nunc omnes q̄ timent dñm
qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia ei⁹]. Cum in
his versibus legātur similes fines: premissa eos expo
sitio cōpetenter amplectit. Illud tm̄ altius ꝑscrutan-
dum est: cur in principijs versuū tm̄ nomina variauit.
Ait eniz Dicat nūc israel: ꝙ totū populum amplecti-
tur beatorū. Secundo versu ponit Dicat nūc domus
aaron: significās sacerdotes quos ꝓpter honoris sui
reuerētiam singulariter estimauit esse memorādos.
Tertius quoq3 versus ait: Dicāt nunc omnes q̄ timēt
dñm: vt illos ostenderet quos in centesimodecimoter
tio psalmo dixerat: Pusillos cū maioribus in vnā so-
cietatem christo dño pura mente deuoti sunt. Sic di-
uersitas ista nominū: generalitatē complectitur abso
Al. De. lute fidelium. [† In tribulatione inuocaui dñm: et ex-
Al. dñs. audiuit me in latitudine†]. Exemplū ꝓprium ponit:
vt audiētium animus excitet: q2 magnū credulitatis
incitamentū est/ipsum gratias agentē audire q̄ pertu
lit. Sed considera qd addidit In latitudine: qm̄ nos

de seculi quidem angustijs liberat: sed in magna pre-
miorū suorum latitudine miseratus acceptat. Eripit
de tēporalibus malis: sed bonis nos potēs est imple-
re perpetuis. Seuiāt ergo quantūlibet transitura di-
scrimina: tumescāt aduersitates caduce: latissime red
ditur quod in hac mūdi breuitate fidelis populus in-
grauat. [Dñs michi adiutor † est: non timebo quid fa Al. non hz.
ciat michi homo. Dñs michi adiutor est †: ⁊ ego † vi- Al. despi-
debo inimicos meos]. Quāuis versus isti penevideā ciam.
tur esse cōsimiles: singulis tm̄ verbis omnino discreti
sunt. Nam cū se dicit auxilio dñi hominē non timere/
carnales designat inimicos: qui visualiter religiosorū
ꝓpositū persequunt. Cum vero ait Uidebo inimicos
meos: spirituales nequitias vult intelligi: quas in illo
iudicio dicit essevidendas: vbi iam diabolus cū cete-
ris ministris suis destructus atq3 dānatus/ humanis
cōspectibus apparebit. Naz cū modo maxima pars
hominū inimicos suos carnales aspiciat: illud magis
optasse credendus est/ quod hic videre non poterat.
Siue orat vt latētē inimicū valeat intueri: quatenus
cautior effectus ab eius insidijs reddatur alienus. Et
nota ꝙ in principijs amborū versuū: eadem verba ge
minauit. Que figura dicit Anaphora: que etiā in se- SCHE.
quētibus versibus inuenit. [Bonū est cōfidere in dño
q̄3 cōfidere in homine]. Populus iste beatorū diuino
munere liberatus: fideliter ac pie docens/venit ad se-
cūdam sectionē: dicens in deo solo/nō in homine cōfi-
dendū: in illo. s. qui veraciter ꝓmittit: non in isto q̄ fal
laci presumptione se decipit. Quanti em̄ stulti dicunt DOG.
facio quod volo: nec dñm mee voluntatis habeo: pu-
tantes q2 per arbitriū liberum vtilitas sit explicanda
mortaliū. Quos arguit Jacobus apl's dicens: Non- Jaco.4.
ne ex cōcupiscentijs vestris dicitis: cras ibimus in il-
lam ciuitatē: ⁊ mercabimur/⁊ lucrū faciemus: q̄3 vt di
catis: si voluerit dñs/ et si vixerimus: faciemus hoc/
aut illud/⁊ reliqua. Est quidē in mala parte execrabi-
lis libertas arbitrij: vt preuaricator creatorē deserat
⁊ ad vitia se nefanda cōuertat. In bona vero parte ar
bitriū liberū Adam peccāte ꝑdidimus: ad quod nisi
per christi gratiam redire nō possumus: dicente apl'o
Deus est em̄ qui operatur in vobis et velle/et ꝑficere Phil.2.
ꝓ bona voluntate. Unde assidua oratione precādum
est: ne nos volūtas peruersa rapiat/sed inspiratio di-
uina possideat: qm̄ quicq̄d ex nobismetipsis sapimus/
mortifera contra nos audacia cōcitamus. Jure ergo
vetuit in homine confidendū: qui per se nec alteri/nec
sibi preualet dare remediū: sicut et Hieremias dicit
Maledictus vir qui confidit in homine: ⁊ ponit spem Hiere.17.
carnē brachij sui: et a dño recedit cor eius. Quapro-
pter desinant presumptores illas sibi partes assume
re: vnde eos iustius possit sententia diuina damnare.
Hinc etiam pater Augustinus cōtra Pelagium sce-
lestū/⁊ Julianū hereticos/copiosis libris mirabiliter
disputauit: ⁊ venenosi dogmatis arma cōfregit. [Bo
nū est sperare in dño/q̄3 sperare in principibus]. Duo
verba mutata omnino aliam fecere sentētiam. Supe
rius em̄ cōfidere se dicit: hic sperare. Ibi in homine/
hic in principibus: vt illic de carnalibus/hic de spiri-
tualibus dixisse videatur. Princeps enim et diabo-
lus appellatur: vt est illud euāgelij: Ecce venit prin- Joan.14.
ceps mundi huius: et in me non inuenit quicq̄3. Sic
⁊ bonus angelus dictus est princeps: sicut in Danie-
le legitur Michael princeps magnus. Quapropter Daniel.12.
nec in bonis/nec in malis angelis: sz in solo dño spem
hois dicit esse ponēdam. Nam ⁊ si bonos ꝓ impensa

nobis pietate diligimus: beneficia in ipsis dñi non ꝓ-
Al. circuie prie possibilitatis iura laudemus. [Omnes gentes †
runt. circũdederũt me: ⁊ in nomine dñi † vltus suz † eos.]
Al. quia. Hoc populus ille merito dicebat q̇ spem suam in dñi
Al. in. ꝓtectiõe posuerat/ significans labores ecclesie: quos
primũ in capite suo: id est in dño christo pertulerat: et
post in suis passionibus sustinebat. Primo eñ quan-
do religio innotuit christiana omnes gẽtes in ei⁹ per-
secutiõe surgẽ tes/ diuersis cladibus affecerunt fide-
lissimos viros. Qui tamẽ in suis ꝑsecutoribus iuuan
te dño vindicarunt: quãdo eos ꝯuersiõe mirabili sub-
diderunt: vt de se penitẽtie penas exigerent/ quas pri
dem innocẽtibus ingerebant. Nam ꝙ dixit Gẽtes: et
subiũgit genus masculinũ: Ultus sum eos: siue ad in-
tellectũ pertinet: q̄ in gentibus populi significantur:
SCHE. siue Schema est Exallage: id est immutatio: qm̃ ge-
nus hic nominis immutauit. [Circũdantes circunde
Al. quia derũt me: ⁊ in nomine dñi † vlt⁹ sum † eos]. Perscru
Al. in tande sunt minutie verborũ: qm̃ discussa (sicut sepe di
ximus) non minima nobis sacramẽta parturiũt. Pri-
po posuit Gentes: quod ad ecclesiã ꝓpter martyrum
populos ꝑtinebat: qui studentes culturis demonum/
passim lacerabãt populos fideles. Modo autem sub
ipsa repetitione verborũ noluit gentes ponere: vt ma
gis passionem dñi subtiliter indicaret: quã a solis iu-
deis specialiter cõstat impletam. In quibus tamẽ est
in nomine dñi vindicatũ: quando multi ex his penitẽ
tes mala que fecerũt/ vocabulum christianorũ sume-
re meruerũt. Et isti quoq; versus appellãdi sunt vni-
fines: sicut ⁊ illi qui in capite psalmi sunt positi. Et no
tandum: q̄ sicut caput plerũq; de membris loquitur:
ita nũc membra de suo capite ꝓloquuntur. [Circũde
Al. nõ hz. derunt me sicut apes † fauũ: et exarserunt sicut ignis
Al. quia vl in spinis: et in nomine dñi † vindicaui in eis]. Adhuc
tus sum in ⁊ isti versus de dño loquũtur. Ipse enim a seuiẽtibus
eos. iudeis circũdatus: passionis sue per totum mundum
mella ꝓfudit. Apes enim fauum circundant: quando
per domos cereas liquores dulcissimos recondunt: ⁊
cum sibi putant victualia reponere/ faciunt vnde ho-
mines possint sua desideria satiare. Quod iudeos im
plesse manifestũ est: quando rem cuncto orbi dulcissi-
ETY. mam amaris conatibus effecerunt. Apes enim quasi
a pedibus dicte sunt: ꝙ sine pedibus nascuntur. Spi
ne/ seculi peccata designant: quibus iudeorum populus
ferociter incitatus/ in delictis suis velut ignis concre
pans estuauit. Sed in eis quoq; dñi gratia vindicatũ
Al. euer- est: quando de illo melle quẽ condiderant nescij: con-
sus. uersi ad dñz/ suauissime sunt repleti. [Impulsus † ver
satus sum vt caderem: et dñs suscepit me]. Hoc iam
de se omne corpus fidelium verissima voce testatur.
Impulsus enim ille cadit: cui dñi fortitudo subtrahi-
tur. Et inspice vim verborum: impulsum se dicit ⁊ versa-
tum vt caderet: sed dñi susceptione firmatus est. So-
li enim versati non cadunt/ qui christi virtutibus con-
tinent: vt frequenter fieri solet: quãdo benemeriti tra
duntur ad penas. Ideo enim tradi vidẽtur vt cadãt:
id est vt a recta credulitate mutentur: sed dñi dextera
confirmati non cadunt: quoniã in fidei sanctitate con
sistunt. Alioquin infideles cadunt: etiam cum stare in
pertinacie sue obstinatione cernunt. [Fortitudo mea
Al. laus. ⁊ † laudatio mea dñs: ⁊ factus est michi in salutem].
Non potest impulsus cadere: cui auxiliũ videtur dñi
fortitudo prestare. Sed ne putaret sola pericula de-
clinare: quem dñi dona seruabant: adiecit Factus est
michi in salutẽ; q̄ per ipsum eternam vitã suscipiũt:

per quem ⁊ seculi huius ruinas euadere ꝓmerentur.
Ipse enim est et fortitudo/ et laudatio eterna beato-
rum. [Uox † letitie ⁊ salutis in tabernaculis iustorũ. Al. exulta-
Dextera dñi fecit virtutem]. Chorus ille fidelium le- tionis.
tus exultat: quoniã dum persecutores eorũ putarent
eos merore confici/ ⁊ tribulatione consumi: illi diuina
contemplatione gaudentes de sua pena letabuntur:
quam sciebant sibi ad eterna gaudia profuturã. Hic
enim tabernacula iustorum humani pectoris secreta
designant: vbi semper sancti leti sunt: quãuis forinse-
cus affligãtur. Et vt cognosceres vnde istud gaudiũ
venit: adiecit Dextera dñi fecit virtutem: id est chri-
stus: per quem pater virtutem operatus est in exalta-
tiõe sanctorũ: quod inferius ipse dicturus est. [Dexte
ra dñi exaltauit me.] Dextera dñi exaltat: cum terre-
nis hominibus celorũ regna cõcedit. Quid enim po-
tentius/ q̄ mortales induere immortalitatem: corru-
ptibiles incorruptionem: peccatoribus beatitudinẽ:
de hoste fortissimo infirmis dare victoriam? [Nõ mo
riar/ sed viuã: et narrabo opera dñi]. Contra illa hec
dicuntur: que aduersum ecclesiam christi persecuto-
rum loqui solet insana ꝓcacitas: que cum se delere no
men estimat christianũ/ prestare potius videt augmẽ
tum. Cui merito dicitur a fideli Non moriar (vt tu pu
tas) sed viuam vita quam nescis: ad quam mente pre
tumidi peruenire non possunt. Narraturũ se etiã ope
ra dñi pollicet: vt semper augeatur ecclesia tali predi
catione vulgata. Quid prodest crudelibus persequi:
quos vident persecutiõibus semper augeri? Quanto
melius ⁊ ipsi viuerent: si cõuersi facta propria deplo-
rarent? [Castigans castigauit me dñs: et morti nõ tra
didit me]. Ne sibi aliquid persecutorũ superbia ven-
dicaret: tormenta ipsorum/ seuitiamq; ferocissimã ca
stigatione dñi esse confirmat: vt tota illa iniqua potẽ-
tia ad correctionem fidelium videatur esse concessa.
Quid se de potestate iactant: quibus nil pro sua vti-
litate cõceditur? Crudelitas illorum nostra correctio
est: furoris flamma probatio. Nõ se meliores estimẽt
q̄d delinquũt: filio nõ parcitur vt erudiri posse videa-
tur. Sed hec bene castigatus edicit. Solus eniz mor
ti non traditur: cuius hic vitia commissa purgantur.
Et nota ꝙ ait Castigans castigauit. Hoc eniz genus IDI.
locutiõis in scripturis diuinis sepius inuenitur: vt est
illud Benedicens benedicam te. Multiplicans mul-
tiplicabo semen tuum: et his similia. Quod argumen TOP.
tum (sicut sepe diximus) dicitur a coniugatis. [Ape-
rite michi portas iustitie: ⁊ ingressus in eas cõfitebor
dño]. Populus ille fidelium venit ad tertiam sectio-
nem Hierusalem cupiens introire: ianuas eius feruo
re spirituali sibi postulat aperiri. Quibus ergo dici-
tur Aperite: nisi prophetis atq; apostolis: qui celorũ
claues mysticis virtutibus acceperũt? Per has enim
doctrine ianuas introducti: intus iam positi veraci-
ter dño confitemur. Ceterũ quicquid extra ecclesiam
catholicam geritur: nequaq; dñi laudib⁹ applicatur.
Bene autem per allegoriam prophete atq; apostoli
porte appellate sunt. Porte eniz dicte sunt: per quas ETY.
victualia ciuitatibus important: sicut et per illos ani
marũ pabula constat illata. [Hec porta dñi: iusti in-
trabũt † per eam]. Cũ superius dixerit Portas: que- Al. in
rendum est quare hic portam voluit ponere numero
singulari: scilicet vt designaret prophetas atq; apo-
stolos ianuas quidem esse celorum: sed has oẽs ad
vnam posse perducere: q̄ vniuerse cõsuerunt ad dñm
intromittere Saluatorẽ: qui ⁊ porta potest appellari

Joan.10. sicut ipse in euangelio dicit Ego sum ostium ouiũ ⁊c.
Sequitur Iusti intrabũt per eam. Et hoc quoq; sub-
tiliter inquiramus: cur superius dixerit Portas iusti-
cie: et hic posuit Iusti intrabunt ꝑ eam. Significans
(vt michi videtur) iam nõ scripturas diuinas: ꝑ quas
transeũt ⁊ iniusti: sed illam Hierusalem que portam
habet dñm Saluatorem: per quem iusti tm̃ homines
introibunt. Quod bene vtrunq; complexus est: vt et
istud / et illud futurum seculum significare videretur.
Al. non hꝫ. [Cõfitebor tibi † dñe quoniam exaudisti me: ⁊ factus
es michi in salutem]. Istam cõfessionem non afflicti
populi debemus aduertere / sed letantis. Gratias em̃
agit: q2 illi dñs salutaris illuxit: et redemptor gẽtium
oculis humanis apparuit. Unde reuera intelligimus
et a prioribus iustissimis dñi aduentum fuisse iugiter
Matth.13. expetitum: sicut ipse in euangelio dicit. Multi ꝓphe-
te ⁊ iusti cupierũt videre que vos videtis: et audire
que auditis ⁊c. [Lapidem quem reprobauerũt edifi
cantes: hic factus est in caput anguli]. Sub allusione
fabricantium exponitur inanis opera iudeorum. So-
li quippe hominũ adhuc in mundo vnum deum colen
tes edificare videbantur: dum cetere nationes idolo-
rum se cultura destruerent. Edificantes enim tendũt
semper ad angulum: vt commissorũ parietum solidi-
tas impleatur. Iudei vero fidei sue fabricam minime
perfecerũt: quoniam ipsum qui erat lapis fortissimus
angularis more dementium putauerũt esse temnen-
dum. Dñs autem christus per Tropologiã (sicut in-
numeris locis cõstat expositum) ideo lapis dicitur an
gularis: q2 duos ad se populos e diuerso veniẽtes: gẽ-
tilium atq; iudeorũ tanq; geminos parietes in vnam
soliditatis gratiam collocauit. De hoc lapide ꝓphe-
te: de hoc apostoli: de hoc diuersi multa dixerũt. An-
gulus enim tractus est ex greco sermone: id est a γο-
νυ: quod latine dicitur genu. Hoc inflexum speciem
anguli conformi qualitate restituit. Nam apud gre-
cos originẽ sui nominis in deriuatiõibus omnino cu-
stodit: vt tetragonus / pentagonus / et his similia. [A
Al. factum est istud. dño † fact9 est hic: ⁊ est † mirabilis in oculis nostris].
Ne lapidem istum saxeis montibus putares excisum
Al. mirabile in salutem mundi factum dicit a dño. Sed dum me-
morat factum / natura humanitatis ostenditur: que et
Phil.2. creata esse monstratur. Sic et apostolus ait In simi-
litudine hominũ factus: ⁊ habitu inuentus vt homo.
Rom.1. Et alibi. Qui factus est ei ex semine Dauid ꝫm carnẽ.
DOG. Iste quippe lapis qui est fabrice decora copulatio / fi
bula parietũ / in fundamentis perpetua fortitudo / mi
rabilis est in oculis fidelium qui non solũ eum corpo-
raliter vident: verumetiam illuminata mente conspi
ciunt. Viderũt enim et iudei: sed non mirabilem: quia
solam intuebãtur carnem quam videbant esse cõmu-
nem. Fidelium autẽ sensibus qui eum filium dei esse
ꝯfessi sunt mirabilis ⁊ terribilis apparebat: sicut Pe
Mat.16. tro apostolo qui dixit: Tu es christus filius dei viui.
Al. est. [Hec † dies quam fecit dñs: exultemus et letemur in
ea]. O q̃ suauia verba sancta nobis ꝓbatur eructa-
re credulitas. Nam licet deus cũctos dies creauerit:
singulariter tamen diem fecisse dicitur / qui christi dñi
natiuitate sacratus est. In quo merito exultari con-
uenit ⁊ letari: quoniam in eo ⁊ diabolus ius perdidit:
et salutem mundus accepit. [O dñe saluum me fac:
o dñe bene ꝓsperare]. Interiectiões iste desiderium
magne petitionis ostendunt: vt ⁊ hinc de mũdi istius
clade liberẽtur: et ibi prosperrima sorte ad dexteram
collocẽtur. Duo em̃ ista sunt que fidelis expetit chri-
stianus: vt ⁊ hic eripiatur a peccatorum morte: ⁊ illic
collocetur in requie sempiterna. Nam istas afflictio-
nes quas hic patiũtur: istos dolores quos hic amore
dñi sustinent / ibi sine dubio prosperãtur: quando iam
ad gaudia eterna perueniunt. Prosperari enĩ est ali-
quid asperum facere tranquillum: vt grata nobis fiãt
mala preterita: que credimus in eterna gaudia com-
mutanda. [Benedictus qui venit in nomine dñi. Be-
nediximus † vos de domo domini]. Quarta sectio Al. vobis.
que superest introitur: vbi de aduentu dñi suaue mu-
nus laudis offertur: et subtiliter Antichristi presum-
ptio iniqua damnatur. Hec figura dicitur Emphasis SCHE.
que significat etiam id quod non dicit. Dicendo enim
Benedictus qui venit in nomine dñi: illum cõstat esse
maledictũ / qui in suo nomine creditur esse venturus.
Et vt christum omnipotentem dñm esse cognosceres
dicit eum venisse in nomine dñi: ne aliquid de ipso car
naliter mens humana sentiret. Hoc etiam ⁊ euange-
lij textus ostendit dicens: Ego veni in nomine patris Joan.5.
mei: ⁊ non accepistis me. Si alius venerit in nomine
suo: illum accipietis. Sequitur Benediximus vos de
domo dñi. Ab illo populo fideli quem prefati sumus /
hoc dicitur reliquis christianis: quasi sacerdotali di-
gnitate subiecti loquunt ad plebem: ostendentes dñi
benedictionem deuote plebi per antistites salubriter
dari. Et ne hoc dubitanter acciperes: dicit De domo
dñi: id est de ecclesia catholica: vnde salutare baptis-
ma venit: vnde cõmunicatio sancta ꝓcedit: vnde olei
sacrati vnctione mundamur: vnde omnis deniq; be-
nedictio vera prestatur. [Deus dñs et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in † confrequentationi- Al. ꝯdẽsis.
bus vsq; ad cornu altaris]. Cum dicit Deus dñs / ad
superiora respondet: vt sic intelligas Benediximus
vos de domo dñi: immo non nos / sed deus dñs. Ipse
enim benedicit ore sanctorũ: et lucescit nobis: quan-
do nos a peccatorꝝ obscuritatibus alienat. Sequitur
Constituite diem sollennem in confrequẽtationibus
vsq; ad cornu altaris. Istud iam dicitur benedictis:
qui poterant dies festos celebrare solenniter. Consti
tuite dicit: id est deliberata custodite sententia. Diem
sollennem: qui honore dñi / ⁊ sanctorum cõfessione sa-
cratus est. In confrequentationibus: id est processio-
nibus crebris: quas populi turba cõdensat / et reddit
celeberrimas deuotione festiua. Quod vero addidit
Usq; ad cornu altaris: ꝓhibẽtur aliqui forsitan (quod
multis in vsu est) audita euangelij lectione discedere.
Non enim ad cornu altaris accedunt: qui cõmunica-
tionis gratia non replentur. Hoc de isto altari visua-
li (vt michi videtur) cõpetenter accipimus: quod cor-
pus ⁊ sanguinem dñi solenni nobis frequentatiõe lar
git. Illud vero altare est ante conspectũ dñi: vbi pu-
rificatis animis per cõtemplationem sanctam iube-
mur accedere: vt in hac actuali solennitate illud sem-
per debeamus inspicere: sicut iam in quadragesimo-
secũdo psalmo cõstat expositum: vbi ait Et introibo Ps̃.42.
ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meã.
Cornu vero significat potestatem: quam sanctũ alta-
re habere manifestum est. [Deus meus es tu / et con-
fitebor tibi: deus meus es tu / et exaltabo te]. Q̃ bene
veritas ista professionis iteratur: vt dñm nostrum di-
camus esse: quem pura mente non desinimus adora-
re. In primo enim comate dicit Cõfitebor tibi: quod
ad gratiarũ pertinet actionem. In secundo: Exalta-
bo te: q2 predicationibus beatorũ per cunctas gẽtes
exaltatur dñs christus qui reddit bonum ꝓ malo: qui

inimicos dum possit extinguere patienter expectat: ꝛ
conuersis talia reddit/ qualia sanctis suis misericor-
Al. nõ hꝫ. dia gratuita cõpromisit. [Confitebor tibi † dñe: quo-
niã exaudisti me/ et factus es michi in salutem]. Hic
quidem versus quoniã repetitus est / iam superius in
tertia parte ꝓbatur expositus: hoc tamẽ breuiter edi
cimus: vt hanc cõfessionem letissimam post percepta
beneficia fusam intelligere debeamus: sicut nos com
monuit ꝛ titulus Alleluia. [Confitemini dño quoniã
bonus: quoniã in seculum misericordia eius]. Et hic
quoq; versus in capite psalmi ꝓbatur esse iam dictus
vt sicut a christo fecit initiũ: ita ipsi cõcordare videa-
Apoc.1. tur ꝛ finis. Ipse eniꝫ in Apocalipsi dicit Ego sum al-
pha et o. Merito ergo ꝛ in capite confessio posita est/
ꝛ in fine repetita: quia in omni vita nostra ipsam nos
oportet assumere: et in ipsius delectatione finire.

Conclusio.

Recordemur hunc psalmũ non incassum: ve-
lut quibusdam fulgoreis colori-
bus esse contextum. In capite enim quatuor versus
vnifines imposuit: et iterũ in fine primũ versum psal-
mi decora iteratiõe geminauit: atq; iterum quem vi-
cesimũ primum posuit/ eundem pene vltimum repe-
tijt: vt quasi vestis illa pontificis aureis quibusdã fi-
lis: et vermiculata pulchritudine contexta fulgeret.
Illa enim in fimbrijs habuit tintinnabula: ista in fi-
ne eadem retinniunt/ que in capite dicta sonuerunt.
Pontifex igitur quãdo ingrediebatur sancta sancto-
rum/ habebat hanc vestem: vt antistitis reuerẽdi nul-
latenus ignoraretur aduẽtus: cum etiam tacitus vo-
calis incederet. Iste sic decora varietate dispositus
est: vt p̃conia sancte incarnationis pulcherrimis qui-
busdam sentiant indicijs. Cooperiat nos pie rex ista
vestis eloquij tui: ꝛ hoc resonẽt te prestante actus no
stri: quod tua dñe precepta iusserunt. Meminerimus
autẽ hunc psalmũ quintum esse eoꝝ qui de primo ad-
uentu dñi mirabili narratione prolati sunt/ quinq; for
tasse panibus cõparandi: qui esuriem obseruantium
populorum copijs celestibus expleuerunt.

Explicit expositio in psalmũ. 117.

¶ Alleluia. Cxviij. ALEPH

Beati immaculati in via: q̃ am
bulant in lege dñi. Beati qui
scrutant testimonia eius: in to-
to corde exquirunt eum. Non
eñi qui operantur iniquitatẽ:
in vijs eius ambulauerũt. Tu
mãdasti: mandata tua custodiri nimis. Vti
nam dirigant vie mee: ad custodiẽdas iusti-
ficatiões tuas. Tunc non cõfundar: cũ per-
spexero in omnibus mãdatis tuis. Confite-
bor tibi in directiõe cordis: in eo ꝙ didici iu-
dicia iustitie tue. Iustificationes tuas custo
diam: non me derelinquas vsquequaq;.

Estiuo psalmo/ ꝛ diuinarũ rerũ virtute ple-
nissimo: desiderabile Alleluia premittitur:
vt meritum diuini carminis honore tituli
possit agnosci. Est enim altissimus profun-
ditate sensuum/ et cõtextus quasi similium
repetitione verborũ: modo ꝯfitẽdo quod accepit: mo
do iterum eadem sperãdo que meruit. Qui more no-
bilium fluuiorũ lenis ire cõspicit: cum nimis ꝓfundus
esse noscat: quem tñ oportet iuuante deo instituti no-
stri mensura percurrere: ne qui nos hactenus cõstrin
ximus: subita inundatione fundamur. Est etiam he-
breis elementis ad rudes ꝛ docibiles in schola chri-
sti populos instruendos tali ordine depictus: vt ver-
sum quem prima littera sortita fuerit: eadem et in se-
ptem subsequẽtibus affigatur: sacramentũ illud for-
sitan in cordis circũcisione designans. Sic iste psal-
mus in sua lingua ꝑ singulas litteras octonis versi-
bus gregatim decurrens/ sibi vndiq; collatus partiũ
equalitate finitus est: quod nos dicimus ꝛ diuisionis
causa positũ: et vt perfectum numerũ possit indicare
iustorũ. Istis enim litteris/ ꝛ hebrea sapientia discit:
ꝛ diuinorum librorum sacratus numerus continetur.
Has enim litteras significationes suas habere (bea
to Hieronymo testante) cognouimus: quod nunc re-
petere videtur esse superfluum: cũ sit iam alterius la-
bore collectum. Hunc autẽ psalmum/ ꝛ centesimũde
cimũquartum/ ꝛ Deuteronomij canticum: Iosephus
refert elegiaco metro esse compositos. Diuisio.

Psalmũ istum moralez hebreas litteras ad
sui numeri diuisiões illustrabiles non incon
grue dicimus cõtulisse: in quo sibi octonos
versus (vt supra memoratũ est) singule ven
dicantes: cunctum carmen pulcherrima pa
rilitate describunt: qui nulla permixtione confundi-
tur: sed nouitates rerũ mutatis sibi litteris explicat.
Per totum itaq; psalmũ vniuersalis sanctorum cho-
rus eloquitur: q ab initio mundi siue fuerũt/ siue sunt/
siue futuri esse creduntur: inter quos reperiũtur apo-
stoli/ ꝓphete/ martyres/ confessores/ ecclesiastici ordi
nes: ꝛ omnes qui sancta dño integritate famulantur:
genus electum/ regale sacerdotium/ gens sancta/ po- 1. Pet. 2.
pulus acquisitionis: ab origine generis humani vsq;
ad finem seculi colligendus. Sed quãuis horũ sit in-
numera multitudo: vnus tamen vbiq; introducit ad
loquendũ: vt virtus vnitatis in ecclesia cõcordi pos-
sit agnosci. Nunc videamus que in hoc celesti paradi
so spiritualia poma nascantur. Expositio.

Beati immaculati in via: qui ambulant in le
ge dñi]. Cum omniũ desideria nõis istius
ardore rapiantur: nec quisq; possit reperi-
ri qui nolit premia beatitudinis adipisci:
cõgruum fuit viros sanctos votis probabilibus iter
ostendere: ne mens confusa mortalium ignorata via
possit errare. Nam ꝛ illi beatos se estimant: qui seculi
ambitionibus eluduntur. Sed ne aliquid tale puta-
retur eligendũ: primũ posuit plurali numero Imma
culati: vt de fidelibus hoc: nõ de christo debuisset ad-
uerti. Ille enim solus naturaliter immaculatus est: q̃
peccata non habuit. Sancti enim immaculati fiunt:
quando indulgentie munera consequũtur: sicut pro-
pheta in quinquagesimo psalmo dicit Lauabis me: Ps. 50.
ꝛ super niuẽ dealbabor. Sequitur in via: id est in ipso
dño saluatore: qui dixit Ego sum via/ veritas/ ꝛ vita. Joan. 14.
Ibi enim ambulare iustorum est: nõ pedibus corpo-
reis/ sed gressibus ꝓbabilis actionis. Nam vt aduer
teres non eum illam viam dixisse in qua possit errari
subiunxit Qui ambulãt in lege: id est qui aut nõ pec-
cant/ aut per gratiam celestem digna sibi satisfactio-
ne ꝓspiciũt. Nec illud vacat quod dicit In lege dñi.
Est eñ ꝛ lex peccati: sicut apostolus ait. Uideo aliam Rom. 7.
legem in mẽbris meis repugnantem legi mẽtis mee:
et captiuum me ducentem in lege peccati. Et ideo
additum est Dñi: vt eam discerneret a lege peccati.

[Beati qui scrutãtur testimonia eiꝰ: in toto corde ex-
quirunt eum]. Superioris adhuc sensus est ⁊ ista sen
tentia. Nam licet beati sint immaculati qui ambulãt
in via:id est in ipso dño Saluatore:et in lege eius de-
uota mente gradiũtur:additum est tamen illis virtu-
tibus:Qui scrutantur testimonia eius. Et que sit ipsa
perscrutatio subsequenter aperitur : id est qui in toto
corde suo dñm exquirere maluerunt. Uident em̃ per-
scrutari testimonia eiꝰ/⁊ tergiuersatores heretici: sed
toto corde suum dñm non requirunt:quoniam per hu
manas versutias affectant nouas inuenire calũnias.
Totum enim cor suum ad scripturas sanctas merito
posuisse non dicitur:qui ad falsitatis ambitum plecti
bili errore transfertur. Unde sanctus Primasius Ju-
stimanopoleos/disertus antistes sub titulo quid here
ticum facit:librum vnum cõscripsisse dinoscitur. Nec
illi videntur totũ cor suum ad dñi testimonia posuisse
qui neglecta disciplina mãdatorũ eius:mũdana gau-
dia cõcupiscunt. Et vide ordinẽ sancte/veracisq̧ do-
ctrine. Prius dicit beatos esse q̃ ambulant in lege do
mini : deinde qui scrutãtur sacrarum testimonia litte-
rarum: quia non est dignus ista perquirere: nisi qui se
probabili cognoscitur actione tractare. Utrasq̧ vero
sentententias tertia species definitiõis amplectitur:que
DEF. grece Peotes:latine qualitatiua dicitur. Beatus em̃
vir qui sit:per actuum suorum hic ostenditur qualita-
tem. [Non enĩ qui operant̃ iniquitatem:in vijs eius
ambulauerunt]. Cum Joannis apostoli veracia ver
1. Joan. 1. ba sint. Si dixerimus quia peccatum non habemus:
nosipsos seducimus:⁊ veritas in nobis non est:viden
tur nec sancti in vijs eius ambulare : quos cognosci-
mus habere peccata. Uerum hec questio/ veritatis
ipsius voce dissoluitur. Sunt enim illicita desideria:
que originalis peccati necessitate committimus : sed
in eis consensu animi nõ tenemur. In istis mens bea-
ta nõ ambulat:que dono domini cordis probitate su-
perantur. Ut(verbi gratia)repente pulchrum aliquid
concupiscere/cibum desiderãter expetere/bonis odo
ribus commoueri/iniqua subito suggestione cõfundi:
et his similia que oratione sancta/et crucis signaculo
destruuntur. Ita fit/vt et peccata sancti suggestione
carnis habeant : et tamen dum eis minime relaxatur
effectus/ea non operari veraciter estimẽtur. Hec em̃
Pauli apostoli testimonijs euidentius approbantur.
2. Tim. 4. Ambulauit in vijs domini : quando dicebat Bonum
certamen certaui/cursum cõsummaui/⁊ reliqua. Pec
catum autẽ non voluntarium faciebat: quãdo clama
Rom. 7. bat:Non enim quod volo bonum hoc facio:sed quod
nolo malũ hoc ago. Sequitur eiꝰ expositio:que omnẽ
neuum dubitationis abstergit. Si hoc quod nolo in-
quit illud facio: iam nõ ego operor illud/sed quod ha
bitat in me peccatũ. Uides tm̃ illos accusatos q̃ ope-
rationibus peccatorũ nefanda delectatione consen-
tiunt. Quapropter merito dicũtur in vijs dñi non am
bulare:qui operantur iniquitatem. Operatio em̃ ini-
quitatis est consensus malorũ : qui tamen a sanctorũ
cordibus dono dñi ꝓbatur alienus. Nam et ipse apo
Rom. 6. stolus hoc monet:Non ergo regnet peccatũ in vestro
mortali corpore ad obediẽdũ desiderijs eius: nec ex-
hibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Et
Eccle. 18. Salomon. Post cõcupiscẽtias cordis tui ne abieris.
Obedientiã ergo peccati vetuit:nõ suggestiões quas
caro ꝓprijs viribus vitare nõ preualet. Respiciamus
aũt cur hic vias plurali numero posuit:⁊ superius sin
gulariter dixit Beati immaculati in via. Ibi signifi-
cat dñm Saluatorẽ:qui certa via est ad patrẽ venien
tiũ:sicut ipse dixit: Nemo vadit ad patrẽ:nisi per me. Joan. 14.
qđ hic dixit In vijs: designat ꝓphetas et apostolos:
vel quicũq̧ populũ vera predicatiõe docuerũt. [Tu
mandasti:mãdata tua custodiri nimis]. Dixerat bea
tũ esse cui hec talia suffragant̃: vt sit immaculatꝰ am
bulet in lege dñi:scrutet̃ testimonia eius: ⁊ qđ est ꝑfe-
ctissimũ viuẽdi genus in toto corde exquirat dñm. Et
ne hec tanta negligẽda viderent̃:sequit̃ iussionis dñi-
ce venerãda preceptio:vt mãdata eius nõ solũ sedule
sed ⁊ nimie requirant̃. Nimius em̃ dictus est in nulla ETY.
re dubius: qui ꝓposite rei intẽtus semper assistit. Ubi
est sentẽtia gentiliũ toto orbe celebrata. Ne quid ni-
mis? Ecce nimiũ nobis a veritate precipit̃:Ecce a mo
deratore rerũ omniũ sine defectu aliquid fieri debere
sancit̃. Istud em̃ nimis significat multũ atq̧ infinitũ
sicut et in alio psalmo dicit: Nimis ꝓfunde facte sunt Ps̃. 91.
cogitationes tue. Et alibi. Nimis exaltatus es super Ps̃. 96.
oẽs deos. Siue mãdata dñi nimiũ custodire precipi-
mur: quãdo ipsi quoq̧ saluti nostre corporee ea ꝑfer-
re debere cẽsemur. Quapropter vires nostre possibi-
litatis excedere diuina militia est : q𝑟 totũ ibi nimium
decet: qm̃ ⁊ illud infinitũ est/qđ nobis tribui postula-
mus. Perquirenda est quoq̧ nominũ istorũ distincta DOS.
cognitio:ne quis ea credat esse cõfusa. In priori ver-
su dixit Legẽ dñi : Lex aũt dñi est(sicut apostolꝰ ait) Col. 2.
vmbra futuroꝝ:quã nõ decet ad litterã: sed spirituali
ordine custodiri. Ut verbi gratia:lex sacrificioꝝ/obser-
uãtia noue lune/ritus circũcisionis/⁊ cetera huiusce-
modi: q̃ typũ magis q̧ speciẽ certũ est habuisse veri-
tatis. Secũdo versu ponit Testimonia. Testimoniũ DEF.
est euidẽs ⁊ prefinita cõditio:cuius statuto cõmoniti/
res ꝑteritas nõ possumꝰ obliuisci:vt in Genesi ait Ja Gen̄. 31.
cob. Testimoniũ erit nobis collis iste: ⁊ testimonium
erit lapis iste. Scriptum est etiã ⁊ in libro Jesu naue Josue. 4.
Duodecĩ lapides afferte de medio Jordanis:vt sint
hi in testimoniũ filijs vestris. Sic nobis ꝑcepta diui-
na testimonia sunt:qñ cõmonẽt ne peccare debeamꝰ:
sicut apostolus Paulꝰ ait Testificor corã deo:q̃ viuifi 1. Tim. 5.
cat oĩa:⁊ Jesu christo/⁊ electorũ angelorũ:vt hec cu-
stodias. In ꝑsenti quoq̧ versu mãdata posuit:q̃ non
sunt vmbre futuroꝝ vt lex:sed presentẽ habẽt manife
ste operationis effectũ. Qđ dñs in euãgelio absolute
declarat dicẽs:primũ mandatũ est Diliges dñm deũ Mat. 22.
tuũ ex toto corde tuo:⁊ ex tota aĩa tua:⁊ ex tota virtu
te tua ⁊c̃. Hoc em̃ sic vni dictũ est:vt ab oĩbus de-
beat ⁊ per cuncta tẽpora custodiri. Quapropter siue
lex/siue testimonia/siue mãdata dñi custodiantur:ad
beatitudinis certũ est munera ꝑueniri. Que verba cũ
predictis diffinitiõibus suis mẽte cõdensa sunt : q𝑟 in
subsequẽtibus versibus frequenter ea posita reperi-
mus. [Utinã dirigant̃ vie mee:ad custodiẽdas iustifi-
catiões tuas]. Cũ vitã superiꝰ beati viri euidẽter ex-
presserit:nũc etiã populus fidelis bonoꝝ sibi ꝑuentũ
votis intercedẽtibus postulauit. Utinã verbũ semper
optãtis est: vt qđ nostris non possumus viribus adi-
pisci:diuina misericordia largiẽte mereamur. Cũ di-
cit Dirigãtur vie mee:ostendit eas quantũ ad huma-
nam imbecillitatẽ ꝑtinet tortuosas. Uie mee actꝰ si-
gnificant:quos in hac vita peragimus. Addidit Ad
custodiendas iustificationes tuas. Hic iam quod su-
perius optauit aperit. Ad custodiendas em̃ iustifica
tiones dñi nemo poterit ꝑuenire : nisi cuius vie a dño
dirigi cõprobantur. Sed discutiamus quid significẽt
iustificationes. Justificatiões igit̃ dñi apud priscum

populum fuerunt multe atq; diuerse: vt sex annis tm̄
famulus seruiret hebreus. Filius affectu & disciplina
patris erudiretur. Pater vt reuerenter in om̄ibus ha-
beretur. Deus: vt summo timore & amore coleret. Sa-
cerdos honorabilis esset. Proximus vt tanq̄ propria
vtilitas amaretur: et his similia: q̄ fieri sancta scriptu-
ra precepit. Hec ergo nequeunt custodiri: nisi miseri-
Tūc p̄spe cordie dn̄i p̄benf attribui. [Tūc non cōfundar: † dum
ro in oib⁹ respicio in oīa mandata tua]. Causa redditur queād-
mandatis modū possint iustificationes dn̄i iugiter seruari: id est
&c. si mandata respiciant vniuersa. Sed cū dicit: Omnia:
in nullo cōmonet esse peccandū: quoniā scriptum est:
Si quis de lege minimū non fecerit: reus est totius le-
gis. Respice autē: est mandata semp̄ ante oculos ha-
bere que iussa sunt: vt si quid tortū cōmittitur: salutari
emūdatione protinus corrigatur. Ceterū qui in man-
data non respicit: in quo erret modis oīmodis ignora-
Jaco. I. bit. Hanc quoq; similitudinē Jacobus ponit aposto-
lus dicens: Si quis auditor est verbi & non factor: hic
comparabitur viro c̄siderantī vultū natiuitatis sue in
speculo: considerauit enim se & abijt: & statim oblitus
est qualis fuerit. Qui aūt perspexerit in legē p̄fectā et
permanserit: non auditor obliuiosus factus: sed factor
operis: hic beatus in facto suo erit. Tales ergo lau-
dantur: a quorū cōspectu mandata dn̄i non recedunt.
Al. non hz. [Cōfitebor tibi † dn̄e in directione cordis: in eo quod
didici iudicia iusticie tue]. Cōfessio: hic significat lau
dē: quā decet populū dicere beatorū. Directio cordis:
est fidei catholice sancta regula: quia eū confiteri non
potest hereticorū distorta versutia. In eo quod dicit:
Didici: indicat a beatis patribus sibi traditā discipli-
nam: non autē vt quidā faciunt: studio p̄uersitatis in-
uentā. Judicia vero iusticie sunt: quia famulos suos li-
berare dignatur a diabolica persecutione laborantes.
[Justificationes tuas custodiā: non me derelinquas
vsq;quaq;]. Perfecta est proposite beatitudinis deco
ra constructio. Petit enim a dn̄o: vt iustificationibus
concessis: dignetur deuotū populū suo munere custo-
dire. Justificationes enim quid significent: in quarto
versu superiore iam dictum est. Et qm̄ nouerat tenta-
I. Pe. 5. tiones diabolicas vndiq; circuire: vt legitur: Aduer-
sarius vester sicut leo circuit querens quē deuoret: pe-
tit se quaquauersus deniq; custodiri: ne possit locū no
cendi hostilis atrocitas inuenire: Nunc videam⁹ quid
littera secūda contineat. BETH.

IN quo corrigit adolescētior
viam suā: in custodiendo ser
mones tuos. In toto corde
meo exquisiui te: ne repellas
me a mādatis tuis. In corde
meo abscōdi eloquia tua: vt
non peccē tibi. Benedictus es dn̄e: doce me
iustificationes tuas. In labijs meis: pronū-
ciaui omnia iudicia oris tui. In via testimo
niorū tuorū delectatus sum: sicut in om̄ibus
diuitijs. In mandatis tuis exercebor: & cōsi
derabo vias tuas. In iustificationibus tuis
meditabor: nō obliuiscar sermones tuos.

Al. adole- [IN quo corrigit † iuuenior viā suā: in custo-
scentior. diendo sermones tuos]. In prima littera
partes beatitudinis fidelis populus indi-
cauit: in quibus se deprecatus est custodiri.
Nunc idem in secūda littera cōuersionis tēpus osten-
dit: exponens etiā in sermonibus domini quibus de-
lectationibus p̄fruatur. Quapropter per figurā Ero- SCHE.
tesis: sub interrogatione p̄ponit: In quo corrigit iu-
uenior viam suā? Etas electa est noui nō veteris testa-
menti: quādo de seniori homine in robusta sum⁹ etate
reparati. Juuenior enim dicitur veteribus compara-
tus: quia comparatiuus gradus frequenter vim obti-
net positiui. Sed iste iuuenior: queādmodum correxit
viam suā: subsequenti responsione confirmat: dicens
In custodiendo sermones tuos: tunc scilicet cū euan-
gelicam disciplinam populus christianus accepit. Eo
siquidem tempore homo correctus est: quando vetere
prauitate damnata: ad recte fidei dona peruenit. Cu-
stodit autē sermones domini: qui non eos tantū me-
moria retinet: sed actionū probitate restituit. [In to-
to corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis
tuis]. Hoc quoq; munus est domini quod eum se to-
to corde asserit exquisisse. Non enim quereret nisi inq̄
situs fuisset: sicut in Esaia legitur: Quod perierat re-
quiram: & quod errauerat reuocabo. In omni siquidē
bono domini gratia preuenimur: & vt eum velimus ro
gare: ipse se dignatur infundere. Sequitur: Ne repel-
las me a mādatis tuis: tanq̄ indignū beneficijs suis:
vt quem te fecisti toto corde petere: tu etiaz digneris
audire. Repellit enim a mandatis suis subdole se ro-
gantes: sicut in alio psalmo legitur: Uirum sanguinū Ps. 5.
et dolosum abominabit dominus. Et Salomon dicit:
Sanctus enim spiritus discipline effugiet fictum: et Sap. I.
subtrahet se a cogitationibus que sunt sine intellectu.
Rogat ergo ne ab intelligētia legis diuine repellatur
sicut indignus: vt agnoscamus hāc intelligentiā non
mereri nisi eos qui noscunt toto corde deprecari. [In
corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi].
Cum legamus operam domini esse predicandā: sicut
Petrus in actibus apostolorū dicit: Non enim possu- Act. 4.
mus que vidimus et audiuimus non loqui: Hic dicit
in corde suo eloquia domini ne peccaret abscondita.
Sed vtrūq; verum est. Nam sicut decet fidelibus ea
oportune predicari: sic non credentib⁹ oportet abscon
di: sicut in euangelio dictū est: Ne dederitis sanctum Matth. 7.
canibus: neq; miseritis margaritas vestras ante por-
cos. Et alius psalmus dicit: Posui ori meo custodiā: Ps. 38.
dum consistit peccator aduersum me: Obmutui & hu-
miliatus sum & silui a bonis: vt intelligamus peccati
genus esse: obstinatis eloquia dn̄i predicare. Unde et
Paulus apostolus dicit: Hereticū post primā & secū- Titū. 3.
dam correptionē deuita &c. [Benedictus es dn̄e: do-
ce me iustificationes tuas]. Ne aliquis eruditionem
sanctā proprijs viribus applicaret: premittit: Bene-
dict⁹ es domine: id est qui gratias prestas: quia in ho-
mine non potes inuenire quod eligas. Sed hic bene-
dictionē / laudem significat domini. Nam cū nos deū
benedicimus: eius facta laudamus: cum ille benedi-
cit: nos sanctificare dignatur. Sequitur. Doce me iu-
stificationes tuas. Cū superius dixerit: In corde meo
abscondi eloquia tua: nūc dicit: Doce me iustificatio-
nes tuas: quasi nichil ante didicerit. Uerū sancte con-
gregationi esurienti sitientiq; iusticiā: non sufficit mā
data domini verbo didicisse: sed petebat vt ea factis
potuisset ostendere: vbi nouerat plenitudinē se gratie
reperire. Dicit ergo: Doce me iustificatiōes tuas: hoc
est presta me facere vnde electos tuos iustificare con-
suesti. [In labijs meis: p̄nūciaui oīa iudicia oris tui].
Chorus ille sanctorū pronunciasse se dicit iudicia oris

dñi:que locutus eſt per ꝓphetas ⁊ aplĩos ſuos:quãdo
ea labijs ſuis recenſuit : ⁊ populo p̄dicauit. Omnia
iudicia:ſignificat que ſcripta vel dicta ſunt. Ceterum
vniuerſaliter non poteſt ꝓnũciare:quod nulla noticia
Ps.35. preualet apprehẽdi:ſicut in alio pſalmo dictũ eſt. Iu=
dicia tua abyſſus multa. Apoſtolus quoq; teſtatur:
Rom.11. O altitudo diuitiarũ ſapientie ⁊ ſcientie dei:q̃ inſcru
tabilia ſunt iudicia eius : et inueſtigabiles vie ipſius.
Et ipſe paſſione vicina dicit apoſtolis:Non om̃ia dixi
SCHE. vobis. Quapropter figuraliter:ꝓ parte dicitur totũ:
quod in ſcripturis diuinis frequenter conſtat effectũ.
[In via teſtimonioꝝ tuoꝝ delectatus ſum:ſicut in oĩ=
DOS. bus diuitijs]. Via teſtimonioꝝ:eſt dñs Chriſtus : qm̃
de ipſo loquentia ad ipſum ducũt:via certa: iter infa=
tigabile:queſtuoſus labor:vbi q̃ſquis ꝑuenerit: ineſti=
mabiliũ diuitiarũ delectatiõe mulcetur. Et intuendũ
quod ſequitur : Sicut in oĩbus diuitijs. Hic diuitias
1.Corin.1. ſpũales debemus accipere:de quibꝰ aplĩs ait : Qm̃ in
oĩbus diuites facti eſtis in ipſo:in om̃i verbo ⁊ in om̃i
ſcientia : ſicut teſtimoniũ Chriſti cõfirmatũ eſt in vo=
bis. Ceterũ cohors ſctã ſeculares diuitias nõ poterat
teſtimonijs dñi comparare: quas ipſa velut ſordes ali
quas cognoſcitur abiecisse. [In mãdatis tuis exerce=
bor:⁊ conſiderabo vias tuas]. Eccleſiaſtice diſcipline
ordo ſeruatꝰ eſt. Prius enim fuit vt exercerẽt in man=
datis diuinis:id eſt frequenti operatione vſum rerum
neceſſariarũ aſſiduo labore ꝑagere:et ſic ad intellectꝰ
eius penetralia ꝑuenire. Nemo enim merẽt tantũ ſe=
cretũ cõſpicere:niſi cui datũ fuerit bona cõuerſatione
celeſtibus ſe beneficijs proximare. Et nota ꝙ exerci=
tatio in ſcripturis diuinis plerũq; in bono ponitur.
[In tuis iuſtificationibus meditabor : non obliuiſcar
ſermones tuos]. Obliuio non natura nobis venit:ſed
DOS. ab originalis peccati infirmitate deſcendit. Huic re=
medialis oppoſita eſt meditatio : ne memorie culmen
obliuio nefanda deſtrueret. Meditari em̃ ſe dicit iuſti=
ficationes dñi : ne poſſit qd̃ retinere expetit obliuiſci.
Nouerat enim quo vitio mens humana premeretur:⁊
ↄtra hoc auxiliũ reperit/vnde obliuio violẽta debuiſ=
ſet excludi. Reſpice quẽadmodũ diuerſis cauſis pro=
pria verba ſubiuncta ſunt. In ſuperiori quippe verſu.
In mandatis tuis exercebor:dixit:vbi parte opus eſt
Exo.20. actuali. Mãdata enim ſunt dñi:Non mechaberis:Nõ
falſum teſtimoniũ dixeris ⁊c̃. Hec enim oportuit non
tm̃ audire:ſed facere. Ideoq; poſuit : Exercebor. Hic
autẽ:Iuſtificationes/dicit meditabor. Iuſtificatiões
quippe dicte ſunt:ſicut ſuperius expoſitũ eſt:Hebreũ
puerũ nõ amplius q̃ ſex annis debere ſeruire:ad ſigni
ficantiã beati populi:qui in hoc ſeculo ſeruit:vt in illa
reſurrectione a cuncta obnoxietate liberẽt. Hoc ergo
quia fuit in enigmate conſtitutum : Meditabor dixit:
vt frequens iteratio intellectum future rei euidentius
aperiret.

GIMEL.

Retribue ſuo tuo : viuifica me
et cuſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos : ⁊ cõſi=
derabo mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra : non
abſcondas a me mãdata tua.
Cõcupiuit anima mea deſiderare iuſtifica=
tiones tuas/in om̃i tẽpore. Increpaſti ſuꝑ=
bos:maledicti qui declinãt a mãdatis tuis.
Aufer a me opprobriũ ⁊ cõtemptũ: q: teſti=
monia tua exquiſiui. Etenim ſederũt princi
pes ⁊ aduerſum me loquebãt: ſeruus autẽ
tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.
Nam ⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt: ⁊
conſilium meum iuſtificationes tue.

Retribue ſeruo tuo: † viã ⁊ cuſtodiam ſer= Al. viuifi=
mones tuos]. Venit ad tertiam litterã : in ca me
qua humanã indigentiã ↄfitetur:⁊ gratiã
dñi per cũcta cõmendat. Increpatos aſ=
ſerit ſuperbos qui fideles dñi iniquis mo
tibus perſequũtur. Retribue ſiquidẽ dicit:nõ meritis
redde:ſed iterũ da:vt qui preſtitiſti petitionis affectũ:
effectum quoq; poſtulationis attribuas. Deniq; hunc
ſenſuz declarat ſermo ſubiũctus cũ dicit: Seruo tuo.
Seruus enim chriſti dici non poteſt:niſi qui non ſuis
meritis:ſed diuine gratie reputat/ quod boni aliquod
feciſſe cognoſcitur. Dñi aũt cuſtodire mãdata:reuera
viuentis eſt. Cõtra : mortuus iure dicit:qui inobediẽs
approbatur:ſicut in euãgelio de infidelibꝰ legit. Sine Luc.9.
mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sepelire enim mor=
tuos viuentiũ erat:ſed quia infideles videbãt: recte
mortuos appellatos eſſe cognoſcimus. Et aduerte cõ
feſſionẽ ſanctã:ſic ſe iudicauit eſſe victurũ:ſi potuiſſet
dñi cuſtodire ſermones. Merito:qm̃ qui eos cuſtodit
ab ipſis ſine dubio cuſtoditur: ⁊ mors ei nõ dñabitur:
que in impioꝝ depopulatione graſſatur. [Reuela ocu
los meos:⁊ ↄſiderabo mirabilia de lege tua]. In hoc
verſu infirmitas humanitatis:⁊ bñficiũ ſuperne maie
ſtatis exponitur. Reuelare enim dictum eſt:remouere
velum. Quodã enim operimento ignorantie interior ETY.
aſpectus obducitur : et niſi miſericordia ipſius fuerit
hoc velamẽ ablatũ : ſcripturas ſanctas lumine cordis
nõ poſſumus intueri. Petit ergo auferri ſibi imꝑitie
cecitatẽ : vt illuminatꝰ gratia diuina queat dñi videre
miracula. Que ſunt autẽ iſta miracula:ipſe teſtatur di
cens : De lege tua. Superius diximus legem/ vmbrã
fuiſſe futuroꝝ: que ſignificantiã venture plenitudinis
cõtinebat. Immolabatur quippe paſchali feſtiuitate
agnus ĩmaculatꝰ: qd̃ chriſtũ dñm ſignificabat occidi.
Sacerdos:veſte pulcherrima ⁊ choruſcabili tegebãt:
vt futuri pontificis ⁊ celeſtis regis indicia nunciaret.
Promiſſiones quoq; dñi fuerũt:vt iſraeliticus popu=
lus in terrã ꝑducerẽt fluentẽ lac ⁊ mel : qd̃ ad illud fu=
turũ ſeculũ ꝑtinere nõ dubiũ eſt : vbi ſumme beatitu=
dinis gaudia copioſa dulceſcunt. Rogat populus ille
ſanctoꝝ:vt reuelato corde iſta ↄſideret: que ſuꝑducto
velamine nõ poterat intueri. [Incola ego ſum † apud Al. non ha=
te in terra : non abſcondas a me mãdata tua]. In hac
terra iuſti ſunt incole : q̇ ꝓpriã in mũdo nõ habẽt man
ſionẽ. Corpore ſiquidẽ in terra poſiti ſunt:in celis aũt
ꝓbabili cõuerſatione cõſiſtũt:ſicut aplĩs dicit:Cõuer= Phil.3.
ſatio aũt nr̃a in celis eſt. Et merito hic dicũtur incole:
quibꝰ in aliena patria nullus affectus eſt:ſed ad tẽpus
terrã ſui corporis colũt. Nõ em̃ erat ille diues incola :
qui horrea cõſtruebat: ⁊ longeuitatẽ vite ſue in multa
congregatione poſuerat. Sed iſti ſunt vere incole:qui
theſaurũ ſuũ in celo reponũt:vt cor eoꝝ futurã patriã
ſemꝑ affectet. Petit ergo fidelis populus mandatorũ
dñi ↄſciũ ſe fieri : q: nõ deprehẽdit in babylonie parte
cõuerſari. Illius em̃ poteſt ſcire q̃ſq; votũ:cui ⁊ famu
lari velle cognoſcitur. Mãdata enim eſſe diximꝰ: Dili Deuter.6.
ges dñm deum tuũ ex toto corde tuo:et ex tota anima
tua ⁊c̃. Hec petit nõ a ſe abſcondi:id eſt ſubtrahi atq;
denegari : vnde ſalutẽ anime ſue nouerat eſſe vẽturã.

Rogat ergo vt ei nullatenus celentur: que peccatori-
bus probantur absconsa: ꝗuis generaliter ꝓnunciata
esse videantur. [Cõcupiuit anima mea desiderare iu-
stificationes tuas: in omni tẽpore]. Cõcupiscentia in
Exo.20. malo ⁊ in bono ponitur. In malo: Nõ cõcupisces rem
Sap.6. proximi tui. In bono: Cõcupiscẽtia sapiẽtie perducit
ad regnũ. Ita ⁊ hic positũ est: Cõcupiuit aĩa mea de-
siderare iustificationes tuas. Violenta res: ⁊ in vtraqꝫ
parte fortissima. Non enim facile labitur: quod concu-
piscẽtie radicibꝰ alligatur. Nam vt ipsam vim sermo-
nis potuisset ostendere: adiecit: In omni tempore: vt
huic se desiderio nulla intermissio: nullũ tẽpus valuis-
set obsistere. Potest enim ⁊ infidelis ad tẽpus rem bo
nam concupiscere: sed hoc ꝑfectis desiderijs populus
sanctus attribuit: quod omĩ tẽpore ꝯcupiuit. Hoc est
enim cõcupiscere: quod desiderare. Nemo enim desi-
derat nisi qui cõcupiscit: nec iterũ concupiscit nisi qui
desiderat. Quapropter plenissimã voluntatẽ indicat
geminata professio. [Increpasti superbos: maledicti
qui declinant a mandatis tuis]. Cũ sint hominũ innu
mera crimina: superbos hic asserit increpatos: qui deo
semper probantur odibiles. Supbia est enim: per quã
angelus cecidit: per quã Adam de nature sue digni-
DOG. tate deiectus est. Nam sicut humilitas omniũ pax ꝓ-
batur esse virtutũ: ita superbia vitiorũ mater esse di-
Jaco.4. noscitur. De ipsis enim scriptum est: Superbis deus
ETY. resistit: humilibus autẽ dat gratiã. Increpare enim di
cimus: quasi de taciturnitate crepare: et in mordacia
dicta ꝓsilire. Quod deus per scripturas diuinas fre-
quenter facit cũ terrorẽ eius sue indignationis ostẽdit.
Sequitur generalis ⁊ absoluta sententia: maledictos
esse qui eius tentant mandata declinare. Nam vt pre-
cepta dñi nõ compleat humana fragilitas: leuius ma-
lum est: istud vero nefariũ est per superbiã declinare:
vnde animã suam a peccatoꝝ nexibus possit eripere.
Nam ⁊ illũ Adam qui declinauit mãdata dñi constat
esse maledictũ: hodieqꝫ maledicti sunt qui simili sce-
lere polluuntur. Mandata enim que sint: iã sunt dicta
superius. [Aufer a me opprobriũ ⁊ cõtemptum: quia
testimonia tua exquisiui]. Ecce de illo choro sanctoꝝ
et martyrũ verba sonuerũt: qui diuersis penis subacti
supbis ⁊ improbis opprobrio et cõtemptui esse vide-
bantur: nũc rogãt vt manifestatione misericordie dñi
eorũ derisio et vilitas auferatur: quod et in alio psal-
Ps.122. mo legitur: vbi ait. Quia multũ repleti sumus cõtem
ptione: ⁊ multũ repleta est anima nostra opprobrium
abundantium ⁊ despectio superbis. Testimonia vero
diuina exquisierũt vt talia paterentur: quãdo constat
Matth.5. esse preceptũ: Beati qui ꝑsecutionẽ patiuntur ꝓpter
iusticiã: quoniã ipsorũ est regnũ celorũ. Sed diligen-
tius intuendum est: quare a se petant martyres oppro
bria remoueri: vnde se nouerant domini munere coro-
nari? Sed hec oratio pro persecutoribus funditur: vt
dum cõuersi fuerint ad dñm: martyribus tollatur op-
probriũ: quando ⁊ illi ipsam religionẽ coluerint: quã
in alijs ꝑsequendã esse putauerũt: quod prestante dño
frequenter factũ esse cognouimus. [Etenim sederunt
principes ⁊ aduersum me loquebantur: seruus autem
tuus exercebatur in tuis iustificationibus]. Auditum
se a principibus martyꝝ chorus exponit: qui iudicia-
rio more residẽtes de innocentiũ ꝑditione tractabãt.
Et quod grauius terrere potuisset: ipsi erãt accusato-
res ⁊ iudices. Se vero merito dicit seruũ dñi: qui in-
ter vite pericula de eius iustificatione cogitabat: quid
in illa vita recepturus esset: qui in ista tẽporaliter gra-
uissima sustinebat. Exercebatur enim ad ꝓuectũ suũ:
non cruciabatur ad penã. Tales anime mundũ vice-
runt: que sensum doloris sui eterni premij cogitatio-
nibus molliebant. [Nam et testimonia tua meditatio Al. cõsiliũ
mea est: et † cõsolatio mea iustificationes tue † sunt.] meum.
Consiliũ inuentũ est cõtra malignantiũ cõciliũ: vt ad- Al. non hʒ.
uersum improbos furores domini testimonia medita-
ta sufficeret. Eoꝝ quippe cogitatio quoslibet mitigat
dolores: nec timori relinquit locũ qui in promissioni-
bus domini iugiter occupatur: sicut dicit apostolus:
Timor nõ est in charitate: sed perfecta dilectio foras 1. Joan.4.
mittit timorẽ. Cõsolationẽ vero suam esse ꝓfessus est
dñi iustificationes: quas suis martyribus pollicetur.
Consolamur enim in afflictione presentium rerum:
spe venientium premiorum. DELETH.

Adhesit pauimento aĩa mea:
viuifica me ẽm verbũ tuum.
Vias meas enũciaui ⁊ exau
disti me: doce me iustificatio
nes tuas. Viã iustificationũ
tuarum instrue me: ⁊ exerce-
bor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima
mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viã iniquitatis amoue a me: et de lege tua
miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia
tua nõ sum oblitus. Adhesi testimonijs tuis
dñe: noli me confundere. Viam mandatoꝝ
tuorũ cucurri: cũ dilatasti cor meum.

Adhesit pauimento anima mea: viuifica me
ẽm verbũ tuum]. Ad quartã litteram ve-
nit fidele concilium: in qua se dicit corpo-
rali quidem necessitate constrictũ: sed sola
domini pietate saluandũ: petens vt ab eo vias iniqui-
tatis amoueat: quoniã viam veritatis elegerat. Pul-
cherrimis autẽ allusionibus exponitur humana cõdi-
tio. Pauimentũ est soli alicuius in lenitatẽ maximam
cõstructa soliditas: que merito nostro corpori compa-
ratur: qm̃ ⁊ ipsum simili nitore leuigatur. Adhesisse se
ergo dicit carni sue: quod vitiosum esse non dubiũ est.
Anima enim si adhereat corpori: delictis fauet: si vo-
lũtate sit diuisa: virtutibus. Quapropter merito se pe
tebat per verbũ: id est per christũ dñm viuificari: quia
per consensum carnis se noscebat extingui. Sed per-
scrutãdũ est: quare illud cõsiliũ beatoꝝ quod superius
dixerat: Seruus autẽ tuus exercebatur in tuis iustifi-
cationibus: hic cõfiteatur adhesisse pauimẽto animã
suam? Ut reuera intelligamus ꝗuis sancti gratia dñi
ꝑfruantur: multaqꝫ virtutũ varietate colluceãt: ꝗdiu
sunt in hac carne mortali: esse tamẽ vnde se deprecent
absolui: sicut ĩ euãgelio magister optimꝰ dicit. Postꝗ Luc.17.
oĩa feceritis: dicite serui inutiles sumus: quod debui-
mus facere fecimus. Et alibi scriptura dicit: Justus Prouer.18.
in principio sermonis accusator est sui. [Vias meas
enũciaui ⁊ exaudisti me: doce me iustificatiões tuas.]
Qui se pauimẽto adhesisse professi sunt: merito in con
sequentibus sua peccata prodiderũt: et ideo sequitur:
Exaudisti me. Mira compensatio: stupenda vicissitu-
do: dño suo ꝓpria mala dicere: ⁊ ab eodem premia sa-
lutis accipere. Quis non bonis talibus incitetur illi
ad premiũ confiteri: cui non possis negare quod fece-
ris. Perscrutandũ quoqꝫ quod dixit: Doce me iustifi-
cationes tuas: non ad audiendum sed ad faciendum.

Ille enim diuinarū rerum doctus ostenditur: qui sibi
credita fecisse monstratur. Siue petit vt illas iustifica
tiones aduerteret: que precepte figuraliter esse vide=
bantur. [Uiam iustificationū tuarū instrue me: ꝛ exer=
cebor in mirabilibus tuis]. Merito cohors sancta iu=
stificationū viam intelligere querebat: que suas vias:
id est peccata prodiderat: quia nisi illas dānemus: ad
istam peruenire non possumus. Instrue me: ad intel=
lectū pertinet: vt aduerteret quod sepe iam dictū est:
quali mysterio post sex annos seruus relaxaretur he=
breus: septimus terre fructus pecoribus egentibusq̄
donaretur: quod post annū quinquagesimū quodlibet
illud priori reddi dño iubebatur: ꝛ his similia: q̄ iusti=
ficationib⁹ dñi cōuenire monstrantur. Hec enim me=
rito desiderabat agnoscere: que futuro spei nostre p=
bantur mysteria cōtinere. Sequitur. Et exercebor in
mirabilib⁹ tuis. Utiq̄ exercetur sensu ꝛ prudētia sin=
gulari: qui dicta dñi ad spiritualē significātiā trahit.
Mirabilia vero ipsa vocat que superius dicit iustifi=
cationes. Prebent enim intellecta miraculū: quando
sic in p̄senti sunt posita: vt longe futura significare vi=
deantur. [Dormitauit anima mea pre tedio: confirma
me in ꝟbis tuis]. Post illā petitionē sanctā cognosci=
mus eū fuisse dilatatū: quādo animā suā dicit dormi=
tasse pre tedio: quod accidere solet eis: qui longis ex=
pectationibus differuntur: vt intelligeremus per pa=
tientie bonū diuinū nobis venire presidiū. Dormitat
ergo anima: quando a sua intētione flacescit: ꝛ in ociū
fessa remittitur: dum ad illud quod intēdebat minime
puenire monstratur. Et vide: quia dormitauit posuit:
non dormiuit. Dormire em̄ obliuiosi atq̄ secordis est:
dormitare fessi ꝛ expectātis. Quod verbū ꝛ alter psal
Ps̄.131. mus edicit: Si dedero somnū oculis meis et palpe=
Ps̄.120. bris meis dormitationē. Et alibi: Ecce nō dormitabit
neq̄ dormiet qui custodit israel. Sed vt hunc quoq̄
defectū ab anima fatigata remoueret: sequitur. Con=
firma me in verbis tuis: quatenus si adhuc expectatio
differenda erat: in verbis dñi fixa atq̄ imutabilis ani=
ma pmaneret. Cognoscimus enim tali remedio: quas=
uis moras: queuis tedia: quoslibet labores om̄imodis
cōsolandos: si legē domini frequenti iteratione medi=
temur. Hanc autē anime dormitationē Cassianus ser
uorū dei optimus institutor: acidiam vocat: quā ma=
gno studio monachis persuadet esse fugiendā. [Uiam
Al.de iniquitatis amoue a me: ꝛ † in lege tua miserere mei.]
Ad illā contemplationē veritatis euectus: petit quod
in isto seculo necessariū fuit: vt via iniquitatis: hoc est
diabolus ab eius infestationibus tolleretur: ꝛ in lege
dñi optatā misericordiā reperiret. Per legem siquidē
Rom̄.3. nemo iustificabit: sicut apostolus dicit: Scientes quia
nemo iustificabitur ex operibus legis: sed ex fide Je=
Ibidem. su christi. Et iterū: Per legem enim cognitio peccati.
Iuste ergo ibi petit misericordiā: vbi se per legis vin
cula non credebat absolui. [Uiam veritatis elegi: iu=
dicia tua non sum oblitus]. Uia veritatis/ dñs Chri=
Joan.14. stus est: sicut ipse dicit: Ego sum via: veritas et vita.
Elegisse se dicebat sanctissim⁹ chorus culturā domi=
ni saluatoris inter diuersas mūdi superstitiones: qui=
ETy. bus insipienter mundani populi seruiebant. Eligere
enim non est nisi de multis vnum legere. Sed videa=
mus quare se dicit elegisse: cum dicatur in euangelio:
Joan.15. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Iure igitur
populus beatus ista dicebat qui iam electus fuerat vt
Ps̄.83. eligere potuisset: sicut ꝛ alio loco dicit: Elegi abiectus
esse in domo dñi. Merito ergo se oblitū dñi non dice=
bat esse iudicia: qui tali electione gaudebat. [Adhesi
testimonijs tuis dñe: noli me confundere]. Ille qui se
pauimento prius adhesisse dixerat: nūc se dñi testimo
nijs adhesisse cōmemorat: vt ostendat puectū se vite
diuino munere percepisse. Sed quoniā totū in diuina
tuitione cōsistit: rogat vt de muneribus collatis non
cadat: ne ad verecundie confusa perueniat. Non enim
se sancta cōscientia negligēti securitate remiserat: sed
magis quod acceperat humilis amittere formidabat.
Sic enim ꝯfundi poterat: si pderet qđ tenebat. [Uiam
mandatorū tuorū cucurri: cum † dilatares cor meū.] Al.dila=
Uia ista q̄ multifarie dicitur: q̄ diuersa qualitate tra= tasti
ctatur. Dixit enim superius: Uias meas annunciaui.
Deinde: Uiam iustificationū instrue me. Et iterū: Uiā
iniquitatis amoue a me. Repetit: Uiā veritatis elegi.
Ad postremū: Uiam mandatorū tuoꝝ cucurri: vt siue
bone/siue male vite viam dici om̄imodis instruamur.
Ueritatis ordinē seruans cucurrisse se dicit viā man=
datoꝝ: qm̄ cor suū a dño asserit esse dilatatū. Nō enim
potuisset vel ambulare vel currere: nisi cor eius in la=
titudine scientie fuisset extensum. Nam cū via māda=
torū eius legatur angusta: nisi dilatato corde non cur=
ritur. Anima enim quādo lumē veritatis acceperit in
multifarias agnitiones aperitur: ꝛ latior redditur vir=
tutib⁹ cognitis: que prius fuerat angustata peccatis.
Bene autem dixit: Cucurri: vt ostenderet se ad fidem
rectā velociter dñi munere peruenisse. Currit enim
viā iustus: donec (sicut dicit apostolus) perueniat ad Phil.3.
palmā superne vocationis.

HE.

LEgē pone michi dñe viā iu=
stificationū tuarū: ꝛ exquirā
eā semp. Da michi itellectū
et scrutabor legē tuā: ꝛ custo
diam illā in toto corde meo.
Deduc me in semitā manda
toꝝ tuoꝝ: q2 ipsaꝫ volui. Inclina cor meū in
testimonia tua: ꝛ nō in auaritiā. Auerte ocu
los meos ne videāt vanitatē: i via tua viui=
fica me. Statue seruo tuo eloquiū tuū: i timo
re tuo. Amputa opprobriū meū qđ suspicat⁹
sum: q2 iudicia tua iocunda. Ecce cōcupiui
mandata tua: in equitate tua viuifica me.

LEgem pone michi domine viam iustifica
tionū tuarū: et exquirā eam semper]. Ad
quintā litterā plebs beata processit: mul=
tis modis expetens vt in lege domini ei⁹
debeat munere custodiri. Inquirendum
plane quā sibi legem petat populus iste constitui: qui
superius dixit: Et in lege tua miserere mei. Illud di=
ctum est de veteri testamento: nunc autē nouā legem
postulat sibi debere poni veniente scilꝫ dño Christo:
vt illo aduentu sancte incarnationis expletus: pfecto
christiane fidei robore firmaretur: sicut dictū est: De
syon exiuit lex: ꝛ verbum domini de hierusalē. Deniq̄ Esa.2.
iugiter se eam dicit exquirere. Illud enim desiderio
inardescente semper exquiritur: quod venire magnis
precibus postulatur. [Da michi intellectum et scru=
tabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde
meo]. Considerandum est quid sibi velit q̄ iterum
petit/ que prius se accepisse memorauit: id est Uiam
mandatorum tuoruꝫ cucurri: scilicet quia dona domi=
ni continue sunt petenda. Semper enim prestat qui

donata conseruat: ⁊ probabili desiderio cõtinue petimus: quod in nobis ꝑmanere iugiter postulam⁹. Ipse enim perscrutatur hanc legẽ: cui intellectus prestatur a dño. Et vt constantiã pie ꝑfectionis ostenderet: eam se dicit in toto corde suo diuinitatis munere custodire declarans per vniuersas subtilesq; minutias omẽ bonum et a dño tribui: ⁊ per ipsum seruari: ⁊ eius gratia semꝑ augeri. Et vide q̃ pulchro ordine cuncta descendant. Prius petit vt lex ei poneretur: id est noui testamenti: quia veteris iã tenebat. Deinde vt legis ipsius intentionẽ cognoscere meruisset: quatenus eã cordis integritate seruaret. [Deduc me in semita mandatorũ tuoꝝ: quia ipsam volui]. Cum in quarta littera cucurrisse se dicat viam mandatorũ: hic se in eadem deduci iterum postulauit. Sed mandata ista noui testamenti debemus accipere: vbi se perduci magnopere precabatur: quoniã veteris testamẽti cucurrerat. Ita fit vt ⁊ fidei compleatur desiderata perfectio: ⁊ sancta scriptura nichil sibi cõtrarium dixisse videatur. Nam cũ dicit: Ipsam volui: noui testamenti spiritualẽ gratiam probatur expetere: per quã se ad celoꝝ regna nouerat ꝑuenire. [Inclina cor meũ in testimonia tua: et non in auaritiã]. Diligenter verba ista tractãda sunt. Inclinari cor suũ petit in testimonia dñi: vbi non per rapacem auaritiam: sed per laudabilẽ humilitatẽ prestante dño peruenitur. Inclinati enim melius cõspicimus que ante oculos nostros esse monstrãtur. Nam illi qui erecti et vanitati supini sunt: nequaq̃ possunt subiecta oculis intueri. Addidit: Et non in auaritiã. Sciens cohors illa sanctoꝝ auaritiam capacẽ esse vitioꝝ: hãc a se expetit amoueri: vt potuisset toto corde ad scripturas sacratissimas salubriter inclinari. Auaritia enim: est temporaliũ rerũ flagrans oĩno desiderium: vnde ⁊ primus homo peccauit: et suis posteris vitia incentiua dereliquit. Hinc ⁊ diabolus accusauit Job: dicens ꝓpter diuitias quas illi dederat nõ propter ipsam contemplationẽ qua bonus est: ab eo dñm fuisse dilectum. Quod sequens impugnauit euentus: quando vir sanctus in omnibus aduersis dño gratias actitauit. Petit ergo populus beatus: vt hãc auaritiã de corde eius amoueat: ⁊ ad testimonia dñi solo probitatis inuitetur affectu. [Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me]. Multi huius seculi prudentes cõtinentie se lege moderati sunt: vt hominũ magis q̃ dñi iudicio complacerent. Sed isti operam suam vano studio perdiderũt: qm̃ scriptũ est: Ne faciatis iusticiã vestrã corã hominib⁹. Unde nũc plebs beata deprecatur: vt oculos cordis eius a tali proposito dñs dignetur auertere: ne peruersa consuetudine mũdanis possit delectationib⁹ implicari: quia nos ⁊ per oculos peccare non dubiũ est: dũ cõspectarũ rerũ ambitione traducimur. Ab hac enim se vanitate fieri deprecatur alienũ: qm̃ sciebat inde maximũ venire peccatũ. Hinc notantur ⁊ illi qui diuersis spectaculis occupantur: hinc qui mulierũ fedo amore rapiuntur: hinc qui alienarũ reruz possessionẽ improbe cõcupiscunt. Sed huic petitioni additur ⁊ illa perfectio: vt in via sua: id est in dño Christo eum viuificare dignetur: in quo vere viuificatur: q2 mors eius virtute superatur. [Statue seruo tuo eloquiũ tuum: in timore tuo]. Statue dicit: stare fac: id est infige: cõsolida atq; cõfirma: ne sanctũ eloquiũ fugaci obliuione dilabat: quod in nostris semper debet sensibus stabiliter permanere. Cui rei bene addidit: timorẽ: vt semper oremus ne suscepta munera possim⁹ amittere: ⁊ grauius

DEF. (margin, beside "Auaritia enim: est temporaliũ rerũ flagrans oĩno desiderium")

Job.1. (margin, beside "Job: dicens ꝓpter diuitias")

Matth.6. (margin, beside "Ne faciatis iusticiã vestrã")

sit dulcedinẽ didicisse q̃ pereat. Subiunxit: Tuo: qui ab humano timore longe discretus est. Iste enim sic formidat vt diligat: sic querit vt nunq̃ desinat amare quẽ metuit. Et quia plurimi eloquia dñi suscipiũt negligenter: et tanq̃ fabulas inutiles audire declinant: merito addidit: In timore tuo. vbi nec culpa cõquiritur: nec ad desidie discrimina peruenitur. [Amputa opprobriũ meũ quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda]. In hac sententia maximũ vitiũ humanitatis exponitur. Multi enim in opprobriũ cadũt: aliter q̃ habeat veritas suspicando: quã culpã a se desiderat amputari. Pro multis enim malis sepe bonũ testimonium damus: atq; iterum de bonis mala dicimus nescientes: ⁊ necesse est verecundiã incurrat: qui ignorans aliquid asseuerat. Suspicio enim sepissime probatur incerta: que viro non conuenit christiano. Hec ergo suspicio ducit ad opprobrium: quod ex peccato nascitur. Iure ergo sibi querebat amputari: vnde reus poterat inueniri. Primo confessus est infirmitatẽ suã: nunc domini cognoscitur laudare iudicia: cuius verbum verũ est firmaq; sententia. Quapropter amator veritatis merito sibi iocundũ domini dicebat esse decretũ: per quẽ se et requiem reperire nouerat ⁊ coronam: sicut apostolus dicit: Bonũ certamen certaui: 2.Timot.4.
cursum cõsummaui: fidem seruaui: de reliquo reposita est michi corona iusticie. [Ecce concupiui mãdata tua: in equitate tua viuifica me]. Diuersa beneficia superius sibi cohors sancta tribui postulauit: sed in hoc versu consecutã se dicit plenitudinem gratiarũ: quia concupiuerat mandata domini: que veram prudentiã conferunt ⁊ salutem. Petit autẽ in equitate domini se viuificari: qui adhuc superstes esse videbatur: vt intelligamus non esse veracissimã vitã: nisi quã dñs Christus fuerit prestare dignatus. Equitas autem patris: verbũ caro factũ est: cui omne iudiciũ dedit: vt orbis terrarũ in eius examine iudicãdus assistat: sicut apl's dicit: Qui factus est sapientia nobis a deo: ⁊ iusticia: 1.Corin.1.
et sanctificatio: ⁊ redemptio.

VAV.

ET veniat suꝑ me mĩa tua domine: salutare tuũ ƀm eloquiũ tuũ. Et respõdebo exprobrãtibus michi verbũ: q2 speraui in sermonib⁹ tuis. Et ne auferas de ore meo ṽbũ veritatis vsq;quaq;: q2 in iudicijs tuis suꝑsperaui. Et custodiã legẽ tuã semꝑ: in seculũ ⁊ in seculũ seculi. Et ambulabã ĩ latitudine: q2 mãdata tua exq̇siui. Et loquebar in testimonijs tuis in cõspectu regũ: ⁊ nõ cõfundebar. Et meditabar in mãdatis tuis: que dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iustificationibus tuis.

[ET veniat suꝑ me misericordia tua dñe: salutare tuũ ƀm eloquiũ tuũ]. Ad sextã litterã cõgregatio sancta ꝑuenit: in qua sibi postulat salutarẽ dñm debere concedi: vt inimicos de tãta remuneratiõe ꝯfundat: et in lege dñi assidua meditatione proficiat. Precatur ergo vt supra eã dñs saluator aduenlat: qui est misericordia peccatoꝝ ⁊ vita fideliũ. Et vt hanc misericordiam specialiter ipsum debuisses aduertere: secutũ est Salutare tuũ. Reuera per quẽ salus gẽtib⁹ venit: qui

mundo egrotanti medicinam sue pietatis attribuit.
Scd'm eloquiũ tuũ dixit:id est ẜm ꝓmissionem tuam:
quã ꝑ ꝓphetas cognosceris fuisse pollicitus. [Et re=
spondebo exprobrantibus michi verbũ: quia speraui
in sermonibus tuis]. Hec nobis indicat absolute sen=
tentia cũ aduersantiũ fuerit obiecta versutia:q̇ tamen
possunt recipere rationẽ: nõ nobis tacendũ:sed respõ
dendũ esse viriliter: ne sibi malignantiũ p̄sumptio su=
DOG. perior esse videat̃. Exprobrãt eñ verbo:qui filiũ dicũt
esse minorẽ:vel qui eũ carne passum minime credide=
1.Corin.2. rũt:sicut dicit apl's. Si enim cognouissent nunq̃ dñm
glorie crucifixissent. His presumptionẽ dñi respõden
dum est:qui doctrinã salutarẽ nõ ad reuerẽtiã audiũt:
sed ad iniuriã potius exprobratiõis adducũt. Sequit̃
Quia speraui in sermonibus tuis. Utiq̃ ideo dicit re=
spondendũ:quia sperauit in sermonibus dñi:qui dicit:
Matth.10. Cũ veneritis ante principes ⁊ potestates nolite cogi=
tare quomodo aut q̇d loquamini: dabit̃ enim vobis in
illa hora q̇d loquamini. Non enim vos estis qui loqui=
mini:sed spũs patris vestri qui loquit̃ in vobis. [Et ne
auferas de ore meo verbũ veritatis vsq̃quaq̃:quia in
Al.sup̄spe= iudicijs tuis † speraui]. Rogat vt ꝯfessionẽ veritatis
raui. de eius ore nulle pene:null⁹ terror extorqueat:sed q̄li=
bet tormẽta fuerint inflicta in vna voce cõstantie ꝑse=
ueret:q2 nõ in virib⁹ humanis:sed i diuinis cognoscit̃
sperasse iudicijs. Sed cuz dicit: Usq̃quaq̃ significat
verbũ veritatis ad tẽpus aliquibus fuisse sublatũ: vt
Luc.22. Petro apostolo cõtigit: qui ante galli cantũ ter dñm
negauit. Sed non vsq̃quaq̃ ablatũ est verbũ verita=
tis de ore ipsius:quãdo culpã suã ⁊ fletibus diluit: et
sanguinis effusione mũdauit. Sequit̃: quare non de=
beat de ore ipsi⁹ veritas ꝯfessionis auferri: Quia in iu
dicijs tuis speraui. Iudicia erãt dñi q̄ turbe martyrũ
diuersis cruciatibus agebantur. Sed in his se magis
spem gerere ꝓfitetur:quia scriptũ est: Flagellat omnẽ
filiũ quẽ recipit. Iniqui eñ cũ molestantur desperãt:
sancti viri si affligant̃ spem magis sue dilectiõis acci=
piunt. Hactenus littere istius versus habet orationẽ.
Subsequẽtes vero vsq̃ ad finẽ narratiõis ordine de=
promuntur. [Et custodiã legẽ tuã semꝑ in seculũ ⁊ in
seculũ seculi]. Iste ⁊ alij versus vsq̃ ad finem littere:
nõ habet depcationẽ:sed narrationẽ. Superius enim
petijt vt acciperet:hic iam de ꝑceptis beneficijs gra=
tias agit. Custodire se legẽ dñi semꝑ affirmat:quia in
ipsa variare nefandũ est. Sic enim custodire potest:si
quod superius dixit nõ auferat de ore ipsius veritatis
verbũ. Interdũ: Semꝑ:ponit̃ vsq̃ ad finẽ hui⁹ seculi.
Sed hic cũ dicit: In seculũ seculi: illam perennitatẽ
significat que nõ habet finẽ. Sed cũ superius dixeri=
mus/ legẽ vmbrã fuisse futuroꝝ:id est immolare agnũ
immaculatũ: octauo die ritum circũcisioni adhiberi:
vel his similia: quẽadmodũ in eternũ legem se custo=
dire dicit: cũ non solũ post resurrectionẽ futuram ne=
cessaria nõ sint ista: sed hic quoq̃ iã videantur aboli=
ta? Sed ibi alia lex erit dñi: quã se promittit populus
custodire sanctissimus. Scit enim per hanc vmbram
legis ad mysteriũ eterne legis ascendi. Nouit etiã cõ
suetudinẽ angeloꝝ ⁊ potestatũ dñm sine fine laudare.
Scit summe beatitudinis esse solẽnitatẽ: iugiter do=
minũ intueri. Scit deniq3 fideliũ ibi esse leges: quas
se professus est sine fine seruare. [Et ambulabã in la=
titudine: quia mãdata tua exq̇siui]. Ipsa est latitudo
quã in quarta littera dixit: Uiam mandatoꝝ tuoꝝ cu=
curri cũ dilatares cor meũ: scientia scilicet multiplex
atq3 salutaris:quã ideo meruit:q2 mãdatoꝝ intelligẽ=
tiã requisiuit. Quã merito dicimus esse charitatẽ: de
qua scriptum est: Charitas dei diffusa est in cordibus Rom.5.
nostris ꝑ spm̃ sctm̃ qui datus est nobis. Cõtra:pecca=
toꝝ corda in bonitate coangusta sunt. qd' tangit Apl's
cũ dicit: Nõ angustiamini in nobis:angustiamini autẽ 2.Corin.6.
in viscerib⁹ vestris:q2 dñi mens coangusta:id est pollu
ta nõ recipit:sed in latitudine mentis suscipitur:a quo
celũ terraq3 cõpletur. Patulũ enim domiciliũ debet
esse:vt tantam mereatur recipere maiestatem. [Et lo=
quebar † de testimonijs tuis in conspectu regũ:⁊ non Al.in
cõfundebar]. Loquebatur de testimonijs domini:qm̃
petiuerat ⁊ acceperat: vt responderet exprobrãtibus
sibi verbum. Qua firmitate roboratus ante reges se=
culi: qui poterant elata potestate terrere: non se dicit
fuisse confusum:sed veritatẽ quã mente cõceperat in=
trepidis sermonibus exercebat. Cõfunditur autẽ ille:
cuius per ratiocinationẽ dicta vincuntur. Ad verecũ=
diam enim venire nõ potest: qui veritatis ipsius testi=
monio roborãt. Non enim ille sub qualibet necessitate
negandus est:qui dicit: Qui me negauerit corã homi= Matth.10.
nibus:negabo ⁊ ego eum corã patre meo qui est in ce=
lis. [Et meditabar in mãdatis tuis:que dilexi † vehe= Al.non hz.
menter]. Hic ostendit frequẽtate meditationis ardo=
rem. Meditari enim mandata non potest: nisi qui ea
assidua lectione cucurrerit. Et vt hanc frequẽtiã eui=
dentius declararet: addidit: Que dilexi. Negligere
enim nunq̃ potest homo q̄ diligit. Sed ne hãc quoq3
dilectionẽ tepidam forsitan estimares:addidit Uehe=
menter: supra quã nulla potest dilectio reperiri. Non
enim vt alia dilectio mãdatoꝝ dñi mediocris esse po=
test:nisi vehemẽter quod hic expetitur diligat̃. Qua=
propter mãdata dñi iure vehemẽter dilexit:per que in
cordis latitudine fiducialiter ambulabat. [Et leuaui
manus meas ad mãdata tua q̄ dilexi † nimis: et exer= Al.non hz.
cebar in iustificationib⁹ tuis]. Superiori versu dixit:
Meditabar in mandatis tuis:quod ad virtutẽ respicit
inspectiuam:modo autẽ dicit: Leuabo manus meas:
quod ad partẽ pertinet actualẽ. Leuare enim manus:
significat bonis operibus occupari. Ceterum qui ma
lis actionib⁹ detinet̃:nõ leuat manus suas:sed deijcit.
Et vide: quia in vtrisq3 partib⁹ ponit Que dilexi: ibi
Uehementer: hic: Nimis: quoniam vtrũq3 opus sub
magna ambitione faciendũ est:vt fructũ possit habe=
re dño miserante qui perficit. Addidit: Et exercebar
in iustificationibus tuis. Ibi meditabatur: vbi men=
tis intentione translatus est:hic exercebatur vbi que=
rebat operis frequẽtatione ꝓspicere. Et nota q̄ exer=
citatio in scripturis diuinis plerũq3 in bono ponitur:
in litteris autẽ secularibus vel in cõmuni locutione:
in bono aut nunq̃ aut raro ponitur. Quã locutionem IDI
scripturarũ diuinarũ ꝓpriã esse dicamus. In iustifi=
cationibus tuis:pertinet ad vtrũq3:vt ⁊ mandata do=
mini cũ delectatione meditaretur:⁊ operas manuum
cum charitate perficeret. Ista enim duo sunt (vt sepe
iam diximus) que perfectos faciunt vtiq̃ christianos.
Finita est cum littera narratio: quam a versu quarto
scilicet inchoauit.

ZAI.

MEmor esto vbi tui seruo tuo:
in q̇ michi spem dedisti. Hec
me cõsolata est in humilitate
mea: quia eloquiũ tuũ viuifi
cauit me. Supbi inique age=
bãt vsq̃quaq̃: a lege autem

tuā nō declinaui. Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a seculo dñe: et cōsolatus sum. Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquētibus legē tuā. Cātabiles michi erāt iustificationes tue: ī loco peregrinatiōis mee. Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam. Hec facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Al. memor esto
Emento verbi tui seruo tuo: in quo michi spem dedisti]. Ad septimam litteram venit chorus ille sanctoꝝ: in qua spem promissionū domini sensibus nostris omnino cōmendat: vt firmum in mente nostra permaneat: quod gloriosa veritas pollicetur: asserens propter eā fideles aduersa huius mundi tolerabiliter
DDS. et libentissime sustinere. Quis enim mortē temporalem metuat: cui eterna vita promittitur? Quis orbitates pignorū cogitet: cum se iungendū choris nouerit angeloꝝ? Quis labores carnis timeat: cū se in perpetuā requiē nouerit collocandū? Ex humana vero consuetudine: Memēto dicit deo: qui nichil potest vllatenus obliuisci: nō quia dignū erat in illa maiestate ponere obliuionis iniuriā: sed precatur vt cito seruo suo conferat clementissime ꝓmissionis effectū. Has enim tropologias in scripturis diuinis frequēter inuenies:
Geñ. 9. vt est illud in genesi: Recordabor federis mei. Uel in
Leuit. 26. exodo: Et recordatus est dominus federis quod pepigerat cū Abraam ⁊ Isaac ⁊ Iacob. Uerbi tui: fortasse significat ꝓmissionē quā in euāgelio dicit: Bea-
Matth. 5. ti qui lugēt quoniā ipsi cōsolabuntur. Beati qui ꝑsecutionē patiuntur ꝓpter iusticiā: qm̄ ipsorū est regnū
Joan. 14. celoꝝ. Et alio loco: Non vos dimittā orphanos: ⁊ his similia. Seruo tuo: subaudiēdū: imple ꝓmissum: quia si velis sine aliqua adiectione superioribus aptare qđ dictum est: verba sibi nequeunt cōuenire. Que figura
SCHE. dicitur Eclipsis: id est defectus: quotiens verbū suspendit: vt viuacius inquirat. Sequitur. In quo michi spem dedisti. In illa scʒ ꝓmissione verbi tui: quā iure a veraci domino cōpleri fidelis populus expectabat. [Hec me ꝯsolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuum viuificauit me]. Spem quā sibi dicit de domini pollicitationibus extitisse: ipsam se in necessitatibus huius mundi consolatā fuisse testatur: quoniam inter quaslibet calamitates animus fideliū reficitur: quando talis retributio cogitat. Quis enim tēporales insidias metuat cū ad eterna dñi ꝓmissa respiciat? Nam cū dicit: Cōsolata est: ostendit inter erūnas seculi hoc sibi solatij fuisse vt in presenti vita affligeretur: ⁊ de futura spei ꝓmissione gauderet. Hoc etiā significat In humilitate mea: quia sctā reuera ꝓbat humilitas: oia patienter: oia cū gratiaꝝ actionibꝰ sustinere. Hāc etiā
Luc. 21. spem tribuit in euāgelio dicēs apostolis. In patiētia vestra possidebitis aias vestras. Sequitur. Quia eloquium tuuʒ viuificauit me. Causam reddit quare humilitas eiꝰ fuerit ꝯsolata. Promissio quippe tāti iudicis firmauit animū sustinentis: et ne tēporalē timeret interitū: spes cōsolationis viuificauit afflictū. [Supbi inique agebant vsqꝫquaqꝫ: a lege autē tua non declinaui]. Tempus significat qñ a supbis ꝑsecutoribꝰ vehemēter humilis ecclesia vexabatur. Sed hec oia dicit esse frustrata: cū ei malignoꝝ non potuit nocere seuitia. Et respice qm̄ humilitatē suā fidelis populus viuificatā dicit: supbos autē: id est malignos atqꝫ tyrānos crudeliter egisse cōmemorat: qui nō viuificandi: sed potius mortificādi sunt. Per hec em̄ duo verba designat genꝰ humanū. Humiles quippe dicēdi sunt: qui mādatis dñi obedire cōtendūt. Superbi: qui diabolicis suggestionibus intumescūt. Sequitur. A lege autē tua non declinaui: scilicet vt illi putabāt: qui ꝑsequebantur innoxios. Et cū dicit: Nō declinaui: significat in veritatis iugiter se mansisse sententia. [Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a seculo dñe: ⁊ cōsolatus sum]. Memor iudicioꝝ plectibilia nō presumit: q; metu penarū reuocatur que incētiua prauitate succēditur. Cū dicit A seculo: significat cū administrari ceptꝰ est mūdus. Hoc enim illa cohors potuit dicere: que per successiones generationū longis etatibꝰ cognoscitur extitisse. Nam si eternū tēpus voluisset ostendere: seculū seculi diceret: sicut frequēter insinuat. Qua cogitatione cōsolatū se dicit: quia famulos suos virtꝰ diuina nō de-
serit: sicut ⁊ alibi dicit. Iunior fui ⁊ senui: et non vidi Ps. 36.
iustum derelictuʒ. [Defectio † animi tenuit me: † pre Al. non hʒ.
peccatoribꝰ derelinquētibus legē tuam]. Hic pietas Al. pro
sancte cōuersationis exponitur: vt dolore se defecisse dicat: quia peccatores legē dñi deserere cernebantur. Necesse est enim vt sanctū virū alterius culpa contristet: dū animꝰ plus saluos fieri desiderat vniuersos: et quē nō optat excedere affligitur: cū ei penas cognouerit iminere. Scit enim q; grauiter illatū malū suū potius grauet auctorē. Unde sctā cohors nō tantū penis
suis: q̄ʒtum tyrānicis torquebat excessibꝰ. [Cātabiles
michi erāt iustificationes tue: in loco † incolatꝰ mei]. Al. peregri-
Cū dicit: Cantabiles: significat psalmodiā cū magna natiōis mee
delectatione peragendā: sicut dicit apl's. Cantātes ⁊ Ephe. 5.
psallētes in cordibꝰ vestris deo. Cantꝰ em̄ semp releuat labores: ⁊ nō facit animo surripere tediū qui cōtēplationis magna suauitate mulcet. Nā quod addidit In loco incolatꝰ mei (sicut sepe diximꝰ) significat hūc mūdū: vbi peregrinat ois qui Christo dño deuotꝰ est. Expulsi siquidē in Adā de sede paradisi: in hac terra incolatū gerimus: quia patrie illiꝰ beatitudinē nō habemus. Ita fit: vt in hoc mundo peregrini esse videa-
mur: sicut ⁊ apostolꝰ dicit: Quādiu sumus in hoc cor- 2. Corin. 5.
pore peregrinamur a dño. [Memor fui nocte nominis tui dñe: et custodiui legē tuā]. Per noctē: mundū istum significari posse non dubiū est: in quo peccatorū regnat obscuritas. Sed vtinā oculos corporeos clauderet: ⁊ non cordis lumina piculosius obcecaret. Hāc noctem dñs depellit: quādo iudicij tēpore veniens illuminat abscondita tenebrarū: et manifestat consilia cordis: que nūc excessibus nutriuntur illicitis. Sed in hac nocte memorem se dicit fuisse nominis dñi: cū oia beneficia ipsius non meritis suis / sed diuinis munerib-
us applicaret: sicut ⁊ in alio psalmo legitur. Adiuto- Ps. 123.
riū nostrū in noie dñi: qui fecit celū ⁊ terrā. Et aposto-
lus memorat: Qui gloriatur in dño glorief. Sic enim 2. Corin. 10.
fidelis noctis istius tenebris non inuoluitur: quia cordis lumine clarificat. Cōsequitur digna ꝓfessio. Ideo enim custodiuit legē dñi: quia memor fuit in nocte nominis eius. Non enim custodire valuisset legem dñi: si suis aliquid meritis applicasset. [Hec facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui]. Hec facta est michi: subaudi consolatio: quod magis de nocte q̄ʒ de lege debet intelligi: vt que peccatoribus est cecitas: ipsa viris sanctis illuminatio esse videatur. Sic enim credentes nō patiuntur tenebras: q̄uis in huius mundi cecitate versentur. Sequit causa quare illi nox facta sit consolatio: quia iustificationes tuas exquisiui.

Si enim dixisset Meas: sustinuisset adhuc densissi-
mam cecitatem: sed quia dixit: Tuas: mundi tene-
bris non potuit obcecari.

HETH

Portio mea domine: dixi cu-
stodire legē tuā. Deprecat⁹
sum faciem tuaꝫ in toto cor-
de meo: miserere mei ꝑm elo
quiuꝫ tuum. Cogitaui vias
meas: ⁊ cōuerti pedes meos
in testimonia tua. Paratus sum et non sum
turbatus: vt custodiā mandata tua. Funes
peccatorū circūplexi sunt me: ⁊ legem tuam
non sum oblitus. Media nocte surgebā ad
confitendum tibi: super iudicia iustificatio-
nis tue. Particeps ego sum omnium timen
tium te: ⁊ custodientiū mandata tua. Mise-
ricordia tua domine plena est terra: iustifi-
cationes tuas doce me.

Portio mea dñe: dixi custodire legē tuam].
Agmen beatū ad octauam litteram venit:
in qua desiderat videre faciē domini: quia
eius mandatis noscitur obsecutus. Portio:
a parte dicta est. Illius enim partis sumus
ETY. cuius voluntatib⁹ obedimus. Quod verbum frequē-
Deuter.10. ter inuenis dictum: vt est illud: Filijs leui non erit por
tio: neqꝫ sors in medio fratrū eorū: quia dominus de⁹
pars est eoꝝ. Unde merito portio piorū deus dicitur:
quia in regni eius felicitate victuri sunt. Sequitur.
Dixi custodire legem tuam. Dixi/id est statui: decreui
atqꝫ ꝓmisi domini precepta seruare: vnde factus fue-
rat in domini portione: id est in hierusalem beata: nō
in babylonie parte confusa. [Deprecatus sum faciem
tuā in toto corde meo: miserere mei ꝑm eloquiū tuū].
Duplici modo hec facies domini probatur intelligi.
Christū quē credebat esse vēturū indubitata cogita-
tione desiderans: incarnationē ipsius querebat aspi-
cere: que mundo salutaris poterat apparere: sicut et
Ps.79. in alio psalmo dictum est. Deus virtutū conuerte nos
et ostende faciem tuam ⁊ salui erimus. In toto corde:
sine vlla hesitatione: vt nunqꝫ de futuro suspensus: sed
velut presentem videretur rogare certissimus. Postu
lat etiam misericordiā aduentus eius debere cōpleri:
qui per prophetas innumera noscitur annunciatione
promissus. Siue magis deprecari videtur: vt in futu-
ra illa resurrectione eius faciē possit inspicere: sicut le
Matth.5. gitur: Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbūt. Et
1.Corin.13. apostolus. Uidimus nunc per speculum in enigmate:
tūc aūt facie ad faciē. Sed quia peccatorē se nouerat:
sibi postulat debere misereri: quatenus per gratiā li-
beratus videat quod suis nō poterat meritis intueri.
Scd̄m eloquiū tuū: illud scilicet quo deitatis sue pro-
mittit sanctis beatā nimis ⁊ incōparabilē per omnia
Al. nō hꝫ. visionē. [† Quia cogitaui vias meas: ⁊ cōuerti pedes
meos in testimonia tua]. Ordinem humane cōuersa-
tionis exponit. Prius est enim vt nosmetipsos distri-
ctius arguamus: ⁊ sic ad dñi mādata migremus. Co-
gitauerat ꝓinde examen illud gloriosum: Uias suas:
id est actus humanos: sed quoniā ei oīmodis displice-
bant: pedes suos cōuertit ad testimonia domini gra-
dienda: in quibus si aliquis ambulat firma potest ha-
bere vestigia. Uidebat siquidē in humanis actib⁹ esse
peccata: in diuinis aūt mandatis florere iusticiā: ⁊ sa-
pienter illud deseruerat quod expositū periculis sen-
tiebat. Dicendo enim: Cōuerti pedes meos: ostendit
primitus fuisse peruersos. [Paratus sum et non sum
turbatus: vt custodiā mandata tua]. Cum dicit para-
tum: ostendit deliberasse se pro mādatis dñi quelibet
pericula sustinere. Paratum se enim ad precepta dñi
custodienda ille testatur: qui nec persecutores metuit:
et illecebras huius seculi a suis sensibus effugauit: si-
cut ⁊ apostolus Paulus ait. Ego enim pro noīe Jesu Act.21.
non solum alligari: sed ⁊ mori paratus sum. Unde si-
militer ⁊ in alio psalmo dictū est: Paratū cor meū de⁹ Ps.56.
paratū cor meū. Sequitur. Et non sum turbatus. Im
prouisa forte cōturbēt. Non enim facit formidare ani
mū deliberata sentētia. Unde ⁊ dñs in euangelio pre-
monens dicit. Non turbetur cor vestrū: quoniā nō po Joan.14.
test dici paratus: qui trepida cogitatione cōfunditur.
Infert etiā ad quid paratū se esse dicebat: scilicet vt
mandata dñi custodiret: que sic bene atqꝫ integre ser-
uantur: cum aduersitas nulla metuitur. [Funes pecca
torū circūplexi sunt me: ⁊ legem tuā nō sum oblitus].
Cum dicit: Funes peccatoꝝ: ostendit tot esse laqueos
quot peccata cōmittimus. Funes enim sunt implicita DOB.
et tortuosa ligamina: quibus se delinquentes semper
astringūt: sicut Esaias dicit: Ue qui trahunt peccata Esa.5.
tanqꝫ funem longū. Et alibi: Uinculis suoꝝ peccatoꝝ Prouer.5.
vnusquisqꝫ ꝯstringitur. Sed hoc referendū est ad cor-
poris prauitatē. Nam cū dicit: Legē tuā non sum ob-
litus (quod est beatoꝝ) cur se ipse peccatoꝝ nexib⁹ di-
cat esse cōplexum? Sed fieri potuit: vt caro delictorū
funibus complexa ligaretur: animus autē sanctus in-
centiuis vitijs reluctans: legē dñi non fuisset oblitus:
sicut apostolus dicit: Ego ipse mente seruio legi dei: Rom.7.
carne autem legi peccati. [Media nocte surgebam ad
confitendū tibi: sup iudicia † iusticie tue]. Non vacat Al. iustifi-
quod dicit: Media nocte surgebā. Scit enim hoc tē- cationis
pore primogenita egyptiorū fuisse percussa. Scit etiā Exo.2.
ea tempestate Petri ⁊ Pauli ⁊ Silee in carcere posi- Ac.12. ⁊.16
torū vincula resoluta. Scit quoqꝫ sponsum media no- Matth.25.
cte esse venturū: ideoqꝫ eodē tempore surgit ad lau-
des: ne inter fatuas virgines ianua clausa remaneat.
Nec vacat quod dicit: Surgebā: quia semꝑ surgitur
cū ad domini preconia festinatur. Ad confitendū: hic
significat ad laudandū: quia sequitur. Super iudicia
iusticie tue. Nam si penitentie cōfessionē voluisset in-
telligi: super misericordiā tuam dixisset: non super iu-
dicia iusticie tue]. Particeps ego sum omniū timen-
tium te: ⁊ custodientiū mandata tua]. Hic euidētius
dixit qd̄ superius in capite littere posuit: Portio mea
dñe. Sic enim erat portio dñi: vt ⁊ famulorum ipsius
particeps esse ꝓbaretur. Et respice queādmodū vir-
tutem ecclesiastice vnitatis ostendit: vt omniū fideliū
se dicat esse participem: non vnius ecclesie: sed que in
totius mūdi capacitate diffusa est. Et merito se vbiqꝫ
partes habere dicit: quando vniuersalis congregatio
talia loquebatur. Pars enim ipsius erat: quicqd deo
placere poterat in toto orbe terrarū. Et respice qꝫ hu-
militer participem se dicit timentiū deū: cum legatur
in apostolo: Participes christi facti sum⁹. Et in qua- Heb.3.
dragesimoquarto psalmo quosdam participes christi
significatos esse meminimus: cum dicit. Propterea Ps.44.
vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus
tuis. Quisquis enim in nouitate vite ambulauerit: erit
particeps christi. Sic ⁊ humiliter locutus est: ⁊ tamē
ad ipsam significantiā quid sit particeps dñi: animū
bene intelligētis extēdit. Et quia dixit: Oīm timentiū

te: ne illos debuisses aduertere/qui dñi iudicia seruili
timore formidant: addidit Et custodientium manda=
ta tua: qui deuotissimi cõprobantur timore castissimo
et amore reuerendo. [Misericordia tua dñe plena est
terra: iustificationes tuas doce me]. Cum dicit Mise
ricordia tua dñe plena est terra: ostendit vtiq3 dilata
tionem fidei christiane: quã sic misericorditer imple=
uit: vt vndiq3 nomen vanissime superstitiõis euacuas=
se doceatur. Et nota ꝙ iustificatiões dñi q̃3 sedule pe=
tit discere: cum frequenter eas se fuerit custodisse ꝓ=
fessus: sc3 vt ostendat mandata dñi infatigabiliter ex=
quirenda: quatenus sub tali desiderio ꝓfectus noster
possit semper augeri: sicut in quinte littere primo ver=
su dixit Legem pone michi dñe viam iustificationum
tuarum: z exquiram eam semper. TETH.

BOnitatem fecisti cũ seruo tuo
dñe ẜm verbum tuũ. Bonita
tẽ/ z disciplinam/ z scientiam
doce me: q2 in mandatis tuis
credidi. Priusq̃3 humiliarer
ego deliqui: ꝓpterea eloquiũ
tuum custodiui. Bonus es tu: et in bonitate
tua doce me iustificatiões tuas. Multiplica
ta est sup me iniquitas supboꝝ: ego aũt in to
to corde meo scrutabor mãdata tua. Coagu
latũ est sicut lac cor eoꝝ: ego vero legẽ tuam
meditatus su3. Bonum michi q2 humiliasti
me: vt discam iustificationes tuas. Bonum
michi lex oris tui: super millia auri z argẽti.

BOnitatem fecisti cũ seruo tuo dñe ẜm ver=
bum tuũ]. Populus beat⁹ nonã litteram
cãtaturus ingredit: in qua gratias agit hu
miliatum se fuisse: vt ad iustificatiões dñi
deuotissimus perueniret/ testimonia eius
asserens sibi supra omnes esse diuitias. Cum autẽ di=
cit Bonitatẽ fecisti cũ seruo tuo dñe: collata sibi mu=
nera ꝓfitetur. Bonus quippe dñs seruis suis tribuit
bonitatẽ. Sed que sit ista bonitas: subter exponit di=
cẽs: Bonũ michi ꝙ humiliasti me: vt discerẽ iustifica
tiones tuas. Non eñ de felicitate mundana gratias
agit: sed de afflictione salutari. Meminit eñ piam di
strictionem esse que corripit. Intelligebat quippe bo
nitatẽ illam debere dici vnde ꝓficitur: nõ vnde inani
exultatione gaudet. Sic facit et medicus bonitatem
cũ secat vulnera: sic pater cũ filium cedit: qui licet ad
tempus inferant penas: cõferunt tamen de afflictiõe
remedia. Nouerat ergo dñm pijs supplicatiõibus ho
norãdum: cuius clementia tribulationes nostre ꝑmu
tant in gaudiũ: quãuis ad tempus graues esse videã=
tur. Sequit Scdm verbum tuum: illo sc3 quo dicitur
Mat.23. Qui se humiliat exaltabit: z qui se exaltat humiliabi
tur. [Bonitatẽ/et disciplinam/ z sciẽtiam doce me: q2
Al. in. † mandatis tuis credidi]. Perquirendum est cur ad=
huc petit doceri qđ iam se superius accepisse ꝓfessus
est: scilicet quoniã bonarum rerum nulla satietas est:
que more flagrantis incendij: quãto amplius per ari=
da ligna cucurrerit: tãto copiosius estuabit. Nam et
Luc.17. apostoli fidei calore feruentes dicebant: Auge nobis
fidem. Docet ergo deus bonitatẽ: inspirando chari=
tatis desiderium. Docet disciplinam: cũ tribulationi=
bus patiẽtiam donat. Docet sciẽtiam: cũ salutarium
rerum ipse cognoscitur attributor. Sed aliter docet
deus: aliter magister humanus. Ille verba ꝓmit: sed DOS.
intellectum nõ potest earum rerũ prestare que preci=
pit. Deus aũt prius cor illuminat: vt in sensus electo=
rum eius verba descẽdant. Sequit: Quia mandatis
tuis credidi. Cum mandata ideo predicẽtur vt fiant:
perquirendũ est quare dixerit Mandatis tuis credi=
di. Propter illam ꝓmissionem dñi que dicit: Qui au= Mat.7.
dit verba mea/ z facit ea: similis est viro edificãti do=
mũ suam supra petram zc. Merito ergo subiũxit Cre
didi: q2 premia sibi obediẽtibus maxima cõpromisit.
[Priusq̃3 humiliarer ego deliqui: ꝓpterea eloquium
tuũ custodiui]. Respiciamus queãdmodũ in hoc ver
su humana vita describit. Prius enim peccasse se di=
xit: cum originali vitio teneret obnoxius. Post humi=
liatum se esse ꝓfessus est: vt culpa careret/ quã cõtra=
xerat in radice. Ad postremũ dñi eloquium custodi=
uit: q2 humiliari meruit: sicut dicit Jacob⁹ apostolus
Humilibus autẽ dat gratiã. Et vt frequẽter exceden Jac.4.
tium licẽtiam cohiberet: post humiliationẽ suam elo=
quiũ dñi/ id est scripturas sanctas se dicit ei⁹ dono to=
to mẽtis conamine custodire. [Bonus es tu † dñe: et Al. non h3.
in bonitate tua doce me iustificationes tuas]. Petit
bonũ magistrũ: vt in sua bonitate dignet docere disci
pulum. Que figura dicit Paronomasia: latine deno= SCHE.
minatio: que similitudine verbi cõuertit in se audito=
ris affectum. [Multiplicata est super me iniquitas su
perborũ: ego autẽ in toto corde meo scrutabor man=
data tua]. Apte petit bonitatis auxilium: qui subitu=
rus erat colluctatiõis incertũ: vt z iustificationes dñi
quas lectiõe didicerat/ in suo certamine declararet.
Tunc eñ perfecte discunt mãdata cũ fiunt. Dicit eñ
multiplicatã super se ꝑsequentiũ iniquitatem: z ideo
petit ne penis grauibus superboꝝ deuota eius macu
laret humilitas. Sed cõtra illam seuissimã factionẽ:
vide quid sequit. Ego autẽ in toto corde meo scruta=
bor mãdata tua: vt quantũ illi cõtendebant seducere
tantũ iste videret mãdatis dñicis adherere. Sic glo=
riose vincunt/ qui penis tẽporalibus sanctos vincere
tentauerũt. Et quãto eos a lege dñi diuidere nisi sunt
tãto illos mandatoꝝ scrutatores amplius effecerũt.
[Coagulatũ est sicut lac cor eoꝝ: ego vero legẽ tuam
meditatus sum]. Coagulatũ z in bono/ z in malo po
nit. In bono: sicut in .67. psalmo iam dictũ est. Mons Ps.67.
coagulatus/ mons pinguis. Hic aũt in malo dictum
debemus accipere. Nã iniquitatẽ superboꝝ quã supe
rius multiplicatã supra se fuisse testat⁹ est: vult intelli
gi cõduratam: q̃ more lactis in crassiorẽ substantiam
fuerat impia deliberatiõe cõstricta. Lac dictũ est a li ETY.
quore: qđ de interna substantia naturali poti⁹ liquore
decurrat. A eñ in I conuertit: vt amicus/ inimicus: z
his silia. Sed quãtũ illi in malo durescebãt: tãto iste
a lege dñi sesegregare non poterat: vt illorũ crudelis
obstinatio pia ꝑseuerantia vinceret. [Bonũ michi † Al. quia.
ꝙ humiliasti me: vt † discerem iustificationes tuas]. Al. discam.
Bonũ dicebat sibi ꝙ penis seuiẽtib⁹ subdebat: nõ pre
sentia cogitãs/ sed futura desiderãs. Ceperat eni3 de
illa dulcedine gustare: que oẽs suauitates ꝓbat exce=
dere. Humilitas eñ ista hierusalẽ tangit gloriosa fa=
stigia. Nã sicut supbia mergit ad tartarũ: ita ista tol=
lit ad celũ. Ista quippe humiliatio quale premiũ ha=
beat: cõsequenter exponit. Dicit eni3 Ut discerẽ iusti=
ficatiões tuas: id est vt facerẽ que docuisti. Tũc enim
ꝑfecte discit: qñ precepta dñi fideli actione mõstrant.
[Bonũ michi lex oris tui: sup millia auri et argenti].
Quotiẽs in hac littera bonitatem memorat/ cohors

ĩlla sanctorũ:quam ideo frequenter petijt: qm̃ magis
ac magis crescebat ei dulcedo bonitatis. Considere
mus autem vim istius verbi quod dicit Oris tui:non
tam pphetarum/non apostolorũ: sed precepta euan
gelica sibi testat esse p̃ciosissima : que christi dñi sunt
ore plata. Sequit Super millia auri et argenti. Au=
rum ⁊ argentum cupiditatibus hominũ videtur esse
precipuum. Sed qꝛ bonitas illa cõparationem simi=
lem non poterat inuenire:premisit Super millia: qđ
infinitum atq; incomprehensibile est : vt auri argen=
tiq; comparatio tali adiectione vilesceret. Quicquid
DOS. enim dixeris Super: semper excedit. Facta est ergo
comparatio absq; similitudine / precium sine modo/
amor sine fine. Sic enim dilectio tanta indicari me=
ruit:vt nulla res ei potuisset equari. IOTH.

MAnꝰ tue fecerũt me/⁊ plasma
uerũt me:da michi intellectũ
vt discam mãdata tua. Qui
timẽt te videbunt me ⁊ leta=
bũtur: qꝛ in verba tua super=
speraui. Cognoui dñe quia
equitas iudicia tua:et in veritate tua humi=
liasti me. Fiat misericordia tua vt cõsoletur
me:ꝓm eloquiũ tuũ seruo tuo. Ueniãt michi
miseratiões tue ⁊ viuã: qꝛ lex tua meditatio
mea est. Confundãtur superbi qꝛ iniusti ini=
quitatẽ fecerũt ĩ me:ego aũt exercebor in mã
datis tuis. Cõuertant michi timẽtes te: ⁊ q̃
nouerũt testimonia tua. Fiat cor meũ imma
culatũ in iustificatiõibꝰ tuis: vt nõ ↄfundar.

MAnus tue fecerunt me/ ⁊ plasmauerunt
me : da michi intellectum vt discã man=
data tua]. Ad decimã litteram cohors
gloriosa ꝓgredit: in qua petit intellectũ
mandatoꝝ sibimet debere cõcedi:vt ve=
racissime vite munere perfruat: expetens vt dñi mia
fiat immaculata: ne possit in illa iudicatione cõfundi.
Si velimus igit de hoc versu disputationes collige=
re singuloꝝ: libri magis edimus quãtitatẽ/q̃ aliquid
ꝓmissa breuitate narramus. Sed sufficiat nobis pre
stãte dño intellectũ rei cõpendiosis sensibus aperire
Ps̃.101. Legit enim Opera manuũ tuarũ sunt celi. Legitur
Ps̃.94. etiam. Et aridã manus eius finxerũt. Idẽ ⁊ hic: Ma
nus tue fecerũt me/et plasmauerũt me. Sed hec oia
tropice dicta sunt. Nam manus habere corporeũ est.
Si vero pprietatẽ operationis dñice velis aduerte=
Ps̃.148. re:audi Dixit et facta sunt : mandauit et creata sunt.
Quapropter operationis eius virtus humano more
manus vocãtur:ꝑ quas nos cõsueuimus operari. Fe
cerũt aũt:quidã volũt ad aiam ꝑtinere:plasmauerũt
ad corpus qđ de limo terre cognoscit fuisse formatũ.
Iusta voce factura sua clamat auctori : Da michi in=
tellectum : a quo cognoscor esse plasmata. Sed per=
quire qualẽ intellectũ querebat:quẽ humanitatis ra=
tiõe nõ poterat inuenire. Illũ scꝫ purũ/contẽplabilẽ/
deuotũ:quẽ ante peccatũ adhuc ade incorrupta sim=
plicitas possidebat:non istũ de quo sibi hoies viden=
tur esse sapiẽtes: ⁊ pecoribꝰ ex aliqua parte premine=
re. Petit ergo intellectum: vt dñi mãdata cognoscat:
quatenus quẽ adam ꝑ inobediẽtiam perdiderat/ co=
hors sancta ꝑ deuotionis obsequia mereretur. [Qui
timent te videbũt me/et letabũtur:qꝛ in verbo tuo su=
persperaui]. Pulcherrima pio dño causa miseratio=
nis oblata est:qm̃ si cuilibet de sancta congregatione
prestiterit/cunctoꝝ aios magna hylaritate cõplebit.
Sciebat em̃ clemẽtiam eius velle facere qđ fidelium
corda roboraret:et petit talia in se fieri vnde oim de=
uotio possit augeri. Uidendo em̃ alterius premia ꝓfi
cit sancta cõscientia: dũ ad imitationẽ laudabiliũ re=
rũ pposita semꝑ exẽpla ꝓficiunt. Addidit etiã ppter
quid omnino debeat impetrare. Quia in verbo:id est
in christo dño se sperare ꝓfitet:vbi nũq; decipit spes/
nec potest animus quasi caducis desiderijs eludi:qui
in tanta veritate meret infigi. [Cognoui dñe qꝛ equi=
tas iudicia tua:⁊ in veritate tua humiliasti me]. Cum
legat alibi Iudicia tua abyssus multa. Et iterũ. Iu= Ps̃ 35.
stitia dei inuestigabilia : querẽdum est cur hic dixerit
Cognoui dñe qꝛ equitas iudicia tua. Sꝫ quotiens im DOS.
mẽsum atq; incõprehensibile legit: illud eternũ iudi=
ciũ debemꝰ accipere : qđ ex toto hic nõ valemus ad=
uertere. Istud vero presentis mũdi est(qđ se cogno=
uisse testat) vt hoiem animi tumore peccãtẽ humilia=
tũ corrigat: ⁊ supplicãtẽ sibi misericordia diuina reci
piat. Quis em̃ dubitet summe equitatis esse iudiciũ:
vt qui ꝑ superbiã delinquũt/ deuota humilitate pur=
gent? Et intuere qꝛ hic nõ dixit Credidi/sed cognoui:
id est expertus sum : vt in suis passiõibus/atq; benefi
cijs hãc se equitatẽ dñi cognouisse monstraret. [Fiat
† nũc misericordia tua vt cõsoletur me:ꝓm eloquium Al. non hꝫ.
tuũ seruo tuo.] Merito petijt misericordiã: qui prius
in humilitate sua cõfessus fuerat iusta dñi fuisse iudi=
cia. Nam inter erũnas multiplices/⁊ seua certamina
tormentorũ cõsolatricem rerũ istarũ misericordiã pe
tit:vt aduersitates seculi ferre potuisset:quas sibi ad
purgationẽ vitiorũ ꝓficue nouerat cõtributas. Non
em̃ auferri sibi talia postulauit:sed in eis se expetit cõ
solari. Consolatio em̃ est: qñ miseriarũ patiẽtiam do
nat/tormẽta seua retẽperat/ ⁊ afflicti animi merores
beatitudinis ꝓmissione cõfortat. Sequit: Scđm elo=
quiũ tuũ seruo tuo. A cõmuni subiũge fiat:id est ꝓm il DOS.
lam ꝓmissionẽ qua spopondit in euangelio se tribula
tos in passionibus minime relicturũ. [Ueniant michi
miserationes tue/et viuam: qꝛ lex tua meditatio mea
est]. Sufficiẽter expressum est quid per misericordiã
dñi consequamur:vitam scꝫ eternã. Nam cũ istud si=
bi diceret esse tribuẽdũ: postulauit vt veraciter viue=
re mereret:qꝛ sola illa benedicit vita quam nec mole=
stia vlla sollicitat/nec mors suspecta cõtristat:de qua
in euãgelio dictũ est Si vis venire ad vitã:serua man Mat.19.
data. Nec moueat ꝙ nõ addidit eternam. Tanta est
em̃ vis eiꝰ nominis:vt cũ sola vita dicitur/eterna po=
tius sentiat. Hanc ergo vitam dicit se debere ꝓmere
ri:qꝛ meditatio eius bonis monstrabat operibus oc=
cupata. Nam meditationẽ hic nõ solam accipias le=
ctionẽ:sed magis operã legis. Non autẽ per istam so
lam meditationẽ beati efficimur: que lectionis repe=
titiõe tractat. Illa ei meditatio beatos facit/q̃ ope=
ribus sanctis celorũ regna conquirit: sicut apostolus
dicit. Nõ em̃ auditores legis iusti sunt apud deũ:sed Rom.2.
factores legis iustificabunt. [Confundant superbi:qꝛ
iniuste iniquitatẽ fecerũt in me:ego autẽ exercebor in
mãdatis tuis]. Nõ conuenit plebi sancte in aduersa=
rios suos maledictionis voto ꝓsilire : cum ipse dicat
Diligite inimicos vestros: ⁊ orate ꝓ calũniãtibus vo Mat.5.
bis. Ipse quoq; subiecit:Ego aũt exercebor in mãda
tis tuis:vt nichil eũ cõtra regulã fecisse cognosceres.

Sed Confundant ad emendationē ptinet: nō ad sup
pliciū sempiternū. Tunc em̄ cōscientia peccantis be
ne cōfunditur: quādo mala pristina ꝓpria voluntate
damnant: ⁊ incipit odisse qđ videbatur ante diligere.
Istud em̄ orat ꝓuenire superbis: ne diutius baccha=
ri ausibus videantur illicitis. Sequit causa ꝓbabilis
quare superbi debeant cōfundi: scʒ qꝛ iniuste iniquita
tem fecerunt in me. Quid em̄ iniustius dici potest/ q̄
eos velle ꝑsequi: qui mādatis videbant sacratissimis
occupari? Sequitur. Ego aūt exercebor in mandatis
tuis. Contra insidias inimicorū/ ⁊ superbiā pretumi=
da se iniquitate iactātem: posuit salutare remedium/
exercitiū vtiq̄ mandatoꝝ. Non em̄ aduersus ꝑfidos
⁊ crudeles aliqua obluctatiōe pugnauit: aut verborū
litigiosa cōtentione se miscuit: sed tanq̄ vēto flabili di
ctis inanibus vberatus ꝓpositū suū quieta mēte per=
agebat: vt inde magis aduersarij celerius caderent:
dum nullis eis humanis viribus restitisset/ qđ patien
tie genꝰ ornat sine dubio christianos. [Conuertantur
Al. michi † ad me qui timent te: ⁊ qui nouerūt testimonia tua].
timentes. Ad distinguendas ꝑsonas ꝓpria verba signata sunt.
Supra em̄ de superbis dictū est Confundant: hic au=
tem de incipiētibus dicit Cōuertātur ad me: id est ad
te. Ad dn̄m em̄ bene intelligitur cōuerti/ qui in eccle=
siastica cepit cōgregatione versari: illi scilicet qui iam
timere ceperant: sed nondū fuerant tota mentis intē=
tione cōuersi. Addidit Et qui nouerūt testimonia tua
Quos lectio quidē diuina iam imbuit: sed necdū ope
ra salutaris instruxit. Conuertant em̄/ de ꝑfectis non
poterat dici: qui ⁊ lectione sacra/ ⁊ pia operatione ful
gebāt. [Fiat cor meū immaculatū in tuis iustificatio=
nibus: vt nō cōfundar]. Cor suum immaculatū petijt
fieri peccatorū remissione: nō meriti qualitate. Nam
sicut in ꝓncipio psalmi dictū est: Cui peccatum suum
dimittit/ sine dubitatione mundat: nec potest illā sto=
lam induere nuptialem: nisi qui ꝑ diuinaʒ gratiam in=
dulgentie meruit accipere puritatē. Ibi em̄ solus ille
nō cōfundit/ cui peccata donant. Et intēde q̄ post vir
tutes eximias chorus ille sanctorū cor suū immacula
tum fieri deprecat: vt nullus hominū presumeret/ qđ
solam christi dn̄i habuisse certuʒ est sanctitatē. Nam
qui cōfessus fuerat manibus se dn̄i factū atq̄ plasma
tum: q̄ humiliatū iuste se dixerat ad creberrimas paſ=
siones: qui exercitatus est in mādatis dn̄i: in eiꝰ quoq̄
lege meditatus/ nō audet dicere immaculatū cor sibi
esse: sed petit vt fiat quod necdū in illa resurrectione
Mat. 25. ꝑceperat: vbi audituri sunt: Uenite benedicti patris
mei: percipite regnū quod vobis paratū est ab initio
mundi ⁊c̄. Et vide quemadmodū vnū verbū diuersis
causis adhibitū est. Supra impios petijt debere con
fundi vt corrigātur: se vero postulat non debere con=
fundi: vt interitum damnationis euadat. CAPLK.

DEfecit in salutare tuū anima
mea: et in verbum tuū super=
speraui. Defecerūt oculi mei
in eloquiū tuū: dicentes quā=
do cōsolaberis me? Quia fa=
ctus sum sicut vter in pruina:
iustificationes tuas non sum oblitus. Quot
sunt dies serui tui: quando facies de ꝑsequē=
tibus me iudicium? Narrauerunt michi ini=
qui fabulationes: sed non vt lex tua. Omnia
mādata tua veritas: iniqui ꝑsecuti sunt me/
adiuua me. Paulominus consummauerunt
me in terra: ego autem non dereliqui manda
ta tua. Scdm̄ misericordiam tuam viuifica
me: ⁊ custodiam testimonia oris tui.

DEfecit in salutare tuū anima mea: ⁊ inver=
bū tuū † speraui]. Undecimā litterā pere Al. super=
grinus in hac terra populus decantat: in speraui.
qua nimiū desiderium suū in aduentu dn̄i
feliciter cōfitetur. Enumerat quoq̄ quan=
tam supborū insecutionē pertulerit ad postremū pe=
tit vt in mādatis dn̄i ipsius munere perseueret. Defe
ctus et ꝓ fine alicuius rei dicitur: vt est illud: Inimici Ps. 9.
defecerūt framee in finem. Nōnunq̄ ponitur ⁊ ꝓ de=
siderij nimietate declarāda: vt est illud Concupiuit/ ⁊ Ps. 83.
defecit aīa mea in atria dn̄i. Idem ⁊ hic sancta cōgre
gatio defecisse dicit animā suam in dn̄i saluatoris ar=
dentissimā charitatem. Mos em̄ iste humanitatis est
vt quod omnino cōcupiscimus/ in eo lassari ac defice
re videamur: quādo dilatiōe suspensi/ ad vota nostra
peruenire nō possumus. Ut si charissimū filiū clemen
tissimus pater lōga expectatiōe dilatus/ aīa festinan
te sustineat. Si vxor castissima dulcissimuʒ maritum:
nōne amore fatigante deficiunt/ quos videre deside=
rāter exposcunt? Quapropter defecit aīa mea: signi=
ficat lassata est/ atq̄ fatigata: quod ꝑ nimia solet de=
sideria prouenire. Consideremus ergo sāctissimi de=
siderij magnitudinem tanta se mentis intentiōe fati=
gasse: vt vsq̄ ad defectū felicissimū perueniret. Sed
ne defectus iste fidei videret occasus: In salutare se
defecisse dicit: quod hebrea lingua dicitur Iesus. Et DOG.
ne aliquis ita sentiēdū forsitan dubitaret: addidit Et
in verbum tuū speraui: id est in vnigenitum filium: qui 1. cor. 1.
est dei virtus/ ⁊ dei sapientia: de quo ⁊ alibi legit Uer Joan. 1.
bum caro factum est: et habitauit in nobis. [Defece=
runt oculi mei in eloquium tuū dicētes: quando cōso=
laberis me.] Repetitur salutaris ⁊ cōfirmatiua defe=
ctio: que non ab infirmitate mentis venit: sed a glorio
sa potius animi virtute descendit. Supra enim dixit
nimio desiderio dn̄i saluatoris defecisse animā suam:
nunc oculos cordis tali ambitione defecisse cōmemo
rat. Ipsi enim sunt q̄ interius loqui possunt: sicut scri=
ptum est Clamaui in toto corde meo: exaudi me dn̄e.
Nam cū lingua loqui soleat: hic legitur oculos dixiſ=
se Quādo cōsolaberis me. Cōstat ergo oculos istos DOG.
esse intellectuales: id est lumina cordis intrinsecus q̄
dn̄o efficaciter supplicant: et silentioso quodā sermo=
ne ꝓclamant. Oculos aliquid dicere: nō est cōmunis
aut vsitata locutio. Sed istum cōpositionis modum IDI.
scripture diuine necesse est: vt ꝓprium esse fateamur.
Et respice vim syllabe. In eloquio dixit: non ab elo=
quio. Deficere em̄ ab eloquio dn̄i: totius boni reuera
priuatio est. Nam in eloquio eius deficere: semper au
gere est. Tādiu em̄ se dicit defectum istum robustissi=
mū pertulisse: donec expectata incarnatio dn̄i cordis
aspectibus appareret. Unde euidēter agnoscimus iu
stos viros: et si carnalibus oculis aduentū dn̄i non vi
derūt/ fidei lumine ab eis semper intuitū: sicut et ipse
dn̄s discipulis suis in euāgelio dicit: Abraam cupiuit Joan. 8.
videre diem meū: vidit et gauisus est. [Quia factus
sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum
oblitus]. Quoniam superius se petiuerat cōsolandū:
nūc causaʒ reddit cur illi dn̄s debeat subuenire. Uter DOG.
in pruina natiuo calore desertꝰ: glatiali rigore cōtra=

hiꝶ. Sic corpus sanctorũ incentiuo vitiorũ calore eua-
cuatũ: beneficio cõuersionis attrahitur. Et cũ sic fue-
rit felici sorte maceratum: ꝑuenit quod sequitur: vt iu
stificatiões dñi possint nullatenus obliuisci. Uter em̃
corp⁹ mortale significat. Pruina beneficiũ cõuersio-
nis ostendit: per quam euenit vt caro nostra lasciuiẽs
afflictione penitẽtie cõtrahatur. Tantum em̃ crescit
calor fidei: quantũ de flamma subtractũ fuerit corpo
rali. Sed vter iste beatorũ est: qui animã cõfitentem
de ꝓpria facit cõtritione ꝑficere. Nec estimes indeco
rum viuos homines vtribus cõparatos: cum in euan
gelio dicat dñs de predicatione fidei locuturus. Ne-
Mat. 9. mo mittit vinum nouũ in vtres veteres: alioquin rum
puntur vtres / et vinum effunditur / et vtres peribunt:
sed vinum nouũ in vtres nouos mittunt: ⁊ ambo con-
Al. serui tui. seruabuntur. [Quot sunt dies † seruo tuo: quando fa
cies de persequẽtibus me iudicium]. Sciens sancto-
rum cetus vsq ad finẽ seculi tentatiõibus diabolicis
mẽbra dñi subiacere: interrogat quãdo mũdus iste fi-
niatur: vt de persecutoribus: id est diabolo cum mini-
stris preparata vltio cõpleatur: non q: vite sue tẽpus
volebat agnoscere: sed celeritatẽ futuri iudicij postu-
labat: in quo iam beatis erit requies / ⁊ gaudiũ sine fi-
ne mansurũ. Mouere aũt potest quare finẽ seculi de-
siderabat agnoscere: cum legatur in actibus aposto-
Act. 1. lorum Non est vestrũ scire tempora / vel momẽta que
pater posuit in sua potestate? Primum: q: et discipuli
hanc rem interrogauerũt dñm christum: ⁊ congruum
fuit vt in typo apostolorũ quod dicturi erant / cohors
sancta loquereꝶ. Deniq sic intelligẽdum est: q: finem
malorũ beatus populus expetebat: quẽ nisi post mun
Al. non hꝫ. di istius terminum videre nõ poterat. [Narrauerunt
michi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua † dñe].
Iniqui sunt euidẽter heretici / vel iudei: quorũ peruer
sa loquacitas nescio quas sibi narrare videꝶ ineptias
quando relicto ordine veritatis inuentionibus ꝓban
tur studere falsissimis. Hec sunt a lege dñi om̃ino di-
screpantia: quando illi veritatem docent / isti nituntur
suadere fallacias. Intelligite dementes qui a catho-
lica veritate disceditis: dogmata vestra inanibus fa-
bulis cõparata. Cui vos cõplacere creditis: cũ ab spi
ritu sancto notatos vos tali nomine sentiatis. [Om̃ia
mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me / adiu-
ua me]. Contra illud quod de hereticis dixit: Narra-
uerunt michi iniqui fabulationes: hic ꝯfitetur omnia
mandata dñi esse veritatem. Ueritas em̃ verũ loqui-
tur: sed perfidi eam quibusdam nebulis obcecare con
tendunt. Sequiꝶ em̃: Iniqui persecuti sunt me: scꝫ iu-
bẽdo peruersa / falsa suadendo / ⁊ quocũq modo per-
sequentium grassari solet iniquitas. Adiecit Adiuua
me: quasi contra immanem beluam / hostẽ crudelissi-
mũ / leonem seuũ: ⁊ cetera que nos vitare suspitio for-
midolosa cõpellit. [Paulominus cõsummauerũt me
in terra: ego autẽ non dereliqui mandata tua]. Cum
dicit Paulominus cõsummauerũt me: ⁊ nimietatem
persecutionis ostẽdit: ⁊ se tamen nõ defecisse dñi mu-
nere declarauit. Uerbũ autẽ cõsummauerũt: ⁊ perfe-
ctionẽ significat ⁊ defectũ: vt si vim rei diligẽter intẽ-
das: magis eos ꝑfectos fuisse cognoscis: sicut euãge-
Joan. 19. lium dicit Consummatũ est: id est perfectũ est: et hec
dicẽs emisit spiritũ. Si vero strages morientiũ cogi-
tes: pene consummatos immisericorditer estimabis.
In terra / in hoc seculo: vbi martyres ꝑtulerunt. Ad-
didit Ego aũt non dereliqui mandata tua: scilicet vt
vsq ad finem eius cõstantia perueniret: sicut legitur

Qui ꝑseuerauerit vsq in finẽ: hic saluus erit. [Scdm Mat. 10.
misericordiã tuam viuifica me: et custodiam testimo-
nia oris tui]. Post desiderium singulare dñi saluato-
ris: post afflictionẽ corporis vtris similitudine decla-
ratam: post gloriosa supplicia passionum videꝶ pete-
re se iustificari: tanq adhuc nõ viuat: ⁊ custoditurum
se testimonia oris dñi pollicetur: vel vt adhuc nõ cu-
stodiat. Sed viuifica me dixit / in illa eterna vita cõsti
tue: vbi sanctis vita est / q: nulla cõtrarietate pulsan-
tur. Qꝫ autez dicit Custodiam testimonia oris tui: nõ
q: in presenti nõ custodiuit: sed vsq ad finem vite sue
adiuuante dño custoditurum se talia ꝓmisit. Siue (vt
quibusdam placet) sanctorũ vox est qui martyriũ de-
siderabant: qui paulo ante dixerunt Iniqui persecu-
ti sunt me / adiuua me. Sequitur etiam Paulominus
cõsummauerunt me in terra. Ideoq ad desiderium
martyrij estimant esse referendum. Ipsi enim viuifi-
cari se petebant morte gloriosa: vt amittendo pro fi-
de hanc vitam / mercarẽtur requiem sempiternam: et
tunc potius acciperent honores eternos: cũ eos per-
fidi credebant esse consumptos. Considerans tamen
imbecillitates humanas: istud dicit ꝫm misericordiã
dñi tribuendum: qui mortua viuificat / ⁊ imbecilla cõ-
firmat.

LAMECH.

IN eternum dñe: verbum tuũ
permanet in celo. In genera
tione et generationẽ veritas
tua: fundasti terrã ⁊ ꝑmanet.
Ordinatione tua perseuerat
dies: qm̃ omnia seruiunt tibi.
Nisi q lex tua meditatio mea est: tunc forte
perissem in humilitate mea. In eternum nõ
obliuiscar iustificationes tuas: q: in ipsis vi
uificasti me. Tuus sum ego / saluum me fac:
quoniam iustificatiões tuas exquisiui. Me
expectauerunt peccatores vt perderent me:
testimonia tua intellexi. Omnis cõsumma-
tionis vidi finẽ: latũ mandatũ tuum nimis.

IN eternũ dñe: verbũ tuũ permanet in ce-
lo]. Ad duodecimã litteram plebs cele-
stis aduenit: in qua virtutem dñi / facta q
describẽs: dicit omnia temporalia finem
posse suscipere: mandata vero ei⁹ nequa
q terminum reperire. Sed quoniã supe
rius dixerat Paulominus cõsummauerunt me in ter
ra admiratus potentiã dñi: qui non permittit statum
ecclesie: q̃uis atroci persecutiõe cõsumi: pia exclama
tione ꝓsiluit: dicens In celo verbũ dñi permanere: id
est in vnoquoq sancto: quos de morte facit viuere / et
de tribulatione gaudere: qui mãdatis eius pia humi-
litate famulanꝶ. Est eniꝫ in illis celum qui se cõuersa- DOS.
tiõe celesti tractare noscũtur: siue in angelis ⁊ archan
gelis / virtutibusq celestibus: quas ꝑ sinceritate vo-
luntatis sue sancta maiestas inhabitat. Manet enim
in eis semper verbũ: quoniã ⁊ illi iugiter in ministerio
dñico firmissima deliberatione cõsistunt. Uerum hic
aliqui nõnullam faciunt questionẽ. Quemadmodum
in eternuꝫ verbum permaneat in celo: cum ipse dicat
Celum ⁊ terra transibũt: verba autem mea non peri- Luc. 21.
bunt? Sed q̃uis ista mutẽtur in celo / permanet ver-
bum: q: omnia celestia dignatione sue maiestatis in- al. gñatiõe
habitat. [In † seculũ seculi veritas tua: fundasti terrã ⁊ gñationẽ.

et permanet]. In seculū seculi: tempora significat in
quibus duo populi dn̄o prestāte crediderūt: quorum
vnus est legis ⁊ ꝓphetarū: alius euāgelioꝝ ⁊ aposto-
loꝝ: in quibus est veritas: id est ip̄e dn̄s christus: q̄ eis
⁊ donauit credere/ et in fundamēto fidei permanere.
Sed cur istis seculis veritas nō defuerit: cōsequēter
exponit dicēs: Fundasti terrā/ ⁊ ꝑmanet. Qd̄ melius
de sanctis hoībus dat intelligi: qui sic fundati sunt/ vt
in christi dn̄i credulitate ꝑmaneant: qm̄ si ipse nō fun
dasset: nec prius seculū in patriarchis/ nec secundū in
apostolis vel credere/ vel ꝑmanere potuisset. Nam si
hoc ad terrā referas vniuersalē: que mirabili mole le
git esse suspēsa: quēadmodū eam dicamus ꝑmanere:
quā mutandā vt celū lectio diuina cōfirmat? [Ordi-
natiōe tua ꝑseuerat dies: qm̄ oīa seruiunt tibi]. Quo-
tiēs singulari numero dies ponit/ vēturus ille signifi
cat: qui vnus atq̄ eternus est/ nō habet noctē: de quo
Isa.60. scriptum est Et erit illis dn̄s lumē eternū. Et ne quis
de tanto miraculo crederet disputandum: adiecit oīa
seruire creatori: qui ꝑ sua volūtate ⁊ tēporalia/ ⁊ eter
na disposuit. Potest aūt de infidelibus nōnulla que-
stio oboriri: qui nō vident seruire dn̄o/ qn̄ ab ei⁹ deuo-
tione discreti sunt. Sed ⁊ ipsi seruiūt cum iudicātur.
Non em̄ liber dimittit: qui puniendus esse monstrat.
Siue oīa intelligere debemus de quib⁹ loquebatur
quibus dies ꝑpetu⁹ erit: q̄ infidelitatis tenebras nul
lo tēpore patiunt.] Nisi q̄ lex tua meditatio mea est:
tūc forte perissem in humilitate mea]. Nisi beneficia
legalis meditationis habuisset: vt penis nō cederet/
⁊ cōstantiam fidei periculorū despectiōe seruaret/ in-
ter calamitates quas ꝑpessus est asserit se perire po-
tuisse: vt intelligamus quantū nobis prestet medita-
tio legis/ que potuit a tam ingētibus liberare pericu
lis. Meditatio quippe legis est illa que p̄cipit vel co-
gitare/ vel facere: vt interiore quasi cōsiliario forma-
tus: seuiētia tormenta superare possit intrepidus. In
humilitate vero sua/ in afflictiōib⁹ dicit: quas pia in-
tentiōe tolerauit: a quib⁹ se gaudet ereptū: qn̄ ad san-
ctū meruit ꝑuenire martyriū. Humilitas ei ⁊ necessi
tate subit: ⁊ volūtate suscipit. Illam sustinēt criminū
rei: istam exercēt puritate sanctissimi. [In eternū nō
obliuiscar iustificatiōes tuas: quia in ipsis viuificasti
me]. Deuotionē ꝑmittit absolute post dona: qui dn̄i
meruit impetrare clemētiam. Possunt alia memorie
fortasse decidere: beneficiū autē nullus fideliū obliui
scitur in quo vita prestat. Quapropter necesse fuerat
illarū iustificationū semper esse memorē: a quibus vi
tale munus noscit accepisse. Justificationes aūt sunt
DOG. (sicut supra iam dictū est) per tēporales causas intel-
lect⁹ futurarū significationū: q̄ occidebat agnus im-
maculatus in pascha: q̄ mare rubrū iter prebuit ad
salutē: q̄ populus terrā repromissiōis ꝑ Jesum naue
intromissus accepit. Hec em̄ oīa venture ꝑfectiōi cō-
stat indicia prestitisse. Has ergo iustificatiōes nō de-
bemus vllatenus obliuisci: que nobis fidei primordia
prestiterūt. Nemo em̄ potest ꝑfecte gratiā donatiōis
agnoscere: nisi ⁊ initia rerū meminerit cur visa sint in-
choasse. [Tuus sum ego/ saluum me fac: qm̄ iustifica
Ps̄.23. tiones tuas exquisiui]. Cum legat Dn̄i est terra ⁊ ple
nitudo eius: orbis terrarū/ ⁊ vniuersi qui habitant in
eo: chorus iste nescio qua dn̄i specialis gratie remu-
neratiōe cōfidens ait: Tuus sum ego. Tuus em̄ sum
non ille vere potest dicere/ qui aliqua se cognoscit ob-
scenitate tractare. Vitioꝝ quippe seruus: dn̄m nō me-
ret habere sanctorū. Apostolus em̄ Paulus nō impu
dēter hac voce potuit vti: qui clamabat: Michi viue- Philip.1.
re christus est: ⁊ mori lucrū. Et illud Viuo iam nō ego Gal.2.
viuit aūt in me christus: ⁊ his similia. Illud quoq̄ cō
siderandū est: q̄ dum ꝓfessus fuerit se esse dn̄i/ adhuc
petit vt saluus fiat: vtiq̄ in illa iudicatione futura: cū
beati intromittent in requiē sempiternā. Sed quare
salus ista petat: assidue subter adiunxit Qm̄ iustifica
tiones tuas exquisiui. Alij em̄ honores appetūt/ con
iugia querūt/ mundi gaudia cōcupiscunt: iste sibi in-
estimabiles putabat esse diuitias: si dn̄i iustificatio-
nes iugi studio ꝓbaretur exquirere. Perscrutandum
quoq̄ cur istas iustificationes totiens repetit? Scili-
cet vt veteris testamēti significātias non putaret ali-
quis negligēdas. [Me expectauerunt peccatores vt
perderet me: testimonia tua intellexi]. Expectauerūt
vt perderent: ad illud respicit/ qd̄ mali suasores blan
diēdo agebant: vt eius animā prauitatis vulnere sau
ciarent. Nam si pena fuisset precipitata: nō diceretur
Expectauerūt: sed accelerauerūt. Grauior est ei ista
persecutio: que ⁊ coronā martyrij suspendit/ et mortē
aīe suadere non desinit. Sed quo remedio illa vitare
potuisset ostendit. Intelligens em̄ testimonia dn̄i: nō
potuit ad vitia nefanda perduci. Unde claret illos so
los eripi: qui a tali periculo dn̄i fuerint illuminatione
liberati. Intellexi aūt: accipiamus operatus sum: si-
cut in alio psalmo dicit Beatus qui intelligit sup ege Ps̄.40.
nū ⁊ pauperē. Quid em̄ poterit pauperi ꝓdesse: si eū
tm̄ egentem intelligeret/ ⁊ nullo munere sublevaret?
Quapropter intellectus mādatorū/ sancta operatio
est. [Oīs cōsummationis vidi finē: latū mandatū tuū
nimis]. Intrauerat in diuitias altitudinis dei: vide-
rat qd̄ per partes nō poterat explicari: ad postremū
breui sentētia que fuerant dicenda cōclusit. Profite-
tur em̄ toti⁹ cōsummatiōis se vidisse finē. Cōsumma
tio em̄ est virtutū oīm cōpletiua ꝑfectio: cui cōsumma DEF.
tiōi christus est finis. Quē se merito vidisse dicit: qm̄
eū illuminata mēte tūc credidit esse venturū. Si autē
ad litterā hoc velis aduertere/ pōt ⁊ sic accipi: qm̄ re-
bus secularib⁹ terminus semꝑ videt impositus. Mā-
data ei dn̄i nō habēt finē: q̄ latissima se ꝟtute disten-
dūt. Quod ideo sic positū est: vt nec ambitiōes seculi
aliq̄s desiderāter expeteret: quib⁹ finē datū esse senti
ret/ ⁊ mādata dn̄i nimia festinatiōe ꝑquireret: q̄ letissi
ma cōprobaret. Nec vacat q̄ latū mandatū tuū po-
suit nimis: scȝ significans charitatē: quā circa deū ha
bere iubemur ⁊ ꝓximū. Nā q̄d lati⁹ dici pōt/ q̄ꝫ q̄ vni-
uersam legē/ et cūctorū ꝓphetarū dicta cōcludit: De
qua ⁊ apl's dicit: Charitas dei diffusa est in cordibus Rom.5.
nostris ꝑ spiritū sanctū qui datus est nobis. MEM.

Quomodo dilexi legē tuam dn̄e
tota die meditatio mea est. Su
per inimicos meos prudentem
me fecisti mādato tuo: q̄ in eter
nū michi est. Super omnes do-
centes me intellexi: q̄ testimonia tua medi-
tatio mea est. Super senes intellexi: q̄ man-
data tua quesiui. Ab omni via mala ꝓhibui
pedes meos: vt custodiam verba tua. A iu-
dicijs tuis non declinaui: q̄ tu legem posui-
sti michi. Q̄ dulcia faucibus meis eloquia
tua: sup mel ori meo. A mādatis tuis intelle
xi: ꝓpterea odiui omnem viam iniquitatis.

Quomodo dilexi legē tuā dn̄e: tota die me-
ditatio mea est]. Populus beat⁹ q̄ ꝓphe-
tarum atq̄ euāgelij plurima meditatione
ꝑfecerat: in hac littera introducitur ad lo
quēdum super docētes se/ ac seniores asse
rens diuina intellexisse mandata: ⁊ ideo sup mel ⁊ fa-
uū ori suo scripturarū diuinarū testat̄ ꝑuenisse dulce-
dinē. dicendo: Quo modo ꝓmittit se dicturū quēad-
modū legē dn̄i precipua intētiōe dilexerit. Dilexit er-
go legē nō timuit: qm̄ per dilectionē/ nō per timorem
mundanū preceptū dn̄i sanctos viros decet operari.
Plus em̄ acceptū est amantē aliquid facere: q̄ solum
infideliter timentē. Quo modo aūt dilexerit: cōsequē
ter exponit dicens: Tota die meditatio mea est. To-
ta die cōtinuū tēpus debemus accipere: sicut et alibi
Ps. 33. legit̄ Benedicā dn̄m in om̄i tēpore: semꝑ laus eius in
ore meo. Sācta ei cōsciētia semꝑ habuit diē: q̄ clari-
ficato corde incredulitatis tenebras ignorauit. O in-
defecta meditatio: cui seculi isti⁹ nō sufficit dies. Et vt
humanā fragilitatē cōtinue meditatiōi credamus po
tuisse sufficere: hac nobis (vt opinor) ratione cōstabit:
qm̄ si quis quaslibet causas respectu dn̄i sub modera
tione disponat: si cibos tēperanter accipiat: si somnū
cōuenienter capiat: legem dei meditat̄ in om̄ibus: qm̄
se honesta/ ⁊ ꝓbabili actione cōmendat: sicut apl's di
1. cor. 10. cit: Siue em̄ māducatis/ siue bibitis/ siue aliud aliqd
facitis: oia in gloriā dei facite. [Suꝑ inimicos meos
prudentē me fecisti mādato tuo: q2 in eternum michi
est]. Inimici/ intelligēdi sunt obstinati iudei: heretici
vel pagani: qui precepta dn̄i aut minime intellexerūt
aut ea prauo studio nō ꝓbantur operati. Supra istos
prudentē se dicit effectu: qm̄ iussa dn̄i ⁊ deuotus acce
pit/ ⁊ vera illis integritate seruiuit. Sed vnde prudēs
factus fuerit super inimicos suos: addidit Mandato
tuo: qm̄ dum illi fideliter obediuit/ cūctos errātes si-
ne dubitatiōe transcēdit. Ecce reuera beatus honor:
ecce regnū bonoꝝ suꝑbos transcēdere/ potestatibus
seculi preminere/ ⁊ in sancta humilitate fixa mēte cō
sistere. Adiecit Quia in eternū michi est: id est māda
tum tuū. Sed queramus quod mādatū est: qd̄ seculo
isto deficiēte permaneat: scʒ dilectio dei ⁊ ꝓximi. Ibi
em̄ ⁊ dn̄m supra oia diligimus: ⁊ ꝓximū quemadmo-
dum nos ꝑfectissime tūc amamus. Merito ergo hoc
mādatū in eternū sibi dicebat esse seruandū: quo bea
ti sancta cōscientia iugiter perfruunt̄. [Super oēs do
centes me intellexi: q2 testimonia tua meditatio mea
est]. Videt̄ a beatorū humilitate sanctissima discrepa
re: si suꝑ Moysen atq̄ ꝓphetas/ vel apostolos q̄ eccle
siam dn̄i integerrima fide docuerūt: hoc dictum veli-
mus aduertere. Sed intēdamus superiorē versum: ⁊
omnis questio calumniosa discedit. Non em̄ dixit Su
per patres: sed Suꝑ inimicos meos: vtiq̄ qui legem
dn̄i praua intētiōe docuerūt. Hic em̄ arguit: nō ꝓbat
magistros scʒ phariseos designās: qui se ad litteram
tenētes/ spiritualē intelligētiam negligebāt. Quos ⁊
dn̄s in euāgelio frequēter arguit: sed cor eoꝝ lapideū
rationē veritatis sentire nō meruit. Supra tales igit̄
oēs doctores merito cohors euāgelica intellexisse se
melius dicit: q2 prauitatibus eorū repudiatis/ since-
ram doctrinā dn̄i saluatoris accepit. Sed cur melius
intellexerit: causam designat. Q2 testimonia tua me-
ditatio mea est. Illis em̄ testimonia dn̄i non erāt me-
ditatio: qui ꝑsuasione falsissima/ longe aliud q̄ dictū
Al. senes. fuerat sentiebāt. [Super † seniores intellexi: q2 man-
Al. quesiui. data tua † exquisiui]. Non est hic iactantia superba

sed veritas. Seniores dicimus/ ⁊ sapientie maturita
te preclaros: ⁊ lōga nos etate ꝑcedētes. De quib⁹ di-
ctū est Interroga patrē tuū/ ⁊ annūciabit tibi: senio- Deut. 32.
res tuos et dicent tibi. Dicimus etiam seniores etate
quidē maturos: sed vitioꝝ affectione leuissimos: sicut
fuerūt illi de quibus in euangelio scriptū est: Fecerūt Mat. 26.
sacerdotes cōsilium cū senioribus: vt eū morti trade-
rēt. Tales nūc seniores dicit: nō canos mēte/ sed cor-
pore. Ab istis ergo merito se ampli⁹ dicit intellexisse:
qn̄ quē illi sacrilega mēte cōtempserūt/ iste suū vene-
rabat̄ auctorē. Frequenter em̄ in scripturis diuinis iu
niores meli⁹ intelligūt senioribus. Sicut Jacob qui
se ad benedicendū prebuit: et germano suo ꝓmissum
fructum prime benedictiōis accepit. Sicut Samuel
melius Heli sacerdote. Vel Daniel meli⁹ falsis senio
ribus: quos ipse spiritu dei plenus/ morte damnauit.
Meli⁹ vtiq̄ intellexit populus nouus/ q̄ senior ille iu
daicus: qui feliciter suscepit christū dn̄m: quē illi mor
tifere crediderūt esse temnendū. Et vt ea ipsa verita-
tis testimonio cōprobaret: sequitur quare intellexerit
super seniores: scʒ q2 mādata tua exquisiui. Illi enim
si exquisissent mandata dn̄i: nequaq̄ prudētiores po-
tuerant habere iuniores. Et vide quemadmodū veri-
tatis ordinē seruat. Dicit em̄ mandata tua/ nō homi-
nū peruersorū: de quibus dictū est Ignorantes em̄ iu
stitiā dei: ⁊ suā volentes cōstituere/ iustitie dei nō sunt Rom. 10.
subiecti. [Ab om̄i via mala ꝓhibui pedes meos: vt cu
stodiā † verbū tuū]. Ex hoc versu euidenter apparet Al. verba
⁊ superius illos dictos inimicos qui legem dn̄i nescie tua.
bant: ⁊ doctores imperitie cecitate detētos/ et senio-
res nō habuisse grauissimā fidei firmitatem: quādo se
dicit ab omni via mala ipsorū pedes suos ꝓhibuisse:
ne eorū potuisset ꝑuersitate subuerti. Illa est em̄ cer-
tior explanatio: quādo seipā corusco similis declarat
auctoritas. Sed videamus quid nobis istius versus
verba parturiāt. Ab omni via mala/ significat here-
ticorū prauas ⁊ pessimas suasiōes: quibus illi exitia-
bili dulcedine blādiunt̄. Addidit quoq̄ Prohibui pe
des meos: quasi desiderātes illuc ire: vbi in atram fo
ueā corruere potuissent. Originalis siquidez peccati
culpa ꝓnos nos trahit semꝑ ad vitia: ⁊ nisi dn̄i gratia
muniamur/ facillime ꝑuersa suasione decipimur. Il-
la est eni dn̄o iuuante salubris ꝓhibitio: cum hoc fie-
ri non patimur/ qd̄ plenum periculis inuenit̄. Pedes
autē meos significat mētis assensum: que nos quodā
vestigio ducit ad culpā: ⁊ ad vias malas cōpellit: nisi
eos pietas diuinitatis abstraxerit. Sequit̄: Ut custo-
diam verbū tuū. Aliter em̄ verbum dn̄i non potuit cu
stodiri: nisi cum illa pestifera suasio ꝓbaretur expulsa
sicut apl's dicit: Nō potestis calicem dn̄i bibere/ ⁊ ca- 1. cor. 10.
licem demoniorū: non potestis mense dn̄i participes
esse/ ⁊ mense demoniorū. [A iudicijs tuis nō declina-
ui: quia tu legez posuisti michi]. Declarat illud quod
superius dixit Ab om̄i via mala ꝓhibui pedes meos
vtiq̄ vt eius minime iudicia declinaret. Sic em̄ per-
fecte beatitudinis integritas custodit̄: quando hereti
corū iniquitas ꝑuersa respuitur. A iudicijs ergo tuis
dicit: id est qd̄ tua volūtas sancta ꝯstituit/ ⁊ viuēdi no
bis regulam dedit. Ab eis vtiq̄ nō declinare: hoc est
in via recta consistere: hoc ad celorū gaudia perueni-
re. Sequitur causa ꝓbabilis. Quia tu legem posuisti
michi. Cum legem per Moysen dn̄s dederit: eamq̄
iusserit inuiolabiliter obseruari: nō incongrue hic euā
gelium intelligimus cū dicit: Tu legē posuisti michi.
Illa enim quam per Moysen dedit: pedagogi nobis

prestauit officiũ: ista vero toti⁹ plenitudinis donauit
effectum. Merito ergo sanctus populus de ipsa lege
gaudebat: quã iam credẽdo susceperat. Deniq̃ vide
quid sequit. [Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua: su-
Al. non hȝ. per mel † ⁊ fauũ ori meo]. Comparationes iste q̃uis
aliquid videbant habere precipuũ: tñ non possunt re-
bus spiritualibus exequari: nisi semp ponat Super:
sicut in nona littera iam dictũ est. Bonũ vero lex oris
tui super millia auri ⁊ argẽti: vt ea quidẽ inter homi-
nes p̃cipua/ sed diuine iocũditati inferiora esse cogno
scas. Spiritualibus itaq̃ delitijs magna vbertate sa
ginatus populus beat⁹ exclamat: Q̃ dulcia faucibus
meis eloquia tua. Dicendo q̃/ magnã quidem dulce-
dinẽ sibi esse pfessus est: sed non quã lingua potuisset
exprimere. N. ĩ cũ omnis gustus sapiat in palato: cõsi
derandũ est hic quare dixit Faucibus meis. Fauces
em̃ sunt gutturis nostri via: vbi iam deglutita dulce-
do nulla sentit. Sȝ q̃ de eloquijs dñi erat absolute di
cturus/ mirabiliter illam partẽ posuit: vt cito ad cor-
dis nostri penetralia pueniret. Eloquia em̃ dñi non in
palato sapiunt: sed magis cum fuerint deglutita dul-
cescunt. Sequit Super mel et fauũ ori meo. Mel ad
vetus: fauum ad nouum pertinet vtiq̃ testamentum.
Nam licet vtraq̃ sint dulcia: tamẽ faui sapor est sua-
uior: q̃ gratia nouitatis maiore cumulat. Potest etiã
⁊ mel intelligi aperta doctrina sapientie: fauum vero
que in quibusdam pfundis cellulis pbatur esse recon
dita. Quod vtrũq̃ in scripturis diuinis non est dubiũ
reperiri. Addidit Ori meo: quando reuera ipsam sa-
pientiam quã faucibus deglutiuerat ore predicabat.
Sic ezechiel propheta dicit de dño. Et ait ad me. Fili
Ezech. 3. hominis quod inuenisti manduca: ⁊ deuora volumen
hoc: ⁊ vade/ ⁊ loquere ad domũ israel. Et manducaui
illud: ⁊ factum est in ore meo sicut mel dulce. [A man
datis tuis intellexi: ppterea odiui omnẽ viam iniqui-
Prouer. 1. tatis]. Legem dñi edoctus acceperat. Fili noli ambu
lare viam cum impijs: diuerte autẽ pedem tuũ ab iti-
neribus eorum: pedes enim eorũ in maliciam currũt:
et veloces sunt ad effundẽdum sanguinem. Audiue-
Ps. 72. rat etiam Perdidisti omnes qui fornicãtur abs te. Et
Ps. 96. alibi. Qui diligitis dñm odite malum: ⁊ cetera que in
hunc modũ diuina lectione plata sunt. Talia quippe
dum audisset/ in mandatis dñi viam iniquitatis intel
lexit omnimodis execrandam: que iusto dño placere
non poterat. Odio eniȝ debent esse que seculi sunt: vt
rebus celestibus totus impendat affectus. Decet em̃
nos execrare que mala sunt: q̃ interdũ a prauis ne-
cessitate phibemur: qm̃ conscius eorũ videt animus:
qui aliqua illis delectatione consenserit. Sequestra-
tur autem ab illis rebus voluntas fidelium: que odio
intercedẽte damnauerat: vt nec voto/ nec operatione
se polluat: qui mentẽ suam tali execratione purificat.

NUN.

Ucerna pedibus meis ver-
bum tuum: et lumen semitis
meis. Juraui: ⁊ statui custo-
dire iudicia iustitie tue. Hu-
miliat⁹ sum vsquequaq̃ dñe
viuifica me ſm verbũ tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: ⁊
iudicia tua doce me. Anima mea i manibus
meis semper: ⁊ legem tuam nõ sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueum michi: ⁊ de
mãdatis tuis nõ erraui. Hereditate acq̃siui
testimonia tua in eternũ: q̃ exultatio cordis
mei sunt. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iu-
stificatiões tuas i eternũ: ppt retributionẽ.

Ucerna pedibus meis verbũ tuũ: et lumen
semitis meis]. Post tertiã decimã litteram
ad quartam decimam cohors beata perue
nit: in qua pedib⁹ suis dñici verbi lumen ra
diare cõgaudet/ animã suam humillima sa
tisfactione cõmendãs: expetens retributiões dñi pre-
miorũ desiderio/ nõ terrore vindicte. Sciens ergo hu
ius seculi noctẽ diuersis offensionibus irretitã: vt ali-
bi laqueos/ alibi scopulos/ alibi contineat pfundissi-
mas vastitates: pedibus suis verbum dñi lucere testa
tur: ne absentia veri luminis incidat in ruinam: quam
per suam puidẽtiam vitare nõ poterat. Sed hic ver
bum illud debet intelligi: quod p scripturas sanctas
pphetarum ore seminatum est. Quod bene appella-
uit lucernã/ que humanis vsibus data est ad debellan
de noctis pfundissimã cecitatẽ: sicut Petrus aposto-
lus dicit. Habemus certiorem ppheticum sermonẽ 2. Pet. 1.
cui benefacitis intendẽtes velut lucerne lucẽti in ob-
scuro loco. Sic ⁊ ipse dñs apostolis dicit: Sint lumbi Luc. 12.
vestri precincti: et lucerne vestre ardentes. Bene au-
tem addidit Ardentes/ ppter virgines fatuas: qui-
bus cũ oleum defecit/ aduentum sponsi non potuerũt
prestolari. Verbum autẽ illud consubstãtiale patri a
natura deitatis sue lucerna nõ potest dici: quod illu- Joan. 1.
minat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundũ: sicut
⁊ ipse dicit Ego sum lumen mũdi. Nam ista discretio
⁊ in euangelio facta est: vbi de Joanne dictum est. Il Ibidem. 8.
le erat lucerna ardens et lucẽs. Et iterum. Non enim Ibidem. 5.
erat ille lumen: sed vtiq̃ missus est vt testimoniũ per- Joan. 1.
hiberet de lumine. Sequitur Et lumẽ semitis meis.
In eadem translatiõe permãsit: vt verbum dñi: id est
dicta pphetarum/ lumẽ dicat suis semitis prestitisse.
Per ipas siquidem dum ad vite bone cursum instrui-
mur: clarificati corde directis gressibus ambulamus
[Juraui: et statui custodire iudicia iustitie tue]. Post
illam illuminationẽ verbi quam suis pedibus lucere
pfessus est: videamus si populus beatus contra pre-
ceptum potuerit iurare: cum scriptum sit in euãgelio
Nõ iurabis neq̃ per celum/ neq̃ per terram/ neq̃ per Mat. 5.
hierosolymã/ neq̃ per caput tuum ⁊c̃. Sed iurare nõ
semper significat sacramẽta prestare: in quibus inuo
cando diuinitatem pollicemur: ne pmissiões nostras
mutabiliter excedamus. Sic ⁊ sancta deuotio decre-
uerat sibi: atq̃ cõstituerat inter quelibet pericula dñi
custodire iudicia. Nam et ipsum nomen indicat cau-
sam. Jurare eniȝ est iure orare: id est equitatem dice- ETY.
re: ne velit quispiam quod pmisit/ in partem alteram
seductus auertere. Sic enim iurant: id est firme cõsti
tuunt sancti: qui iam sunt dono dñi roborati. In euẽ-
gelio vero phibet dñs infirmos qui venerat ad par-
uulos/ sauciosq̃ saluandos: ne velint temere pmitte-
re/ qd nequaq̃ poterant suis viribus adimplere. Ju-
dicia vero iustitie sunt: cũ exaltat humiles/ deijcit su-
perbos/ ⁊ misericordie sue dono releuat humili satis-
fctione prostratũ: quod sequẽs versus ostendit. [Hu-
miliatus sum vsquequaq̃ dñe: viuifica me ſm verbũ
tuũ]. Cum se dicant christi membra nimis humiliata
multarũ persecutionum se ostendunt sustinuisse peri
cula: ⁊ ideo petunt se ſm promissiones dñi viuificari:
quoniã in morte videbant cõstituti cõditione carnali.

Scd̄m verbum tuū: scilicet illam ꝓmissionem que di
Mat.xi. cit Uenite ad me omnes qui laboratis/ ⁊ onerati estis
et ego vos reficiam: et his similia. Sciunt etiam per
hanc humilitatem dn̄m christū diaboli vicisse super=
biam. Sciunt per patientiam mortis ipsius fortia su
perata. Sciūt omnia perpessuȝ dn̄m/ que suis sanctis
precepit sustinere. Et merito humilitati sue petunt re
media: per que se nouerant esse saluanda. Per hanc
igitur fideles supra regna proficiunt: per hanc super=
bia tyrannica superatur: per hanc in eternum marty=
res viuunt. Nec potest dici perfectus: qui hac virtute
priuatus est. [Uolūtaria oris mei beneplacita fac do
mine: ⁊ iudicia tua doce me]. Cum se humiliatum su=
perius dixerit vsquequaq̄: ne illam inclinationeȝ ne=
cessitatis poti⁹ fuisse sentires: addidit Uolūtaria oris
sui sacrificia iusto dn̄o fieri posse gratissima: que inter
seuientes angustias pius animus offerebat. Laudes
enim vel in ocio dn̄o exhibere gratissimū est: sed in tri
bulatione amplius ꝓbatur eximium: quando infirmi=
tas corporis dolore pressa non vincitur: sed tunc ma=
gis anima felix in dn̄i laudibus excitatur. Oris autē
volūtaria sacrificia/ sunt deuotionem laudis offerre:
non alicuius mūdane vtilitatis respectu/ sed proprie
deuotionis intuitu: vt ipsum ꝓpter se dn̄m diligamus
Mat.5. veneremur auctorē: qui pluit super iustos et iniustos:
qui inestimabiliter bonus est. Petit ergo vt ei⁹ deuo=
tio dn̄o reddat accepta: quatenus hac oblatione pla
catus/ iudicia sua euȝ doceat que fidelibus dignatur
mentibus aperire. Sed consideremus gloriosum cor
dis ardorem: vt illa semꝑ audie petat/ que se sepius
accepisse cōmemorat: sicut in nona littera dicit: Bo=
nitatem fecisti cum seruo tuo. Et iterum. Bonitatem
⁊ disciplinam/ ⁊ scientiam doce me: quod per hūc mo
dum vtraq̄ ꝓbantur intelligi. Jugiter enim speran=
dum est: vbi petēdo semper acquiritur. [Anima mea
Al.meis. in manibus tuis † semper: ⁊ legem tuam nō sum obli
tus]. Cum animā iusti latrocinantiū persequeret ini=
quitas: eamq̄ vellent diuersis laqueis irretire: la piē=
tissime illam in manibus dn̄i dicit collatam/ vbi nul=
Sap.3. la nocentiū vis possit accedere: sicut legitur Justorū
anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū.
Joan.10. Et in euangelio. Oues mee vocem meam audiūt. Et
paulopost. Non rapit eas quisq̄ de manu mea. Ad=
didit Semper: vt nullum tempus dolosis surreptiōi=
bus relinquere videretur. Q̄ autem dicit In mani=
bus: significat in potestate: q̄ nouit salutariter rege=
re/ qui se eius ꝓbantur cōmisisse sententie. Sequitur
cur anima ipsius credatur in manibus dn̄i constituta:
scilicet quoniā legem ipsius non docetur oblitus. Sic
enim sub defensione ipsius sumus: dū a preceptis sa
lutaribus minime deuiamus. Hoc vbiq̄ semꝑ preci=
pitur: hoc specialiter cōmonemur: vt sic redeam⁹ ad
Al.laqueū. legem/ ne discedamus a lege. [Posuerūt peccatores
Al.de. † laqueos michi: ⁊ † a mandatis tuis nō erraui]. Po
suerunt/ significat tetenderunt: atq̄ armauerūt. Non
enim tm̄ poni poterant ociosi. Neq̄ enim laqueus ca
pit auem qui nō habet escam: sed illud efficacius de=
Mat.27. cipit/ quod aliqua oblectatione blanditur. Fuit enim
laqueus diaboli armatus triginta argēteis: cum Ju=
1.Reg.15. dam cepit/ atq̄ in interitū suffocauit. Ipse Saulē vin
Gen.4. xit zelo superbie. Ipē Cain in liuore fratris astrinxit:
⁊ his similia: que in huius seculi longissima vita dia=
bolica iugiter grassantur insania. In hac enim mūdi
sylua tot laqueos inuenis: quot vitia contueris. Sed
collegio isti sancto nichil terrenum preualere potuit:
qui se celesti cōuersatione tractauit: sicut in alio psal=
mo dicit: Anima nostra sicut passer erepta est de la= Ps.123.
queo venantiū: laqueus cōtritus est/ ⁊ nos liberati su
mus. Sequitur antidotū celeste: quod contra isti⁹ se=
culi cognoscitur venena pugnare: scilicet quoniam a
mādatis dn̄i minime declinauit. Ab illis enim qui nō
declinat vlla deceptione non capitur: q̄ iuxta ipa nō
in ipis insidie sunt. [Hereditate acquisiui testimonia
tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt. [Mul
tis quidem modis acquiri dicitur lucratiua possessio:
sed ille honorabilis habetur filius: qui successione pa
terna gloriatur. Hoc enim legitimum nomen est: hoc
summe charitatis indicium/ ⁊ iudicia seniorꝫ suscipe=
re: et de firmissima possessione gaudere. Testimonia
em̄ sunt dn̄i precepta sanctissima: que Moyses popu
lo in Deuteronomij libro sub testificatione cōmemo=
rat dicens: Testor vobis hodie celum ⁊ terrā. Et ali= Deut.30.
bi. Estote michi testes: et ego vobis testis dicit dn̄s.
Sic ⁊ apostolus. Testificor coram deo et christo Je= 1.Tim.5.
su: et angelis eius. Quapropter hec sunt testimonia
que se hereditate populus beatus in eternū acquisis=
se gaudebat: scilicet qm̄ talis hereditas in eternū ca=
pitur: non ad breuitatem temporis introitur. Sequi=
tur Quia exultatio cordis mei sunt. Merito exulta=
tionem sui cordis dicebat hereditatem regni celestis
eternis temporibus acquisitam. Ille enim meretur
ad eam peruenire: qui ꝓbatur de tali acquisitiōe gau
dere. [Inclinaui cor meū ad faciendas iustificatiōes
tuas in eternum: ꝓpter retributionem]. Audiuerat
cohors ista sanctissima quā meditatio frequens iugi=
ter instruebat. Discite a me q̄ mitis suȝ/ ⁊ humilis cor Mat.11.
de: et necesse fuit vt cor suum ad faciēdas iustificatio=
nes dn̄i modis omnibus inclinaret: que tali magiste=
rio instructa/ vitaliter superba mūdi fastigia respue=
bat. Justificatiōes est quippe facere: mādata dn̄i hu
miliatis sensibus operari: vt esurienti panē frangas/
nudum vestias/ cōdoleas calamitatibus alienis: ⁊ ce
tera que humano generi creatoris pietas cōmenda=
re dignata est. Sed cōsiderandū est q̄ dicit In eter=
nū: dum omnia que supra diximus tādiu fieri possunt
q̄diu huius mundi calamitatibus/ indigētiaq̄ vexa=
mur: Quis enim in futuro misereatur afflicto: cum in
illo regno nulla ꝓbetur esse miseria? Sed qui hic ista
facit studio charitatis/ in eternum illa facere compro
batur: quia fructum earum rerum pro eternitate re=
cipiet. Addidit Propter retributionem: scilicet illam
quā audituri sunt sancti: Uenite benedicti patris mei: Mat.25.
percipite regnum quod vobis paratum est ab initio
mundi ⁊c̄. Magna retributio: que tamen de domini
largitate proueniet: incolam fieri regni perpetui/ con
sortem bonorum angelorum/ patriam suscipere que
semper delectet: nec vlla peregrinatione deseratur:
eruntq̄ in illa contemplatione defixi: vt illum iugiter
appetant/ de quo semper exultant.

SAMECH.

Iniquos odio habui: et legem
tuam dilexi. Adiutor et susce=
ptor meus es tu: et in verbum
tuū supersperaui. Declinate a
me maligni: et scrutabor māda
ta dei mei. Suscipe me s̄m elo=
quiū tuum ⁊ viuā: ⁊ non cōfundas me ab ex=
pectatione mea. Adiuua me ⁊ saluus ero: et

meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti om̃es discedentes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorũ. Preuaricantes reputaui om̃es peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.

Iniquos odio habui: ⁊ legem tuam dilexi]. Ad quintãdecimã litterã catholicũ venit examen: in quo dicit Iniquos: id est aduersarios legis odio sibi fuisse. Legẽ vero domini se dilexisse cõmemorat: et petit vt ab eius pietate susceptus mala seculi possit euadere: postulans etiam carnem suam timore dominico debere subdi: ne possit in diuino iudicio de eius preuaricatione damnari. Hic etiã questio illa caput erigit: cur populus fidelis contra euangelica videtur aliquid ꝓnunciasse mandata. Dicit enim: Iniquos odio habui:
Matth.5. dum preceptum sit: Orate pro inimicis vestris: benefacite his qui vos oderunt. Sed si tempora considéres: omnia sibi concordare cognosces. Quando enim precipit: Amate inimicos vestros: aduersitatis feruor et calor iniurie temperatur: vt malum pro malo minime reddere videamur: vt patientes simus ad omnes contumelias: sicut ⁊ ipse qui consputa pertulit: ⁊ flagella suscepit. Quando vero martyrij tempus occurrit: iniquos sua sores odio habere precipimur: cum et ipsos quoq̧ filios ⁊ parentes (si aduersi sint) alienata debemus voluntate cõtemnere. Sepe enim quos flãma non terruit: quos ferrũ non subdidit: necessitudinũ
Luc.14. blandimenta flexerunt. Et ideo dictum est: Si quis venit ad me: ⁊ non oderit patrem suũ et matrẽ suam/ et vxorem/ et filios/ ⁊ fratres/ et sorores: adhuc etiam et animã suam: non potest esse meus discipulus. Contra deuz quippe persona nulla debet recipi: sed ipsius dilectione preposita: decet necessitudines tũc amari: cuz eis nulla fidei repugnat aduersitas. Quapropter habita temporis ratione: vtraq̧ nobis poterũt abso-
Eccli.3. luta veritate cõstare. Scriptũ est enim: Tempus amplectendi: ⁊ tẽpus longe fieri ab amplexu: ⁊ post multa: Omni rei tempus. Scire autem debemus in hoc
TOP. versu argumentũ illud esse quod dicitur in topicis ex ꝯtrario: quãdo sententiã nostrã ex rebus diuersis vna
Al. non hz. ꝓpositione ꝯcludimus. [Adiutor † meus ⁊ susceptor
Al. super- meus es tu: ⁊ in verbũ tuũ † speraui]. Adiutor/ ꝑtinet
sperauí. ad implenda mãdata: qm̃ sine eius adiutorio nec inchoare quicq̃ boni possum⁹: nec implere preualem⁹. Susceptor aũt noster fact⁹ est per sancte incarnatiõis arcanũ: qua prestante suscepit hominẽ: ne peccati lege possit funditus interire. Deniq̧ istã susceptionẽ vide quid sequitur: Et in verbũ tuũ speraui: id est in deitatis tue presidiũ summũ meũ desideriũ collocaui: vbi sperari licet: ⁊ spes firmissime cõstituta nõ decipit: si-
Eccli.2. cut legit̃: Quis sperauit in dño: ⁊ ꝯfusus est? Et iterũ:
Ps.31. Sperãtes autẽ in dño misericordia circũdabit. Sperat ergo redemptorẽ gentiũ venire qui mũdi maculas possit abstergere: qui viuificet mortuos: sanet egrotos: et qḋ ligatũ fuerat lege peccati: possit morte ipsa moriente dissolui. Sic in vno versiculo totius religionis nostre conclusa perfectio est. [Declinate a me maligni: ⁊ scrutabor mãdata dei mei]. Sicut heretici cupientes tamen cognoscere veritatem in mãdatis domini: nos proficue frequenter exercent: ita ad perscrutandas sacras lectiones obstinati perstrepere nobis atq̧ impedire noscuntur. Hos declinãdos esse ꝓnunciat: qui in sensatis contentionibus scripturas domini lacerare contendũt. Quid enim illic humanus sermo proficiat: vbi talia sunt vota ne credat? Quibus alio
loco dicitur: Discedite a me om̃es qui operamini ini- Ps.6.
quitatẽ. Remediũ est enim quẽ cõuerti velle non videris: vitare si possis. Ipsis enim presentib⁹ dũ cõtentiosa semꝑ malignitate cõfligũt: dũ calumnias exquisita vanitate cõcipiũt: ad scrutãda mãdata dñi idonei non possumus inueniri: vbi totis debem⁹ animi viribus occupari. [Suscipe me ꝟm eloquiũ tuũ ⁊ viuam:
et † ne cõfundas me ab expectatione mea]. Perfidis Al. non
effugatis: ⁊ maloꝝ hominũ cõuersatione purgatus: a dño se petit suscipi: vt possit eius verbi ꝓmissione saluari. Esset enim fortasse temerariũ dño dicere: Suscipe me: nisi adiungeret promissionẽ que nescit aliquãdo decipere. Sed cũ dicit: Viuã: futurũ tẽpus ostendit. Hic enim vere non viuitur: vbi carnis fragilitate peccat̃. Expectatio quoq̧ ipsius erat: vt misericordiã christi deuotissim⁹ inueniret: quã spem in iudicio venturo se postulat adipisci: ne cõfusione deceptus a sua possit expectatione fraudari. Sed cum dicit: Ab expectatione mea: nullũ tẽpus ponit quo expectare non debeat. Res enim ista in pectoribus sanctis nõ habet finem: nisi cum pollicitatio superna prouenerit. Sic
enim ⁊ alibi dicit: Expectans expectaui dominũ: ⁊ re- Ps.39.
sperit me. Beata ergo expectatio: vbi est certa promissio. Cur enim defectũ spes fidelis sustinere possit: cum his qui promittit nesciat immutari? Expectatio itaq̧ sanctoꝝ est celoꝝ regna: angelorũ consortia promereri: ⁊ quod supra totum est ipsum iugiter videre: qui in beatorũ solet semper corde dulcescere. [Adiuua me ⁊ saluus ero: ⁊ meditabor in tuis iustificationibus semper]. Quãuis verba ista sepe videantur esse repetita: magna nobis tamen assiduitatis istius sacramenta declarantur. Hoc enim ad amplissimũ desiderium mentis debet aptari: quod nulla inde poterat intermissione suspendi: quia q̃uis accipiamus a domino: semper rogandus est vt iugiter donet: ne collata beneficia possint a nobis fidei tẽpore discedere. Non enim repetitũ verbũ ociose debemus accipere: ne videamur incaute quod scire nos expedit omisisse. Addidit: Et meditabor in tuis iustificationibus semper. Causam reddit obsequij ne post susceptam salutẽ collato muneri videretur ingratus. Sed cum promittit meditari iustificationes semper: salutem suam iugiter desiderat contineri. Sic enim faciendo: locus tollitur absolute diabolo. Iustificationes enim duplici modo possumus accipere: siue istas quas hic quotidie in peccatoꝝ nostroꝝ confessione ꝑagimus: vt est illud
euangelij: cum publicanus peccata sua confitens de Luc.18.
tẽplo iustificatus exiuit. Decet enim q̃diu in isto seculo sumus et a peccatis liberi esse non possumus: in ista nos semꝑ iustificatione prosternere. Sed quia sequitur: Semper: quod supra omne tẽpus esse dinoscit̃: ne non tibi videatur isti seculo cõuenire: sed aliquid te delectet de illa eternitate concipere. Meditantur sancti iustificationes domini semper: quando angelorũ choris sua desideria sociabunt: quando laudes domini perenni exultatione cantabũt: quãdo (sicut dicit
apostolus) corruptibile hoc induerit incorruptionẽ: ⁊ 1. Corin.15.
mortale hoc induerit immortalitatẽ. [Spreuisti oẽs
discedentes a † iustificationibus tuis: quia iniusta co- Al. iudicijs
gitatio eorũ est]. Declaratum est cur assumebatur iustificationum domini frequens assiduaq̧ meditatio.

Merito enim timorē mouebat talis sententia secutura: qm̄ spernunf a dn̄o qui ab eius iustificatione discedunt. Nam cum sit iustificatio peccatoꝝ mentis pura confessio: merito superbi spernunf a dn̄o: qui tali se remedio sanare despiciunt. Iniusta quippe est eorū cogitatio: ⁊ velle peccare: et iustissimo iudici nolle satisfacere. Merito ergo tales ab absolutionis gratia submouētur: qui totiens cōmoniti hic pio dn̄o supplicari tempserunt. [Preuaricātes reputaui oēs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua]. Hec sentētia nisi diligentius perquiratur: apostolo videtur esse cōtraria.
Rom.2. Ille enim dicit: Qui sine lege peccauerūt: sine lege peribunt: hic autē oēs peccatores terre/ preuaricatores esse testaf. Nā quomodo potest aliquis esse sine lege: si oēs preuaricatores esse credendi sunt? Preuaricari enim nō est: nisi legē transgredi cōstitutā. Sed vtrūqꜫ verū est: qm̄ ab vno ꝟitatis fonte descēdit. Sine lege peribūt: de illa tm̄ cōstitutione dicit apostolus: que tabulis lapideis in monte sina digito dn̄i ꝓbaf ascripta. Nam ⁊ alie leges sunt: ꝑ quas populi diuine sententie subiacebunt: vt est illa preuaricatio Ade: de qua nisi christi bn̄ficio liberetur humanū genus cōstat esse iudicandū. Cōstringuntur etiā gentes ⁊ per naturalē legem: ne faciant alteri quod nolūt fieri sibi. Unde idem
Ibidem. dicit apostolus: Gentes que legē non habent: naturaliter q̄ legis sunt faciunt. Uides ergo merito hic dictū preuaricatores om̄es esse qui potuerūt aliquo errore delinquere. Nam siue trāsgresse primū legis: siue que per Moysen data est: om̄is preuaricator redditur: qm̄ ab his nullus terrigena ꝓbatur exceptus. Cōsequēs autē erat: vt eximius diligeret testimonia dn̄i: qui preuaricatorū nomine visus est om̄es addicere peccatores. Per ipsa em̄ testimonia credebat sibi venire posse remediū: per que ad christi gratiā desiderio festināte tendebat. Nam cū lex nos addicat: sola gratia est absolute que liberat: ipsa que cōpeditos soluit: ipsa que de seruis filios facit. [Cōfige timore tuo carnes meas a iudicijs enim tuis timui]. Sciens congregatio spiritualiū virorū vnde humano generi preuaricatio legis supradicta prouenerat: tanqꜫ seuissimū latronē et indomabilē feram carnē suam: non solū religandā sed etiam configendā/ noua atqꜫ inusitata supplicatione deprecaf. Carnis enim vitia sunt terrena delicta: que nos legem transgredi faciunt mandatoꝝ: dum a proposito veritatis abducūt. Quā merito deprecatur timore domini debere configi: ne ab eo possit noxia libertate dissolui. Sic vno verbo significatū est: quēadmodum caro tractari debeat christiani. Et qua pietate cōtra corpus suum nimie ac violenter oraret: exposuit: Timore scilicet futuri iudicij: vt hic mortificatum: ibi reddatur eternū. Hic temporaliter mestum: illic esset sub perpetuitate letissimū. Et illud inspice quod dicit: Timore tuo: casto scilꝫ atqꜫ perfecto: qui non tm̄ habet ante oculos formidinē vindicte: sed vehementer metuit amissionem gratie: in qua fidelis viuit per quam omnis reficitur christianus. Sed videamus qui claui sunt: qui nos in illa domini crucifixione configunt. Charitas vtiqꜫ que nos facit et tormenta nostra negligere: ⁊ mortis ipsius pericula plus amare. Felix qui clauo isto configitur: qui tali vulnere sau-
Phil.1. ciatur. Ipso clauo transfixus est qui dicebat: Michi viuere christus est: ⁊ mori lucrū. Ipsa compunctione
Luc.2. forat⁹ est qui orabat: Nunc dimitte seruū tuū in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuū. Ad postremū in cantici scanticorū ecclesia profitetur: Uulnerata charitate ego sum. Configi ergo se timore domini sanctus populus deprecatur: vt moriendo viuat: qui prius viuendo moriebatur.

AIN.

Feci iudiciū ⁊ iusticiā: nō tradas me calumniantibus me. Suscipe seruū tuū ī bonū: nō calūnientur me supbi. Oculi mei defecerūt ī salutare tuū: et in eloquium iusticie tue. Fac cū seruo tuo ꝫm miam tuā: ⁊ iustificationes tuas doce me. Seruus tuus suꝫ ego: da michi intellectū vt sciaꝫ testimonia tua. Tēpus faciendi dn̄e: dissipauerunt legem tuā. Ideo dilexi mandata tua: sup aurū ⁊ topazion. Propterea ad oīa mādata tua dirigebar: omnē viam iniquā odio habui.

Feci iudiciū ⁊ iusticiā: nō tradas me † persequētibus me]. Ad sextādecimā litterā — Al. calumniantib⁹
in eternū membra dn̄i viuentia ꝑuenerūt: in qua vna voce petunt sacre incarnationis aduentū tempus esse: dicentia/ vt ad destruendos supbos diuina potentia potuisset ostendi. Intendam⁹ itaqꜫ verba que dicta sunt: vt arrogantiam sanctis odiosam nulla possit cogitare ꝑuersitas. Facit iudiciū: quisquis iudicat contra se: ⁊ prauitates suas ante examē domini iusta execratione cōdemnat. Sed ne hoc iudicium adulatoriū magis putares esse qꜫ verū: addidit: Et iusticiā: qm̄ per iusticiā nos iudicamus: quādo delictorū nostroꝝ vindices sum⁹. Ipsa est ergo equitas que nos absoluit a pena: ipsa que liberat a reatu: si nosmetipsos cognoscimus sceleribus inuolutos. Et qm̄ peracta fuerat deuote satisfactiōis integritas: petit modo ne tradatur peccatorib⁹: quia peccata dānauit. Hoc est enim qđ superi⁹ postulauit: Infige timore tuo carnes meas: vt res noxia aīe iudicio subderef: ⁊ seruiret potius affixa: que lasciuire poterat effrenata. Persequētes ꝟo sunt diabolus cū ministris: qui nos indefecta malicia ꝑsequunf: ⁊ traditos sibi crudeli laceratione discerpūt. Meminimus enim que ꝑtulerit Iob ille sanctissimus: quātis cladib⁹ patienter subiacuit: q2 illis se traditū esse cognouit. Scimus etiā quanta Ioseph passus fuerit: vel Susanna: dū traditi fuerāt in manib⁹ impiorū. Hinc etiā quotidie rogamus admoniti: Ne inducas nos in tētationē. Matth.6.
Traduntur quoqꜫ peccatores: vt digna cōmissis flagella patiantur: sicut apl's de impijs dicit: Tradidit Rom.1.
eos de⁹ in reprobū sensum: vt faciāt que nō cōueniūt.
Et alibi de peccatorib⁹ ait: Quos tradidi sathane: vt 1. Timot.1.
discant non blasphemare. Petit ergo populus sanct⁹: ne tradatur ꝑsequentibus se: quibus ideo spūs irascebantur imundi: q2 videbāt ab eis suas imissiones instigationesqꜫ dānari. Hoc est odiū quod christi meretur affectū. Ab illo enim amari non potest ds: nisi ab eius inimicissimis horreaf. [Suscipe seruū tuū in bonū: nō
calūnienf † michi supbi]. Suscipe diabolico brachio Al. me
impulsus videtur dixisse ne corruat. Dn̄i enim misericordia suscipimur: qn̄ peccatoꝝ nostroꝝ compulsione ꝑcutimur. Apte enim dictū est dn̄o ī bonū suscipe: q2 in malū se aduersam partē nouerat impulisse. Seruus
aūt: liberationis indiciū est. Seruus enim a seruando ETY.
dicif: qđ eū captū ab imminēti interitu dn̄i sui manus miserata seruauerit. Sic ⁊ iste merito se seruum dicit:

qui fuerat ab anime deceptione liberat⁹. Quapropter
hic seruus: ⁊ liberationis professio cognoscitur ⁊ ho=
noris. Illi⁹ enim non est seruus: nisi qui sanctoꝝ fuerit
cetibus aggregatus. Calũniantur aũt supbi: qm̃ here=
ticas ꝯtentiones violẽto pondere falsitatis obijciunt:
vt merito se a dño deprecatus fuerit suscipi: ne eorum
potuisset altercatione prosterni. Siue hoc magis de
spiritibus immũdis melius dicitur: qui nobis impro=
be calũniantur: et cũ ipsi sint maxime nostrorum cri=
minum rei: nolunt nos concessa venia liberari. Nam
eum ipsi decipiant: ipsi nos semꝑ accusant. Sed quid
mirum: si peccatoribus calũnietur qui christo dño di=
Matth.4. cere tentauit: Omnia hec tibi dabo si procidens ado=
Esa.14. raueris me? Et illud: Ponam sedẽ meã ad aquilonem:
et ero similis altissimo. Merito ergo dicitur calũnia=
tor: qui dum facit crudelia: pios semper accusat. De
Ps̃.71. ipso enim ⁊ alio loco scriptura dicit: Et humiliabit ca
lũniatorẽ: et permanebit cũ sole. Iustissime itaqꝫ pe=
tit: ne humilis tradatur supbo: ne simplex calũnioso:
ne deuotus ingrato: qm̃ supra ipsos magis atrociter
seuiunt: quos minime seducere valuerũt. [Oculi mei
defecerunt in salutare tuũ: et in eloquiũ iusticie tue].
Mouere aliquos solet: cur plurali numero posuerit
oculos: cũ vnus sit cordis aspectus: nec potest hoc ad
istos oculos carnales referri: qui in illa longinquitate
tẽporis nichil tale potuerant intueri? Sed quoniã co=
hors sancta loquitur: quã esse constat ecclesiã: merito
pluraliter dixit: Oculi mei: sicut ⁊ alibi de ipsa legitur
Oculi tui sicut columbe suꝑ abũdantiam aquarũ. Et
alibi: Oculi tui sicut columbe extra taciturnitatẽ tuã.
Istos ergo dicit oculos in salutare dñi defecisse: pro=
pter sanctum incarnationis aduentũ: quẽ tanto desi=
derio sustinebat: vt nullã requiẽ potuisset admittere.
Unde merito defecit: quia nullũ tempus vacationis
accepit. Salutare enim: significat dominũ saluatorẽ:
de quo scriptũ est: Saluũ fac populũ tuũ domine: et
benedic hereditatẽ tuam. Sequitur: Et in eloquium
iusticie tue: id est euangelica verba: que dicturus erat
populo credituro. [Fac cum seruo tuo ſm misericor=
diã tuã: et iustificationes tuas doce me]. In assiduis
precibus ꝑseuerat: quia petendi nunqꝫ debet esse fasti=
diũ: vbi largitas donatoris nõ potest habere defectũ.
Infinita petijt: qui sibi bona fieri ſm misericordiam
dñi postulauit. Nam sicut illa eterna est: sic eius mu=
nera ꝓbantur esse ꝑpetua. Bene addidit: Seruo tuo:
quia statim corruit qui alterius esse voluerit. Iustifi=
catiões vero more suo ipsas semꝑ petit: quas iã deuo=
tus accepit. Hãc enim assiduitatẽ et oratio dominica
Luc.11. designat: que dicit: Panem nostrũ quotidianũ da no=
bis hodie. Iustum est enim vt iugiter rogetur: qui si
nõ petatur offenditur. Et respice res iste quali verboꝝ
proprietate distincte sunt. Misericordiã supra se fieri
petijt: iustificationes autem doceri se suppliciter po=
stulauit. [Seruus tuus sum ego: da michi intellectũ
vt sciam testimonia tua]. Quãuis vniuersa que expe=
diunt ꝯtinuis precib⁹ sint a dño postulanda: maxime
tamen diuinarũ scripturarũ intellectus iugiter peten
dus est: qui quãto plus ꝑcipitur: tanto suauior sanctis
mentib⁹ inuenitur. Sed quia nouit oĩpotentẽ dñm
subiectis suis esse largissimũ: dicit: Seruus tuus sum
da michi intellectũ: qui solitus es donare que iuste ac
fiducialiter peteris. Nam cum obnoxia se cuncta co=
gnoscant: magni tamen meriti est ipsius famulũ nun=
cupari. Seruus quippe ipsius veraciter nequaqꝫ dici
potest: nisi qui eius famulatur arbitrio. Et vide quid

dicat: Ut sciam: id est vt accepta retineã. Scire enim
illud est: quod in noticiam nostram manifeste veniens
nulla obliuione deletur. [Tempus faciendi domine:
dissipauerunt † iniqui legem tuam]. Preuidens po= Al. non hz.
pulus deuotus tẽporibus Antiochi a plebe iudaica
legem domini culturis demonũ polluendaꝫ: velut ad
medicũ clamat egrotus tempus esse subueniendi: ne
morbis ingrauãtibus salus populi potuisset absumi.
Dicit enim: Tempus est faciendi: nõ differendi quod
expedit. Iusserat enim per legẽ et ꝓphetas: vt verus
dñs reuerẽdissima deuotione coleretur. Sed qm̃ hoc
in suam perniciem cõtempsit obstinatio iudeorũ: cla=
mat populus fidelis: Tempus faciendi: id est vt mun
do salutaris appareas: peccata dissoluas: mortem vin
cas: ipsumqꝫ diabolum cum sua cohorte prosternas.
Hoc est enim dñi facere: predictis temporibus adue=
nire. Unde et per prophetam dictũ est: Tempore ac= Esa.49.
cepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Et aposto=
lus: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies sa= 2.Corin.6.
lutis. Omnia enim que dominus facit: aptissima dis=
positione complentur: vt ante fieri non debeant: nisi
quãdo ille miseratus indulserit. Hinc est quod nobis DOG.
semper expedit habere patientiã: expectare que iussa
sunt: rogare que prosunt. Tempus aũt faciendi nouit
ille qui rector est. Addidit causam cur debeat facere
que rogatur: quia iudei legẽ dissipauerunt: quam ille
eos inuiolabiliter custodire ꝓceperat. Dissipare enim
legẽ est aliter viuere: qꝫ ipsius precepta monuerunt: ⁊
hoc magis facere: quod illa cognoscitur sub oĩ exe=
cratione dãnasse. Hoc argumentũ rhetores inter vio RHE.
lentissima ꝓcepta posuerunt: quãdo vt preces audian
tur: adiuuat tempus aptissimũ. [Ideo dilexi manda=
ta tua: super aurum et topazion]. Quantũ legem dñi
dissipauerat nefanda ꝓsumptio: tantũ deuot⁹ animus
ad mandata eius festinabat implenda. Grandis enim
religionis crescit affectus: quotiens eam improborũ
impugnare tentat audacia. Pro hoc enim additũ est
Ideo. Erat itaqꝫ sanctissimo choro super aurũ ⁊ gem
mas: quas preciosissimas habet humanitas: manda=
torũ domini reuerentiam custodire. Istud enim tem=
poraliter humanis blanditur aspectibus: inde autẽ in
eternam requiem mens beata perducitur. Topazion
vero (sicut quidã scribere voluerũt) genus est lapidis
quantũ inuentione rarũ: tantũ merciũ quantitate pre
ciosum. Qui duos habere fertur colores: vnũ auri pu=
rissimi: ⁊ alterũ etherea claritate relucentẽ: pinguedo
rosea: verecundaqꝫ puritas: vicinus lapidi Chryso=
passo magnitudine vel colore: quia maxime lampat
cum solis splendore percutitur: omniũ gẽmarũ supe=
rans preciosissimas claritates: in aspectum suum sin=
gulariter prouocans oculorũ cupidissimam volupta=
tem. Quã si polire velis / obscuras: si nature proprie
relinquas / irradiat. Hec regibus ipsis fertur esse mi=
rabilis: vt inter diuitias suas nichil se simile posside=
re cognoscant. Nasci dicitur in insula topazion: que
est ꝓuincia e thebaide: vnde ⁊ nomen accepit. De qua
nõ sunt multa dicẽda: ne quod scriptura dicit esse con=
temptibile: nos desiderabile affectata laude faciam⁹.
[Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnẽ
viam iniquam odio habui]. Qui super aurum ⁊ gem=
mas legem domini diligebat: necesse fuit vt ad omnia
mandata eius rectissimus appareret. Talia enim ne=
gligere non potest: nisi qui diuina fuerit inspiratione
correctus: vt aurũ habeat velut terrenas sordes: gem=
mas vt calculos viles. Amare siquidẽ non profutura

dementis est. Sed illa decet viros sanctissimos concupiscere: que possint premia nunqꝫ peritura cõferre. Congruũ ergo fuit vt odisset ꝑuersam viã qui meruit amare rectissimam. Iniqua siquidem via est: que nos perducit ad vitia: recta vero virtutũ: que nobis indulgentiam tribuit et salutẽ. Sed hoc ꝙ studiose: ꝙ frequẽter infunditur: vt intelligamus beatos viros qualium rerũ delectatione pascantur: qui hoc habent supra cuncta dulcissimum: quod sepius credunt esse repetendum.

PHE.

Mirabilia testimonia tua dñe: ideo scrutata est ea aĩa mea. Declaratio sermonũ tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis. Os meũ aperui et attraxi spiritũ: quia mãdata tua desiderabam. Aspice in me et miserere mei: s̄m iudiciũ diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige s̄m eloquium tuum: et non dominet̃ mei om̃is iniusticia. Redime me a calumnijs hominũ: vt custodiã mandata tua. Faciem tuaꝫ illumina super seruũ tuum: et doce me iustificationes tuas. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Mirabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est ea anima mea]. Septimãdecimã litterã sancti populi intrat oratio: asserẽs aperuisse os suum: ꝛ attraxisse spiritũ: vt eius audiatur oratio: exitusqꝫ aquarũ transisse lachrymas pias: quia nõ sit a iudeis custodita lex domini. Et intuere quẽadmodum definitionẽ rei vno verbo complexus est: dicendo: Mirabilia testimonia tua domine. Mirabilia plane: qm̃ per ea celestis virtus hominib⁹ terrenis innotuit: ꝛ nosse dederũt paruulis: vnde et angelorũ sublimis natura beata delectatione completur. Hec semper scrutari licet et assidua meditatione perquiri. Hic autẽ illud timeri non cõuenit:
Eccli.3. Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne scrutatus fueris. Ideo enim nobis predicata sunt: vt ea pie atqꝫ diligẽter noster semꝑ anim⁹ indagaret. Altiora enim et fortiora talia dici non possunt: que vt perquirantur edicta sunt. Hec autẽ quinta est species definitionis: que grece Cata antilexin: latine ad verbũ dicitur.
DEF. Declarata sunt enim que sunt testimonia dñi: id est mira-
Al. non hꝫ. bilia. [Declaratio sermonũ tuoꝝ illuminat † me: ꝛ intellectũ dat paruulis]. Sermones sunt domini: quos iustorũ prophetauit auctoritas. Sic enim scriptũ est:
Esa.7. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filiũ: ꝛ vocabitur nomẽ
Ibidẽ.40. eius Emanuel. Et alibi: Uidebit omnis caro salutare dei. Sed istos sermones qui fuerant longi temporis obscuritate reconditi: aduent⁹ domini illuminatio declarauit: quia per ipsum manifesta sunt facta / que sacris litteris tenebantur abscondita. Tũc enim verbũ caro factum est: virgo peperit: tunc muti locuti sunt: surdi audierunt: claudi recto incessere vestigio: ꝛ cetera miracula que domino seruiere virtutũ. Hec declaratio obscuritatem nature nostre que iacebat in tenebris vi sue potestatis illuminare dignata est. Et intellectũ dedit paruulis: id est qui se humiles atqꝫ egentes suis viribus agnouerunt. Sed isti paruuli non de etate metiendi sunt: sed de simplicitate cõscientie: de

quibus dictum est: Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum celorũ. Ipsis enim hic prestat Matth.10.
purum atqꝫ innocentissimũ intellectũ / quibus ibi eternum donaturus est premiũ. [Os meum aperui et attraxi spiritũ: quia mandata tua desiderabã]. Si hoc ad litterã velis aduertere: consuetudo loquentis expressa est. Prius enim os aperitur: spiritus contrahitur: ac deinde in sonũ vocis lingue mobilitas adhibetur. Si vero spiritualiter (vt oportet) intelligas: os dicit mentis introitũ: qui tunc aperitur quãdo aliquid dicere festinamus. Attrahit autẽ spiritũ: cũ iam munere diuino salutaris desiderij cõpletur affectu: et incipit firma mente velle: quod ante per gratiã tamen domini visus est appetisse. Aperuit ergo os cordis sui infirmus ꝛ paruulus: ꝛ attraxit spiritũ: id est virtutẽ faciendi quã per se non poterat adipisci. Sed vt hoc magis ad intelligentie bonũ: non ad loquendi officiũ cognoscas esse premissum / sequitur: Quia mandata tua desiderabã. Ardorem siquidẽ voluntatis premisit: vt postea consequenter exponeret desideria mandatorũ. Consequi quippe non poterat: vt prius se diceret locuturũ: ꝛ postea desideraret q̄ ꝓsunt. [Aspice in me ꝛ miserere mei: s̄m iudiciũ diligentium nomen tuum]. Frequẽter dñs aspicit iratus: sepius intuetur vt perdat: sicut Sodomã respexit et Gomorrã: sicut castra egyptiorũ. Aspicit etiam ꝓpitius: sicut in muneribus fecit Abel. Respexit quoqꝫ super filios pauperũ: ꝛ non spreuit preces eorũ. Et ideo ne in partem susciperetur aduersam: statim subiunxit: Et miserere mei: que merito (sicut sepe memoratũ est) misericordia dicitur: quia miseris larga pietate prestatur. Nec solũ hic hesit fusa precatio: sed addidit: Scd̄m iudiciũ diligentiũ nomen tuum. Iudiciũ quippe est dñi: vt nomen suũ diligentibus misericordie largiatur auxiliũ: ne expectatio fidelium decipiatur: que ipsius semper cõsideratione suscipit̃. [Gressus meos dirige s̄m eloquium tuum: ꝛ non dominetur mei omnis iniusticia]. Gressus meos / significat mot⁹ anime. Nam sicut per istos de loco ad locũ transferimur: ita ꝛ in illis q̇busdã passibus: siue ad meliora: siue ad deteriora progredimur. Hos sancta cohors s̄m eloquiũ dñi dirigi postulabat: ne vitiorũ prauitatibus seducta: in mortiferos laberetur errores. Scd̄m eloquiũ tuũ dicit: id est s̄m iussa que precipis ad vitam humani generis corrigendam. Sequitur: Et non dominetur mei omnis iniusticia. Necesse enim erat: vt si gressus eius s̄m eloquium suum dñs dirigere dignaretur: nulla illi iniusticia preualere potuisset. Et vide ꝙ caute petit ne dominetur: que non poterat sic excludi: vt vlterius pulsare nõ posset. Sed cũ non dñatur euadimus: quia seruitus illa non precipitat ad ruinam. Nec illud vacat quod ait: Omnis iniusticia. Scit enim / quia si qua horũ dominetur intercipit: nec prodest aliquid in multis seruare legẽ: si eã in aliq̃ parte videamur offendere. Scriptũ est enim: Si quis totam legẽ seruauerit: offendat autẽ Iaco.2.
in vno: factus est omniũ reus. [Redime me a calũnijs hominũ: ꝛ custodiã mandata tua]. Calũnia per Anti- SCHE.
phrasin: id est per contrariã locutionẽ: dicitur capitis alumna: dum magis caput petat alienũ: eiqꝫ cõtraria sit: sicut bellũ quod non est bonũ: ꝛ lucus qui non habet lucẽ. Calumnia est enim: cõmentũ aliquod peri- DEF.
culose falsitatis obiectũ: quod bonis semꝑ hominib⁹ studio peruersitatis obijcitur: decolorare contendens quod recta cõscientia fuerit actitatũ. Hãc patiebantur videlicet iusti: vt eos ab equitatis tramite studio

inficiationis auerterent. Quāta enim (vt antiquiores
taceam) pertulit Dauid cum Sauli parceret: et apud
iniustū regē eoipso fieret reus: qm̄ illi probabatur esse
ꝓpitius? Qualis illi rogo calūnia est excitata: quādo
1. Reg. 18. iuuencule dixerūt: Saul occidit mille ⁊ dauid decē mi
lia? Quapropter calūnie sunt hominū cōtra veritatis
honorē ꝯtrouersie requisite. Quas merito a se sancta
cohors deprecabatur auferri: vt mandata dn̄i amotis
aduersitatibus indagaret. [Faciem tuā illumina sup
seruū tuū: et doce me iustificationes tuas]. Legimus
Exo. 34. sancti Moysi vultū ita a domino fuisse clarificatū: vt
eum israeliticus populus respicere nō valeret. Unde
velamine superducto loquebatur ad eos: quia non po
terant in ipso conspicere celestem claritatem. Uultus
enim Moysi fulgor erat legis: quem illi sustinere non
poterant: quia velatis eam cordibus audiebant. Hoc
ergo sanctus populus petit: vt illuminatā domini fa=
ciem possit conspicere: non velatā: quatenus pura gra
tia luminis mereatur afflari: nec iam aliquod patiatur
obstaculū: qui veritatis ipsius desiderabat aspectum.
Potest magis cohors sancta desiderare domini salua
toris aduentū: cuius facie illuminata sunt tenebrosa
peccati: vitam conferens mortuis: ⁊ certissima reme=
Al. deduxe dia desperatis. [Exitus aquarum † transierunt oculi
runt mei: quia non custodierūt legem tuam]. Exitus aqua=
rum significat lachrymas copiosas: quas tantas dicit
fuisse: vt ipsa quoq̧ fontium fluenta transcenderent.
Transeunt plane: quando illa sine sensu currunt: ista
cordis afflictione funduntur. Nā quod vincere quan=
titate non poterant: felicissime compunctionis quali=
tate superabant. Has tunc profundimus: quādo pec=
catorū nostrorū recordatione mordemur. Nam si mā=
data domini custodiremus: leticiam vtiq̧ haberemus
non plorationis ardorem. Sed qm̄ talia carnis neces=
sitate vitare nō possumus: donet dn̄s lachrymas qui=
bus peccatorū sordibus abluamur. Et illud quoq̧ esti=
mo considerandū: quoniā per oculos dicit satisfactio=
nem venisse: p quos nos plerūq̧ illecebras huius se=
culi constat attrahere: vt merito per illos culpa mun=
detur: per quos ⁊ excessus admittitur. Qui modus in
scripturis diuinis frequentissime reperit: sicut sextus
Ps. 6. psalmus ait: Lauabo per singulas noctes lectū meū:
Ps. 41. lachrymis stratū meum rigabo. Et alibi: Fuerunt mi=
chi lachryme mee panes die ac nocte. Que figura di=
SLHE. citur Hyperbole: quotiens relationis qualitas maio=
re pondere exaggerata profertur. Sancto enim choro
sic erat deflendum: vt omnia peccata dilueret copioso
imbre lachrymarum. SADE.

Iustus es domine: ⁊ rectum
iudiciū tuū. Mādasti iusti=
ciam testimonia tua: ⁊ veri=
tatem tuā nimis. Tabescere
me fecit zelus me⁹: quia ob=
liti sunt v̄ba tua inimici mei.
Ignitum eloquiū tuum vehementer: et ser=
uus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum
ego ⁊ contemptus: iustificationes tuas non
sum oblitus. Iusticia tua iusticia in eternū:
et lex tua veritas. Tribulatio ⁊ angustia in=
uenerūt me: mādata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in eternum: intel=
lectum da michi ⁊ viuam.

Iustus es domine: ⁊ rectum iudicium tuū].
Triumphatrix carnis sue cohors sanctorū
ad octauādecimā litteram venit: in qua iu=
sticiam dn̄i cōfitetur: ⁊ eloquia eius ignita
cōtinua se dicit dilectione venerari. Ad po=
stremū petens intellectū testimoniorū: vnde viuificari
debeat in eternum. Sed postq̧ peccata sua superius
irriguis dixit lachrymis expiata: nunc iudicia domini
fideli mente collaudat dicens: Iustus es domine: et
rectū iudicium tuū: qui peccatores se iubes affligere:
vt eos tua debeat medicina saluare: quia nec illi ali=
quando probarentur sub leticia corrigi: nec beneficia
possent aliter diuina cognosci. Suis quippe meritis
putaret datū: si peccator iugiter floreret illesus. Sed
vtrūq̧ iustum: vtrūq̧ dignissimū: qm̄ ⁊ delinquēs per
satisfactionē corrigitur: ⁊ iusticia dn̄i humili ꝯfessione
declaratur. Hoc enim dicto: Daniel inter ferocissima
leonū ora saluatus est. His verbis trium puerorū flā=
ma superata est. Hanc sententiā Hieremias in lamen
tationibus suis frequenter iterauit. Dicamus igitur ⁊
nos hūc versum in quibuslibet periculis: Dicamus in
gaudijs: quia talis cōfessio ⁊ ab erūnis eripit: ⁊ in ꝓ=
speritate custodit. [Mandasti iusticiā testimonia tua:
et veritatē tuam nimis]. Mandasti: significat prece=
pisti. Testimonia vero sunt (sicut iā dictū est) que sub
testificatione ꝓlata sunt. Hec cōtinent iusticiā ⁊ veri=
tatē. Iusticiā: qm̄ equabiliter om̄ia discernunt. Veri=
tatē: quia ꝓmissa retribuūt. Merito ergo tm̄ amabat:
tm̄ repetebat ista testimonia: quātū incomprehensibi
lis atq̧ reuerēda virtus domini per talia cōcedebatur
agnosci. Nimis: ad vtrūq̧ potest laudabiliter ꝑtinere:
siue ad iusticiā: siue ad veritatē: q2 iusticiā dn̄m nimis
mādare ꝓfutura districtio est: veritatē vero nimis ani
mis inculcare cautela est. [Tabescere me fecit zelus Al. non hz.
† domus tue: quia obliti sunt verba tua inimici mei]. DEF.
Tabes: est morbi alicuius ꝯtracta necessitas: que nos
facit paulatim defluere: dū corporis soliditatē penali
afflictione consumit. Quod sibi accidisse testatur zelo
domus dn̄i: quē non patiebatur perfidorū laceratione
violari. Zelus enim ⁊ in malo ⁊ in bono ponit. In ma=
lo: vt est illud: Zelus et inuidia comedit domū iacob.
Et in actib⁹ aplorū legitur: Uidētes aūt iudei impleti Act. 5.
sunt zelo: ⁊ iniecerūt manus suas in aplos. Iste enim
ducit semp ad culpas: laqueos nectit: viam salutis in=
tercipit. In bono vero positū est: Zelus domus tue co Ps. 68.
medit me. Et Helias dicit: Zelans zelaui pro dn̄o deo 3. Reg. 19.
exercituū: quia dereliquerūt pactū tuū filij israel. Phi Numeri. 25.
nees quoq̧ sacerdos cū videret hebreū cū moabitide
muliere misceri: zelatus p̄ceptū dn̄i vtrosq̧ gladio ꝑ=
forauit. Cuius zelus tantū prestitit: vt iram dn̄i solus
auerteret. Iste siq̄dē zelus tribuit salutē: fidē retinet:
pudicitiā seruat: ⁊ ecclesiā dei gl̄iosa viuacitate custo
dit. [Ignitū eloquiū tuū vehemēter: ⁊ seruus tuus di
lexit illud]. Ignitū est eloquiū dn̄i: quia purgat corda
mortaliū mundana fece sordētia. Et vt fornacis ardor
exestuās metalla decoquit: eorūq̧ vitia necessaria pu
rificatiōe ꝯsumit: ita eloquiū dn̄i pctōꝝ maculis deter
sis/ humiliū sensus emūdat. Isto q̄ppe igne cor cleo=
phe ardebat: qn̄ dicebat. Nōne cor nostrū ardens erat Luc. 24.
in nobis: cū aperiret nobis scripturas? Hoc etiā igne
succensus hieremias enunciat: Et erat ignis flāmige= Hiere. 20.
rans in ossib⁹ meis. Isto etiā igne ⁊ reliq̄ succēsi sunt:
qui triūphali charitate floruerūt. Quapropter ignis
iste sermo christi est: sicut ipse in euāgelio dicit: Ignē Luc. 12.
veni mittere i terrā: ⁊ q̄d volo nisi vt ardeat? Addidit

Vehementer: vt non ad mortē exaggeratū crederes:
sed salutē. Sequitur quoqꝫ: Et seruus tuus dilexit il=
lud. Utiqꝫ diligebat quod vitā conferre nouerat ⁊ ho=
norem: quod sciebat ad remediū humani generis at=
Al. adolescē tulus tributū. [† Adolescentior sum ego ⁊ cōtemptus: iusti=
ficationes tuas non sum oblitus]. Multis sanctis hic
versus videtur posse cōgruere. Nam hūc bene accipi=
mus ex persona Joseph: qui a maioribꝰ fratribus con=
temptus: tanꝙ vile mancipiū mangonibꝰ venūdatus
esse dinoscitur: q̇ tamen iustificationes dñi in se factas
non est oblitus: quādo se pia in oībus voluntate tra=
ctauit. Jlle eñ cognoscitur liberatoris sui meminisse:
qui eius p̄ceptis ꝓbatur obedientiā cōmodare. Hoc
etiam dauid ex persona sua potest dicere: qui ad regni
culmina inter fratres suos pre imbecilla etate nō spe=
rabatur posse sufficere. Sed tamen iste iustificationes
dñi tanta deuotione in memoria tenuit: vt ipse dñs di
ceret: Jnueni dauid filiū iesse: qui facit oēs volun=
tates meas ꝑm cor meum. Ad postremū: quod firma=
mentū esse totius cōstat ecclesie: potest hoc dicere po=
pulus adoptiuus: populus gratie: populꝰ nouus: qui
etate sequitur: sed fidei dignitate precedit. Unde bene
suscipitur loquēs ꝑ totū psalmū cohors beata sancto=
rum: que cūctos fideles: cunctos beatissimos ꝓbatur
amplecti. [Justicia tua iusticia in eternum: et lex tua
DOG. veritas]. Hic versus ⁊ iusticiā dñi ⁊ legem adhibita
proprietate discernit. Hominū quippe iusticia quan=
tacūqꝫ sit: est sine dubio temporalis: vt est iusticia phi
losophorū: qui se videntur morum probitate tractare
que sine dei cultura veraciter vana gloria nūcupatur.
Nam iusticia dñi in eternū manet: quia quisquis eam
custodierit eterna felicitate gaudebit. Uidebatur etiā
et iusticia iudeorū: qui litterā potius contuentes: fu=
tura in ea putauerunt non esse mysteria. Justicia vero
domini quā intellexit populus christianus / in eternū
seruat: qm̄ ipsa semꝑ eterna est. Jta ⁊ de lege arbitror
sentiendū: quoniā quicūqꝫ eam intelligere meruerūt:
celesti veritate completi sunt. Ueritas enim legis est
Joan. 14. dñs christus: qui de se ait: Ego sum via veritas ⁊ vita.
Quapropter merito definitiue dictū est: lex tua veri=
Al. angustia tas: quod est dñs christus. [Tribulatio et † angustie
Al. nō habet inuenerūt me: mādata † autē tua meditatio mea est].
Tribulatio et angustie sanctis viris munera sunt ma=
gna: quia norūt se pondere talium compressi exudare
peccata: ⁊ ad illa gaudia tendere que non habent finē
Rom. 8. sicut apl's ait: Quis nos separabit a charitate christi?
Tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames? ⁊c̄.
Hec enim beatis viris velut quoddā antidotū est: qđ
dum aspere bibitur: munimēta salutis operatur. Se=
quitur: Jnuenerūt me: quasi expugnantē: quasi fixum
quasi ad earū certamina preparatū. Subiungit quoqꝫ
illud adiutorium: vnde se in diuersis passionibus suis
nouerit esse curatum: Mandata autem tua meditatio
mea est. Quibus enim tribulationibus: quibus angu=
stijs opprimi poterat: qui tali meditatione gaudebat?
Nam licet affligeretur corpus inualidum: cruciaretur
caro passibilis: in requiem noscebatur esse transposi=
tus: cuius in scripturis diuinis erat animus occupa=
tus. [Equitas testimonia tua in eternum: intellectum
da michi ⁊ viuam]. Jterum per definitionis modum:
virtutem testimoniorum designat. Nam si interroges
quid sunt testimonia domini: respondetur: equitas in
eternum. Pulchre autē contra tribulationem ⁊ angu=
stias (que temporalia esse noscūtur) posita est equitas
in eternum: vt tali spe vnusquisqꝫ contēneret que tem
poralia esse sentiret. Sic enim et in superiore littera
definiuit: Mirabilia testimonia tua domine. Addidit:
Jntellectum da michi ⁊ viuifica me. Qui se superius
adolescentem dixerat esse contemptū: nunc maturior
senioribus inter aduersa petit intellectū: vt agnoscat
mundi istius pericula prouentis transitorijs estiman=
da. Sic enim viuificari poterat: si iudicaret talia non
curanda: vt martyrij morte viueret: et perpetua exul=
tatione gauderet. O mors illa vitalis: O sanguis pur DOG.
puris omnibus preciosior: qui tribulationes et angu=
stias mereris finire: et insuper expectas celorum re=
gna suscipere. COPH.

Clamaui i toto corde meo ex=
audi me domine: iustificatio=
nes tuas requiram. Clamaui
ad te ⁊ saluū me fac: vt custo=
diam mandata tua. Preueni
in maturitate ⁊ clamaui: quia
in verba tua supꝑsperaui. Preuenerūt oculi
mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua
Vocē meā audi ꝑm misericordiā tuā dñe: et
ꝑm iudiciū tuū viuifica me. Appropinqua=
uerūt ꝑsequētes me iniq̄tati: a lege autē tua
longe facti sunt. Prope es tu dñe: ⁊ oēs vie
tue veritas. Jnitio cognoui de testimonijs
tuis: quia in eternū fundasti ea.

Clamaui in toto corde meo exaudi me do=
mine: iustificationes tuas requiram]. No=
nādecimam litterā ingreditur reuerendis=
simus chorus: in qua iustificationes domi=
ni se pollicetur exquirere: et in verbo eius
anticipata cōfessione gaudere: adijciens se cognouisse
testimonia dñi in eternū esse fundata. Nūc redeamus
ad versum. Fideliū itaqꝫ clamor deuote mentis affe= DEF.
ctus est: qui non tm̄ sermone ꝓmitur: sed magna cor=
dis intentione ꝓfertur. Clamabat enim populus mur
murans iudeorū: ⁊ non exaudiebatur a dño. Tacebat DOG.
Moyses: ⁊ dñs dicebat ei q̇d clamas ad me? Scilicet Exo. 14.
qm̄ illas cogitationes exaudit altissimus: que pia in=
tentione voluuntur. Additū est: Jn toto corde meo:
ne putares aliud cogitandū quādo clamatur ad dñm.
Jn sola enim religiosa cogitatione totus debet spiri=
tus occupari: ne mens diuisa effectum nequeat impe=
trare quē postulat. Et intende qui toto corde: qui to=
tis viribus expectabat: non diuitias seculi: non cōiu=
gia nobilium feminarū: non transitorias dignitates:
sed iustificationes domini: quas mens sancta suꝑ au=
rum ⁊ topazion semꝑ desiderat: semꝑ exquirit. Nam
quod dixit Requirā: vtiqꝫ quas facere debuisset: non
quas tm̄ lectione cognouisset. Justificationes eñ ve=
raciter nō requirit: nisi ille qui eas deuota mente com
pleuerit. [Clamaui ad te saluum me fac: et custodiam
mandata tua]. Clamorē illum exponit: quē superius
dixit. Hoc est enim: Clamaui in toto corde meo: quod
clamaui ad te. Ad illū enim non clamat: nisi cui peti=
tionē suam dirigit toto cordis affectu. Sed cum dicit
Saluum me fac: in anima vult intelligi: nō in corpore:
vnde reuera domini poterat mādata custodire. Neqꝫ
enim salutem carnis petere poterat: qui libenter cor=
poreis passionibus subiacebat. [Preueni in maturi= Al. q̄r i ꝟba
tate ⁊ clamaui: † et in verbo tuo speraui]. Preuenit in tua supꝑspe
maturitate: quisquis in annis puerilibus modestiam raui

senectutis anticipat:⁊ ante facit grauissimā mentē:q̄
possit annorum numerositate canescere. Qualis enim
senibus laus est:si deficientes in longo fluxu lassati po
tius conquiescant? Contra: que gloria est iuuenibus:
si in ipso etatis feruore morū regimine temperentur?
Tren̄.3. Sicut hieremias dicit: Bonū est viro qui graue por-
tauit iugum a iuuentute sua:sedebit singulariter ⁊ sile
bit: quia sustinuit iugū graue. Sequitur. Et in verbo
tuo speraui. Hoc est vtiq̄ quod maturitate preuene-
rat:⁊ clamauit ad dn̄m: quia in verbo ipsius: id est in
aduentu dñi saluatoris fixa mente sperare nō destitit.
Sācti enim viri q̄uis desiderio magno flāmentur:ex-
pectationi sue ardorē semper adijciunt:dū tanto plus
ventura felicitas expetitur: quanto amplius eorū ex-
pectatio ꝓtelatur. [Preuenerūt oculi mei ad te dilu-
culo:vt meditarer eloquia tua]. In superiori versu p̄-
uenisse se dicit in maturitate:significās tempus iuue-
nilis etatis:nūc autē de hora diei cōmemorat:Preue-
nerunt oculi mei ad te diluculo:significans vtiq̄ ocu-
los cordis sui ante credidisse venturo dño saluatori:
q̄ eius irradiaret aduentus. Diluculo enim significat
initiū lucis:id est diei: monstratus aduentus: quando
post tenebras peccatoꝝ quib⁹ hic mundus tenebatur
obnoxius:dñi p̄sentia vitalis emicuit:siue resurrectio-
nem dñi: que diluculo facta est. Ait enim euangeliū:
Luc.24. Et cū esset valde diluculo venit maria ad monumen-
tū ⁊c̄. Sequitur. Ut meditarer eloquia tua. Causa red
ditur cur ante diluculū mens deuota surrexerit: nō vt
agrū coleret:non vt salutationes potentiū preueniret:
sed vt dñi meditaretur eloquia:que nunq̄ possunt pia
vota refugere: dum suauitas eorū semper videtur ac-
crescere:sicut in tertiadecima littera dictum est. Quā
Al.audi dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. [Vocē meā † exaudi
domine ꝑm misericordiā tuam:⁊ ꝑm iudiciū tuū viui-
fica me]. Respiciam⁹ q̄ mirabili modestia veri famu-
li dñi dn̄m deprecentur:⁊ intelligamus nichil esse pre-
sumendū:si aliquid nobis per dei gratiā prosperitatis
arriserit. Ille enim qui vincens etatem puerilibus an-
nis clamauit ad dn̄m:qui diluculo surrexit: semper ad
laudes misericordiā petit:⁊ vt viuificetur exorat:quia
nullis est operib⁹ nisi in sola dñi pietate presumendū.
Cum dicit enim: Vocē meam exaudi domine ꝑm mi-
sericordiā tuā: non habet quod cōtra peccata sua con
fidenter obijciat: sed illā tm̄ misericordiam petit: que
ex miseris beatos facit:ex captiuis liberos:ex mortuis
viuos:ex temporalib⁹ sempiternos. Sequitur. Scd̄m
iudiciū tuū viuifica me:scilicet illo quo supplicantib⁹
parcis: quo se dānantes clementer absoluis. Et cum
addidit: Viuifica me:cōfitetur se mortuū esse lege pec
cati. Viuificari enim non potest: nisi qui in se propriā
Al.appro- non habet vitam. [† Appropiauerunt persequentes
pinq̄uerūt me † iniuste: a lege autē tua longe facti sunt]. Noue-
Al.iniq̄tati rat propheticus spirit⁹ beatoꝝ/ que pericula grauiter
imminerent:⁊ misericordiam ante petijt:vt in eis nul-
la possint atrocitate superari. Appropinquāt eñ per-
sequentes: quando post omnia vsq̄ ad carnis lacera-
tionem videntur accedere: sicut in.21. psalmo de pas-
Ps̄.21. sione dñi dictum est. Ne discedas a me: qm̄ tribulatio
Matth.26. proxima est. Et in euangelio: Surgite eamus:appro-
pinquauit enim qui me tradet. Pulchre autē addidit
propter discretionē: Iniuste: quia possunt ⁊ persecu-
tionem pati qui rei sunt: in quibus latrocinia cōmissa
Matth.5. puniuntur:sicut in euangelio dicit: Beati qui persecu-
tionem patiuntur:sed addidit: propter iusticiā. Bene
autē hic dictū est: Iniuste: qm̄ patiebantur mala pro
bonis:vt quibus salutē predicabant: morti eos puta-
rent esse subdendos. Sequitur. A lege autē tua longe
facti sunt: isti scilicet persecutores quanto ad sanctoꝝ
penas appropinquabant:tanto a lege domini recede-
bant. Necesse est enim vt deserant iusticiā: qui ad pra
uas semitas maliciāq̄ festinant: quia domino proxi-
mare non possunt: nisi qui eius regulis obsecundant.
Que figura dicit Synchrisis: quotiens meliorē cau- SLIDE.
sam nostram q̄ aduersariorū esse monstramus. Dicit
enim se ꝑsecutionē iniuste pertulisse:aduersarios autē
a lege dñi factos esse longinquos. [Prope es tu dñe:
et † omnia mādata tua veritas]. Contra illā proximi Al.oēs vie
tatē violentissime persecutionis:vicinitatē dñi sibi di tue.
cit esse remediū: vnde salutis auxiliū nouerat esse ven
turum. Dicit enim: Prope es dñe:quia vbiq̄ plenus:
vbiq̄ totus es: non spatijs inclusus: sed ipse spatia
cūcta replens atq̄ complectens. Nam cum propheta
vellet ostendere vbiq̄ eius esse presentiā: alibi dicit:
Si ascendero in celū tu illic es: si descendero in infer- Ps̄.138.
num adees:si sumpsero pennas meas ante lucem ⁊ ha-
bitauero in postremo maris: etenim illuc manus tua
deducet me. Sed cum dicit illi: Prope es dñe: confi-
tetur non eum ignorare si peruerse gerimus:nec decli
nare cū fugim⁹. Una est ergo salus ad ipsum festinare:
quē non possis effugere. Addidit quoq̄: Et om̄ia mā-
data tua veritas. Hoc ille potest dicere: qui veritati:
id est domino christo credidit: ⁊ mādata eius salutari
perfectione suscepit. Iudeus autē talia non potest lo-
qui: qui noluit credere veritati. [† Ab initio cognoui Al.non hȝ.
de testimonijs tuis:quia in eternū fūdasti ea]. Ab ini-
tio:significat a rudimentis seculi: quādo a iusto Abel Gen̄.4.
nomen cepit esse sanctorū:qui innocens a nefario fra-
tre in exemplum dñi saluatoris occisus est. Cognouit Ibidē.14.
quoq̄ ab initio: quando melchisedech sacerdotis ob-
lata munera: in dñici corporis prefiguratiōe suscepta
sunt. Cognouit etiā ab initio:quādo abraam filiū suū Ibidē.22.
in mysteriū dñi saluatoris obtulit immolandū: et his
similia:que sacrarū litterarū lectionibus continentur.
Hec sine dubio in eternū fundata sunt: qm̄ veritatis
ipsius testimonio cōprobantur. Et bene dixit/fundata
sunt: quippe que ad fundamentū christi dñi ꝑtinebāt.
Ipse eñ fundamentū singulare ac solidū est:sicut di-
cit apl's: Fundamentū enim aliud nemo potest ponere 1.Corin.3.
preter id qd̄ positū est:qd̄ est christus iesus. Unde eui-
denter apparet quod sepe dictū est:fideles mente con
spexisse dn̄m christū:eiusq̄ sanctū aduentū in p̄figura
tionib⁹ testamenti veteris agnouisse. RES.

Vide humilitatē meā et eripe
me: quia legē tuam non sum
oblitus. Iudica iudiciū meū
et redime me: ꝓpter eloquiū
tuū viuifica me. Longe a pec
catorib⁹ salus: quia iustifica-
tiones tuas non exquisierūt. Misericordie
tue multe dñe: ꝑm iudiciū tuum viuifica me.
Multi qui persequuntur me et tribulāt me:
a testimonijs tuis non declinaui. Vidi pre-
uaricantes ⁊ tabescebā: quia eloquia tua nō
custodierunt. Vide quoniam mandata tua
dilexi dñe: in misericordia tua viuifica me.
Principium verborum tuorum veritas: in
eternum omnia iudicia iusticie tue.

Vide humilitatem meam ⁊ eripe me: quia
legem tuam non sum oblitus]. Ecce iam
vicesimā litteram populus vitiorū victor
ingredit̃: in qua se petit viuificari: quoniā
mādata domini summo studio requisiuit.
Longe aūt a peccatoribꝰ salutē esse cōmemorat: quia
similia non fecerūt. Principiū quoqꝫ verboꝝ dñi: ve=
ritatē esse testatur. Sed vt ad littere huius principia
redeamus dicit: Vide humilitatē meā. Quod hic vi=
detur ad martyres pertinere: quoꝝ corpus ita ingen=
tibus tormentis affligitur: vt non in ipsis natura ho=
minū: sed velut pecudū vilitas estimetur. De hac hu=
militate sequens psalmus dicturus est: Quia multū
repleti sumus contentione: ⁊ multū repleta est anima
nostra opprobriū abundantiū et despectio superbis.
1. Corin. 15. Audi ⁊ apostolū humiliantem se: Ego aūt sum mini=
mus omniū apostolorū. Sed vt hanc humilitatē pur=
Ps̄. 21. pureo quodā pallio vestiamus: dñs quoqꝫ dicit: Ego
autē sum vermis ⁊ non homo: opprobrium hominū ⁊
abiectio plebis. De ista humilitate diaboli victa sup=
bia est: vt ex cōtraria parte caderet: ne quid se ꝑficuū
presumpsisse gauderet. Sequitur: Et eripe me. Unde
scilicet nisi de penarū vrgentiū necessitate: de pericu=
lo mortis: ⁊ quicquid possunt in illa ꝯcertatione beati
martyres sustinere. Non enim poterat sanctus popu=
lus petere liberari se ab ociosa humilitate: cuius erat
inclinis ⁊ deuota ꝓfessio. Legē vero hic illā sententiā
Luc. 14. dicit: que ait: Omnis qui se exaltat humiliabitur: ⁊ qui
se humiliat exaltabit̃. Quapropter merito se hāc non
dicebat oblitū: qui in ea vsqꝫ ad vite perseuerauit ex=
tremū. [Iudica iudiciū meū ⁊ redime me: ꝓpter elo=
quium tuum viuifica me]. Hic versus sollicita pietate
querēdus est: ne (quod absit) cohors sanctoꝝ per arro
gantiā iudicari quesisse videatur: de quibꝰ scriptū est:
Prouer. 18. Iustus in principio sermonis accusator est sui: sed iu=
diciū suū illud dicit: quo verbo credidit: quo incarna=
tionem domini pura mente suscepit. Securū vtiqꝫ iu=
diciū: de quo nullus possit dñi formidare iudiciū. Nā
in his que ꝑ dei gratiā bene credendo iudicāt sancti:
securi semper efficiuntur: ⁊ merito in eis examinatio=
nem diuinā petunt: quia se in ipsis glorificandos esse
cognoscunt. Et respice: q̄ pulcherrime facta denomi
TOP. natio est. Quod argumētū dicitur a cōiugatis: quādo
nomen de nomine cōcordi assonatione formatur. Se=
quitur: Redime me. Quē redimere poterat: nisi cre=
dentem: aut pro quo maxime sanguinē redemptionis
effunderet si fidelis famulꝰ non fuisset: Addidit: Pro=
pter eloquiū tuū viuifica me. Illo scilicet vbi promit
Joan. 11. tit: Qui credit in me non morietur: sed habebit vitam
eternam. [Longe a peccatoribus salus: quia iustifica=
tiones tuas non exquisierunt]. In primo versu littere
huius dixerat eripiendū se a persecutoribus esse: quia
legē domini non fuisset oblitus: nūc aptissima cōtra=
rietate a superbis persecutoribus salutē dicit esse lon
ginquā: q̄m iustificationes dñi minime quesierūt: vt ⁊
deuotos spe bone cōuersationis animaret: ⁊ perfidos
proposita dānatione terreret. Quod specialiter intel
ligendum estimo de iudeis: qui salutem id est dñm sal
uatorē non ei credendo a se longius effecerunt. Nam
vt credere potuissent: iustificationes testamenti vete=
ris minime ꝑquirere voluerūt: in quibꝰ (vt sepe dictū
est) prefiguratus est domini saluatoris aduētus. Me=
rito ergo a salute longe facti sunt: qui respuerūt salu=
tis auctorem. Nam dū illis a Pilato Christus dñs of
ferretur: illi latronē Barrabā quales ipsi fuerunt di=
mitti sibi obduratis mentibus elegerunt. [† Misera= Al. Misericordie
tiones tue multe dñe: ẜm iudicium tuū viuifica me].
Miseratiōes sunt domini: per quas afflictis ⁊ saucijs
diuersis modis subuenire dignatur: sicut Joseph qui
carcereis nexibus tenebatur inclusus: sicut Jonā quē
cetus absorbuit: sicut Susannā: quā falso crimine la=
borantē ꝑ sententiā Danielis absoluit: latronē quoqꝫ
momentanea cōfessione saluauit: et cetera miseratio=
nū genera q̄ nullius potest explicare noticia. Sequit̃:
Scd̄m iudiciū tuum viuifica me. Ubiqꝫ quale iudiciū
petatur: cautissime debemus aduertere: quia non est
humane cōfidentie illud poscere: de quo dictum est:
Ne intres in iudicio cum seruo tuo. Judiciū est vtiqꝫ Ps̄. 142.
quod petere debemꝰ: quādo nos humili satisfactione
prosternimus: quando peccata nostra remotis excusa
tionibus confitemur. Tunc enim iudiciū est domini:
talibus misereri. Quod bene ille petit: qui se humilia
tum atqꝫ supplicē viuificari scd̄m iudiciū dñi postula=
bit. Ille enim quādo iudicat miseret̃: quādo miseret̃ ⁊
iudicat: quia neqꝫ sine iudicio miseret̃: neqꝫ sine mise=
ricordia iudicat: cui psalmigraphus dicit: Judiciū ⁊ Ps̄. 100.
misericordiā cantabo tibi dñe. Omnes enim virtutes
illi inesse manifestum est: nec ei accedunt aut recedūt
in quo substantialiter esse noscuntur. [Multi qui per=
sequuntur me et tribulant me: a testimonijs tuis non
declinaui]. Exaggeratur nimis seue ꝑsecutionis iniu
ria: quando vnus se passum dicit quod multi detesta=
biles intulerunt. Inde ⁊ numerosa palma venit eccle=
sie: inde martyrū sanguis toto orbe sacratus est: quia
furor seuientiū / non est in innocentiū persecutione le=
tatus. Electorū numerus creuit: quantū se tyrannorū
ira succendit. Uerum inter hec omnia: nullatenus se a
testimonijs dñi declinasse testatus est. Gratius enim
deuotio suscipitur: que inter vite pericula custoditur.
[Vidi † non seruantes pactū ⁊ tabescebam: quia elo= Al. preuaricantes
quia tua non custodierūt]. Pactū: est inter dissidētes
affectu gratie definita cōditio: a pace dictū: quasi pa= DEF.
cis actū. Unde merito vtriusqꝫ legis cōstitutū pactū ETY.
vocatur: quod genus humanū a diuina gratia segre=
gatū in pacē dñi cōcordiāqꝫ reuocauit. Quapropter
pactū dñi est: vt quicūqꝫ persecutiones superauit: glo=
riosa debeat electione coronari. Hoc illi minime ser=
uauerūt qui fragili remissione cōuersi: in persecutorū
suorū gaudia corruerunt. Quod cohors sancta respi=
ciens affligebatur / spe fidei socios perdidisse: ⁊ vt ni=
mietatē doloris ostenderet: Tabescebam dixit: quod
solet longa egritudine fatigatis corporibus euenire.
Sed vnde tabescebat ostendit: q2 ꝑuaricator nequaqꝫ
domini eloquia custodiuit. Eloquia autē sunt domini:
Qui perseuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. Siue Matth. 10.
illud pactū dicit veteris testamenti: quando populus
hebreus audiens verba dñi dixit: Omnia que locutus Exo. 19.
est dñs et audiemus et faciemus. Sed vbi deos alie=
nos adorauit: fedissimaqꝫ se demonū cultura macula=
uit: pactum illud prime promissionis detestabili obli=
uione dereliquit. Quod necesse fuit sanctis viris vsqꝫ
ad tabem dolere corpoream: qui ciues suos ac paren=
tes eloquia dñi neglexisse cernebant: traditosqꝫ in re=
probū sensum: pijssimo dolore luxerunt. [Vide † quia Al. q̄m
mandata tua dilexi domine: in tua misericordia viui=
fica me]. Intende quēadmodū vtrasqꝫ causas ornaue
rit similitudo verborum. Superiore versu dixit: Vidi
non seruantes pactū ⁊ tabescebā: nūc dicit: Vidi quia
mandata tua dilexi: vt ideo mereatur a domino con=
spici: quia ille inimicos eiꝰ zelo pietatis intendit. Sed

post persecutorum seuitiā: illataq́ȝ supplicia memora-
uit: venit ad charitatem que cuncta cōmendat. Nam si
non diligens mādata dn̄i talia pateretur: non erat felix
Corin. 13. corona: sed viciosa iactantia: sicut dicit Apostolus. Si
tradidero corpus meum vt ardeat: charitatē autē non
habeam: nichil michi ꝓdest. Nam legi dominice quo-
dāmodo videtur ingratus: si quis tormēta martyrij cū
murmuratione pertulerit: sed debet hoc ipsum dilige-
re: per quod se credit ad eterna gaudia peruenire. Dn̄s
enim animoꝝ qualitates gratius respicit q̄ȝ cruciatum
carnalis passionis intendit: sicut ꝛ elemosynas illas ha
bet gratas: que sub animi hylaritate prestantur. Meri-
to ergo viuificādum se petebat a dn̄o: qui vitam seculi
pro vera religione contempserat. [Principium verbo-
rum tuorū veritas: in eternum oīa iudicia iusticie tue.]
Principium verboꝝ tuorum significare michi videtur:
initium scripturarum diuinarum. Et quid est aliud: nisi
Gen. 1. inchoatio Genesis: que dicit In principio fecit deus ce
lum ꝛ terrā. Ubi tamen oīa inclusa ac significata noscū
tur. Nā que sunt celestia / celo continentur: terrena vero
creata per terre significationē debemꝰ accipere. Sic il-
lud principiū verborū: totius veritatis ꝓbatur esse pfe-
ctio. Ueritas enim a principio vera loquitur: ꝛ ꝟba sua
vsq́ȝ ad finē veritatis adducit. De his enim scriptum
Matth. 24 est. Celū et terra transibunt: verba autē mea non prete
ribunt. Quicquid em̄ ex illo veritatis fonte descēderit:
Eccle. 1. incōmutabili virtute cōsistit. Nam sicut dictū est. Ini-
tium sapientie timor dn̄i: ita et hic locutionis ordo for-
matus est. Principium verboꝝ tuorum veritas. Et qm̄
tetigerat qđ in principio gestum est: sequitur et illud qđ
post mundi istius finem constat esse faciendum: quādo
iudicia domini in eterno seculo permanebunt. Dicit em̄
Matth. 25. iustis. Uenite benedicti patris mei: percipite regnū qđ
vobis paratum est ab initio mundi. Impijs autē dictu
Ibidem. rus est. Ite in ignem eternum: qui paratus est diabolo
et angelis eius. Que iudicia iusticie ipsius erūt sine du
bitatione perpetua: quādo sententiā eius nec tēpus ali
qđ mutabit: nec res vlla subuertet. Sic in vno versu: et
initia nostre fidei: ꝛ adhuc vētura conclusit. SIN.

PRincipes ꝑsecuti sunt me gra-
tis: ꝛ a verbis tuis formidauit
cor meum. Letabor ego super
eloquia tua: sicut q̄ inuenit spo
lia multa. Iniquitatē odio ha-
bui et abominatus sum: legem
autem tuam dilexi. Septies in die laudē di-
xi tibi: super iudicia iusticie tue. Pax multa
diligētibus legem tuam: et non est illis scan
dalum. Expectabam salutare tuuȝ domine:
ꝛ mādata tua dilexi. Custodiuit anima mea
testimonia tua: ꝛ dilexit ea vehemēter. Ser
uaui mādata tua et testimonia tua: quia om
nes vie mee in conspectu tuo.

PRincipes persecuti sunt me gratis: et a ver-
bis tuis formidauit cor meum.] Uicesimam
primam litteram sanctorum cetus ingredi-
tur: in qua persecutiones seuientium charita
te domini sibi dicit esse gratissimas. Septi-
es se quoq́ȝ in die laudes domino dixisse cōmemorat:
cui etiā vias suas notas esse profitetur. Principes hic
quoq́ȝ: persecutores debemus accipere: qui cruentas
christianorū insecutiones regnantium auctoritate fece
runt: sicut predictū est. Tradēt vos in synagogis suis Matth. 10.
et flagellabunt vos: ꝛ ante reges ꝛ presides stabitis ꝓ-
pter me in testimonium illis ꝛ gētibus. Sic enim ꝛ dia
bolum principē dicimus qui sibi primatū in sceleribus
vendicauit. Gratis: q2 nullum vexat religio christiana:
sed magis precepto dominico pro oībus orat: qui eam
nituntur incōpetenter affligere. Scriptū est em̄ Orate Ibidem. 5.
pro inimicis vestris: benefacite his qui oderunt vos.
Gratis reuera insecutionē patiebātur a principibꝰ: qm̄
nec cōtemni: nec eis subtrahi tributa precepta sunt. Di
citur enim Omnibus potestatibus sublimioribus sub- Roma. 13.
diti estote: non est enim potestas nisi a deo. Et in euāge
lio de tributo interrogatus dn̄s: dixit. Reddite Cesari Matth. 22.
que cesarꝪ sunt: et deo que dei sunt. Tributum quoq́ȝ de Ibidem. 17
ore piscis pro se et Petro ipse persoluit: vt cunctis in-
dubitanter appareat: gratis in illos impudentissimam
persecutionē factam: qui se cōuersatiōe innoxia tracta-
re maluerunt. Sed non timendo talia: dn̄i se subiunxit
formidasse mandata. Nam cum illi tēporale minarent
exitium: iste in eternum pauescebat interitum: ne abso-
lutus humana sententia: incurreret eterna iudicia. Illa
enim verba formidabat que dominus in euangelio di-
xit. Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam au Ibidē. 10.
tem nō possunt occidere: sed potius eum timete qui ha
bet potestatē ꝛ corpus ꝛ animā perdere in gehennam.
[Letabor ego sup̱ eloquia tua: sicut qui inuenit spolia
multa]. Cōparatio est facta bellantiū qui et hostem se
vicisse gaudent: et exuuias multas inuenisse gratulan-
tur. Sed consideremus: ille animus pius qua ratione
iuris humili sorte videat in manibus. Martyres enim
q̄uis humili sorte morerētur: inueniebāt spolia multa:
quādo ꝛ premia diuina recipiebāt: ꝛ ipsos quoq́ȝ ꝑse-
cutores suos cōuersos dn̄i miseratione gaudebant: vt
ipsi magis fierent spoliū: qui vitas ademerant innocen
tium. Et ideo letari se dicit in eloquijs dn̄i / id est in ad-
monitionibus sacris: sicut victor qui occisorū predam
rapere nimia cupiditate festinat. Ista enim similitudo
ad leticiam triumphantiū trahitur: non auiditate effu-
si sanguinis cōparatur. Positum est enim hoc frequen
ter in litteris sacris: ad significationes aliquas expri-
mendas. Spoliauit quippe egyptios populus hebreo
rum: cum de longa seruitute dn̄o prestante liberatꝰ est.
Spolia tulit Dauid: sup̱biam Golie maliciamq́ȝ pro-
sternens. Triumphauit ipse dn̄s de diabolo: quādo al-
ligata fortitudine ipsius: vasa mortis eripuit: que tran-
stulit ad salutē. Ipse deniq́ȝ populus christianus leta-
tus tanq́ȝ qui inuenit spolia multa sup̱ eloquia dn̄i: que
iudeis non credentibus ad cōpendiū ꝓprie salutis eri
puit. [Iniquitatē odio habui ꝛ abominatus sum: legē
autem tuam dilexi.] Mente condendū est: q̄ȝ amorem
bonoꝝ / malarū rerū odio cōprobauit: qm̄ animus no-
ster si iniquitatē recipere voluerit: nequaq́ȝ se legi do-
minice sub itegritate cōiungit: sicut in euāgelio dicit.
Nemo pōt duobus dn̄is seruire. Ille autē verus amor Matth. 6.
est qui veritatis affectū sic rigida deliberatione custo
dit: vt oīno execret qđ ei potest esse cōtrariū. Qua pro
pter nō hominē iniquum: sed iniq̄tatē se dicit odisse qđ
fas est: atq́ȝ eam sic abominatū fuisse: vt a se longe red
deret alienā: quatenus legē dn̄i pfecta voluntate dili-
geret. Quod argumētum ex cōtraria rerū diuersitate TOP
colligitur. Lex autē dn̄i est (sicut sepe dictum est) que
sub enigmatibus agebatur: vt sex annis puer seruiret
hebreus: agnus imolaret anniculus: ꝛ his similia que
ad noui testamēti possunt significantiam ꝑtinere: que

merito se dilexisse cōmemorat: ne quis eas sub negle-
ctu aliquo crederet audienda. [Septies in die laudē
dixi tibi:super iudicia iustie tue.] Si ad litteram hũc
numeꝝ velimus aduertere:septē illas significat vices:
quibus se monachoꝝ pia deuotio consolat̃.i.matuti-
nas/tertiam/sextam/nonam/ lucernariā/ cōpletorios/
nocturnos. Hoc et sancti Ambrosij hymnus: in sexte
hore decātatione testat̃. Si vero spiritualiter intēdas:
cōtinuationē magis dictā sapienter aduertis:vt est il-
Ps.33. lud. Benedicā dñm in omni tꝑe:semꝑ laus eius in ore
meo. Sic est etiā hebdomas/que in hoc semper nume
ro reuoluta:longissimũ nobis tēpus extēdit: dum hoc
numero claudit̃ quicquid in mũdi istius etate versat̃.
Prouer.24 Nam ⁊ ibi pro finito ponitur vbi ait. Septies cadit iu
stus ⁊ resurgit. Non enim iusto definit⁹ est cadendi nu
merus:sed hoc est necessariũ quotienscunq; ceciderit
Ps.78. vt resurgat. Tale est ⁊ illud. Redde vicinis nr̃is septu-
plum in sinu eoꝝ:hoc est multipliciter. Et apud Moy-
Gen.4. sen. Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur:id
est multipliciter: ⁊ his similia. Verũ vt has laudes con
tinuas debeas intelligere:subter adiunxit. Super iudi
cia iusticie tue:q͛ parcet videlicet supplicanti: ⁊ sic hu
milibus pius est:vt nō solum culpas dimittat: sed etiā
eis eterna premia largiatur. [Pax multa diligētibus
legē tuam: et non est illis scandalum.] Cum sit deus
imꝑturbata puritate tranquillus: necesse est vt diligē
tibus legē ei⁹:pacis gaudia ꝯcedant̃. Sed pax multa
mentis puritas: ⁊ fidei copia debet ītelligi/que contra
vicia decēter opponimus. Ceterũ tribulationibus et
periculis in hoc mũdo subiacet:qui se dñi famulũ esse
ꝓfitetur. Nam ⁊ apostolis qui erāt diuersa ꝑsecutione
Joan.14. lacerādi:dicit dñs. Pacem meā do vobis:pacē meam
relinquo vobis:vt indubitanter appareat famulos dñi
tranquilla semꝑ mente ꝑfrui:q̃uis videantur diuersis
corporũ afflictionibus ingrauari. Sequitur Et non est
illis scandalũ. Utiq;: qm̃ qui vere diligit legem dñi:nō
in ea patitur scandalũ.i.aliquid sinistrũ: sicut iudei de
1.Corin.1. quibus scriptũ est. Judeis quidē scandalum: gētibus
DEF autē stulticiā. Scādalum est enim:mens offensa aliud
sentiens q̃ monetur:qđ a diligētibus deũ probat̃ alie-
nũ. Totũ enim in ipsa debemus diligere:quicq̃d noscι
tur cōtinere. Alioquin nō amat legē qui in ea offendi-
tur:pro parte vel minima. Sed orandũ est/vt dñi mi-
sericordia possit intelligi:qđ non ꝑmittit nr̃a imbecil-
litas intueri. Scandalum enim illic pati:hoc est ab ele
ctis dñi segregari:sicut oibus contingit hereticis:q̃ se
ab vnitate sancte ecclesie vicio prauitatis abscidunt.
[Expectabā salutare tuum dñe: ⁊ mādata tua dilexi].
Versus iste tali ordine: ⁊ antiquis fidelibus conuenit ⁊
modernis: si vtrũq; aduentum dñi velimus accipere.
Pertinet eni ad antiquos fideles:si ab illis expectatũ
intelligas incarnatiōis aduētum. Conuenit autem ad
sanctos:qui credere ceperũt post euangelicā iussionē:
cum adhuc futuri iudicij prestolantur aduentũ. Quia
neq; illi mādata dñi diligere potuerunt:nisi desideras-
sent plenitudinē mandatorum: nec isti mādata amare
possent:nisi aduentũ domini saluatoris timore castissi-
mo sustinerēt. Salutare quippe dñi est salus gētibus
attributa:que per angelũ predicta est ad Joseph: quā
Symeon in pace remittendus agnouit. [Custodiuit
anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer].
Custodiuit/ad tolerantiā martyrij ꝑtinet: ne amitte-
re videretur qđ eius religio cōtinebat. Dilexit vero ad
charitatē tormētis oibus fortiorē/que flāmas vincit:
gladios superat: et celesti virtute cuncta transcendit.

Sed ipsa dilectio non vtcũq; pagēda est/sed veheme-
ter:qđ totius animi nisibus explicat̃: vt nec tꝑe se aliq̃
subducat/nec animi torpore lētescat. Sic eni ad illud
ꝑuenit:qđ ait apl̃s. Bonum certamen certaui:cursum 2.Timo.4.
cōsummaui:fidē seruaui: de reliquo reposita est michi
corona iusticie:quam reddet michi dñs in illa die iust⁹
iudex. [Seruaui mādata tua ⁊ testimonia tua: q͛ om-
nes vie mee in cōspectu tuo † dñe]. Superioribus ver Al. non hꝫ.
sibus singillatim posuit mādata ⁊ testimonia: hic litte
ram cōcludens vtrũq; cōiunxit:vt vtraq; simul custo-
dita cognosceres. Dicit ergo seruasse se quidē manda
ta ⁊ testimonia:sed cur ea potuerit custodire:subter ad
iunxit.s.q͛ oēs vias ipsius dñs est dignat⁹ intendere:
vt non suis viribus: sed diuine potētie suum posse de-
putaret. Fuissent enim ceca nocte confuse:nisi eas ve-
rum lumen dignaretur aspicere. Sed hec beatoꝝ oino
vox est: vt ante solē ꝑpetuum atq; lumen eternũ vias
suas esse fateātur. Negat enim errorē preualere potuis
se:qui se respicere luminis profitet̃ auctorē. Abscōde-
bat enim post culpā adā viam suam:abscōdebat Eua:
abscondebat Cain necem fratris: nec quisq̃ eorũ po-
terat dicere. Omnes vie mee in conspectu tuo dñe: qui
se nouerant cognitos interire. TH AU.

APpropinquet depcatio mea
in cōspectu tuo domie: iuxta
eloquiũ tuum da mihi ītelle-
ctũ. Intret postulatio mea in
cōspectu tuo: ƀm eloquiũ tuũ
eripe me. Eructabunt labia
mea hymnum: cum docueris me iustificatio
nes tuas. Pronũciabit lingua mea eloquiũ
tuũ:quia omnia mandata tua equitas. Fiat
man⁹ tua vt saluet me:quoniā mandata tua
elegi. Concupiui salutare tuũ domine: ⁊ lex
tua meditatio mea est. Viuet aīa mea ⁊ lau
dabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabũt me. Erra-
ui sicut ouis que perijt: quere seruum tuum
quia mandata tua non sum oblitus.

A† Ppropiet oratio mea in cōspectu tuo do- Al. Appro
mine: † ƀm eloquiũ tuum da michi intelle- pinquet de-
ctũ]. Ad vicesimāsecundā litterā dño iuuā precatio.
te ꝑuentum est:in qua sanctoꝝ chorus q̃to Al. iuxta.
ad finem psalmi vicinus est:tanto se christo
desiderat proximari. Totum enim pertinet ad aduen-
tum dñi saluatoris:quē fidelium deuotio ieffabili de-
siderio sustinebat:vt ouem perditā reuocare pietatis
sue munere dignaret̃. Nam cum petit orationē suam
cōspectui dñico ꝓpinquare:multum longe peccatorũ
presentiā ab eodē esse mōstrauit:qm̃ illi nulla fiunt ꝓ-
xima:nisi que purissima fuerit sanctitate purgata. Se-
quitur Scđm eloquiũ tuum da michi intellectũ. Pe-
tit itaq; vt ƀm eloquium dñi sapiat:ne per humanam
prudentiā vanitate submergat:studiosius se purgās a
vicijs:q̃to iam fruebat̃ vicinitate virtutis. Non enim
intellectũ mundanũ petit:sed intellectũ ƀm eloquium
dei/qui proficit semꝑ ad vitā:cuius est vera cognitio
et eterna sapiētia. Est autē ⁊ intellect⁹ huius seculi:vt
quorũdā labor ifructuosus/inanisq; disputatio. Scru
tātur enim cursus astroꝝ:vitas hoīm in potestate syde
rum collocantes. Q si admitti liceat/aut doceri: ad
creatoris potētiam non erit recursus ad quem omnis

sensus cõfugiens nõscit esse ꝑfectus. [Intret postu
Ꝛ.nõ hʒ. latio mea in ꝯspectu tuo † dñe: ſm eloquiũ tuum eri-
pe me]. Gradatim ascẽdit sctã petitio. Nã qui ante
dixerat appropiet: nunc dicit intret. Prius enim fue
rat vt appropinquaret: deinde vt ad cõspectũ dñi in
trare potuisset: vt nichil applicemꝰ humane virtuti
sed oĩa per ipsius gratiã cognoscamꝰ ĩpleri. Sed per
hãc p̃sentiã quãta sit virtꝰ pie oratiõis ostẽdit: q2 nos
per ipsam p̃sentamur: qñ illa conspectibꝰ dñi offerri
posse cognoscit: sicut ⁊ alio loco dictũ est. Dirigatur
ps.140. oratio mea sicut ĩcensum in ꝯspectu tuo. Et cũ supe-
riꝰ dixerit Scd̃m eloquiũ tuũ da michi ĩtellectũ: hic
dicit Scd̃m eloquiũ tuũ eripe me: vt et ibi sup̲na vi-
deat q̃ desiderat: ⁊ hic a terrene ꝯcupiscẽtie labe pur
get. Eloquiũ siq̃dẽ dñi prestat vtrunq3: q2 nouit nos
multiplici virtute saluare: sicut scriptũ est. Quis spe
Eccle.2. rauit in dño: ⁊ cõfusus est? [† Eructuabũt labia mea
Ꝛ.Eructa hymnũ: cũ docueris me iustificatiões tuas]. Ructa
bunt. re a rũpẽdo dictũ est: ꝙ digestio quedã stomachi no-
ETY stri claustra dirũpens in auras ethereas oris strepi
tu ꝓferat. Sed quanto ille ꝓphetarũ delitijs fuerat
vtiq3 saginatꝰ: qui hymnũ dñi iocũda exultatiõe ru-
ctabat? Euaporatio siq̃dẽ ista de imis mẽtibꝰ venit.
Nã cũ intus dñs sensum inopẽ saginauit: ꝓuenit vt
hymnũ eiꝰ salutari crapula ꝓferat. Et notãdũ ꝙ fre
quenter eloquiũ ꝓphetie hoc verbo significat: vt est
ps.44. illud: Eructauit cor meũ verbũ bonũ. Et illud Eru-
Matth.13. ctuabo abscõdita a cõstitutiõe mũdi. Et alibi. Dies
ps.18. diei eructuat verbũ. Eructuat ergo hymnꝰ: quando
DOG spiritu dñi repleti: nõ ad humani aĩ sentẽtiã lingua
famulat: vt in cõmuni locutione fieri solet: sed ad su-
pernũ intellectũ diuini sensus sermo disponit. Seq-
tur. Cũ docueris me iustificationes tuas. Ordo ver
borũ talis est. Cum docueris me iustificatiões tuas
eructuabũt labia mea hymnũ. Promittit eñ grãm
TOP deuotionis: cũ dñi dona susceperit. Quod argumẽti
Ꝛ.Pronũ genꝰ ĩter oratores habet eximiũ. [† Pronũciauit lin
ciabit. gua mea † eloquia tua: q2 oĩa mãdata tua equitas].
Ꝛ.eloquꝫ Sciẽs sctã cohors de ocioso verbo reddẽdã esse rõ-
tuum. nẽ: eloq̃a dñi se dicit ꝓnũciare querẽtibꝰ: vnde et aĩe
salꝰ acquirit: ⁊ offensionũ ꝑicula nõ habent. Nimis
eñ culpabile est: vt cũ nobis scripture diuine tantis
plene muneribꝰ offerant: ⁊ tanta miracula dñi vbiq3
prefulgeãt: nos relicto vitali sermõe: ad ĩeptas mũ-
di fabulas trãsferamur: ⁊ sic de noxijs rebꝰ simꝰ sol-
liciti: quasi ꝑ ipsas nobis aliq̃d boni videat acquiri.
Matth.12. Hinc est qd̃ scriptura minat dicens: de ocioso verbo
nos reddituros esse rõnẽ. Quapropter mens sancta
dñi ꝓnunciabat eloq̃a: vñ gloriã magis acq̃reret nõ
reatꝰ ignominiã reperiret. Sequit quare semꝑ ꝓnũ
ciari debeãt eloq̃a dñi. s. Quia oĩa mãdata ipsiꝰ eq-
tatis honore ꝑfulgẽt: ⁊ illud aptissime cõtinua voce
ꝓnũciãdũ est: qd̃ ⁊ loquẽtẽ iuuat: ⁊ audiẽtiũ sensus
Ꝛ.saluet. edificat. [Fiat manꝰ tua vt † saluũ me faciat: † q2 mã
Ꝛ.quoniã data tua elegi]. Cũ d2 Fiat manꝰ tua: designat dñꝫ
saluatorẽ: qui factus est ex semine Dauid ſm carnẽ:
per quem facta sunt ⁊ regunt vniuersa. Manũ enim
hic dexterã debemꝰ accipere: q2 diuersis nominibus
Isa.53. ipe dñs significat: sicut Isaias dicit. Et brachiũ dñi
ps.117. cui reuelatũ est? Et alibi: Dextera dñi fecit ṽtutẽ: de
xtera dñi exaltauit me. Quapropt siue manũ: siue
brachiũ: siue dextrã dicas/ significat dñs Christus.
IDI Modus aũt iste locutionis frequẽter ĩuenit in psal-
mis: quẽ ꝓpriũ scripture diuine non ĩmerito dixeri-
ps.129. mus: vt est illud: Fiãt aures tue ĩtẽdẽtes: in orationẽ

serui tui. Qui modus dicit optatiuꝰ. Postulat ergo
venire dñm Saluatorẽ: per quẽ cum reliq̃s se noue-
rat esse saluãdũ. Quod aũt dicit. Elegi mãdata tua:
oĩa se pericula amore dñi postposuisse testat. Nullꝰ
enim aliq̃d eligit boni: nisi his ꝯtraria ꝯtempsisse do
ceat. [Concupiui salutare tuũ dñe: ⁊ lex tua medita
tio mea est]. Peruenit ad Christũ dñm sanctoꝝ ma
nifestior ⁊ absoluta deꝑcatio. Aperuit adunatio bea
toꝝ: qd̃ prius enigmata petere videbat. Ipsum eñ
videre ꝯcupiuerat: quẽ de vtero ṽginali illis adhuc
tẽporibꝰ credebat esse vẽturũ. Et vt sibi hãc scientiã
de scripturis diuinis ꝓuenisse monstraret: sequit Et
lex tua meditatio mea est. In ꝓphetis eñ ꝯcupiue-
rat christũ dñm: a q̃bus nasciturũ eum cognouerat
eẽ ꝓphatũ: ⁊ necesse erat amore magno expeti: quẽ
ante tot secula ad salutẽ humani generis didicerat
indicatũ. [Uiuit aĩa mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua
adiuuabũt me]. Ad ipm loquit quẽ desiderauerat
intueri: ꝓmittẽs aĩam suã in eternũ viuere, quã salu
tariter nouerat credidisse. Laudabit te: cãtico. s. nõ
uo: qd̃ homo ille debet salutariter ĩnouatꝰ. Iudicia
ṽo illa dicit/ que se ĩ famulis suis dñs ꝑmisit esse fa- Matth.25.
cturũ. i. Uenite bñdicti pr̃is mei ꝑcipite regnũ qd̃ vo
bis paratũ est ab origine mundi. Tunc enim ꝑfecte
se credit iuuandũ: quãdo erit iustoꝝ numerꝰ ad dex- Ꝛ.perijsse
terã collocãdus. [Erraui sicut ouis q̃ † perierat/ re- quere.
quire seruũ tuũ: q2 mãdata tua nõ suꝫ oblitꝰ]. Licet
diuersas ꝑsonas psalmꝰ iste cõtineat loquẽtes: mo-
do fidelissimos veteris testamẽti: modo noue rege-
nerationis electos: alios martyria sustinẽtes: alios
in lege dñi assidua meditatiõe ꝯstãtes: declaratũ est
tñ in membris christi ecclesiã catholicã loqui: qñ ta
lis sñia in fine psalmi dicitur: que spõse dñi cõuenire
mõstrat. Ait ei homo ille generalis q̃ in adã erraue-
rat lege peccati: ⁊ ad caulas dñi suis viribus redire
nõ poterat: qm̃ munꝰ illud sapiẽtie ꝑdiderat qd̃ ha-
bebat. Erraui/ q̃si a via tua discessi: ⁊ vicioꝝ inuias
solitudines cecꝰ ĩtraui: vt facile direptioni pateat: q̃
pastoris sui custodiã non habebat. Et subiunxit illã
euãgelicã cõparationẽ sicut ouis q̃ perierat: ꝓpter
quã pastor eiꝰ nonagĩta nouẽ dimisit in mõtibꝰ: et eã
querẽs iudaicis est appetitꝰ insidijs: quã tñ ille per
crucẽ suã multiplicans nõ omittit querere: nec desi-
nit cõgregare. Una ouis/ est cunctoꝝ fideliũ sancta
cõgregatio: qm̃ vnus grex ⁊ vnꝰ est pastor. Et respi-
ce q3 infirme rei cõparati sunt hoies: qñ christi grã
deserunt: Qui videlꝫ erranti/ que periculis patet/ q̃
direptiõibꝰ lupoꝝ exposita est/ quã nõ fuga eripiat:
nec corꝑis valitudo defendat: sed quicq̃d libitũ est
insidiãti ꝑferat: cũ eã vis corꝑis nulla defendat. Et
bñ dictũ est Que perierat: vt agnosceres misericor-
Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea: dicat nunc israel]. Admoneť israel / id est ecclesia dei: vt dicat expugnatã se sepe a iuuẽtute. Sepe / significat frequentiã passionum. A iuuentute: primũ tẽpus etatis: quãdo ab ipsis primordijs seuissimas cõtrarietates diabolo instigãte sustinuit. Sic enĩ alius psalm⁹ ait. Iuuenior fui et senui ⁊ nõ vidi iustũ derelictũ: nec semen eius egentẽ pane. Neutro generi masculinũ genus adiunxit: qđ inter idiomata scripture diuine constat esse numerandũ. Egentẽ pane: nõ enĩ vel puer / vel adolescẽs hoc viderat qđ dicebat. A iuuẽtute ergo significat / qñ a fratre puerso Abel iustus occisus est. Pertulit quoq̃ tẽporibus Loth: qñ multas iniq̃tates sodomorꝝ vir fidelis expertus est. Pertulit in Iob notissimas illas ⁊ creberrimas calamitates: qñ diaboli machinamenta / gloriose tolerãtia passionis victa cesserũt. Pharaonẽ qñ etiã populus dei acerba donatione sustinuit. Multi vero sanctissimi tribulationibus ⁊ periculis appetiti: certamẽ atrocissimũ sustinẽtes / martyrij coronã ꝯsummata clade meruerũt. Ipius quoq̃ christi dñi passiõe expugnata est ecclesia / qñ imprudẽtib⁹ visa est dñm pdere: quẽ vite sue predicauit auctorẽ: sed ide poti⁹ creuit: vnde eã ifideles putabãt nichilomin⁹ inclinari. Nec illud vacat qđ sequiť Dicat nũc israel: scilꝫ in hoc seculo: qñ tẽpus est penitẽtie vt instruanť rel' q̃ fideles. Nã post resurrectionẽ generalẽ: solas dñi laudes cantabit semp ecclesia. Istud enĩ qđ positũ est Dicat nunc isrł: per tres versus qui sequũtur: vbiq̃ subaudiendum est. [Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea: etenim nõ potuerunt michi]. Et in. 5. psalmo gradaliũ superiore: factũ est simile principium. Que figura diciť Anaphora / id est relatio eiusdẽ verbi: p principia versuũ plurimorũ. Nunc enĩ intelligẽda est senectus ecclesie: dicẽte apostolo. Filioli nouissima hora est. Quicq̃d in fine mũdi geritur: senect⁹ aptissime nũcupať. Quapropter a iuuentute sua bene se expugnatã dicit ecclesia: vt intelligas q꞉ nunq̃ finita que semp expugnata est. Crescit enĩ psecutionib⁹ iproborꝝ / suaq̃ ꝯtritione grandescit. Nã ⁊ si videať sanctos viros in hac vita amittere: tñ eos future patrie pbať acq̃rere: ⁊ ideo nõ põt finiri: qñ illã detrimẽtis suis constat augeri. Nã ⁊ sequentia sic declarãt. Dicit autẽ Etenĩ nõ potuerũt michi. Non potuisse sibi p̃ualere dicit: quos se superius expugnasse cõmemorat. Impfecta est enĩ expugnatio que iterũ ad certamen redit: nec victoria debet dici: postq̃ iterũ cõstat posse cõfligi. Qđ tamẽ coma sequẽs ꝟsus exponit. [Supra dorsum meũ fabricauerũt pctõres: plõgauerunt iniq̃tatẽ suã]. Consuetudo est nequissima pfidorũ: vt qñ aliq̃d vniuerso populo publice nequeũt imponere: occulte nitãtur singulis aliq̃ suadere: vt vel paucos decipiãt qui ecclesiã dei nulla potuerũt puersitate subuertere. Fabricatũ ꝟo supra dorsuꝫ suũ a peccatoribus esse testať: qui dolos facere a tali pte festinãt: vt q̃ a facie videri possunt a tergo minime sentiãtur. Hinc supuentus inimicorꝝ grauiter formidať: cũ dorsum nitunť subita incursione turbare. Et vt patiẽtie sue robur

Ps. 36.

IDI

SCHE

1. Ioan. 2.

ostēdat/ipsum certaminis gen⁹ exequitꝛ:qđ nōnunꝗꝫ et
a superioribus plus timetꝛ. Et vt iterū ipsas surreptio=
nes momētaneas nō putares:ꝓlōgatas dicit insidias
quas assidue hostes fidei armatis sensib⁹ ingerebant.
[Dn̄s iustus concidet ceruices pctōꝝ]. Cū sit dn̄s pa
tiēs ꝛ magnanim⁹ ꝛ sustinēs pctōres:de illis delinquē
tibus mauult ītelligi:q̄ ipsius misericordia ad satissfa=
ctionē desiderāt redire salutarē. Ceruices autē/ꝑ sup=
Exod.32. bia positas scriptura testatꝛ dicens: Cerno ꝙ populus
hic dure ceruicis sit. Et beatus stephanus in passione
Act.7. sua:iudeos arguēs dicit. Dura ceruice ꝛ incircūcisi cor
dibus ꝛ auribus:vos semꝑ spiritui sancto restitistis si=
cut et patres vr̄i. Istis ergo hec vicissitudo redditꝛ: vt
ceruices q̄s ꝯtra dn̄m letaliter extulerunt: iugo ipsius
suaui salutari humilitate subdantꝛ. Qđ sepe de ꝑsecu=
torib⁹ factū esse meminim⁹:vt fierēt predicatores san=
ctissime religionis: q̄ prius idola nefandissimis ꝑsua=
Al. cōuertā sionibus vēdicabāt. [Cōfundantꝛ ꝛ † reuereantꝛ oēs q̄
tur retrorsū oderūt syon]. Uenit ad positionē scđam:vbi vsqꝫ ad fi
SCDE nem psalmi per figurā Parabolen:q̄busdā cōparatio=
nibus aduersarijs obstinatis ꝑdicit esse vēturū:qđ eis
in dn̄i ꝯstat euenire posse iudicio. Cōfundantꝛ/cū perfi
diā suam viderit in illa veritate damnari. Reuerentur
iudicantē/quē hic tēnendū esse putauerūt. Ipsi enim
oderūt syon/id est ecclesiā:qui incarnationē dn̄i isanis
Al. tectoꝝ. mētibus respuerunt. [Fiāt sicut fenum † edificioꝝ:qđ
Al. exaruit priusꝗꝫ euellatꝛ † arescit]. Solēt edificia deserta in ca=
cuminib⁹ suis caduca fena ꝓducere:que ante tp̄s colle
ctionis arefacta dispereunt: qꝛ nulla firmissima radice
viguerunt. His peccatores obstinati aptissima socie=
tate iunguntꝛ:qm̄ et hi frequenter dispereunt anteꝗꝫ de
hac luce tollantꝛ. Nascuntꝛ em̄ in cacuminibus supbie:
vbi nulla soliditate consistūt. Nam si in cōualle lachry
marū germinarēt:fructus suos vsqꝫ ad maturitatē do=
Al. iplebit mino iuuāte ꝑducerēt. [De quo non † impleuit manū
Al. metet suā qui † metit: et sinū suū qui manipulos † colligit].
Al. colliget In feni specie ꝑseuerat: ꝛ sicut superius ī alio psalmo
de beatoꝝ fructibus dicit. Ueniētes autē veniēt in exul
tatione portātes manipulos suos:ita nūc de peccato=
ribus ꝓnunciat/nec manu/nec sinu aliq̄d ex eis a mes=
sorib⁹ id est ab angelis qui ad iudiciū dn̄i ꝑplos ꝯgre
gabunt esse portandū:qm̄ illa messis spiritualis fuit q̄
fructū intulit:ista ꝟo carnalis est:que nulla tritic ei mu
neris fecūditate letatꝛ: vt nec vnam manū repleat/nec
sinum onerare preualeat. Talis est ista messis/que in
dn̄ico agro nō seritꝛ: sed in pectoribus supboꝝ quasi in
culminib⁹ caducis enascitꝛ. Nā quos fructus afferre po
tuit/que priusꝗꝫ euelleretur exaruit? Nec illud vacat ꝙ
manū posuit ꝛ sinū. Manus ꝑtinet ad oꝑationē/sinus
ad conscientiā. In maloꝝ quippe actib⁹:neutrū frugi
aliq̄d potuit inueniri. [Et nō dixerūt qui ꝑteribāt bene
dictio dn̄i suꝑ vos:benediximu⁹ vobis in noīe dn̄i]. Cō
suetudo inter hebreos erat/vt si agētes viā:laborātes
in aliquo agroꝝ oꝑe reperissent/gratia indulta benedi
Ruth.2. cerēt:sicut in libro Ruth legitur. Dixitqꝫ Booz iuueni
messoribus qui preerat/dn̄s vobiscū: qui respōderunt
ei:benedicat tibi dn̄s. De quo ritu magnific⁹ hic a con
trario sensus assumptus est:qm̄ sceleratis inaniter oꝑe
rātibus benedictio nulla prestatꝛ. Pretereūtes autē si=
gnificat sanctos viros:qui mūdi istius cōfusa ꝛ ꝑturba
ta temnētes:ad seculi illius pacifica ꝛ quieta festināt:
vt reuera ꝑterire videantur que dn̄i amore cōtemnūt.
Nam si istos ꝑtereuntes velis tibi auctoritate firmari:
Exo.3. audi Moysen. Transibo ꝛ videbo visionē hanc. Et in
Ps̄.36. alio psalmo superius dictū est. Uidi impiū supexaltatū
et eleuatū sicut cedros libani:ꝛ transiui ꝛ ecce nō erat.
Uides hoc verbū/sepe sanctis mētib⁹ attributū. Sed
ne ipsa benedictio putaretꝛ humanis viribus applican=
da:seqtur Benediximu⁹ vobis in noīe dn̄i. Ipsa est em̄
firma et vera benedictio: que sub dn̄i cōmemoratione
prestatꝛ:a quo venit omne qđ expedit. Conclusio.

¶ Respiciamus hūc psalmū/q̄si duabus alis euectū: decimū conscēdisse
fastigiū. Dextera quippe ala ipius est:post ꝑsecutiōes
multas ecclesie supboꝝ denūciata cōuersio. Sinistra
odientiū syon optata cōfusio. Qđ ꝓpheta nō maledi=
cēdi studio loquitꝛ:sed future veritatis instictu:qm̄ lꝫ et
pro inimicis nr̄is precipiatꝛ orandū:de obstinatis tamē
ac perituris qđ veritas habebat exposuit:nec tamē si=
ne fructu magne pietatis hec dicta sunt. Multi em̄ de
ꝑdicta pena se corrigunt: quando obstinatis talia im=
minere cognoscunt.

Explicit expositio in psalmum.128.

¶ Canticum graduum. Cxxix.

De ꝓfundis clamaui ad te do
mine: dn̄e exaudi vocē meā.
Fiāt aures tue intendētes:in
vocē deꝑcationis mee. Si ini
quitates obseruaueris dn̄e:
dn̄e q̄s sustinebit? Quia apđ
te ꝓpiciatio est:et ꝓpter legē tuā sustinui te
dn̄e. Sustinuit aīa mea in verbo eius:spera
uit anima mea in dn̄o. A custodia matutina
vsqꝫ ad noctem: speret israel in dn̄o. Quia
apud dominū misericordia:et copiosa apud
eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex
omnibus iniquitatibus eius.

Nisi cōsuetudo ecclesie sollicita mēte recola
tur:potest questio nōnulla suboriri:cur ī gra
du vndecimo collocatus propheta se penitē
tie satisfactione prosternat. In tali enim cul
mine cōstitutus/ꝛ euectus ad gloriā sempiternā: trepi
dationē adhuc habere potuit non ruinā. Similis enim
ratio in.127.reddita est:cum timorē dn̄i per om̄es gra
dus in hoc mundo sanctis diximus conuenire ꝑsonis.
Dicit etiam ecclesia in.128. Sepe expugnauerūt me a
iuuentute mea. Et paulopost Supra dorsum meum fa
bricauerūt peccatores: multasqꝫ calamitates ascēdēs
populus iste dinumerat quas adhuc sustinebat in mū=
do: Ita et hic quicq̄d in excelsum ꝓpheticus animus
tendit: amplius se pia humilitate prosternit: vt adhuc
mēte curuatus ascēderit si presumptionem de meritis
non haberet. Conscius enim cōditionis humane: ad= DDS
huc se humilius ꝗꝫ pridem subdiderat iclinauit: qꝛ ne=
mo potest effugere peccatum/qui in fragili probatꝛ cor
pore cōstitutus. Quādo enim non aut cogitatione de=
linquimus:aut verboꝝ supfluitate peccamus:aut im=
prouida actione delabimur? Una est ergo securitas in
hoc seculo viuenti: iugiter pijs precibus inclinari: vt
qui a culpa esse nō possumus liberi:per munera pieta=
tis mereamur absolui. Diuisio.

Videns propheta plus mente ꝗꝫ corpore:ne
magnis delictoꝝ fluctibus obrueretꝛ:exor=
dio facto clamat ad dn̄m:vt de ꝓfundo pec
catorū liberetur:beniuolentiā boni iudicis
querēs de calamitatibus indicatis: quoniā
nullus pōt esse saluus nisi qui diuina clementia fuerit

absolutus. Sequit̃ cõpendiosa cõclusio/narrationẽ et
cetera p̃termittẽs:qm̃ si oportune adhibeant̃ exornãt/
si incõgrue intromittãtur horrescunt. Secutus est er=
DOB go bonus magister vtile deuotũq; cõpendium:cito ad
gratulationis gaudia venit/vt agnoscerent penitẽtes
quanta gratia suscipiuntur:quibus tam velox medici=
na prestatur. Expositio.

ETY De profundis clamaui ad te dñe:dñe exau
di vocem meã]. Profundũ est quasi por=
ro fundũ:cui⁹ ima omnino demersa sunt.
Hinc ad dñm propheta clamauit: vt faci
lius potuisset audiri. De isto ꝓfundo glo
riosas fudit lachrymas Petrus. De isto publican⁹ pe=
ctora culpanda tundebat:qui sic in altũ venerat pecca
torũ vt nec oculos leuaret ad celum. De isto deniq; lo=
co Jonas tacitus vociferabat ad dñm:qui in vẽtre ce=
ti positus infernũ viuus intrauerat. Cetus em̃ ꝓphete
oratoriũ fuit/naufrago portus/inter vndas domus/fe=
lix in desperatione subsidiũ. Non enim glutitus est in
escã, sed in requiẽ possidendã:ꝛ miro nouitatis exem=
plo vẽter ille ferinus reddidit pabulum illesum:non so
lita iniuria decoctionis absumptũ:sicut in libro suo ip̃e
testatur dicẽs. Et precepit dñs pisci magno vt deglu=
Jone.2. tiret Jonã. Et erat Jonas in ventre piscis tribus die=
bus ꝛ tribus noctibus ꝛc̃. vbi oratiões quoq; suas ꝓ=
phetica veritate narrauit. O penitẽtia nimis ꝛ absolu=
te gloriosa/humiliatio que nescit cadere:luctus qui cor
da letificat/lachryme que animã rigant. Profundus
deniq; iste nescit inferos:qui trãsmittit ad celos. Qua=
propter virtutẽ sancte orationis intende:q: tãto se cre
dit celerius audiendũ:q̃tum de imis penetralibus cla
mabat ad dñm. Deniq; sic sequit̃ Dñe exaudi orationẽ
meã. Ipsi sunt enim altissimo viciniores:qui sancte hu
militatis se visceribus abdiderũt. Sic cum de profun=
do oraret/ad altissimi redemptoris celeriter dona per=
Al. vocem uenit. [Fiant aures tue intendentes:in † orationẽ serui
deprecatio= tui]. Pulcherrima supplicatione placatũ sibi iudicẽ
nis mee. reddit:vt petitionibus suis clemẽtissimus prestaretur
auditus. Sed cũ sit oculoꝝ intendere:hic auribus da=
tũ est:scilicet q: virtus eius ꝛ nature potentia singula=
ris/nec auribus audit/nec pedibus ambulat:nec ocu=
lis videt/nec ore gustat/nec naribus odorat̃:sed incom
prehẽsibili virtute opatur ista que dicta sunt. Nã cum
Joan.4. sit deus spiritus:sicut de ipso legit̃. Spiritus est deus:
eternus/omnipotẽs/penetrãs ꝛ ꝯtinẽs oia que ab ip̃o
creata sunt:vbiq; plenus: vbiq; totus/de se et ꝑ se co=
ruscus:ex nostra tñ cõsuetudine virtus qua videt ocu=
li dicuntur: virtus qua audit aures appellãtur: virtus
qua ꝑficit manus vocant̃:ꝛ his similia que per allego=
riam diuinis opationibus applicantur. Cũ enim dicit
Serui tui:misericordia boni iudicis cõmonetur: ne pa
tiatur abijcere quẽ se cognoscit fideliter iuocare. [Si
iniq̃tates obseruaueris dñe:dñe quis sustinebit]? Ecce
iam ꝓfundus ille detectus est vnde clamabat ad dñm.
Iniquitatẽ em̃ vult intelligi omne peccatũ qđ potest
aliqua prauitate cõmitti. Iniquũ est em̃ qđ iustum nõ
est. Et quis a tali cõplexione reddat̃ exceptus:nisi so=
lus ille qui iugiter potuit implere iusticiam? Nã ꝛ san=
cti viri cũ deuota se cõuersatione tractare videant̃:ta=
men culpas ex toto declinare non possunt/qñ et ocio=
sus sermo reatus est: et in crastinũ cogitare peccatum
est somnijs eludi/incõgrua subito cogitatione cõple=
ri:ꝛ cetera huiuscemodi. Uidens ergo ꝓpheta nullum
esse qui non aut cogitationibus superfluis excedat/aut
vacuo sermone delinquat/aut inanibus actibus occu

petur:territus clamat ad dñm iusticie ipsius nõ suffice
re genus humanũ nisi misericordie sue p̃stet auxiliũ.
Quis sustinebit? Quasi põdus immẽsum/quasi molẽ
intolerabilẽ/quasi flãmã ꝯsumptibilẽ. Merito em̃ iusti
ciam dñi sibi importabilẽ dicebat:qui actuũ suoꝝ con=
sideratione eius iudicia formidabat. Que figura gre=
ce dicit̃ Diaporesis:latine dubitatio:cũ habemus am=
biguũ si possit inueniri qđ queritur. [Quia apud te ꝓ= SCHE
piciatio est:ꝛ ꝓpter legẽ tuã sustinui te dñe]. Territus
aũt iusticia dñi ꝑ quam penas nulli fas est euadere:ad
patronã misericordiã cõuolauit. Non est enim in nr̃is
actib⁹ vt mereamur absolui:sed ipsius ꝓpiciationis est
vt ꝯfitentẽ reũ liberare dignet̃. Sed si nomẽ istud dili
gentius ꝑscruteris ꝓpiciatio fuit: qñ pretereunti mun
do de⁹ filij sui incarnatiõe subuenit:vt humanũ genus
absolueret qđ erat peccatis nectẽtib⁹ obligatũ. Seq̃=
tur Et ꝓpter legẽ tuam sustinui te dñe. Propiciationi
lex videt̃ esse ꝯtraria:q: lex peccatũ detegit/reum desi
gnat/totũq; sibi hominẽ reddit obnoxiũ: sicut ap̃ls di
cit. Peccatũ aũt non cognoui nisi ꝑ legẽ. Nã concupi= Roma.7.
scentiã nesciebã:nisi lex diceret Non cõcupisces. Sed
illã legẽ hic debem⁹ aduertere/id est euãgelicã iussio=
nẽ que dicit: Inuicẽ onera vr̃a portate:ꝛ sic adimplebi Gal.6.
tis legẽ christi. Hec est ergo lex quã se ꝓpheta cõme=
morat sustinere:per quã se iure credebat esse saluandũ.
Nã ꝛ ipsum qđ dicit Sustinui:indicat charitatem que
totũ sustinet/totum patit̃:ꝛ spem suã desiderãter expe
ctat. Hec salutariter inflãmat corda fideliũ: hec ꝑfe=
ctos efficit vtiq; christianos. [Sustinuit anima mea
in † verbũ tuũ:sperauit anima mea in dño]. Repetitio Al. verbo
ista superioris sensus explanatio est:vt in anteriore ver eius.
su legem noui testamẽti dictã fuisse cognosceres:qñ et
ipsum verbũ/id est dei filiũ hic positũ euidenter agno=
sceres. Sustinuit ergo verbũ:q: incarnationẽ dñi cre=
debat esse vẽturã. Nemo em̃ sustinet/nisi q̃ ꝓmissuz cu
pit accipere. Et ne hoc verbũ transitoriũ aliquẽ puta=
res esse sermonẽ:addidit Sperauit anima mea in do=
mino. Uerbũ enim dei omnipotẽs est filius:de quo scri
ptum est. In principio erat verbũ/et verbũ erat apud Joan.1.
deum:ꝛ deus erat verbum: hoc erat in principio apud
deum: qđ vltimis tẽporibus de Maria virgine incar=
nationem sumens:propter interitum generis humani
auferendum nasci dignatum est. [A custodia matuti=
na vsq; ad noctẽ: speret israel in domino. Quia apud
dñm misericordia:et copiosa apud eum redẽptio]. Ex
plicitis sub omni decore principijs:ad ꝯclusionẽ psal=
mi letissimus venit. Nã securus de suis delictis reddi=
tus:iam populis p̃dicat vt ꝑ vniuersaz vitã in dño chri
sto debeãt sperare qui ecclesie sue molestissimas pas=
siones in eterna põt gaudia cõmutare. Custodia matu
tina/est manifestatio illa dñi saluatoris: quãdo sepul=
chrum custodiẽtibus iudeis resumpti corporis verita=
te surrexit. Noctẽ vero significat huius seculi terminũ:
vt vsq; ad mundi finẽ in spe dñi debeat vniuersalis ec
clesia ꝑdurare. Sed dum hoc israeli generaliter dicit̃:
vnusquisq; fidelissimus de fine proprio cõmonetur. Et
considera: q: dixit A custodia:vt ab aduentu dñi eius
manifestato noie amplius debeat obediri. Sequitur
Quia apud dñm misericordia:ꝛ copiosa apud eũ redẽ
ptio. Reddita est causa mirabilis: q̃re israel debuisset
sperare in dño:q: in eius manu misericordia est que po
test ex ꝑuerso iustũ facere:ex ĩbecillo ĩmortalẽ: ex car=
neoq; angelis similẽ. Hoc eñ ille de nobis ꝯsueuit ostẽ=
dere:ad qđ humana natura ꝑ se non põt ꝑuenire. Ad=
didit etiã Copiosa redẽptio:vt preciosus ille sanguis

tanta fuerit vbertate ditissimus: quaten⁹ totius mundi
peccata redimeret: ⁊ velut quodã diluuio salutari orbẽ
terrarũ a suis sordibus expiaret. Versus autem duos
ideo in imo posuimus: quia sic sibi copulati sunt vt mu-
tua coniunctione declarent. [Et ipse redimet israel: ex
oĩbus iniqtatib⁹ eius]. Ille quẽ superius dixerat miseri
cordẽ atq; copiosũ: hic iam qd sit factur⁹ ostẽdit. Re-
dimet itaq; israel sanguine p̃cioso. Sanguis qui purifi
cat non cruẽtat / qui nõ maculat sed emundat: sicut Jo
1. Joan. 1. hãnes apl's dicit. Sãguis iesu xpi mũdat nos ab omni
delicto. Sed cũ dicit Ipse redimet: nullã possibilitatẽ
in homine vt euadere potuisset ostẽdit. Ipse sunt iniq
tates quas superius nolebat intẽdi: qm̃ si ille fuissent re-
specte redimi nullatenus iste potuissz. Siue (vt quidã
dicere voluerũt) redemptio israel tẽpus illud significa
tur: qñ in fine seculi Helia cõspecto: iudeor̃ creditura
Malach. 4. est multitudo: sicut ⁊ Malachias pp̃heta cõmemorat
dicẽs. Et ego mitto vobis Heliam pp̃hetã: anteq̃ ve
niat dies dñi magn⁹ ⁊ p̃clarus. Sed qd istis pderit cũ
alter euaserit / qñ grau⁹ torquebit qui solus reus corre
ctis posteris inuenit? Multo melius si p̃cederẽt fide: q
prelati sunt tempore. Conclusio.

¶ De profundo quidẽ psalmus iste fecit ini-
tiũ: sed ad altitudinẽ magnã
velut sol puectus ascẽdit / vt agnoscamus quã vtilita-
tem habeat penitẽtia: que in tali culmine cognoscit col
locata. Et ideo cõsideremus q̃ noxia sit superbia: cui nõ
desinit frequẽs obuiare medicina. Violẽto morbo non
vnũ medicamen apponit: sed cõtra eum multiplici cu-
riositate tractat. Nã ⁊ illa arbor sepius securibus cedi
tur: que p auras tenues magna libertate luxuriat. Hoc
enim malũ superbie / serta penitẽtie bipẽne pcussum est:
et nutãtia ramor̃ mẽbra tremuerũt. Sed in subsequẽ-
ti septima sic cõsciditur: vt in terrã prinus elisa franga
tur. Redeo ad illos / qui penitentiã agere in vite sue fi-
ne fastidiunt. Ecce nusq̃ legis esse phibitũ qd a perdi
tis hominibus dicit negligendũ: imo semper cõmone-
mur vt nunq̃ ab ea / desidia faciẽte cessemus. Horrea-
mus ergo superbiam / que angelũ de gratia superne suaui-
tatis eiecit: timemus humilitatẽ que ad celos fideles
extulit: velociter confiteamur qd male facimus: ne pos
simus incurrere quod meremur.

Explicit expositio in psalmum. 129.

¶ Canticum graduum. Cxxx.

Domine nõ est exaltatum cor
meũ: neq; elati sunt ocli mei.
Neq; ambulaui in magnis:
neq; in mirabilibus sup me.
Si nõ humiliter sentiebam.
sed exaltaui animã meã. Si-
cut ablactatus est sup matrẽ suã: ita retribu
tio in animã meã. Speret israel in domino:
ex hoc nunc et vsq; in seculum.

Solliciti sensus agricole / dũ curuis aratris
campor̃ pinguiũ densa prosciderit: cultisq;
aruis semina fecunda cõmiserit / arboreum
culmen solatorijs cãtibus letus ascẽdit: exi-
de iumentis suis frondea pabula ramor̃ de
secatiõibus subministrat: vt que labor assidue semina-
tionis addixerat / copiosa comestione reficiat. Sic p-
pheta penitẽtie laboribus peractis spiritualiũ graduũ
ascensione subuectus: suauia canticorum nobis alimẽ
tã transmittit. Totus enim hic psalmus de mãsuetudi
ne atq; humilitate cantat: eoq; fit vt quos labor p̃mis-
se confessionis afflixerat / gloriose deuotionis dulcedo
reficiat. Suscipiamus itaq; trãsmissum cibum: ⁊ tanti
muneris dona gustemus / atq; vtinã boues simus qui
agrũ dñi nr̃i sulcis regularibus exaremus. Memento
autẽ q tot⁹ hic psalmus (vt diximus) ad superbiã ptinet
destruendã: ⁊ humilitatẽ modis oib⁹ edificandã: sicut
et dñs in euãgelio dicit. Ois qui se exaltat humiliabit: Luc. 14.
et q̇ se humiliat exaltabit. Que sentẽtia rerũ summas
vtrasq; cõplectit. In superbia eñ designat diabolum: in
humilitate p̃o dñm christũ. Ita sub breuitate dictor̃:
et quid desiderare debeãt homines: ⁊ qd eos refugere
cõpetat / euidenter insinuat. Diuisio.

Primo ordine pp̃heta exẽplo suo humili-
tatẽ ⁊ mãsuetudinẽ docẽs: populũ vtiq;
christianũ penã sibi grauissimã ponit: si
mãdata dñi nõ cũ summa humilitate su-
sceperit. Scdo: cõuersus hortat israel vt
iugiter speret in dño: quaten⁹ tali spe ro-
borata cunctas aduersitates seculi tolerare preualeat.

Expositio.

Domine nõ est exaltatũ cor meum: neq; elati
sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis:
neq; in mirabilibus sup me]. Taliter hic hy
potheticus syllogismus enascit. Si non est Syl.
exaltatũ cor meũ: neq; elati sunt oculi mei: a
superbia scilicet reddor alien⁹. Attamẽ nõ est exaltatum
cor meũ: neq; elati sunt oculi mei: a superbia igit reddor
alien⁹. Nũc reliqua pscrutemur. Psalmus hic humili-
tatẽ qdẽ predicat / tẽperantiã docet / patientiã monet.
Sed cũ pp̃heta negat viciosa: cõfitet oĩno laudanda. SCHE
Que figura dr Anastrophe: qñ respuẽdo ɔtrariã par-
tẽ illa vult itelligi / que monita diuina iusserũt. Dicit ei
nõ exaltatũ cor suũ: qd factũ est a pharaone qñ presu-
mẽs in numerositate gẽtis sue: hebreos deuotissimos
p moysen totiẽs phibit⁹ crudeliter affligebat. Sequit
Neq; elati sunt oculi mei. Elati sunt oculi diuitis illi⁹ q̇ Luc. 12.
in euãgelio legit. horrea sua pua cogitasse destruere: ⁊
ad copiã cõgregandã ingẽtia fabricare voluisse. addi-
dit Neq; ambulaui in magnis. Ambulauit in magnis
pilat⁹: qui dixit dño saluatori. Nescis qr potestatẽ ha- Joan. 19.
beo dimittedi te: ⁊ potestatẽ habeo crucifigẽdi te? Ad
postremũ subiunxit ad cumulũ: Neq; in mirabilib⁹ sup
me. Ambulauit symõ magus in mirabilibus sup se: qñ
spm̃ sanctũ ab apl'is christi pecunia credidit esse redi-
mendũ: vt precio mercaret qd ei⁹ merita nõ habebãt.
Sic dũ talia negat / illa dãtur itelligi que dño iuuãte fa
ciebat. Deniq; ita sentiendũ sequẽs v̄sus ostẽdit. [Si
nõ humiliter sentiebã: sed exaltaui animã meã. Sicut
ablactatus † sup matrẽ suam: ita † retribues in aiam Al. est
meã]. Nimis cõpetẽter edictũ est: Si nõ humiliter sen Al. retribu
tiebã: qr summũ sapiẽtie gen⁹ est nõ p elationẽ sibi ali- tio.
qd persuadere: sed deuoto aĩo sentire qd expedit. Mo
net ergo scripturas diuinas simplici ac puro corde se
fuisse meditatũ: nõ vt arriani / manichei / donatiste fece
runt: ⁊ ceteri q̇ a xp̃iana religione diuisi sunt. Illi eñ si hu-
militer sentire voluissent / suã nõ eligerẽt defendere pra
uitatẽ: sed ad doctores verissimos ⁊ sctissimos veniẽ-
tes / fidei recte itelligẽtiã pcipere meruissent. Iste ḡ se
dicit hũiliter sensisse: queãdmodũ monet apl's. Noli al Roma. 11.
tũ sapere sed time. Et alibi in psalmo. Nõ habitabit in Ps. 100.
medio domus mee q̇ facit superbiã. Iterũq; ɔtra hoc vi
ciũ orãs dñi deposcit auxiliũ dicens. Nõ veniat michi Ps. 35.
pes superbie. Sequit Sed exaltaui aiam meã. Hic ne-

gat exaltatā aīam suam/id est [illegible] sup̄bie culmē euectā: vbi ascēdere ruinosum est: p[illegible]dere periculū. Nā sancti viri exaltāt aīas suas: qñ eas cōtēdunt ad diuinas p̄dicationes erigere. Queādmodū em̄ aut de sctā trinitate possum⁹ aliqđ itelligere: aut salubriter de beata incarnatiōe sentire: nisi cum magna humilitate aīam nostrā leuem⁹ ad dn̄m: Nā licere aīam ad sup̄na se tēdere:
Ps. 24. estis/est alius psalmus vbi dictū est: Ad te leuaui aīam meā. In illis em̄ rebus aīam leuari fas est: vñ viuat/vñ floreat/vñ celesti pane pascat̄. In istis aūt exq̄sitionibus prauis ꝛ īfelici doctrina turgētib⁹ exaltari nō decet aīam: vbi mortē reperit/īfernū subit/ꝛ eterna īfelicitate damnat̄. Adiecit decorā nimis ꝛ subtilissimā comparationē: vt ita se dn̄m desiderasse dicat: Sicut ablactat⁹ sup̱ matrē suā. Cōsuetudo est em̄ p̱uuli/quotiens ad alios cibos etate crescente p̄parat̄: lac illi q̄ solebat vesci a pia m̄re denegari: quatenus ad solidiores cibos trāseat/ne ei⁹ substātia in teneritudine quadam relicta mollescat. Sed tunc qua puritate/quo desiderio/qua gr̄a matrē querit: vt aio ipsius ad lamēta p̱moto eius pene doleat̄ amissio. Hoc desideriū/hoc votum ꝓpħa sibi cōparās ostēdit quāta spes: quāta simplicitas: quātus debeat esse ardor in dn̄o. Ablactati em̄ dicunt̄ qui sunt a lacte ꝓhibiti. Et merito talis facta est cōparatio: q̄ sicut infantes vbera m̄rna sugūt: ita fideles paruuli scripture diuine simplicitate nutriunt̄: donec p̄parent̄
1. Corint. 3. ad solidū cibū: dicente ap̄lo. Nō potui loq̄ vobis quasi sp̄ūalibus: sed q̄si carnalibus tanq̄ paruulis in christo lac vobis potū dedi non escam. Nec vacat q̄d addidit Sup̱ matrē suā: dū adhuc teneri sunt ꝛ sup̱ vbera materna portant̄. Ipsis em̄ grauior est ꝯsuetudo subtracti cibi: q̄ se escis alijs nesciunt cōsolari. Addidit Ita retribues in animā meā. More dictū est humanitatis. Ipsi em̄ nobis ponim⁹ penā: qñ de aliq̄ causa iusta cō-
Ps. 7. fidimus: sicut ꝛ in. 7. psalmo dictū est. Dn̄e deus me⁹ si feci istud: si est iniq̄tas in manibus meis: si reddidi retribuētibus michi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis. Sed hinc ordo nobis ꝟborꝫ faciēdus est: vt versus hui⁹ decarminata cōtextio: ipsa se magis exponere videat̄. Si nō humiliter sentiebā/sicut ablactatus sup̱ matrē suā: sed exaltaui aīam meā. Sequit̄ cōpēsatiua cōditio: Ita retribues in aīam meā. Ita/dū dicit̄ illud significat̄: vt si ego te p̄sumpsi ꝯtemnere/tu me merito videaris abijcere. Siue sic forsitā accipi debet: vt psalmus iste ꝯtra illos videat̄ esse ꝓlatus: qui in aliq̄b⁹ tribulationibus atq̄ aduersitatibus ꝯstituti/ impatiēter agūt: ꝛ nolūt remedia sustinere diuia. Cōtra hec itaq̄ dicit humilis ꝛ fidelis: q̄ differebat̄ audiri cor suum in cōtemptū minime ꝓsiluisse: neq̄ suos elatos oculos elicit/q̄ maxime paruuli hoc faciūt: qui parētes suos cōtēnere furiosa voluntate p̄sumūt. Nā ꝛ ipsa cōparatio posita in malo pōt accipi: qm̄ ablactatus īfans sup̱ matrē exaltat aīam suā: qñ mām̄illas eius manib⁹ lacerare p̄sumit: ꝛ vagitibus atq̄ fletib⁹ agit vt eius indignatio possit agnosci. Deide sequit̄ penalis illa cōditio: vt si fecit ea q̄ superius dixit/a dn̄o proijciat̄: queādmodū ablactat⁹ infans m̄rnis vberib⁹ ꝓbat̄ excludi. Nam vt hunc psalmū ad ꝟtutē patiētie atq̄ humilitatis (vt dictū est) intelligam⁹ esse ꝓlatū: subiecit Speret israel in dn̄o: ex hoc nūc ꝛ vsq̄ in seculū: ne p̄ceps desp̱atio nr̄a ablactatis īfantib⁹ merito cōparata videat̄. [Speret israel in dn̄o: ex hoc nunc ꝛ vsq̄ in seculū]. Postq̄ humilitatē ꝛ mā̄suetudinē sequendā cōpetenter edocuit: tanq̄ bonus magister scd̄a p̱te cōuersus vnūquēq̄ fideliū monet vt ꝯfidētiā suā ponat semp̱ in dn̄o: et in cauctis seculis p̱seueret. In hoc em̄ mūdo lꝫ sperare: illic autē desiderata p̄mia cōtueri. Nā seculū iterdū mūdū istū significat: interdū regnū illud dn̄i q̄d credimus esse vēturū. Dicit em̄ Ex hoc nūc/id est a presenti tp̱e vsq̄ ad eternitatē futurā: cū vnū sclm̄ erit ꝛ vicissitudo tēporū in vnitatē p̱petuā feliciter immutat̄. Sic textū psalmi compendioso fine cōclusit: vt sancte humilitati cōueniret ꝛ ipsa breuitas dictionis. Conclusio.

¶ Mirabilis est nimis humilitas/que culmine cōmendat̄ excelso. Nā si aliq̄s heremita cellule sue vacās talia diceret: magna tñ patiētie laude fulgeret. Hoc purpurat⁹/hoc ꝓphetarū dicebat eximius: vt studiosius refugeret sup̱biā: q̄nto amplius honorꝫ claritate radiabat. Sꝫ q̄d a nobis exigit̄: si ab illo talia pēdebant̄: Presta dn̄e humilitatē regis ꝓphe patientiā: qm̄ in quacūq̄ p̱sona ista ꝟe tua sunt premia. Non em̄ hoc passim humana volūtate sumit̄: sed misericordie tue largitate prestat̄. Qui ideo maxime inter virtutes eximias honorata cōsurgit: qm̄ eā dignatio tue maiestatis assumpsit. Deniq̄ cōsideremus q̄ntum honorata sit humilitas que sup̱bie contraria in duodecimo gradu noscit̄ collocata. Illa enim demergit in tartarum: hec perducit ad celum.

Explicit expositio in psalmum. 130.

¶ Canticum graduum. Cxxxi.

Memēto dn̄e dauid: ꝛ oīs mā̄suetudinis ei⁹. Sicut iurauit dn̄o: votū vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculū domus mee: si ascēdero in lectū strati mei. Si dedero sōnum oculis meis: ꝛ palpebris meis dormitationē. Et requiē tēporibus meis donec inueniā locū dn̄o: tabernaculū deo iacob. Ecce audiuimus eā in effrata: iuenimus eā in cāpis sylue. Introibim⁹ i tabernaculū ei⁹: adorabimus in loco vbi steterūt pedes ei⁹. Surge dn̄e in requiē tuā: tu ꝛ arca sctificationis tue. Sacerdotes tui iduant̄ iusticiā: ꝛ sancti tui exultēt. Propter dauid seruū tuum: non auertas faciē christi tui. Iurauit dn̄s dauid veritatē ꝛ nō frustrabit̄ eū: de fructu vētris tui ponā sup̱ sedē tuā. Si custodierit filij tui testamentū meū: ꝛ testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eorꝫ vsq̄ in seculū: sedebūt sup̱ sedē tuā. Qm̄ elegit dn̄s syō: elegit eā in habitationē sibi. Hec requies mea i seculū secl'i: hic habitabo qm̄ elegi eā. Viduā ei⁹ benedicēs benedicā: pauperes eius saturabo panib⁹. Sacerdotes ei⁹ iduā salutari: et sancti ei⁹ exultatiōe exultabūt. Illuc ꝓducam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Inimicos eius induam cōfusione: sup̱ ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Cum prophetā oia cantica graduū ad p̱uectū spei celsioris euexerit: istud tñ eū oimodis eleuauit: q̄ incarnationis dn̄ice sacramēta describit. Dignū enim fuerat/vt post

duodenariū apl'oꝝ numerū tanq̄ caput omniū ip̄e ter=
tiusdecimus adueniret/quē nō arbitror ꝑsone ꝓpheti
ce posse cōgruere:q2 gloria tāti psalmi nisi dn̄o christo
rationabiliter alteri nō p̄ot applicari. Nec em̄ ille hu=
milis qui hactenus clamauerat de ꝓfundis: subito se
in tantā laudē potuisset erigere vt humanū modū vi=
dereť excedere. Quapropter dauid ille desiderabilis/
ille manu fortis:hic a nobis intelligendus est:in quo et
humilitas assumpte incarnationis conuenit: et omni=
potentia deitatis excellit. Diuisio.

DUm frequēter ꝓpheta in psalmis de īcar
natione dn̄i fuerit locutus:in hoc maxime
gradu tm̄ mysterium euidenter edicit/vt
merito valuisset ad gloriā ꝑfectionis ascē
dere:qui humani generis salutē non desi
nit indicare. Prima igiť narratione dn̄i christi ꝟba re=
fert:q̄bus pr̄i suo cognosciť ꝓmisisse/requiē se nullate=
nus sumere:nisi ꝟe religionis affectū humanis pecto=
ribus īfudisset. Scd̄a narratione dicit esse cognitū: qđ
veraciter fuerat a dn̄o saluatore pollicitū: preces suas
adiiciēs:vt cito aduentū salutarē prebeat/q̄ adhuc vē=
turi tp̄is dilatione pēdebat. Tertia parte ꝓmissionem
que illi a pr̄e facta fuerat ꝓhibet esse cōplendā:vt fru=
ctus vteri virginalis thronū sedeat dn̄ationis eternū:
quaten⁹ ecclesiā eius benedicat/paupes pascat/sacer=
dotes glorificet/⁊ potestatē eius ꝓducat/inimicos in=
duat ꝯfusione:super eum floreat sanctificatio eterna iu
sticie. Quapropter hunc psalmū intētis animis audia
mus. Est enim sensibus profundus:⁊ verboꝝ ipsoꝝ si=
gnificatione copiosus. Expositio.

MEmento dn̄e dauid:⁊ oīs mansuetudinis
eius]. Usus est ꝓphete: frequēter per hu
manas ꝯsuetudines dn̄o supplicare. Me=
mēto em̄ illi diciť:qui nichil aliq̄n potuit
obliuisci. Non em̄ vt ad memoriā redeat
diuinitas cōmoneť:ante quē om̄e p̄sens est preteritū ⁊
futurū. Dauid aūt significať dn̄s christus:qui ꝑ carnis
semen de creature sue descēdit origine. Sic em̄ auorū
proauorūq̄ suoꝝ/filiū fuisse declarem⁹. Nā iesum chri
Hiere.30. stum Dauid dici testis est Hieremias cū ait. Et dauid
Ibidē.23. regē ipsoꝝ suscitabo illis. Et iterū Suscitabo illis da=
uid regē orientē iustū ⁊c̄. Itē Isaias: Et excitabo suꝑ
eos pastorē vnū altū:⁊ pascet eos seruus me⁹ Dauid:
et erit his pastor:⁊ ego ero illis in deum:et dauid prin=
ceps in medio eoꝝ. Unde cōstat nō esse dictum de da=
uid filio Iesse/q̄n isti ꝓphete lōgo tp̄e post ipsum fuis=
se declaranť:et ꝓphetia ipsoꝝ dicere cognosciť de futu
ro. Deinde potuit dicere Memēto mei:sed vt alterum
significaret dixit: Memento dn̄e dauid. Quapropter
cōfidenter debet accipi:qđ tātis testimoniis cognosci
tur approbari. Nā qđ sequiť Et oīs mā suetudinis ei⁹:
immēse patiētie virtus ostendiť:de quo idē Isaias di=
Isa.53. cit. Sicut ouis ad occisionē duct⁹ est:⁊ sicut agnus co
rā tondente se:sic nō aperuit os suū. Hoc certe quomo
do poterat de se ꝓpheta dicere: cū se meminisset Uri
iam etheū ꝓpter vxorē ei⁹ crudeliter occidisse? Uñ ⁊ pe
nitētie ipsius gloriosum extat exēpluz. [Sicut iurauit
dn̄o:votum vouit deo iacob]. Iurauit de christo dn̄o
diciť: cuius sacramentū est firma ꝓmissio. Nam ⁊ ipsa
ETy ꝟbi Etymologia (sicut iā dictū est) significat iure ora=
uit/id est veraciter firmeq̄ ꝓmisit:tunc scilicet q̄n Pe=
Ioan.18. tro carnaliter sapiēti:ipse dn̄s ait. Reconde gladiū tuū
in locū suū:calicē quē dedit michi pr̄ non bibā illum?
Et iteꝝ ne a suo ꝓposito videreť excedere:alio loco pe
Matth.16. tro dixit: Uade retro me sathanas/scandalū michi es.

Sed ne minorē putes quem iurasse cognoscis:audi de
ipso patre. Iurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eum. Et iurauit Ps.109.
dn̄s ad abraā. Et hoc ipsum de pr̄e dicit īferi⁹: Iurauit
dn̄s dauid veritatē. Nā ⁊ illud qđ ait Iurauit dn̄s:ostē
dit alterā non suā intelligi debere ꝑsonā. Uotū itaq̄ fi
lii fuit/vt ꝓprie incarnationis aduētu reconciliaret pr̄i
genus humanū:qđ p̄ctis faciētib⁹ reddebať infensum:
Qđ tn̄ votū/nō est a pr̄e diuisum. Oīa em̄ que vult pr̄
vult filius/vult ⁊ sp̄us sctūs:q̄m vna natura/vna pote
stas/vna cognosciť et volūtas. Qđ sit tn̄ istud votum:
subter exponiť. [Si introiero in tabernaculum domus
mee:si ascendero in lectū † stratus mei]. In hoc versu Al. strati.
et duob⁹ aliis q̄ sequunť (ꝓpħa referēte) verba itelligē
da sunt dn̄i christi a ꝑte humanitatis ei⁹. Negat em̄ et
tabernaculū se itroire:⁊ stratū lecti ꝯscēdere/donec il=
la que pr̄i ꝓmisit cognoscať implere. Tabernaculū di=
cit (nisi fallor) celestē habitationē:vbi post resurrectio=
nē suā cū assumpta carne vidētib⁹ ascēdit apl'is:quā se
ante ingressurū esse nō ꝓhibet/q̄ dn̄o pr̄i reꝑiat religio
soꝝ pectoꝝ locū. Ideo em̄ addidit Dom⁹ mee:vt cele=
stem significaret habitationē:sicut alio loco dicit: Ce= Isa.66.
lū michi sedes est. terra aūt scabellū pedū meoꝝ. Seq
tur Si ascēdero in lectū stratus mei. More suo res ce=
lestes ꝑ humanas cōsuetudines dinosciť indicare. Le=
ctus em̄ nr̄ stratus:quietē nobis ꝯfert ⁊ finē laboꝝ. Uñ
lect⁹ ip̄ius.i.req̄es:cōsummatio intelligēda est beatissi
me passionis. Nā ⁊ ip̄m qđ dixit Si ascēdero: signifi=
cat ascēsionē:q̄n ascēdit in celos ⁊ sedit ad dexterā pa
tris. Tunc em̄ iurationis/id est ꝓmissionis ipsius vo=
ta cōpleta sunt:qđ et ipse in passione sua dicit cū aceto
potatus est. Cōsummatū est:et inclinato capite emisit Ioan.19.
sp̄m. [Si dedero somnū oc'lis meis:⁊ palpebris meis
dormitationē. † Aut requiē tēporib⁹ meis]. Quāuis Al. Et.
nec illa superiora que diximus ad naturā deitatis eius
applicari posse videanť: hoc tn̄ oīmodis discrepare co
gnosciť:vt illa potētia diuinitatis/aut oculis suis som=
nū/aut palpebris dormitationē dedisse videať:sed hec
oīa rationabiliter humanitati ei⁹ cōuenire noscunť. Di=
cit em̄ Si dedero somnū oculis meis. Somn⁹ iste intel
ligēdus est/req̄es mortis:de quo ⁊ in alio psalmo iam
dictū est. Ego dormiui ⁊ soporat⁹ sum ⁊ surrexi:q̄m do Ps.3.
minus suscepit me ⁊c̄. Sequiť Et palpebris meis dor
mitationē. Cōsuetudo somni potēter exprimiť. Palpe ETy.
bre enim a palpitādo dicte sunt:que nisi tremula qua=
dā remissione quieuerit/somn⁹ oculos non p̄ot itroire.
Idē sequiť Aut requiē tēporibus meis:q̄m reuera tē=
pora capitis nr̄i requiē habere nō possunt:q̄n oculi cre
bris motibus agitati vigilare noscunť. Prius enim po
suit somnū:⁊ postea quēadmodū ipse somnus impleať
exposuit. Reuera somnus:q̄m triduana tm̄ pausatione
susceptus est:qui nullā corpori corruptionē intulit/sed
quietē. [Donec inueniā locū dn̄o: tabernaculū deo ia=
cob]. Uentū est ad illam ꝓmissionem que in superiori=
bus dictis suspēsa querebatur. Dicit enim votū suum
in hoc fuisse semper intentum: donec ecclesie firmitas
sancte predicationis ordine fundaretur. Locus enim
dn̄i est tabernaculū pectoris christiani: et atria eccle=
sie catholice/que ille tanq̄ celum semꝑ ihabitat. Hec
inuenta sunt/postq̄ dn̄i aduētu constructa viguerunt.
Inuenta plane/quando ipse nos quesiuit:ipse reperit:
ipse sua pietate cōstruxit:⁊ tabernaculum sibi ex nobis
et in nobis fecit:quando ipse nos eterne vite ꝓpria mi=
seratione restituit. Et illud memento:q2 sicut superius
dixit promisisse christum deo iacob: ita et hic ipsi eum
votum asserit reddidisse:quatenus impleta veritas in=

rationis ipsius appareret. Sed ne perfidia iudeorum
hec apposita q̃ exposita tumultueť (que scripturas di-
uinas in suã perniciẽ alijs quibusdã conflictionibus a
via veritatis deriuare presumit: vt integritatẽ rei ab-
scõdere videať) audiat q̃d sequiť: ⁊ cõfusa tandẽ aliquã
Al. eam. do resipiscat. [Ecce audiuimus † ea in effrata: inueni-
Al. eam. mus † ea in cãpis sylue.] Post dñi saramentũ: post stu
dium eius q̃d tota veritate compleuit / propheta venit
ad narrationẽ scd̃am: in qua ex sua p̃sona promissionẽ
dñi quam in effrata audierat: in campis sylue se asserit
inuenisse. Effrata / lingua latina significare memoratur
speculũ. Campi vero sylue indicant corda gentilium: q̃
ex peccatis quasi syluestribus ac dumosis: mundante
Et. y. dño campestri puritate patuerunt. Campi siquidem a
capacitate ⁊ spacio diffuso dicti sunt. Facti sunt enim
ex hispidis nitidi: ex agrestibus mansueti: ex sterilibus
fructuosi: ex cubilibus demonum templa dominantis.
Et ideo in campis sylue / id est in gentibus dicit esse cõ
pertum: q̃d in imagine prophetie iudeis fuerat repro-
missum. Nam et ipsa quoq; bethleem vbi dñs nat⁹ est
appellata est effrata: sicut Micheas propheta dicit.
Mich. 5. Et tu bethleem domus effrata: nunq̃d minima es in tri
bubus iuda? Ex te enim exiet p̃riceps / qui regat popu-
Gen̄. 35. lum meũ israel. Et in genesi scriptum est: sepultam esse
Rachel iuxta effrata / que est bethleem. Unde euiden-
ter apparet auditũ fuisse nasciturũ dñm in bethleem:
sed propter fidem gentiũ in campis sylue fuisse com-
Al. introibi pertum. [† Introiuimus in tabernacula eius † adora
mus. uimus in loco vbi steterũt pedes eius]. Cum superius
Al. adora- dixerit: in effrata se audisse que in campis sylue reperie
bimus. rat: nunc ad cõfirmandũ totius deuotionis effectũ: in-
troisse se dicit in tabernacula dñi: vt q̃d in spe firmissi-
ma gerebat / in hoc se profiteret modis oĩbus itroisse.
Perscrutandũ plane q̃d superius dicit: dñm singulari
numero tabernaculũ promisisse: et hic propheta cum
fidelib⁹ christianis tabernacula se asserit itroire. Quã
christus dñs catholicã promisit ecclesiam: propheta
merito pluraliter dixit: q̃m tunc se fide miscuit populo
christiano / q̃n iam innumerabiles ecclesie toto orbe p̃-
misse sunt. Sed non sufficit eum p̃fessum fuisse intrasse
tm̃ ecclesias: nisi ⁊ adorasse se diceret: vbi dñi christi pe
des sctissimi constiterũt. Pedes significãt euãgelicas
Esa. 52. iussiones: sicut scriptũ est. q̃ speciosi pedes euãgelizã-
tium pacẽ. Ibi em̃ steterũt pedes ei⁹: vbi fidei veritas
approbať esse fundata. In hoc em̃ nobis in eternũ stã-
dũ est: vbi plenitudo legis et p̃phetarũ dñs christ⁹ in-
sistit. Stare em̃ plerũq; ad ɔstantiã referť: sicut in euã
Joan. 3. gelio scriptũ est. Qui habet spõsam spõsus est: amic⁹
aũt spõsi stat ⁊ audit eũ. Stare em̃ p̃tinet ad solidissi-
Matth. 10. mã mentẽ: vnde scriptũ est. Qui p̃seuerauerit vsq; in fi
nem: hic saluus erit. Nã peccatores in fide cõstare nõ
Ps̃. 35. posse alter psalm⁹ ostẽdit dicẽs. Ibi ceciderũt qui ope
rãtur iniquitatẽ: expulsi sunt nec potuerũt stare. Q; si
hoc ⁊ ad hystoriã pie velis referre: significat forte san-
ctam crucẽ: vbi corporaliter stetit q̃n in ea cõfixus ap-
paruit. In qua stetisse recte dicit: vbi corpus ei⁹ ĩfixum
fuisse monstrať. Merito ergo hunc propheta locũ dicit
adorandũ: qui nobis et fidei signũ prestitit et salutem.
Al. Surge [† Exurge dñe in requiem tuam: tu ⁊ archa sanctifica
tionis tue]. Postq; dñi christi promissiões q̃ superius
dicte sunt p̃pheta p̃fectas esse cognouit: ne quicq; de-
bitũ esse cõstaret / exclamat ad dñm. Exurge in requiẽ
tuã: vt euentũ rerũ p̃fecte veritatis ordine declararet /
id est ab inferis resurgeret in deitatis sue beatitudinẽ
sempiternã. Et vide q̃d addidit Tuam: quam tibi tua

maiestas tribuit: que regnat cum patre potestate equa
li et gloria sempiterna. Et ne putares caput membra
sua posse derelinquere: adiecit Tu ⁊ archa sctificatio-
nis tue: hoc est ecclesia quã mẽbra tua faciens sctifica-
re dignatus es. Nõ em̃ dixit archã Noe: non archã te-
stamẽti: que tñ vtraq; typũ portare videbať ecclesie: s;
ipsam specialiter designauit cũ addidit Sctificatiõis
tue. Deniq; vide q̃d sequiť. [Sacerdotes tui induanť
iusticia: et sancti tui exultẽt]. Adhuc de illis mẽbris lo
quitur que a dño recipi deprecatur in requiẽ sempiter-
nã. Sed videamus quid significet Sacerdotes tui in-
duãtur iusticia: id est tanq; armis celestibus vestiãtur:
sicut apl's dicit. Induti loricam iusticie et charitatis: Ephe. 6.
vt possitis ignita iacula inimici extiguere: scilicet vt in-
trepide hereticoꝝ iaculis valeãt obuiare. Siue iusti-
cia: ipsum significat dñm christũ: sicut apl's dicit. Qui 1. Corin. 1.
factus est sapiẽtia nobis a deo ⁊ iusticia. Ipsum ergo
decet sacerdotes indui: ⁊ semper corde gestare: qui ta-
men sic induitur vt intus esse dignetur. Sicut baptiza
tis: idem dicit apostolus. Omnes qui in christo bapti- Gal. 3.
zati estis: christum induistis. Seq̃tur Et sancti tui exul
tent. Consequens erat vt sancti exultarent: cum ipsum
christum dñm induissent. Nã si mundanum gaudium
est vestẽ sumere preciosam: q̃d de illa maiestate potest
oboriri leticie que ⁊ honorabilẽ facit ⁊ circũdat modis
oĩbus ad salutẽ? [Propter dauid seruũ tuum: nõ auer-
tas faciem christi tui]. Recordans p̃pheta que mala iu
daicus populus fecerit in deserto: vel postea quãta do
mino iniquitate peccauerit: preuidẽs etiã quã ingressu
rus erat salutarẽ quidẽ mũdo: sed ipsis lamẽtabilẽ pas
sionẽ: in dei p̃ris se supplicatione p̃sternit / ne faciẽ chri
sti sui / id est presentiã auertat a gẽte iudaica quã olim
promiserat p̃ p̃phetas: vt qui erat recõciliaturus mun
dum: offensam quoq; abstergeret iudeoꝝ. [Jurauit do
minus dauid veritatẽ ⁊ nõ frustrabiť eum: de fructu vẽ
tris tui ponã sup̃ sedẽ tuam]. Post illã supplicationẽ:
que dñi aduentũ breuiter quidẽ: sed magno desiderio
postulauit: tertiã narrationẽ sermo p̃pheticalis ingredi-
tur: vbi ea que filio promissa fuerant a patre letus enu-
merat. Quid enim firmius: quidue potest dici constan-
tius / quãdo ille iurat p̃ quẽ iuratur: ille p̃mittit qui non
potest falli? Sed non isti dauid filio Jesse: q; dicere po
tuit / iurauit dñs michi: sicut ⁊ in huius psalmi princi-
pijs dixit. Nã cum dicit Jurauit dñs dauid: alterũ si-
gnificauit: illum scilicet de quo in alio psalmo dictum
est. Posui adiutorium super potentẽ: exaltaui electum Ps̃. 88.
de plebe mea. Inueni dauid seruum meum: in oleo san
cto meo vnxi eum. Et paulopost Ipse inuocabit me:
pater meus es tu: deus meus ⁊ susceptor salutis mee:
et ego primogenitũ ponã illum excelsum pre regibus
terre. Hoc est q̃d hic posuit. Non frustrabiť eum. Fru-
strare est enim in irritũ promissa deducere: q̃d hic me-
rito negat posse prouenire: quoniã deceptionis locus
esse non potuit: vbi promissio veracissimi declaratur au
ctoris. Sequitur: De fructu ventris tui ponam super se
dem tuam. Fructus ventris est domini saluatoris do-
ctrina celestis: de qua populus christianus noscitur esse
generatus. Frequenter enim diximus institutione fide
li / quasi quodam ventre generari posse credẽtes. Hos
ergo promittit pater super domini Christi esse sedẽ po
nendos: quando conuersi auctoris sui mandatis doce-
re similia comprobantur. In illius enim sede recte se-
dere quis dicitur. cuius ⁊ precepta docere monstratur.
[Si custodierint filij tui testamentum meum: et testi-
monia mea hec que docebo eos. Et filij eorum vsq; in

seculum sedebunt super sedem tuam]. Explanauit
q̄d superius dixit. Nā ⁊ hic de apostolis loquit̄ cete=
risq̄ fidelib⁹: qui christi filij dici fidei integritate me=
Matth.19. ruerunt. Ipsis enim dicit̄: Sedebitis super duode=
cim sedes iudicantes duodecim tribus israel. His
ergo sedes dn̄i dabit̄: qui ⁊ participes eius regni esse
Joan.17. meruerint: sicut in euangelio ipse dicit. Pater volo
vt vbi sum ego: et ipsi sint mecum. Et ne ambigeres
quibus esset dandum: illos scilꝫ dicit qui testamen=
tum domini et testimonia: omnēq̄ doctrinam pura
deuotione custodiūt. Sed ne hoc premium putares
esse forsitan temporale dicit. Usq̄ in seculū sedebūt
super sedem tuā. Cuius seculi non erit finis: q̄r omne
premiū ibi incōmutabili eternitate perdurat. [Qm̄
Al.elegit. elegit dn̄s sion: † preelegit eam in habitationē sibi.
Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo quo=
Al.elegi. niam † preelegi eam.] Hoc ꝛm litteram nullatenus
vendicat̄: cum sciamus hierusalē vetustā euersiones
desolationesq̄ frequētissime pertulisse. De qua scri=
Hiere.26. ptum est. Sion sicut ager arabit̄. Sed per hoc vo=
cabulū hierusalē superna declarat̄ concors in popu
lis vnita virtute charitatis: purificata per gratiā re
missionis: que diuinitate ei⁹ atq̄ potētia eterna spe
culatione perfruit̄. Illa em̄ maiestas summe bona:
summe beata: summe potēs: q̄uis vbiq̄ tota sit bea=
torū pectora possidens: habitacula sibi facit que sue
misericordie virtute preelegerit. Ipsa est reqes dn̄i:
ipsum speciale tabernaculū in hoim religiosissimis
pectoribus insidere: ⁊ sic vbiq̄ esse vt in his dicatur
immēsus ⁊ incōprehensibilis habitare. [Uiduā eius
benedicens benedicā: pauperes eius saturabo pani
bus.] Uidua christi dicit̄ ecclesia: quia omni auxilio
destituta mundano: solā spem suā ponit in dn̄o: pati=
turq̄ q̄d vidua: improbitatesq̄ maloꝝ: direptiones
crudelissimas impioꝝ: ⁊ tanq̄ maritali auxilio desti
tuta semꝑ meret: semꝑ atterit̄: sed mentis castissime
fruitur inde mutata cōstantia. Ad cuius similitudi=
1.Thim.5. nem viduā laudat apostolus: dicēs. Que aūt vidua
est ⁊ desolata: speret in dn̄m. Hec q̄uis et coniuga=
tas ⁊ virgines cōtinere videat̄: vidua tn̄ d̄r q̄r presi=
dio destituta seculari: spem suā in celesti spōso repo=
suit: qui eam fecit de fusca pulchram/de erronea re=
ctam/de crudeli piā/de caduca firmissimā. Siue vt
quibusdā placet: Uidua dicitur synagoga: que nunc
eccl̄ia est: qm̄ desinente lege sub qua velut quodam
marito tenebat̄ obnoxia: veniente gratia christo est
sine dubio copulata: ⁊ quasi a priore cōditione libe=
rata: nuptias celestes salua castitate ꝓmeruit. Quā
Ro.7. comparationē ⁊ apostolus fecit: dicens. An ignora
tis fratres: scientibus em̄ legem loquor: qm̄ lex dn̄a=
bitur homini inquātum tp̄is viuit. Que em̄ sub ma=
rito est mulier: viuo marito iuncta est legi: si aūt mor
tuus fuerit marit⁹ euacuata est a lege mariti. Ergo
viuente marito adultera vocabit̄ si iungit̄ alio viro
⁊c̄. Intēdamus etiam quod dicit Benedicēs bene=
dicam. Qui semel benedicit: in ea tm̄ se testatur be=
nedictione desinere: benedicēs aūt benedicit: qui iu=
gi benedictione sanctificat: modo in istā partem: mo
do in aliam gratiā sue donationis indulgens. Quod
CXP argumentū d̄r a coniugatis: qm̄ nominū ipsoꝝ copu
latio noscitur esse cōiuncta. Quod etiā in subsequē=
ti versu factū esse monstratur. Sequitur: Pauperes
eius saturabo panibus. Reuera pauperes christi ce
lesti pane saginant̄: quoniā in mūdanis copijs semꝑ
esuriunt: sicut in superiore psalmo dictū est. Diuites

eguerunt ⁊ esurierunt: inquirentes aūt dn̄m non de= Ps.33.
ficient omni bono. Ipsi sunt ergo pauperes christi:
qui terrenis rebus quidem indigēt: sed celesti copia
perfruunt̄. [Sacerdotes ei⁹ induā † salutare: ⁊ san= Al.saluta=
cti eius exultatione exultabūt]. Sacerdotes induū ri.
tur salutare qn̄ dn̄m saluatorē summa fidei integri=
tate recipiunt: et ipsius honorabili misericordia ve=
stiūtur: sicut de baptizatis Apostolus dicit. Omnes Gal.3.
qui in christo baptizati estis: christū induistis. Unde
lꝫ proxime diximus: nō piget tn̄ repetere: quod no
bis pōt diuina mysteria declarare. Tales em̄ opor=
tet esse doctores: vt primo ipsi irreprehēsibiles sint:
et sic reliquoꝝ instruant corda fidelium: sicut dn̄s in
euangelio dicit. Qui autē docuerit ⁊ fecerit sic: ma= Matth.5.
gnus vocabit̄ in regno celoꝝ. Nam quod dicit Exul=
tatione exultabunt: perpetuā letitiam vult significa
re sanctorum: qn̄ eos non solum exultare: sed letitia
dicit gaudere ꝑpetua. Potest em̄ quilibet in magna
animi iocunditate prosilire: ⁊ iterum aliquādo desi=
nere: exultatione autem illi exultant qui nunq̄ a col
latis premijs amouentur. [Illuc producā cornu da
uid: paraui lucernam christo meo]. Illuc cum dici=
tur: illa beatitudinis requies significatur: de qua su=
perius pater dixit: Hec requies mea in seculum se=
culi. Ipsa enim requies patris que filij: ipsa filij que
spiritus sancti: qm̄ sancta trinitas que est vnus de⁹:
nec beatitudine separatur: nec potestate: nec natu=
ra diuiditur. Sequitur Producam cornu dauid. Et
hic dauid intelligēdus est (sicut supra diximus) dn̄s
saluator: cuius cornu .i. fortitudo potestatis i illa iu=
dicatione monstranda est: vbi ab ipso sanctis eterna
premia concedūtur. Neq̄ eni hoc de se poterat Da=
uid dicere: qui ⁊ ipse inter reliquos beatos non datu
rus est munus: sed a dn̄o accepturus est premiū. Et
vt dominum christum debuisses aduertere: sequitur
Paraui lucernam christo meo .i. lumen predicatio=
nis baptiste Joānis: qui fuit reuera lucerna christi:
mundanis tenebris celeste lumen ostēdens. De quo
ait ipse dominus. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucēs. Joan.5.
Lucerna sine dubio lucens: que nō carnalibus ocu=
lis: sed spiritualib⁹ appareret: ⁊ in toto mundo emit
teret de domini sui oleo saginato copiosissimā clari
tatem. [Inimicos eius induā confusione: super ip̄m
aūt † florebit sanctificatio mea]. Inimicos eius: he Al.efflore=
reticos significat ⁊ paganos: vel quicūq̄ contra ip= bit.
sius instituta vixerunt. Eius aūt quod sequit̄: christi
dn̄i designat aduersarios. Et sic sicut sacerdotes do
mini salutarem gloriam induti sunt: ita inimici eius
confusionis velamine vestiuntur: quādo illi audiūt.
Uenite benedicti patris mei. Istis ꝟo dicitur: Ite in Mat.25.
ignem eternum. Et vt agnosceres hoc ⁊ patrem fa= Ibidem.
cere quod filius operatur: hic patrem dicit inimicos
eius confundere: quod filium constat esse facturum.
Ipse eni in euāgelio dicit. Pater nō iudicat quēq̄: Joan.5.
sed omne iudicium dedit filio. Sed patris testimo=
nio filij gloria decenter exponit̄. Nam ⁊ alibi de vni
tate cooperationis dicitur. Pater meus vsq̄ modo Ibidem.
operatur ⁊ ego operor: quod etiam de spiritu sancto
intelligi debere non dubium est. Sepe enim de vna
persona dicitur: q̄d de totius trinitatis potentia sen=
tiatur. Sequitur Super ipsum autē florebit sanctifi
catio mea. Florebit ad exprimendam sanctitatē glo
riose incarnationis edicitur: que sic floruit (sicut di=
cit apostolus) vt omne ei genuflectatur: celestiū: ter= Phil.2.
restrium ⁊ infernorum: ⁊ ois lingua confiteat̄ q̄r dn̄s

Jesus xp̄s in glōia est dei pr̄is. Qđ ad cōparationez
dictū cōstat agroꝝ. Tūc em̄ magnū visentib⁹ decus
exurgit: qn̄ amenitates campoꝝ floridis colorib⁹ in
duunt. Verū tāta laus cōtinui floris quomō pōt al=
teri cōuenire: cū ꝓpheta effugatus a filio legat esse
de regno: ⁊ i q̄busdā more humanitatis grauissima
crimina cōmisisse mōstret: dn̄s aūt xp̄s quicq̄d egit:
q̄cq̄d pertulit: floruit in ip̄o semꝑ pr̄na sctificatio: vn̄
illi merito presens psalmus aptatur: qui sine aliqua
offensione fuisse cognoscitur. Conclusio.

Audistis quid ascendēs iste ꝑfecerit: Audi
stis qua nos iocūditate ꝯpleuerit.
Nā lz ab initio cātica graduū vniuersa grādescant
lz ista dicere celsiora que de dn̄i aduentu clarissimo
lumine lampauerūt. Creatore q̄ppe ꝓphetato: ne=
cesse fuit gradū crescere: per quē augmenta sumere
ꝯstat vniuersa. Restat nobis in sequētib⁹ gradalib⁹
psalmis dilectio ꝓximi ⁊ charitas dei: q̄ si pura mē
te ꝯscēdim⁹: tūc ad ei⁹ glōsissimū ꝑueniemus aspe=
ctum. Explicit expositio in psalmum. 131.

Canticum graduum. Cxxxij.

Ecce q̄ȝ bonū ⁊ q̄ȝ iocūdū: ha=
bitare fratres in vnū. Sicut
vnguentū in capite: qđ descē
dit in barbam barbam aarō.
Qđ descēdit in oraȝ vestimē
ti ei⁹: sicut ros hermō qui de
scēdit in montē sion. Qm̄ illic mādauit dn̄s
benedictionem: ⁊ vitā vsqȝ in seculum.

Post illā p̄cedētis psalmi sanctissimā p̄dica
tionē: in q̄rtodecimo gradu iam positus ꝓ
pheta: ppl̄is btām p̄dicat vnitatem: vt qui
se xp̄iana religiōe ꝯstringūt in vna charita
tis conuenientia ꝑseuerent. Quod lz ad monachos
quidam aptādum esse iudicauerūt: nos tn̄ dicimus
et ad gn̄alitatis concordiam pertinere: qm̄ hoc non
tm̄ monasterijs sed vniuerse ꝓnunciat eccl̄ie: spūali
tuba in vnū colligēs q̄cq̄d est xp̄i militū in toto orbe
terraꝝ. Nō em̄ reluctor beatis monasterijs dictum
sed nec generalitati estimo subtrahendū. Dign⁹ er=
go loc⁹ q̄ collectionē fidelis ppl̄i ꝯtineret: quā ꝯstat
an̄ factā q̄ȝ incarnatio dn̄i p̄cioso sanguine de gētib⁹
acq̄sisset. Et merito post illā ponit: per quam mūdo
prestitum fuisse declaratur. Continentia.

Ecce alter psalmus qui diuisionez cogno=
scit nō habere. Congruum siq̄dem fuit: vt
qui de vnitate loquebat: diuisionis non
reciperet sectionem: simplex manens sine
aliq̄ diuersitate causaꝝ: quos recte atho=
mos nūcupamus. Nō em̄ aut ꝑsonā mutat: aut cau
sam: aut locutionē suā ꝯuertit ad aliud. Ista ei tria
sunt que diuisionē vident generare psalmorum: qui
athomi ad duo illa forte ꝑtinēt minuta: que mulier
in gazophylatiū mittēs plenissime misericordie pro
batur munera ꝯsecuta. Sic ⁊ nos si ꝟtutē psalmoꝝ
istoꝝ pijs mentib⁹ hauriamus: remissionē omnium
suscipim⁹ peccatoꝝ. Ille enim ad laudes dn̄i inui=
tat: iste hortat ad ꝓximi charitatem. Expositio.

[Ecce q̄ȝ bonum ⁊ q̄ȝ iocūdū: habitare fratres
in vnum]. Ecce ostēdentis est potius q̄ȝ lo=
quentis: qđ solet magna mentis intentione
protenta manu fieri: q̄ȝ sermonibus explica
ri. Bonum respicit ad charitatem: quoniam ꝑfecti
viri cōmunib⁹ se hortant exemplis: ⁊ alter alterius
virtutes imitādo mutue dilectionis se incēdio com=
prehendūt. Frequēter em̄ bonū facimus ⁊ aduersi=
tate animi dissidem⁹. Est em̄ ꝑfecta virtus: vt ipsum
bonū debeat tibi placere qđ feceris. Habitare: id
est in bono ꝓposito ꝑmanere. Ipsa est ei habitatio
quā dn̄s querit: nō tecta parietū q̄ consociant corpo
ra: sed q̄ animas religiosa societate ꝯiūgit. Tali eni
dicto ꝓhibet circūcelliōes qui diuersa monasteria
volūtate mutabili peruagant. Dicēdo aūt. Fratres
in vnū: significat eos qui fidei societate sub vno pa=
tre sunt ꝯstituti: q̄bus est (sicut in actib⁹ apl̄oꝝ legit)
cor vnū ⁊ aīa vna. Sed ⁊ illi in vno habitāt: qui he= Act. 4.
remi solitudies peruagant: qui q̄ȝuis corꝑe videant
esse discreti: fidei tn̄ concordia non ꝓbant esse diuisi
Qđ si ⁊ ad litterā intelligas: bona ē ⁊ ista sociecas
que fratrū cetib⁹ ꝯgregat: sicut in actib⁹ apl̄oꝝ le=
gimus: Et distribuebat vnicuiq̄ȝ ꝓut op⁹ erat. Nec Ibidem.
em̄ dicebat aliq̄d suū ꝓpriū inter illos: sz erant illis
oīa ꝯmunia. Sic tn̄ ꝑs ista laudabit si illa animi cō=
cordia quā supi⁹ dixim⁹ nō neget. Nā vt hanc adu=
nationē nō mediocre aliqđ bonū: sed itelligeres eē
mirabilē: sub mysticis ꝯparationibus vsq̄ȝ ad finem
laus eā digna ꝓsequit: vt res p̄ciosissima cū sui pre=
conij grā iungeret. [Sicut vnguētū in capite: qđ de
scēdit in barbā barbā aaron. Qđ descendit in oram
vestimēti eius]. Incipit supioris ꝟsus per ꝯparatio
nes subtilissimas facta declaratio. Priscis em̄ tem
porib⁹ alij vngebant i reges: alij in ꝓphetas: alij in
pōtificum reuerētissimā dignitatē: qui tn̄ sil̄itudinē
ꝓnūciabāt dn̄i xp̄i: sicut ⁊ alia multa: que illis tēpo=
rib⁹ figuraliter agebant. Veniēs aūt inuisibiliter ⁊
incorꝑaliter vnct⁹ est dn̄s Christus: Ceteꝝ corꝑalit=
ter vnctus fuisse nō legit rex oīpotēs: ꝓpheta mira
bilis: pontifex etern⁹: q̄ se imaculatū ꝓ peccatorib⁹
obtulit imolādū. De isto aūt vnguēto quadragesi=
musquartus psalm⁹ dicit: Propterea vnxit te deus Ps. 44.
de⁹ tu⁹ oleo letitie pre ꝯsortibus tuis. Qđ si adhuc
euidēti⁹ queras q̄d sit istud oleū letitie: aut vnguē=
tū spūale: nō ab re est illud aduertere: qn̄ spūs sctūs
ſm lectionē euāgelicā in colūbe specie descendēs su
pra baptizatū xp̄m dn̄m mā sit: qui est caput corꝑis
ecclesie crucifixū: tertio die suscitatū: qđ ascendit in
celos ⁊ sedet ad dexterā pr̄is. Sequit: Qđ descēdit
in barbā: id est spūs sctūs: q̄ supra apl̄os iestimabili
potētie sue ꝟtute descēdit: qn̄ nationū diuersaꝝ lin=
guis sub varietate locuti sūt. Barbā siq̄dē bn̄ dici=
m⁹ apl̄os: qm̄ hec robustissime virilitatis idiciū est
⁊ fixa sub suo capite ꝑseuerat. Multis ei passionib⁹
diuino munere suꝑatis: apl̄i viros se ꝯstātissimos per
dei grām ꝓbauerūt: ſuātes etiā regulas quas a dn̄o
acceperūt: sub suo se mansisse capite mōstrauerunt.
Sed ne hāc barbā cuiusq̄ȝ hoīs fortassis aduerte=
res: addidit: Aarō: q̄ xp̄i speciē p̄ferēs: iā ip̄m i sacer=
dotio suo sub q̄dā imaginatione gestabat. Freq̄nter
em̄ noīa de ip̄o trāslatia dicim⁹: sicut Salomon: Da
uid. Sanson: ita ⁊ hic Aaron. Adiecit Qđ descen=
dit i oram vestimēti ei⁹. Ora vestimēti: dn̄i saluato=
ris significat ecclesia: qr vsq̄ȝ ad extremitates eius
descendit spirit⁹ sanctus: quādo baptizatos vsq̄ȝ in
finem seculi misericordie sue dignatiōe sanctificat.
Ipsa est ei eccl̄ia que ⁊ per tunicā illā designata est
que diuidi nō potuit tp̄e passiōis. De hac igit veste
pr̄es nr̄i spūaliter ⁊ copiosa dixerūt. Nā ioseph⁹ in

libro tertio antiqtatū titulo octauo: magnarū rerū
exide sacra patefecit: pbās qtuor colores eax: id est
byssuz: purpurā: hyacintū z coccū: elemēta mūdi rō
nabilit indicasse. Hieronymꝰ ēt ad Fabiolā scribēs
z de hac quoqz re nō destitit eē pficuus. [Sicut ros
Al. qui hermon † qd descēdit in mōtē sion]. Uenit ad aliā
laudis cōpationē: que iter sicut solet: significatiōe
DEF noiuz igētia nobis arcana patefecit. Ros ē tenuis
ac leuis pluuia: nō per guttas veniēs: sz per qsdā mi
nutissimas ptes: duritiā terrene ariditatis īfundēs.
Per hūc cūcta germinātia coalescūt: z in varios fe
tus tēperatiōis mūere pducunt. Hermō hebreū no
mē est mōtis vltra iordanē fluuiū ɔstituti: cuiꝰ inter
pretatio: sicut a pribꝰ traditū ē: significat anathema
Ros ergo mōtis istiꝰ nutriēs peccatores: q sub ana
thematis execratiōe iacuerūt: descēdit in mōtē sion
qñ ad ɔuersiōis remedium dño largiēte puenerint.
Sion em̄ significat ecclīā catholicā: que recipit gen
tes q erant sub anathematis piculo ɔstitute. Que=
ras forsitan qre dixerit: Qd descēdit: dū magis dice
re potuisset ascēdit: qm̄ ad meliora trāslatꝰ ē. Sz vsꝰ
iste cois est dicere de his q ad cognitionē aliquā tra
hēdo veniūt: Descēdit ad vitatē: dscēdit ad iustitiā:
vtiqz qsi de culmie illo supbie pueniūt ad planā lu=
cidāqz rōnē. Hoc est em̄ ros de hermon ad montem
sion descēdere: gētes de impietatis sede: ad btitudi=
nis amena trāsire. Hoc est qd z vsus pmꝰ edixerat:
Ecce qz bonū z qz iocūdū habitare fres i vnū. [Qm̄
illic mādauit dñs bñdictionē: z vitā vsqz in seclm].
Illic i mōte scilz sion: id est ecclie q fratrū adunatio
ne ɔsistit: Mādauit bñdictionē: hoc ē misit dñm sal=
uatorē: qui credētiū vita est: z btitudo ppetua. Uer
hoc mōtis nomē sepe diximꝰ celestē illā hierlz signi=
ficare: cuiꝰ z hec terrena portat imaginē. Ipsa ē em̄
que vitā ɔtinet sine fine: q gaudiū sine itermissione:
z qd oē genꝰ felicitatis excedit a suo bñficio regitur
z possidet auctore. Dicēdo em̄ Illic: vbi cōcordia si
gnificata ē ostēdit: qz discordibꝰ bñdictio nulla pre=
stat. Uides ɔgregatio illa qbꝰ similitudinibꝰ z quā=
ta admiratiōe laudata sit: vt nullꝰ dubitet igēs esse
donū: qñ ab ipso laudat qui daturꝰ est pmiū. Cōside
rādū est etiā: quēadmodū vno sensu: vna cōplexiōe
psalmꝰ iste cucurrerit. Qd schema dr hyrmos: qñ
SCHE series orōnis tenorē suū vsqz ad vltimū suat: vbi nec
psona alia: nec causa mutat: quā iā z in cētesimosex
todecimo psalmo ppter indiuisibilem textū posuis=
se dinoscimur. Conclusio.

Ostensa nobis est vnitatis vtilitas: declara=
tū qd fraternꝰ pstare possit affectꝰ.
Diligamꝰ fratrē tanqz nos: amemꝰ dñm supra nos:
vt ista dilectio primox ad illā nos pducat dñi pfe=
ctissimā charitatē. Nā qd iocūdiꝰ eē pōt: qz hic imi
tari qd i illa beata pria sūmo mūere ɔstat attribui?
Ferant hic q ibi nimis amādi sūt. Hoc monasterijs
hoc ecclesijs: hoc ciuitatibꝰ: hoc villis: hoc heremi=
tis eē pdicatū. Nullꝰ em̄ ab ista fraternitate diuidi=
tur q affectū sancte religiōis hre mōstrat. Sz nec il=
lud idiscussum relinquēdum est: qz hic pmo charitas
ponit fratrū: z post sequit diuina dilectio: dū i man=
dato primū locū teneat: Diliges dñm deū tuū ex to
to corde tuo z ex tota aia tua. Et post sequit: Et pxi
Deut. 6. mū tuū sicut teipsuz. Habet hoc ɔsuetudo docētiū:
vt p explicāda vtilitate causax aptissime ɔuertatur
ordo dictox. Dignū em̄ fuit qm̄ in his psalmis semp
ascēsus ē: vt ad summū post cūcta poneret: qd rebꝰ
omnibus prestantius esse declaratur.

Explicit expositio in psalmum. 132.

Canticum graduum. CXXXIII.

Ecce nunc bñdicite dño: oēs
serui dñi. Qui statis i domo
dñi: in atrijs domꝰ dei nostri
In noctibꝰ extollite manus
vestras in sancta: z bñdicite
dñm. Benedicat te dominꝰ
ex sion: qui fecit celum z terram.

Respiciamus oculo cordis intēto quēad=
modū vestigia summa vtutū trāsmissis
gradibus ppheta conscenderit. Illi em̄
beate fraternitati quā in vnū dixerat cō
gregandā: nūc qd supest salubriter psua
det: vt felix adunatio in laudes dñi flagrantissimo
charitatis studio cōcitet: quatenus fideles viros p=
fecta opatio ɔsequat: z hic imitent suauitatē que in
illa patria in sanctis credit mētibꝰ eē mansura. Di=
gnū est ei vt bñdictio illi psoluat: ad quē summo stu=
dio ɔstat ascēsum. Nūc de ipsiꝰ mādati vtute tractā
dū est: vt itellecta snia: vtilitatē nobis possit aperire
discussa. Preceptū est em̄: Diliges dñm deū tuū ex Mat. 22.
toto corde tuo: z ex tota aia tua: z ex tota vtute tua
z pximū tuū sicut teipsum. In his em̄ duobꝰ prece=
ptis tota lex pendet z pphete. Admirāda cōplexio
in vno capite dicere qd in scripturis sanctis possis
oibus iuenire. Nā qui deū ex toto corde: ex tota aia
ex tota virtute diligit: locū vitijs non relinquit. Ubi
em̄ intret scelus: cū deo totus occupatꝰ est animus?
Diabolꝰ enim vacātia desiderat: nudata pquirit: sz
vbi deū presentē reperit: sub magna ɔfusione disce=
dit. Ita si deū toto corde diligimꝰ eiusqz nos pote=
stati affectuosa deuotiōe ɔtradimꝰ: nec locū culpis
dare possumus: z in vijs semp rectissimis ābulamꝰ.
Uascula ipsa cū aliquo liquore plena sunt: supuenie
tiū augmēta nō capiunt: ita nos si diuina charitas
totos repleat: nō erit quo crimē introeat. Sequitur
Et pximū tuū sicut teipsuz. Proximū diligimꝰ sicut
nos ipsos cū nulli malū facimꝰ: sz oēs sicut vt nosmet=
ipsos affectione tractamus. Nullꝰ em̄ acqescit ige
niū: aut picula sibi calamitatis optare: aut dolosis
insidijs velle ɔcludi: sz ita sibi oēs pspici cupiunt vt
nullis aduersitatibꝰ appetant. Hec si i alios cōpart
volūtate suemꝰ: si q nobis ipēdi volumꝰ: fribꝰ silia fa
ciamꝰ: oē delictū: oē flagitiū: oē cessat sine dubitatio
ne peccatuz. Talesqz psens regula reddit: qles nos
celestis magister eē pcepit. Istud mādatū z bonos
angelos fortasse āplectit: q dū nobis qlia ipsi possi=
dent puenire cupiūt: ɔsortes nos eterne illiꝰ societa=
tis acquirūt. Memento pterea qz charitatis domi=
nice: hic tertius psalmꝰ est: vt ex ipso numero virtꝰ
possit sancte trinitatis agnosci. Diuisio.

Prima pte inuitat ppheta ad bñdicēdū
deū: vbi plurali numero pdictā plebē co=
gnoscit admonere. Deinde ɔuersus popu
lum singulariter benedicit: qz sancta vni=
tas deꝰ est ac vtus ecclesie. Expositio.

Ecce nunc bñdicite † dñm oēs serui domi= Al. dños
ni. Qui statis in domo dñi: in atrijs domꝰ
dei nri. In noctibꝰ extollite manus vras
in sancta: z bñdicite dñm]. Idō duos vsus Al. dño.
sic posuimꝰ: qm̄ sibi inuicem mutua cōne=

xione iũgunť: vt nobis ĩpletꝰ sensus euidẽtiꝰ appare
ret. Prımũ queramus cur ꝛ hic ꝛ in supiore psalmo:
Ecce posuerit: scilꝫ vt rebꝰ certis atq̃ pfectis: nõ so
lũ ſmo: sed etiã articularis pstareť ostẽsio. Nũc aũt
dictũ ẽ: qꝛ te tgradibus ascensis ille solꝰ laudari de
buit: qui tãta pc ssit. Prımũ enim fuit ꝙ pficienter
ascẽderat. Deide ꝯ sup hũc ascẽsum aliũ nõ habe=
bat. Tũc em̃ maiori studio pdicãdus ẽ dñs: qñ facit
sua largitate securos. Siue vt alijs placet: tps istud
significat mũdiale: qñ hic exercẽdꝰ est animꝰ: vt ibi
eternis ac ppetuis laudibꝰ occupeť. Bñdicite dñm:
significat laudate qꝛ nos illũ bñdicẽdo laudamꝰ: il=
le aũt nos bñdicẽdo scificat. Audisti ſuũ: ꝛ ne aliqd
putares abiectũ: addidit Dñi: vt de potẽtia summi
pncipis dignitas cresceret ſuiẽtis. Hoc se noie pau
Ro.1. lꝰ honorabilẽ gẽtibꝰ fecit. Sic ei epľa eiꝰ pfať: Pau=
Gal.1. lus ſuꝰ xpi. Et iteꝝ: Si hoibꝰ placere vellẽ: xpi seruꝰ
nõ essem. De moyse q̃q̃ in alio psalmo: Misit moy=
sen ſuũ suũ. Qua propť istud iã de pfectis ppꝛie dici
tur q̃ ꝛ amici sine dubio nũcupanť. Sequiť: Qui sta
tis in domo dñi: in atrijs domꝰ dei nři. Seruũ q̃dem
pus dixerat ad honorẽ: sꝫ ne icerta corda mortaliũ
hoc ad alios traherẽt qui ideuoti eẽ noscunť: dũ oẽs
dño creature ꝯditiõe subiecti sunt: addidit: Qui sta=
tis in domo dñi: id est: quoꝝ animꝰ in dño religionis
firmo vestigio pseuerat. Stare em̃ de illis dr: qui a
bono pposito facilitatis crimie nõ labunť: sicut di=
Joan.8. ctũ ẽ de diabolo q̃ archangelꝰ fuit: Et in ꝟitate non
stetit. Noiata q̃dẽ domꝰ: concludit ꝛ atria: qm̃ atriũ
ingressus ẽ mãsionis. Significat em̃ eos: siue qui iã
in penetralibꝰ sũt eccľie: siue qui in igressu eiꝰ eẽ me=
ruerũt. Diuersa em̃ loca sub vnitatis gřa hře cõstat
eccľiã. His quoq̃ dictis aliud genꝰ firmitatis adie=
cit: Dei nři. Hoc est non quẽ gẽtilitas colit: sed quẽ
ꝟa catholica religio cõfiteť. Addidit. In noctibꝰ ex
tollite manꝰ vřas in scã: ꝛ bñdicite dñm. In noctibꝰ
mũdi istiꝰ significat teterrimũ tps: qđ semp creberri
mis tribulatiõibꝰ obfucurať. In hoc ergo scľo leuã
de sunt manꝰ: vbi bona opatio dñi mereť auxilium.
Exo.17. Sic moyses q̃diu manꝰ tẽdebat: Amalech audacia
supba pmebať psagãs crucẽ btissime passionis Nã
qđ digitos extẽdebat: decalogũ fortasse significat.
Qui cũ brachia remisisset: inimici supbia despera=
ta surgebat. Et iõ bonis opibꝰ leuãde nobis sũt ma
nꝰ ad dñz: vt aduersariꝰ diabolꝰ supna maiestate vi=
cať. Sꝫ intẽde q̃d significet Extollite. i. vberiꝰ eľynã
facite. Dñs ei nõ tm̃ a nobis exigit pia ꝟba: sꝫ facta
Addidit In scã: vt eã manꝰ semiet xpiani. Nã si illã
heretici faciãt aut pagani: manꝰ eoꝝ non extolluntť
in scã: qm̃ ipaꝫ solã eľynã xps accipit: quam eiꝰ noĩ
fidelis xpianꝰ obtulerit. In quo tñ actu ne q̃s sibi ali
q̃d arroget: dñm dicit eẽ bñdicẽdũ: qñ ipse donat ꝛ
animũ miſicordẽ ꝛ substãtiã largiorẽ. Sic charita=
tẽ dñi ꝛ laudibꝰ sacris: ꝛ pia docet opatiõe ꝯplẽdã.
His pactis: respice q̃ digna retributio subsequať.
Al.tibi [Bñdicat † te dñs ex sion: q̃ fecit celũ ꝛ ťrã]. Expli=
cata ꝯmonitiõe qua dixit charitatꝭ studio i dñi lau=
dibꝰ ꝛ bonis opibꝰ pmanẽdũ: venit ad ptẽ scđam: in
qua vno ꝟsu ppľm bñdicit: q̃ in vnitatis ꝯstãtia ꝛ di
lectiõe dñi pseuerat. Priꝰ ei oĩa pluraliter dixit: nũc
aũt psalmũ sub singularitate ꝯclusit: vt qui añ fide=
les fratres i vnitate collegerat: mõ illi ppľo iam dili
gẽti dñm bñdictiõis mũera pstarenť. Qua propter
si volumꝰ eẽ bñdicti: amor nos sctẽ trinitatis ꝛ vni=
tas btẽ ꝯplectať eccľie. Et itẽde q̃ cõpetenter hunc
psalmum pfectus finis amplexus est: vt qui vsq̃ ad
hierľm celestem conscendit: benedictionez supernã
loco remunerationis acceperit. Conclusio.

Libet referre queãdmodũ vsq̃ ad supernaꝫ
hierusalem gradus isti puenerit. Prio
siquidẽ gradu: scľi designat horrorẽ: post quẽ ad vir
tutũ oĩum studia festinať. Scđo: virtꝰ diuine defensio
nis exponitur: cui nichil obuiare posse mõstrať. Ter
tio: magnum gaudiũ esse diciť: in eccľia dñi pura mẽ
te versari. Quarto: inter quaslibet angustias docet
cõstanter de dño psumẽdũ donec miseratꝰ exaudi=
at. Quito monet vt liberati periculis: nõ nobis ali=
quid: sꝫ oĩa dñi ꝟtutibꝰ applicemꝰ. Sexto: montibꝰ
solidissimis cõparať ꝯfidẽtia fidelissimi xpiani. In
septimo dr: q̃ copiosos fructus metãt in lachrimis
seminãtes. Octauo: nichil pmanere dr: qđ volũtate
ppria vnusq̃sq̃ fuerit opatꝰ: sꝫ illa tm̃ esse firmissi=
ma que auctore dño ꝯstruunť. Nono: timore dñi pro
nũciať hõ btũs fieri: ꝛ vniuersa illi pfutura cõcedi.
Decimo infũdit patiẽtiã deuotis: quã per eccľie ver
ba cõmẽdat. Vndecimo: de pfũdis penitẽs clamat
ad dñm: vt i liberãdis hoibꝰ: quãta sit diuinitatis po=
tẽtia sentiať. Duodecio: ꝟtꝰ mãsuetudis ꝛ humilita
tis ostẽdiť. Tertiodecio: scẽ icarnationis pmissio: ꝛ
dictoꝝ ꝟitas approbať. Quartodecio: fřibꝰ spũalis
adunatio pdicať: supra q̃s bñdictio dñi ꝛ eterna vita
puenire monstrať. Quintodecio: in laudibꝰ dñi pfe=
cta illa charitas excitať: supra quã nichil pt nec ma
ius dici: nec gřiosiꝰ iueniri: sic apľs testať. Deꝰ chari 1.Joan.4.
tas ẽ. Qua propť tanti miraculi iugiter ꝯsideremus
arcanũ: vt talia semp ĩspiciẽtes: mortiferos scľi vite
mus errores. Cõtinet siq̃dẽ hic numerꝰ ꝛ illđ pterea
sacřm: vt cũ q̃nq̃ sensꝰ corpei p q̃s fragilis hũanitas
ꝯhit oẽ pctm̃: trinitatis fuerit ꝟtute supati: ad q̃ntũ=
decimũ gradaliũ psalmoꝝ nos culmen educat: coq̃
fiat vt corpis ibecillitate submota: doneť victoribꝰ
pmia sem piterna. Explicit expositio i psalmũ. 133.

Alleluia. Cxxxiiij.

Laudate nomẽ dñi: laudate ſui
dñm. Qui statis in domo dñi:
in atrijs domꝰ dei nři. Lauda=
te dñm qꝛ bonꝰ dñs: psallite no
mini eius qñ suaue. Qm̃ ia=
cob elegit sibi dñs: isrľ in pos=
sessionẽ sibi. Quia ego cognoui ꝙ magnus
est dñs: ꝛ deꝰ nř pre oĩbꝰ dijs. Oĩa queců=
qꝫ voluit dñs fecit in celo ꝛ in terra: in mari
ꝛ in oĩbus abyssis. Educẽs nubes ab extre
mo terre: fulgura in pluuiã fecit. Qui pdu
cit ventos de thesauris suis: qui pcussit pri=
mogenita egypti ab hoĩe vsqꝫ ad pecꝰ. Et
misit signa ꝛ pdigia in medio tui egypte: in
pharaonez ꝛ in oẽs seruos eiꝰ. Qui pcussit
gẽtes multas: ꝛ occidit reges fortes. Seõ
regẽ ammorreoꝝ ꝛ og regẽ basan: ꝛ oĩa re=
gna chanaan. Et dedit ťrã eoꝝ hereditatẽ:
hereditatẽ isrľ ppľo suo. Dñe nomẽ tuũ i eť
nũ: dñe memoriale tuũ i gñatione ꝛ gñatio
nẽ. Quia iudicabit dñs ppľm suũ: ꝛ in ſuis
suis deprecabiť. Simulachra gẽtiũ argẽtũ

⁊ aurū: opera manuū hominū. Os habent
⁊ nō loquent: oculos habent ⁊ nō videbūt.
Aures habent ⁊ non audient: neqꝫ enim eſt
ſpiritus in ore ipſoꝝ. Similes illis fiant qui
faciūt ea: ⁊ oēs qui ꝯfidunt in eis. Domus
iſrael benedicite dn̄o: domus aaron benedi
cite dn̄o. Domus leui benedicite dn̄o: qui
timetis dn̄m benedicite dn̄o. Benedictus
dn̄s ex ſion: qui habitat in hieruſalem.

Poſt gradaliū pulcherrimā ꝯſtructionem:
que vſqꝫ ad illam ꝑuenit ſūmitatez: que in
eternum ſecuros efficit ⁊ felices: ꝯgrue ni-
mis ponit Alleluia: vt laudibus dn̄i ſancta
perfruatur eccl̄ia: cui tale munus noſcitur eſſe pre-
paratū. Quā propter ſinceris mētib⁹ alacres: Alle
luia dicere feſtinem⁹: vt illi ſancto pp̄lo per diuinā
grām miſceamur. Diuiſio.

Per totū pſalmū ꝓpheta loq̄t. Prīo igreſſu
ꝓpter nois ei⁹ potētiā: laudes dn̄o dicit
eſſe ſoluēdas: q: fecit que voluit in celo ⁊
in terra: magnalia ipſi⁹ diuerſa ꝯmemo-
rans. Scd̄o: qm̄ ꝟitatis ꝑfecta laus ē de-
ſtruere falſitatē: idoloꝝ cultores ſub irriſione redar
guit. Tertio diuerſos ordies admonet: vt dn̄z lauda
re non deſinant. Sic genus demōſtratiuum: in vtra
qꝫ parte mirabili executione cōplet.

Expoſitio.

Laudate nomē dn̄i: laudate ſerui dn̄m: Qui
ſtatis in domo dn̄i: in atrijs dom⁹ dei no-
ſtri]. Poſt p̄teritos (ſicut dictū ē) pſalmos
qb⁹ ad oīum ꝟtutū culmē diuina miſeratio
ne ꝓpheta cōſcendit: in domo dn̄i ſtantes
alloquit: vt poſt collata tā īgētia bn̄ficia laudare
nō deſināt celi terreqꝫ creatorē. Et reſpice precepta
iſta i his duob⁹ ꝟſib⁹: qua diſtictiōe creuerunt. Prīo
dixit: Laudate nomē dn̄i. Et ne q̄buſlibet hoc puta-
res iniūctū: addidit: Laudate ſerui dn̄z: id eſt q̄ ſerui ip
ſi⁹ eſtis ꝓna volūtate deuoti: ⁊ dn̄m vos hēre ſenti-
tis: quē nulla ſupſtitiōe ꝯtemnitis. Tertio dic. Qui
ſtatis in domo dn̄i: hoc ē: qui ꝑſeuerāti ⁊ ītitubabili
volūtate in ipſi⁹ ſctā credulitate cōſiſtitis. Contra
illos ſcilꝫ dictū: q̄ patiētes defectū: de collato ſubli-
to honore ceciderūt. Sequit: In atrijs dom⁹ dei nr̄i
Atriū dr̄ ampliſſime dom⁹ p̄m⁹ igreſſus: vbi ſibi ha
bitātes ꝓpt expellēdū frig⁹ focos facere noſcebant.
Et ab atri fumi nebuloſiſſimis globis appellata
atria q̄ſi atra, tradit ātiq̄tas. Et q: null⁹ ſmo vacat
qui nō aliqd̄ myſteriū ꝯtinere videat: ⁊ illos etiā di-
cit dn̄m debere laudare: q̄ in p̄mū mēbrū dom⁹ dn̄i
vident ingreſſi. [Laudate dn̄m † qm̄ benignus eſt
Al. q: bo-nus dn̄s: pſallite noi ei⁹: qm̄ † ſuauis ē]. Cōſidera q̄ lau
date tertio poſuit: vt per laudis ſirem q̄litatē ſancte
Al. ſuaue trinitatis indiuiſibilē nobis oſtēderet vnitatē. Lau
dis em̄ dn̄ice vſqꝫ ad diuiſionē poſitā multiplex cau
ſa narrat. Nā cū ſint oīa valde bona que fecit: cuius
ipſe ſit bonitatis aduertit: a quo talia manaſſe noſcū
tur. Addidit quoqꝫ Suauis: vt nō ſolū benignū: ſed
Ps. 33. ⁊ dulcem eſſe ſentires. Sic em̄ ⁊ alibi dicit: Guſtate
⁊ videte: qm̄ ſuauis ē dn̄s. Pſallite ꝟo dū ponit: ad
bonas corꝑis oꝑationes refert: vt in hac mūdi ꝯuer
ſatione dn̄m videamur de noſtra ꝓbitate laudare.
[Qm̄ iacob elegit ſibi dn̄s: iſrael ī poſſeſſionē ſibi].
Et hic ꝟſus adhuc ad illā ꝑtē ꝑtinet: cur dn̄s debeat
p̄dicari. Nōnullos aūt titillare cognoſcit: q̄re nō ſit
hic abraā poſit⁹ cui p̄mū hec poſſeſſio a dn̄o ꝓmiſſa
declarat. Sꝫ abrae vocabulū nō hoc videbat ſigni-
ficare: qd̄ de iſto noīe potuiſſet aduerti. Jacob ſiq̄dē
ſupplātatorē īterp̄tari ſepe iā dictuꝫ eſt: q̄ bn̄dictio-
nē fraternā glorioſa nimis cupiditate p̄ripuit. Qd̄ ad
euocatā vniuerſitatē gētiū cōpetēter aptat: que ad
uētū dn̄i ſaluatoris ad ſe credulitate trahēs: ſynago
ge munera ꝓmiſſa ꝑcēpit: ⁊ p̄orē pp̄lm religioſa fe-
ſtinatione ſupauit. Sꝫ poſt illā ꝑtriarche myſticā lu-
ctā: quā iacob cū āgelo ꝯſtāter exercuit: ipſe quoqꝫ
iſrl̄ appellari meruit: q̄ tāte ꝯcertationis fixa mente
pōdera tolerauit. Iſrl̄ aūt īterp̄tat vir vidēs deum [illegible]
qd̄ ad illā ꝑtinet ſignificationē quā dn̄s poſſidet in
beatis. Elegit itaqꝫ iacob: dū eccl̄ie pp̄luꝫ diuerſaꝝ
gētiū ꝯgregatiōe ſubunauit. Poſſidet iſrl̄: qn̄ in illa
beatoꝝ reſurrectione ipſe in oībus ꝓbat habitare.
[Quia ego cognoui q̄ magn⁹ eſt dn̄s: ⁊ deus noſter
pre oīb⁹ dijs]. Ois relatio certa reddit: qn̄ is qui re
fert qd̄ dicit ſe probaſſe teſtat. Atqꝫ id̄o cognouiſſe ſe
dicit ꝓpheta qd̄ p̄dicat: nō aliq̄ viſiōe carnali ſꝫ i illa
altitudie ſcīe poſit⁹: ibi magnū ꝯtēplat⁹ ē dn̄m. Uide
bat em̄ vir ſanctiſſim⁹ maieſtatem illam mirabilem
cūctis poteſtatib⁹ ⁊ celoꝝ ꝟtutib⁹ imꝑantē: ⁊ necel-
ſe fuit vt diceret: Quia cognoui q̄ magn⁹ eſt dn̄s: ⁊
de⁹ nr̄ pre oīb⁹ dijs: nō q: p̄ter ip̄m aliq̄s de⁹ ē: ſicut
in alio pſalmo legit: Qm̄ q̄s de⁹ p̄ter dn̄z: aut q̄s de⁹ Ps. 17.
p̄ter deū nr̄m: ſꝫ q: ꝑtātib⁹ diuerſis hoc nomē abuſi
ue ꝯſtat ipoſitū: ſicut i exodo legit: Cōſtitui te deum Exo. 7.
pharaōis. Et ap̄ls dicit: Nā ⁊ ſi ſūt q̄ dicant dij: ſiue
i celo ſiue i terra: ſicut ſūt dij multi ⁊ dn̄i multi: nobis 1. Cor. 8.
tn̄ vn⁹ de⁹ pr̄: ex quo oīa: ⁊ vn⁹ dn̄s Jeſus xp̄s: ꝑ quē
oīa: ⁊ nos ꝑ ip̄m. Un̄ merito pre oībus dijs magnus
dr̄ de⁹ a quo cūcta creata ſūt. [Oia quecūqꝫ voluit
domin⁹ fecit in celo ⁊ in t̄ra: in mari ⁊ in † abyſſis]. Al. oībus.
Poſt illa que ſupi⁹ dixit: in altū ſe tēdit vera nimis
⁊ excelſa predicatio. Qd̄ ſchema dr̄ Epiphonema: SCHE
id eſt: poſt narratas res creſcēs ad maiora ſnīa. Nā
q̄uis ſint inenarrabilia oꝑa dn̄i: totuſqꝫ mūdus re-
ferre nō p̄ualeat qd̄ operat in mūdo: hic tn̄ vniuerſa
ſtupenda breuitate cōcluſa ſunt: omnia deū feciſſe
que voluit in celo ⁊ in terra: in mari ⁊ in abyſſis: vt
⁊ creata que vides eius volūtate facta eſſe cogno-
ſceres: ⁊ illa que humanis nequeūt ꝯſpectib⁹ appa-
rere: ipſi⁹ potētia ꝯtineri poſſe ſentires. Celū: poſitū
eſt ꝓ cūctis celeſtib⁹. Terra ꝓ oīb⁹ que in humo gi-
gnunt. Mare cōmemoratū dicam⁹ pro iſtis ſinibus
quos cōmeātiū diſcurſus iuiſitat. Abyſſus ꝟo occeā
nū deſignat: qui ⁊ nobis ignot⁹: ⁊ vt q̄dā referūt: al
titudie magna ꝓfund⁹ eſt. In his aūt oībus volun
tas dn̄i ſine aliq̄ dubitatiōe ꝯplet. Quid aūt fecerit
dn̄s: ſubſequēter enarrat. [† Educens nubes ab ex Al. ꝓdu-cens.
tremo terre: fulgura i pluuiā fecit. Qui producit vē-
tos de theſauris ſuis]. Hoc ſi ad lr̄am itēdas: ſecre
ta nature dn̄i teſtat adminiſtratione compleri. Sed
qm̄ de hebreo pp̄lo dicit inferius: cōuenit hoc quoqꝫ
hoīb⁹ applicare. Eduxit nubes ab extremo terre: q̄n
ꝓphetas ab humili ꝓpoſito ad p̄dicatiōis fecit fa-
ſtigia ꝑuenire. Qui merito nubibus comparant: qm̄
ibre ſui eloquij a futuri iudicij nos calore defendūt
dum aīabus noſtris ꝓfutura depromūt. Nubes em̄
ſicut frequēter dictū eſt: ꝓphetas accipi debere ſcri
ptura teſtat dicēs: Mādabo nubib⁹ meis: ne pluant Iſa. 5.
ſup eam pluuiā. Sequit: Fulgura in pluuiam fecit.
Predicatiōes itaqꝫ ꝓphetarum fulgura ſunt: cum

ꝑcutiūt inimicos. Pluuie: cū deuotos a peccatis di-
luūt: ⁊ imbrē eis salutis īfundūt: vñ spirituales ger-
minēt fructus: ⁊ in maturam messez dño p̄stante coa
lescāt. Addidit: Qui ꝓducit vētos de thesauris su-
is. Uentos nō iprobe ponimꝰ aplos: quoꝝ p̄dicatio
totū mūdū tanq̄ ventus celerrimus ꝑcucurrit. De
Ps. 7. qbꝰ alio loco scriptū est: Sagittas suas ardentibus
effecit. Nā ipsis quoq̄ vētis: penne pro discursus ce
Ps. 17. leritate tribuunt. Ait em̄: Et ascendit super cheru-
bin ⁊ volauit: volauit sup pēnas ventoꝝ. Subnectit
De thesauris suis: vñ reuera spūales poterant ꝓdi-
re diuitie. Et nota: ꝙ ꝑ hos octo v̄sus diuersis mo-
dis augmēto quodā laudis: magnalia dñi dulcissi-
SCHE ma varietate describit. Qd schema dicit Auxesis:
latie augmētū: qm̄ ꝑ certos gradus semper ascēdit
Qua ꝓpt explanationē sensuū nō piget frequēter
iterare: quādo ip̄a quoq̄ auctoritas sine fastidio ea
dē mōstrat assumere. [Qui ꝑcussit p̄mogenita egy-
pti: ab hoie vsq̄ ad pecꝰ]. Ista miracula frequēter
ad itelligendū dñi ꝑotētiā repetit sermo ꝓpheticꝰ
vt aduertamꝰ nō casualiter facta: sed i magnā intel
ligētiā sequentis etatis fuisse p̄missa. Nā si ꝯsidere
mus altiꝰ ⁊ hodie talia fiunt. Egyptus hic mundus
est: qui diuersis cladibꝰ affligit populū christianum
sed dñi v̄tute potētiaq̄ terret. Egyptꝰ aūt significat
afflictionem: qui nō aliter dimittit aias fideles: nisi
in ipso duris laboribꝰ ingrauent. Primogenita em̄
mundi q̄si egypti percutit: qñ natos hoies i origina
li peccato potētie sue inspiratiōe correxerit. Ab ho
mine vsq̄ ad pecus: id est a prudētioribꝰ huiꝰ seculi:
vsq̄ ad mansuetos ⁊ simplices viros. Omnes enim
nisi per grām dñi liberent: a diabolo velut Pharao-
Al. Et nis impia dominatiōe deprimunt. [† Misit signa ⁊
prodigia in medio tui egypte: in pharaonē ⁊ in oēs
seruos eiꝰ]. Misit signa ⁊ ꝓdigia: qñ in passiōe ipsiꝰ
terra ꝯtremuit: saxa dirupta sunt: ⁊ multi sanctorū
ad ciuitatē dñi superata mortis lege venerūt: qd in
DEF. medio mundi: id est palam atq̄ visibiliter euenisse
manifestum est. Signū est enim res preter speciem
quā ingerit sensibus nostris: aliud aliqd ex se faciēs
in cogitationem venire: sicut vestigio viso: transisse
ETY aial cuiꝰ vestigiū est cogitamus. Dictū est v̄o signū
ab eo qd significet. Prodigia q̄si porro digia: id ē lō
ge predicentia. Hoc ⁊ hodie facit: qñ aias fideles
INTER per aliqua premissa signa cōuertit. Pharao iterpre
tat dissipatio. Et cui aptiꝰ dabit: nisi diabolo qui hu
manū genus crudeli voto ꝑsequit? In oēs suos eiꝰ:
hoies significat: qui ipsius volūtatibus obsecundāt
Illiꝰ enim famuli dicimur: cui ꝯsentanea mente ser
uimꝰ. Et ideo diabolus cuz ministris submergit: qñ
fonte salutari christianꝰ ppl's a nefando errore libe
rat. [Qui ꝑcussit gētes multas: ⁊ occidit reges for-
tes.] Gentes: dicit vitioꝝ noxias cateruas: que nos
intus velut barbare nationes semꝑ affligunt. Has
ꝑcussas dicit: qñ satisfactione penitētiū vulnerant.
Nā qd nobis salus: illis vulnus est. Occidit etiā in
nobis reges fortes: cū spūs imūdos peccatoꝝ labe
dominātes: emūdatiōe delictoꝝ reddit extraneos.
Qui merito i volūtate sua dicunt occisi: quia nos ex
tinguere minime valuerūt. [Seon regē ammorreo-
Al. nō hēt. rū ⁊ og regē basan: ⁊ oia regna chanaan† occidit].
Cū multos reges filij israel dño fauēte ꝓstrauerint
hic duo tm̄ mēorant: scilz vt per interp̄tationē istoꝝ
INTER nominū: ad illā significātiam duceremur que hodie
in nobis agitur. Seon interpretat tentatio colorum

Ammorrei amaricantes designat. Amara siqdē vi
tia sunt: que nos ab illa beatitudine iocūdissima de
ducūt. Hec habent diabolū regē: qui est tentatio co
loꝝ: qñ se trāsformat in angelū lucis: vt per colorem
atq̄ speciē bonitatis deuotoꝝ animas assidua ten- 2. Cor. 11.
tatiōe subuertat. Ista diuinitas in nobis occidit: qñ
fidelium mentes a tali seruitute liberauerit. Sequit
Et og regē basan. Og ꝯclusio dicit. Basan cōfusio.
Merito ergo ꝯfusionis rex: ꝯclusio ꝓhibet. Diabo- INTER
lus enim qñ nobis iter illud salutare ꝯcludit: in con-
fusione nos nefanda derelinquit: in qua ille teterri-
mus regnat. Uñ ⁊ ciuitas eius babylonia dicit: que
idem cōfusio noiat. Sed hec oia v̄tus dina destruit
qñ nos ad misericordie sue dona perducit. Addidit:
Et oia regna chanaan occidit. Chanaan: iterpretat INTER
humiliatio: sed nō illa que ꝑducit ad dñm. Nā ⁊ illi
humiliati dicunt: q de honore sancto decidūt: ⁊ pes-
sima ꝯuersatiōe mergunt: sicut in alio psalmo dicit:
Et humiliauit calumniatorē. Nā si humiliatio ⁊ ad Ps. 71.
penā minime ꝑtineret: nō legeret Qui se exaltat hu Mat. 25.
miliabit. Quapropter hanc humiliationē que i ma
lo intelligenda est: ille solus occidit qui crucem pro
oium salute suscepit. [Et dedit terrā eorū heredita
tē: hereditatē israel pplo suo]. Uersus iste declarat
priora illa nō ad lrāz debere suscipi: sed spūali expo
sitiōe sentiri. Nā terra ꝓmissionis israelitico pplo
nō est hereditas data: qꝛ eā suis offensionibus ami-
serūt: sed sub illoꝝ prefiguratione terra repromissio
nis dat sine dubio christianis: quā eternā post possi-
deant. Nā vt istā deberes aduertere: repetit: Here- INTER
ditatē israel pplo suo. Israel em̄ iterpretat (sicut se-
pe iā dictū est) vir vidēs deū. Populo suo: vtiq̄ chri-
stiano: qui eius merebit dici: cū p̄cepta ipsius salu-
tari deuotione seruauerit. [Dñe nomen tuū in eter-
nū: dñe memoriale tuū in † seculū seculi]. Post bene
ficia dñi: laus digna cōsequit. Dicit em̄: Dñe nomen Al. gnātio
tuū in eternuz: q̄si optemꝰ illi qd non est: aut per no- ne ⁊ gene-
stra vota ꝑficiat. Sed vsus iste mortaliū est: optare rationem
deo qd aliter euenire nefas putet. Sic enim dicimꝰ:
Sanctificet nomen tuū: qd vtiq̄ sanctum est. Adue Mat. 6.
niat regnū tuū: cuiꝰ regnū sine dubitatione ventu-
rū est. Sed ista talia cū dicimus: nostrū velle decla-
ramus. Precat ergo vt in humano genere semꝑ no
men eiꝰ debeat ꝑmanere: q̄tenus ab aduētu christi
ꝑenniter dici debeant vtiq̄ christiani. Sequit: Dñe
memoriale tuuz in seculū seculi. Memoriale dñi est:
quicq̄d in scripturis sanctis cōmonitione saluberri-
ma cōtinet. Hoc semꝑ in nobis ꝑmanet: cū fidelissi-
ma deuotiōe seruat: sicut scriptū est: Celum ⁊ terra Mat. 24.
transibunt: v̄ba aūt mea nō preteribunt. Seculū v̄o
seculi: sicut sepe dictū est: diē significat sempiternū.
[Quia iudicauit dñs populū suū: ⁊ i seruis suis † cō Al. depre-
solabit]. Premisse laudis causa narratur: quia iudi cabitur.
cauit populū suū: hebreū scilicet: cui p̄stitit magna
miracula: cui prophetas suos ne peccaret attribuit
ad quē ipsum quoq̄ filiū misit: vt eius tandē aliquā
do scelerata duritia solueret. Sed qꝛ destabili ob-
stinatione duratus est: iudicauit cū vtiq̄: qꝛ noluit
esse ipsius: quē de cunctis nationibus elegerat possi
dendū. Cui dicit: Audi ppl's meꝰ ⁊ loquar. Et alibi: Michee. 6.
Popule meus quid feci tibi. Istos ergo iudicauit.
De fidelibus aūt audi quid sequit: Et in seruis suis
consolabit: vtiq̄ dū illis p̄mia ꝓmissa restituet: qui
hic ꝓpter nomen eiꝰ laboriosa cōtētiōe vexati sunt
de quibus scriptū est: Beati qui lugēt: quoniaz ipsi Mat. 5.

Joan.3. cōsolabunt. Sic em̄ ⁊ alibi de ipsis dicit: Qui credit
in me nō iudicabit: sed trāsiet de morte ad vitā: qui
aūt nō credit iaz iudicatus est. Uides quid pfecerit
gradatio illa quā diximus: vt enumeratis magnalibus
dñi: vsq ad eius venerit sanctū tremēdūq iudiciū.
Nūc alterius partis dicta reqram9. [Simulachra
gentiū argentū ⁊ aurū: opera manuū hoīum]. Post
q se dñi laudib9 sufficiēter expleuit: secūdo ingressu
ppheticus sermo cōuertit ad errorē gentiū destruen
SLDE dū. Que figura apd grāmaticos dicit Sarcasmos:
id est hostilis irrisio: que vsq ad palmā penetrat: cū
manifesta veritate cōuincit. Quapropter simulachra
gētiū ritusq deridet: ne aurea signa deosq colat ar
gēteos: ⁊ putet homini pstare qd cepit ab hoīe. Qto
melius cōsulūt si elisa frangant. Tūc vere aliqd psūt
si ad pecunias trāslata descendunt. Quocirca de9
ipsorū nō exaudit integer: sed pstat poti9 iminut9. Et
pside ra qm̄ per spēs diuersarū definitionū pulcher-
rim9 dictorū ordo descēdit. Hic em̄ designant simu
lachra per illud vñ sunt: id est: aurū ⁊ argētū: metal-
lorū scilz qlitate formata. [Os hñt ⁊ nō loquent: ocu
los hñt ⁊ nō videbūt. Aures hñt ⁊ nō audient: na-
res hñt ⁊ nō odorabūt. Man9 hñt ⁊ nō palpabunt:
pedes hñt ⁊ nō ābulabūt: non clamabūt in gutture
Al. nō hēt suo † neq ei ē spūs i ore ipsorū]. Uenit etiā ad alias
spēs definitionū: simulachra significās atq deter-
minās: p id qd iplere nō possunt. Dicit eī: Os habēt
⁊ nō loquentur. Quid pdest os qd nō loquit? Quid
oculus qui nō videt? Quid auris q nō audit? Quid
nares que nō odorant? Quid man9 que nō palpāt?
Quid pedes qui non mouent? Uocabula sunt enim
vana nō officia: pfutura noīa sine reb9: psumptio ca
duca nō veritas firma. Quid hoīes in vestro exitio no
xia deliramēta pquiritis? Cur que vos destruant fa
bricatis? Qto dignius vt auctori vestro subdamini
⁊ desinatis errorē colere quē fecistis? Uñ hieremias
ppheta in epistola sua iudeos cōmonēs dicit: Nam
lingue eorū polite a fabro: ipsa aūt inaurata ⁊ iargē
tata: falsa sūt ⁊ nō pñt loq. Et iterū: Bestie meliores
sunt illis q pñt fugere sub tectū: aut pdesse sibi. In
tēde aūt qd istis versibus: ⁊ i centesimodecimotertio
psalmo abunde gentium simulachra derisa sint: vt
quos pma cōmonitio nō correxisset: repetita denuo
verecūdia pmoueret. [Similes illis fiāt qui faciūt
ea: ⁊ oēs qui cōfidūt i eis]. Post irrisaz gentiliū nu-
minū falsitatē: sñia digna plata est: vt collatis sensi
bus careāt: qui deos isensatos sibimet effecerūt: Cō
ueniūt talibus psonis reuera que dicta sunt. Omni
em̄ rōne deseritur: omni prudentia vacuat: qui vsq
ad hoc puenit: vt nō pfutura sed sua poti9 colere vi
deat exitia. Et ituere qm̄ fabricatores ⁊ cultores ido
lorū pplectit vna damnatio. [Domus israel bñdici-
Al. dño. te † dñm: domus aaron bñdicite † dñm. Dom9 leui
Al. dño bñdicite † dñm: qui timetis dñm benedicite † dñz].
Al. dño Postq gentiliū simulachra derisit: in tertio igressu
Al. dño. laudes dñicas sanctorū dicit ore celebrādas. Sed in
his duob9 versibus per officia diuersa discurrens ad
monet: vt vero dño laus fideliū debeat psonare. In
israel generaliter oīs ponit iustus: qui diuina cōtē-
platiōe gratulatur: quos postea numerat speciatiz.
In aaron est sacerdos. In leui reliq ministri. Ad po
stremū qui dño in qlibet pbabili pueratione famu
lant. Sic oīs populus per diuersas ptes deuot9: do
minū laudare pcipit. [Benedictus dñs ex sion: qui
habitat in hierusalē]. Laudes dñi superi9 alijs cele
brare precepit: nūc exemplo boni magistri: ipse quo
q quod admonebat impleuit. Dicit em̄: Bñdictus
dñs. Et quem dominum dixerat euidenter designat
regem scilicet christum: qui ex sion: id est ecclesiam
suam sancta incarnatione visitauit. Ipse est qui ha
bitat i hierusalē: q diuersorū sctōrū pgregatiōe pstruit
⁊ regis sui psentia etna felicitate letat. Conclusio.

Mirabilis psalmus ad deuotissimos po-
pulos instruendos. Nichil eniz
post tan abñficia reddere possumus: nisi vt sicut in
principijs dictum est: dominum nostrum trina con-
fessione predicemus. Laudemus patrē: laudem9 fi-
lium: laudemus spiritum sanctū: vnū atq omnipo-
tentem deum: vt sicut non est in illa natura distātia
ita non sit in ipsa laude diuersitas. Hec est reuera
laus que nos reficit: hoc pabulum quo anima deuo
ta saginatur. Ipsa est eni remuneratio nostra que
⁊ operationū qua tm̄ reficimur vt nulla delectatio
fidis esse videat. Predicemus itaq modo: vt eum in
eternū cum angelis laudare mereamur. Sed ipse
hic donet votum: qui ibi collaturus est premium.

Explicit expositio in psalmum. 134.

Alleluya. cxxxv.

Confitemini dño qm̄ bon9: qm̄
in seculum misericordia eius.
Confitemini deo deorū: qm̄ in
eternum misericordia eius. Cō
fitemini dño dñorum: qm̄ Qui
facit mirabilia magna sol9: quo
niam. Qui fecit celos in intellectu: quoniā.
Qui firmauit terram super aquas: quoniā.
Qui fecit luminaria magna: quoniam. So
lem in potestatem diei: quoniam. Lunam ⁊
stellas in potestatem noctis: quoniaz. Qui
percussit egyptū cum primogenitis eoruz:
quoniam. Qui eduxit israel de medio eorū:
quoniam. In manu potenti ⁊ brachio ex-
celso: quoniam. Qui diuisit mare rubrum
in diuisiones: quoniaz. Et eduxit israel per
medium eius: quoniam. Et excussit pharao
nē ⁊ virtutem eius in mari rubro: quoniam
Qui trāsduxit populū suum per desertum:
quoniā. Qui percussit reges magnos: qm̄.
Et occidit reges fortes: quoniā. Seon re-
gem amorreorū: quoniam. Et og regem
basan: quoniam. Et dedit terram eorū he-
reditatem: quoniā. Hereditatem israel ser-
uo suo: quoniaz. Quia in humilitate nostra
memor fuit nostri: quoniā. Et redemit nos
ab inimicis nostris: quoniam. Qui dat escā
omni carni: quoniam. Cōfitemini deo celi:
quoniam. Confitemini domino dominorū:
quoniam in eternum misericordia eius.

Tertio nobis Alleluia dicēdū est: gratia qui
dē semp nouum: sed pcedētibus expositio
nibus oīno notissimū. Hinc psalm9 subie-
ctus est: qui simili verborū assonatione can-
tat. diuersas em̄ res inchoat: sed in vnam

cõueniẽtiã vociferatiõis exultat. Cui⁹ ꝟs⁹ vnifines
nõ improbe dicim⁹ vocitãdos: sicut i. 117. psalmo iã
diximus: vbi q̃tuor ꝟsus simili sentẽtia terminantur.
Quinq̃ ⁊ eñ dicit: ad misericordiam dñi referẽ: sine
qua subsistere nullaten⁹ p̃ualem⁹. Merito ergo sepi
us ipa repetit: q̃ oĩa in nobis idulgẽtissimis muneri
bus opat̃. Nã si causã tãti secreti discutias: clemẽ=
tia ẽ dñi oẽ qd viuim⁹: misericordia qd valem⁹. Qua
propter nec ab ore nr̃o debet nec a corde discedere:
q̃ten⁹ ⁊ ipa nos dignet̃ iugi tuitiõe seruare. Hoc imi
tati poete: assona carminũ flosculã ꝯdiderũt: supna
rũ ꝟtutũ sonos ad mũdana studia trãsferẽtes. Sed
qm̃ vniuersi psalmi multifarias videnẽ ꝯtinere ꝟtu=
tes: iste pfectã vitã non iprobe iudicabit̃ declarare
iustoꝝ: q̃ mãdata dñi salutariter auspicãtes in mise
ricordia ei⁹ iugiter pseuerant. Unde aio recolamus
has similitudĩes ꝟsuum: ⁊ in. 8. 23. 41. 45. 48. 56. 66.
102. 103. 106. psalmis diuersas nobis subtilr̃ idicasse
ꝟtutes: sicut locis eoꝝ ꝯstat expositũ. Cui⁹ aũt vir=
tutis presens psalmus esse noscatur: plenius in ei⁹
conclusione dicemus. Diuisio.

Per vniuersum psalmũ ꝓpheta loquitur
qui q̃uis totus velut celeste canistrũ de=
coris repetitionib⁹ q̃si aureis regulis vi=
deat̃ itext⁹: vnde spiritualia bona tanq̃
dulcia poma ꝯuiuis ecclesiasticis offerã=
tur: tamẽ in illis capitaneis ꝟsibus qui varie dicunẽ
Prima parte magnificẽtia dñi exponit̃: ⁊ toti⁹ orbis
ꝯditio declarat̃. Scdã pte miracula referunt̃: q̃ fe=
cerit in egypto ⁊ in gẽte iudeoꝝ. Tertia descẽdit ad
christianos: beneficia domini consequenter enume=
rans: vt per hanc repetitionẽ vnum auctorem reꝝ
omnium esse cognosceres. Expositio.

Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in seculum
misericordia eius]. Diximus per capita
ꝟsuum inesse pulcherrimã varietatem: in
fine aũt ꝯsimilẽ repetitionẽ: ⁊ ideo capita
tm̃ ꝟsuũ exponẽda sunt: fines aũt eoꝝ qui
vno tenore repetuntur: semel tm̃ declarasse sufficiat.
Hoc tamẽ mẽte ꝯdẽduz est: qd ad cũctas opas que
dicunẽ iferi⁹ dñi misericordia sit ꝯpetẽter adiũcta.
Cõfessionẽ sepe dixim⁹ ⁊ ad laudes dñi ⁊ ad deplo=
rãda pctã cõiter ptinere. Hic aũt non vnũ ex duobus
sed vtrũq̃ accipiẽdũ ẽ. Docet ei beatos viros ⁊ lau
des dño iugit̃ dicere: ⁊ p̃terita peccata deflere. Sic
eñ iustos itelligim⁹: si ꝯuersi a malo illa damnent: q̃
aliq̃n gesserunt: sicut apl̃s Paulus de preteritis ait
1. Cor. 15 Nõ suz dign⁹ vocari apl̃s: q2 psecut⁹ suz ecclesiã dei
Sequit̃: Q̃ñ bon⁹: q̃ ⁊ laudes suas clemẽter audi=
at: ⁊ supplicãtib⁹ miserat⁹ indulgeat. Addidit: Qm̃
in seculũ misericordia ei⁹. In seculũ: scilicet in ppe=
tuũ dicit: qm̃ misericordia ipsi⁹ eternũ occupat tp̃s.
Hic p̃stat vt recreet: pcit vt corrigat: ibi misericordi
am bonis tribuit vt coronet. [Cõfitemini deo deoꝝ.
Al. eternũ qm̃ in † seculũ misericordia eius]. Supiore psalmo
corda gẽtiliũ: simulachroꝝ suoꝝ irrisiõe quassauit:
Nũc aũt quãt⁹ q̃lisq̃ sit oĩpotens dñs predicatione
verissime maiestatis ostẽdit: vt nõ solũ deus credat̃
q̃lis aut angel⁹ dicit̃: aut ꝟtutum homo sepe memo
rat̃: sed deus ille deoꝝ est cui nullus similis inuenit̃.
De⁹ q̃ppe ꝓpter honoris excellẽtiã põt ⁊ creatura
Ps. 81. dici. Lectũ ẽ ei i i. 81. psalmo: Ego dixi dij estis: ⁊ fi=
Exo. 7. lij excelsi oẽs. Et in exodo: Deũ te posui Pharaoni.
De⁹ aũt deoꝝ nõ põt nisi sola sancta trinitas nũcu=
pari. [Cõfitemini dño dñoꝝ qm̃ in seculũ misericor

dia ei⁹]. Supiori snĩe siilis est ⁊ ista locutio. Sic eñ
dr̃ dñs dñoꝝ / queadmodum deus deorũ. Nã ⁊ dños
sanctos dicim⁹ angelos: sed dñs dñorũ ille solus est
cui cũcta deseruiunt. Ipse etiã sanct⁹ sanctorũ: ipse
rex regũ: ⁊ oium potestatũ ieffabiliter culmen excel
sum. Quis ei dubitet sup oĩa esse qui ⁊ creare oĩa ⁊
vniuersa p̃ualet ꝯtinere? [Qui † fecit mirabilia ma Al. facit.
gna solus: qm̃ in seculũ misericordia ei⁹]. Sicut i il=
lis trib⁹ ꝟsib⁹ supra positũ est Confitemini: ita ⁊ per
hos oẽs ꝟsus qui variant̃ vsq̃ ad finẽ: ꝯfitemini sub
audiẽdũ est. Que figura dr̃ Apochinu: id est a cõi: vt SLHE
nobis plena possit ꝯstare snĩa: maxie qñ ⁊ in hac siĩi
tudine desinit psalm⁹. Dicit̃ itaq̃ fecisse mirabilia
magna solus: q̃si nõ ⁊ per ãgelos ⁊ per apl̃os suos
suos diuersarũ ꝟtutũ signa mõstrauerit. Sz hic me
morat̃ fecisse solus: vbi ꝟbo suo ꝯditiões rerũ fabri
casse mõstrat̃: qñ ipsa misteria eũ creasse nõ dubiuz
est. Sic ei sentiẽdũ sequẽtia declarãt. [Qui fecit ce
los in itellectu: qm̃ in seculũ misericordia ei⁹]. Usq̃
ad finẽ psalmi: laus deꝓmit̃ p narrationẽ p̃conia
lem. Narratio ẽ eñ rerũ gestarũ collecta expositio DEF
Dñi aũt res gestas narrare: laudare est. Ip̃z ẽ ergo
qd supi⁹ dixit: Qui fecit mirabilia magna solus: qm̃
hec nõ per creaturas: sed sola ꝟtute sue diuinitatis
operat⁹ ẽ. Nã qd dic̃: Celos i intellectu fecit: potẽtiã
ipsaz dispositiõis exp̃ssit. Ille eñ nõ facit aliq̃ vidẽ=
do: nec aliorũ fabricas emulãdo: sed q̃cq̃d in itelle=
ctu sue maiestatis disposuit: hoc ⁊ ad effectũ momen
tanea opatiõe pducit. Perfectio eñ rerum volũtas
ipsi⁹ ẽ: nec morã recipit qd ille decreuerit. Sic ei in
supiore psalmo dictũ ẽ. Oĩa quecũq̃ voluit dñs fe= Ps. 134.
cit i celo ⁊ in t̃ra. In itellectu ergo celos fecit: q2 nul
la ꝯfusiõe: nulla iordinatiõe: nulla iformitate creati
sunt: sed distincti atq̃ ꝯpositi creatoris sui voluntate
pagunt̃. Nec moueat q̃ celos plurali numero nũcu
pauit: qñ ⁊ alibi legit̃: Laudate eũ celi celorũ. Et qd Ps. 147.
apl̃s ait: Rapt⁹ suz vsq̃ ad tertiũ celuz. Qua ꝓpt̃ 2. Cor. 12.
definire nobis nõ licet quãti sint: qd in scripturis sa
cris nõ legit̃ explicatũ. [Qui firmauit t̃rã sup aq̃s:
qm̃ in seculũ misericordia ei⁹]. Postq̃ de celis dixit
ꝯsequẽs fuit vt de terra quoq̃ loqueret̃. Nã ⁊ hanc
fecit in itellectu. Ipse ẽ eñ itellect⁹ qui cũcta com=
plexus est: ⁊ p potẽtiã sue dispositionis ipleuit. Sz
pquiram⁹ cur hic dixerit terrã positã sup aquas: cũ
dicat iob. Qui suspendit t̃rã i nichili. Et alibi: Qui Job. 26.
suspẽdit trib⁹ digitis molẽ terre: qd nomẽ ẽ ei? Sed Isa. 40.
neutrũ sibi noscit̃ esse ꝯtriũ: qm̃ terram dicere potuit
sup aquas esse: etiã cũ multo spacio distare videret̃
Sic eñ ⁊ celũ dicim⁹ supra nos: dũ tñ aeris magna
spacia iteresse noscant̃. Siue vt alijs videtur Sup
aquã: iuxta aquã intelligẽdũ ẽ. Naz hodieq̃ dicim⁹
ciuitatẽ supra mare positã: cuz nõ in mari sed iuxta
mare sit ꝯstituta. Uel certe sp̃ualiter accipiẽduz est:
q2 sup aquã sacri baptismatis terra nr̃a: id est corp⁹
reficit̃: dũ religiõis stabilitate format̃. [Qui fecit lu=
minaria magna † solus: qm̃ in seculum misericordia Al. nõ hẽt
ei⁹]. Quãuis ad lr̃am lumiaria celi astra videant̃ in
telligi: ꝯuenit tñ vt ea paulo altius inq̃ramus: Ma=
gna luminaria: forte significat ãgelos: potestates:
thronos: dñationes: qui pietate sanctissima celesti
lumie radiant̃. Dicẽdo eñ: Magna oĩbus videntur
anteposita que corpaliter lucẽt. [Solẽ in potesta=
tẽ diei: qm̃ in seculũ misericordia ei⁹]. Potestas est
diei: solis aduẽtus: q2 per eum omnis visibilis crea
tura declaratur. Usus ẽ enim diuinarũ scripturarũ

Joan. i. huiusmodi sermōe loqui: sicut ait alibi. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Spiritualiter aūt potest intelligi: qm̄ sanctis suis solē sapiētie miseratus infundit: vt illa videāt que ad ipsius pertinere certum est iussiones. [Lunam ꝛ stellas in potestatē noctis: qm̄ in seculum misericordia eius]. Audite astrologi: qui summā rerum stellarū administrationibus datis: lunam et stellas in potestate noctium fuisse cōcessas. Nunquid ad iperiū nō ad obsequiū ista sunt cōdita? Nam quid creator ageret: si vitas hoim stellis trāsigere ꝓmisisset? Merito vos repudiāt ipsi quoqꝫ philosophi: qui tantā potestatē visibilibus rebus inesse dicitis: vt arbitriū tollatis auctori. Nobis autem ex his alter spūalis sensus aperit. Lunā forsitan ecclesiā debem9 accipere. Stellas diuersos eius ordines sanctitate pollētes: vt sunt episcopi/ presbyteri/ diaconi/ subdiaconi: ꝛ ceteri q̄ velut stelle celesti noscuntur conuersatione radiare. Hec oīa in potestate noctis. i. in seculi istius tenebris data sunt: vt ꝑ eos caliginosa reluceāt corda mortalium. [Qui percussit Al. primogenitis. egyptū cū † primitiuis eoꝝ: qm̄ in seculū misericordia eius]. Hactenus dicta sunt que per se creauerit sancta diuinitas: nunc in scd̄a parte referunt qualia in mundo ꝑ angelos seruosqꝫ sue pietatis effecerit: q̄ duodecima est species definitionis: quā greci cata DEF epenon: latini per laudē dicunt. Hec per hos duodecim versus tracta: ꝑmanet vsqꝫ ad diuisionē. Et qm̄ hystoria nota est: videamus quid hic spūaliter magis possit intelligi. Percussit egypti primitiua: qm̄ seculi istius dānauit gloriā: que putabat esse p̄cipua. Nam luxus/ supbia/ auaricia/ quasi primitiua sunt mūdi. Ipsa em̄ primo generat pessimus vēter: ꝛ velut caros filios amplectit: dum rerū istaꝝ cupiditate gratulat. Hec dn̄s percussit: qm̄ a regulis sue diuinitatis exclusit. Mortua em̄ iacēt: que a vite auctore Al. de medio. submota sunt. [Qui eduxit isrl̄ † per mediū eoꝝ: qm̄ in seculū misericordia eius]. Per mediū egyptiorū deducit israel: qm̄ sanctos suos a conuersatione liberat pessimoꝝ: ꝛ a mūdi istius habitatione teterrima Al. potēti. in lucē sue veritatis adducit. [In manu † forti ꝛ brachio excelso: qm̄ in seculū misericordia ei9]. Manus fortis: ad inuincibilē pertinet actionem. Brachium excelsum: ad oīpotētiam dn̄i singularē. Fortis enim actio a brachio venit excelso: qm̄ effectus rerū suum demonstrat semꝑ auctorē. [Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: qm̄ in seculū misericordia ei9]. Prisce auctoritatis viri: mare rubrum in duodecim diuisiones dixerūt esse partitū: quātas tribus cōstat fuisse iudeoꝝ. Ideo enim hic plurali numero positū est In diuisiones: ne putaremus mare rubrum vno itinere fuisse trāsmissum. Sed potest hoc ꝛ spūaliter ꝯgruenter aduerti. Rubrum mare: est seculi istius permixta profunditas: quā multis diuisionibus transimus: qm̄ conuersi ad terrā viuentiū dn̄i munere festinamus. Alter eni per elemosynas/ alter per assiduā supplicationē/ alter per virginitatē/ alter per excellentissimā charitatē. Sic multis diuisionibus per seculi huius mare trāsitur ad dn̄m. [Et eduxit israel ꝑ mediū eius: qm̄ in seculū misericordia eius]. In hoc versu qm̄ repetitus est: expositio superius dicta sufficiat. Al. virtutē Al. mari rubro. [Qui excussit Pharaonē et † exercitū eius in † mare rubrū: qm̄ in seculū misericordia eius]. Diabolū cum ministris suis in fonte salutis excutit: qm̄ eos a nobis potētie sue virtute remouerit. Excutit autem dixit: tanqꝫ puluerē proiicit: vt de hac celeritate: et virtutem diuinitatis ostēderet: ꝛ illos terrenas sordes esse mōstraret. [Qui traduxit populum suū per desertū: quoniā in seculū misericordia ei9]. Per desertū nos traiicit: qm̄ per hoc seculū trāsire facit illesos. Soli enim euadunt: qui mundi istius mala pertransēūt. Ceterū qui in istis heserit: ad premia diuina nō peruenit. Desertus eni ideo dicit mundus: qꝛ diuina electione priuatus. Et merito sic vocatur: qui ad seventētē nō recipit auctorē. [† Qui eduxit aquā Al. non hȝ totū ꝑlicu. de petra rupis: quoniā in seculū misericordia eius]. Eiicit aquā de petra rupis: qm̄ sterilia corda mortalium salutares riuulos fecerit proferre lachrymaꝝ: vt qui sunt ꝓpria siccitate steriles: reddātur diuina largitate manabiles. De petra rupis: ad auxesim SCHE positū est: quoniā nō parua: sed ingētia ꝛ dura saxa sunt que in magnitudinē rupis erigūtur. [Qui percussit reges magnos: quoniā in seculū misericordia ei9]. Percutit reges magnos: qm̄ in corde nostro impia desideria celestis miserator extinxerit. Tūc em̄ nos viuimus: dum illa moriunt: et cōtraria sorte necesse est nos occūbere: si cōtingat illa superare. [Et occidit reges fortes: quoniā in seculū misericordia eius]. Reges fortes occidit: qm̄ a nobis expellit demonia: varia immissione grassantia. Quoꝝ volūtas nequā tunc extinguit: si fideliū anime ab eorū potestate tollant. Occide dn̄e fortes reges: vt liberes ser uos humiles. Eripe deuotos: ne ille nefandissimus eos sibi faciat esse subiectos. [Seon regem ammorreorū: quoniā in seculū misericordia eius]. Ista quidem in supiore psalmo iam videnk exposita: que non pigebit repetere: qm̄ ea sancta auctoritas ad salutē nostram probat iterasse. Seon: quidā interpretatus est tentationē coloꝝ: alter ꝓo arborē infructuosam. IALEM Ammorreus: exacerbatio: que oīa videntur ad diabolum pertinere. Ipse est eni arbor infructuosa: ipe exacerbatio. Sed hec in nobis dn̄s occidit: qm̄ nos ad instituta sua morū sanctitate ꝑduxerit. [Et og regem basan: quoniā in seculū misericordia eius]. Og IALEM interpretat coaceruantē: Basan cōfusio. Qui enim coaceruat peccata nr̄a: absolute diabolus est. Ipse etiā recte dr̄ confusio: quoniā et sequaces suos confundit: ꝛ de dn̄i iudicio cōfusus abscedit. Uerū hec ꝛ talia dn̄i virtute interfecta iacent: qm̄ nos eripere a tam pessima obnoxietate dignatur. [Et dedit terrā eoꝝ hereditatē: quoniā in seculū misericordia eius]. Locum tertie narrationis ingreditur. Et quāuis hystoria de hebreis dicere videat: tn̄ hoc ꝛ ad christianum populū aptissime refertur: quoniam beatitudo illa que illis fuerat pollicita: expulsis qui sua iniquitate ceciderunt: sanctis ac fidelibus christianis pro misse hereditatis premia conferuntur. Meminerimus autem ꝙ in hac quoqꝫ diuisione quinqꝫ versus duodecima species definitionis permaneat quā in scd̄a parte iam diximus. [Hereditatem israel seruo suo: quoniā in seculū misericordia eius]. Cum dicit: Seruo suo: illos sequestrat: qui dn̄i iussionibus iniquis conatibus restiterūt. Qua significatione ꝛ deuota plebs iudeorū ꝛ populus includit christianus. Al non hȝ [Quia in hūilitate nostra memor fuit nostri † dn̄s: quoniā in seculū misericordia eius]. Humilitas proprie pertinet ad tpa christiana: que tunc latius desiderari cepit: qm̄ eam in se dn̄s Saluator ostendit. Ipse eni mōstrauit ꝛ humilitatis viā: ꝛ patientie disciplinam. Qua propter ille humilitatis seruoꝝ suorum memor est: qui et preceptor eius esse dinoscitur.

Memor fuit: significat sancte incarnationis arcanū
quādo aduentu suo credētes liberare dignatus est.
Al. ab ini- [Et redemit nos † de manu inimicorum nostrorum:
micis nr̃is. quoniā in seculum misericordia eius]. Si ad hysto-
riam attendas: nullū precium egyptijs dedit quādo
hebreos de manibus eorum liberare dignatus est.
Sed q: in potestate diaboli vel ministroꝝ eius tene-
bamur obnoxij: tunc se immolādo magnū preciū de
dit: vt nos ab eis redderet absolutos. Redemit enim
nos diuersis iniurijs ⁊ passionibꝰ suis: claustra pas-
sus: alapis cesus: flagellis verberatus est. Redemit
nos vtiq̄ sanguine precioso. Ad postremū redemit
nos miraculo resurrectionis ostēso: sicut dicit Apo-
1. Corint. 6. stolus: cuncta cōplectens. Magno precio redempti
estis. Hoc enim fuit precium: quod preciū non habe
ret. [Qui dat escā omni carni: quoniam in seculū mi
sericordia eius]. Omni carni: non tantū de homini-
bus voluit intelligi: sed ⁊ quicquid natat/ quicquid
volat/ quicquid repit/ quicquid graditur: quoniam
vniuersa eius largitate satiātur. Nam sicut creator
est omniū: ita ⁊ pastor animantiū probatur esse cun-
ctorum. Pascit etiā omnia spiritualia incorporeo ci
bo misericordie sue. Nam cum generaliter indigeat
ab oibus: ipsius munere geritur vt vniuersa contine
re atq̄ existere comprobentur. Siue omni carni dat
escam: fidelibus tātum forsitan debemus accipere:
quos corpore ⁊ sanguine suo saginare dignat. [Cō-
fitemini deo celi: qm̄ in seculum misericordia eius.
Confitemini domino dn̄orum: quoniam in seculum
misericordia eius]. Cum hos versus superius eisdē
verbis dixerit: hic tantum deo celi mutasse declara-
tur: superius autem habet Deo deorū. Unde viden-
tur per significationem celi: omnia potuisse conclu-
di. Et vt cuncta ad eius confessionem reuocare vide
retur: in fine iterum memorat confitendum: ne quid
preter eius laudem et misericordiā agi posse crede-
retur.

Conclusio.

Mirabilis psalmus: ⁊ nimia virtute ꝓfun-
dus: qui velut stellis micātibus
misericordia dn̄i vbiq̄ cognoscit esse radiatus. Cu-
2. Paral. 5. ius em̄ virtutis sit atq̄ potentie: in Paralipomenon
ostenditur: vbi ait Cum dn̄m laudare cepissent ⁊ di-
cere. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: quoniā in eternum
misericordia eius: implebat domus dei nube: ne pos
sent sacerdotes stare ⁊ ministrare propter caliginē.
Compleuerat enim gloria dn̄i domum dei. Proinde
quid potest a nobis simile dici: q̄ quod de se auctori
tas cognoscitur ipsa testari? Nam licet in omnibus
psalmis si pure canantur: diuinam nobis certum sit
adesse presentiam: hoc tamen euidentius creditur:
quod legis auctoritate firmatur.

Explicit expositio in psalmum. 135.

Psalmus Dauid. Cxxxvi.

Super flumina babylonis il-
lic sedimus ⁊ fleuimꝰ: dū re-
cordaremur tui siō. In salici
bus in medio eiꝰ: suspēdimꝰ
organa nostra. Q: illic inter
rogauerunt nos q̄ captiuos
duxerūt nos: verba cantionū. Et q̄ abduxe
rūt nos: hymnū cātate nobis de cāticis siō.
Quomō cātabimꝰ cāticū dn̄i: in terra alie-
na? Si oblitus fuero tui hierusalē: obliuio-
ni detur dextera mea. Adhereat ligua mea
faucibus meis: si non meminero tui. Si non
proposuero tui hierusalem: in principio leti
cie mee. Memor esto domine filiorū edom:
in die hierusalem. Qui dicūt exinanite ex-
inanite: vsq̄ ad fundamentum in ea. Filia
babylonis misera: beatus qui retribuit ti-
bi retributionem tuam quam retribuisti no-
bis. Beatus qui tenebit: ⁊ allidet paruulos
suos ad petram.

Ad preteritū morem redijt ordo titulorum.
Significat em̄ misericordes et sctissimos
actus ad dn̄m Saluatorē esse referēdos.
Considerandū est aūt: qm̄ hymnus iste nō
a gaudētibus dicit: sed sola doloꝝ cōpun-
ctione cantat. Hec aūt hystoria Hieremia ꝓpheta
referente cōpleta est: qn̄ captiuitas Hierlm̄ Nabu-
chodonosor rege veniente perfecta est. Extat em̄ de
hac re pietatis huius cōpunctissimus liber: qui qua-
drifario prenotat alphabeto. Sed nos opz spūali-
ter ista suscipere: q: in figura illis (sicut dicit Apl's)
hec oīa certum est contigisse.

Diuisio.

Populus hebreoꝝ qui obstinationis sue
vicio in captiuitate erat: sub Nabucho
donosor rege post scl'a longa passurus
introducit ad loquēdū: vt mala sua fu-
tura sic defleat/ quasi iā videant esse p̄-
terita. Prima sectione calamitates suas enumerat
subiungēs inter quaslibet scl'i huius angustias nūq̄
se Hierl'm vllatenus obliuisci: q̄uis euertēdam esse
cōstaret. Scd'a sectiōe ad dn̄m verba ꝯuertit: vt me-
mor sit insultationū cōtra ecclesiā pessima volūtate
grassantiū: btōs asserēs qui de corde suo incipiētes
malas cogitationes abijciunt.

Expositio.

Super flumina babylonis illic sedimus et
fleuimus: dū recordaremur tui sion]. Ni
mis dulcis est recordatio patrie: q̄ in ho-
stili terra ꝓbat existere. Nam q̄tum hec
amara sentit: tm̄ fit illa suauior. De loco
em̄ peregrinationis: ꝓprij domicilij crescit affectus.
Sed q̄uis ꝓpheta israelitici populi captiuitatē que
sub assyrijs cōtigit exponere videatur: cōuenit tn̄ vt
eam spūaliter aduertere debeamus. Duas em̄ ciui-
tates in hoc mūdo esse/ crebra lectione cōperimus.
Una est dn̄i: que d: hierusalē. i. visio pacis. Ista hic
pressurā patit: ⁊ multis malis irruētibus sauciat: hu
milis: afflicta: spē habēs in illa eternitate que nūq̄
nouit defectui subiacere. Econtra diaboli ciuitas: q̄
Babylonia d: cuius interpretatio significat confu-
sionē: hic florida: superba: letissima est: que istius se-
culi vicijs tanq̄ magnis fluminibus irrigat. Supra
ista ergo flumina sedēt fideles qui captiuitatē in hoc
mūdo patiunt: ⁊ suspirātes desiderio p̄rie sue ama-
ras lachrymas fundūt: qm̄ ad illā ꝓmissam pacem
hic ꝯuenire nō preualēt. Contēplādum est aūt q̄ nō
dicit In fluminibꝰ: sed sup flumina. Nam qui adhuc
in fluminibꝰ istis sunt: peccatoꝝ inūdatione rapiunt:
qui retro sup ripas aluei sedēt: iam ab illis fluctibus
diuino sunt munere liberati. Sitū quoq̄ ip̄m respi-
ce tēperatū. Nec erectos dicit vt arrogātiam fuge-
ret: nec iacētes vt ruinā vitaret: sed sedētes in humi-

litate pias lachrymas supra peccatoꝝ impia flueta
trāsmittere. [In salicib⁹ in medio eius: suspēdimus
organa nostra]. Hic dolores exaggerat acerbitas:
qm̄ delectationē suā qua se ppl's poterat cōsolari ve-
lut nō necessaria suspendebat arborib⁹. Quid em̄ il-
lic ageret organa dulcia: vbi tpa vite amaris erant
lamētationib⁹ occupata? Verū hic hystoria ad spūa
lem intelligētiā transferat. Salices sunt arbores su
pra ripas fluminis pinguissima viriditate gaudētes:
que frequēter excisis palis atq͛ humide terre recon
ditis altissima radice mergunt: ⁊ fluentis necari ne-
queūt cuius copiosa irrigatione satiant. His cōpa-
Isa.44. rant sancti ac fideles hoies: sicut Isaias dicit Exo-
rient tanq͛ fenū in medio aque: ⁊ tanq͛ salix supra ef-
fluentē aquā. Talib⁹ ergo viris organa nr̄a suspēdi-
mus: qm̄ cōmunicata gratia de scripturarū diuinarū
lectione cōferim⁹. Ipsa sunt em̄ nostra organa: que
et psalmodie gratiā prestāt: ⁊ alterna nos collatio-
ne letificāt. In medio eius Babylonie ciuitatis di-
cit: non fluminis: q͛ necesse est in medio mūdi sit san-
ctissimus christianus: cuius ad supna aio videat esse
trāslatus. [Q: illic interrogauerunt nos q̄ captiuos
duxerūt nos: verba cantionū. Et q̄ abduxerunt nos:
hymnū cātate nobis de cāticis sion. Quomodo can
tabim⁹ canticū dn̄i: in terra aliena]? Adducūt aliud
pōdus dolorib⁹ suis: vt vsq͛ ad hoc ludibriū supue-
nisse deflicāt: quatenus dei carmina reuerēda hoim
passim voluptate ꝓfundūt: fiatq͛ illis necessitas pa
ganis dicere: q͛ sola plebs dn̄i ꝯsueuit audire. Sup-
bus em̄ ⁊ arrogans victor: vult sibi lusus et delicias
de dei canticis exhiberi. Quib⁹ respōdendū est: quo
modo cātabimus canticū dn̄i: in terra aliena? Sed
vt magis illā partem quā cepimus exequamur: con
cupiscentiā mūdi obnoxios nos tenere testat Apl's:
Roma.7. dicēs. Video aliā legē in mēbris meis: repugnātem
legi mētis mee: ⁊ captiuū me ducentē in lege pecca-
ti que est in mēbris meis. Iste igit concupiscētie que
nos iure captiuitatis illaqueāt: frequēter nobis sua
dent: vt psalmodie verba in locis ꝓphanis atq͛ spe
ctaculis gesticulatione nefandissima canere debea-
mus. Sed eis nō esse cōsentiendū presens doctrina
declarat: qm̄ admonet in terra aliena. i. inter actus vi
ciosos q̄ sunt a deo alieni: hymnū dn̄i non esse cātan-
Matth.7. dum. Verba em̄ dn̄i scā debēt esse sanctoꝝ. Scriptū
est em̄ Ne miseritis margaritas vestras ante por-
cos. His ergo monet nullatenus esse consentiendū.
Al. obliuio [Si oblitus tui fuero hierl'm: † obliuiscat me dexte-
ni detur. ra mea]. Pollicet se ꝓpheta ecclesiā dei nunq͛ peni
tus obliuisci: cōditionē sibi grauissimā ponēs: q͛ ne-
cesse est ita fieri: si hierl'm cōtigerit nō amari. Dexte
ra quippe bonoꝝ est Christus dn̄s: sicut in quintode
Psal.15. cimo psalmo dictū est. Prouidebā dn̄m in conspectu
meo semper: qm̄ a dextris est michi ne commouear.
Astringit se itaq͛ ꝓpheta duris quidē vinculis: sed
nequaq͛ nouis: vt ipe a dn̄i Saluatoris memoria de
cidat: si Hierl'm ab ei⁹ mēte discesserit. Ipsa est ma
ter fideliū / patria feliciū / regio beatorū / quā qui hic
obliuiscit: ibi in regno dn̄i minime collocat. [Adhe-
reat lingua mea faucibus meis: si nō meminero tui.
Si nō proposuero hierl'm in principio leticie mee].
Proponit penalis scd̄a cōditio: vt in dn̄i laudib⁹ ob-
mutescat si oblitus fuerit Hierl'm: qd̄ magnū habēt
DOB premiū xp̄iani. Quid em̄ ꝓbat esse deterius: q͛ illud
non posse loqui: vnde consueuit medicina prestari?
Psalmodia est em̄ consolatio flentiū / cura dolentiū /
sanitas egrotoꝝ. Hoc aīe remedium / hoc miseriarū
oīm cognoscitur esse suffugiū. Nam qui tali munere
priuat: ab oī beneficio ꝯsolationis excludit. Sequit
Si nō proposuero Hierl'm in principio leticie mee.
Sunt quidē principia mūdane leticie: vt auaro au-
rū inuenire: luxurioso pulchrā feminā / supbo iactan-
tiā. Sed absit vt hec principia leticie ꝓphetali cōue
niāt sctitati: quinimo dicamus q̄ honesta sunt: sed tn̄
eccl'ie sancte non debeāt vllatenus anteferri. Graui
bus viris ⁊ summa se honestate tractātib⁹ principiū
leticie est filius natus: sicut Zacharie de Ioāne cōti Luc.1.
git: qui ei angelica voce ꝓmissus est. Est etiā de filio:
qui post tpa lōga reuersus est: qd̄ idem in euāgelio p
parabolā dictū legit: qm̄ letissimus pater vitulū sagi Luc.15.
natū in eius cōuiuatione mactauit. Vel post infirmi
tatē sanitas corporis restituta: vt Ezechie regi cōti- 4.Reg.20.
git: cui post egritudinē validissimā quindecim anno
rū quoq͛ spatia legim⁹ attributa. Verboꝝ quoq͛ ip-
soꝝ dicta pēsanda sunt. Nam principiū leticie semp
validū / semp amplissimū est: qm̄ in ipsis initijs volū
tas accendit gaudioꝝ: dum calore animi in leticiam
rapimur quā vix ꝑuenire credebamus. Oia siquidē
subita violēta sunt: ⁊ qd̄ diuturnū in hoc seculo fue-
rit intepescit. Quapropter ad exaggerādū fidei ca-
lorē: principio leticie illā dicit preponi: quā decet su-
pra oia plus amari. Hic tn̄ versus ⁊ superior potest
etiā illis cōuenire: quos supra dixim⁹ esse captiuos.
[† Memento dn̄e filioꝝ edom: in die hierl'm. Qui di Al. Me-
cūt exinanite exinanite: † quousq͛ ad fundamētū in mor esto.
ea]. Venit ad secundam sectionē populus hebreoꝝ: Al. vsq͛
vbi cōuersus ad dn̄m deprecat: ne multos discedere
patiat: qui ecclesiā dei seuissima increpatiōe dilace
rant. Edom: alij sanguineū / alij terrenū interp̄tandū IATEA
esse putauerūt: qd̄ tn̄ vtrūq͛ ad carnalia vicia referri
posse nō dubiū est. Isti sunt ergo filij Edom: q̄ xp̄ia-
nū populū sunt grauissime ꝑsecuti: nec aliqua satisfa
ctione cōuersi sunt. Hos in illa sequestratione bono
rū deprecat in memoriā redire: vt eos debita possit
pena suscipere. Hoc em̄ dr̄ (sicut sepe memoratū est)
prophetie affectu: non maledicēdi voto. In illis em̄
pietas nostra nō querit: qui dn̄i estimatione dānādi
sunt. Addidit Qui dicunt exinanite exinanite quo-
usq͛ ad fundamentū in ea: In his sermonib⁹ adden-
dum est: ꝑueniamus: vt nobis integra possit cōstare
sentētia. Que figura apud magistros seculariū litte
rarum dr̄ Eclipsis. i. defectus: qm̄ verba ex industria SCDB
suspēdimus: vt p̄termissa desiderabilius exquirant.
Verba sunt ergo ista filioꝝ Edom: persequentiū po-
pulū christianū a similitudine tracta cisterne: vndē
si aqua sedule tollit: vsq͛ ad fundamētū eius sine du
bio peruenit. Sed quid illis ꝓderat seculi istius lucē
adimere talib⁹: qm̄ magis in ipso fundamēto eternā
vitā possidere videbant occisi? Fundamētū siquidē
fideliū Christus est dn̄s: qui non potest iustis eripi:
cuius cuncta eis huius seculi ꝓbent auferri. Sic dū
persecutores catholicā religionē exhaurire cupiūt:
felicissimas atq͛ copiosas coronas martyribus con
tulerūt. [Filia babylonis misera: btūs qui retribuit
tibi retributionē tuam quā retribuisti nobis]. Filia
Babylonis: bene caro nostra dr̄: q͛ cōfusionē nobis
probat ingerere peccatorū. Huic additū est ꝓpriū
epitheton: vt misera diceret. Quid enim miserius q͛
vt res fragilis tātis ausibus insolescat: ⁊ per cōcupi
scentias illicitas sauciet aias vulnere peccatorum?
Sicut dicit Apl's Caro cōcupiscit aduersus spiritū. Gal.5.

Sed postꝗ̃ de Babylonie filia dixit: iustissimā cōpē
sationē ei asserit esse reddendā: vt sicut nos luxuria
cōcitat ad vicia: ita repressam ieiuniꝭ atqꝫ tribula=
tionibus subditā faciamus esse virtutibus. Reddi=
mus eñ illi dignā retributionē: vt coacta faciat: qđ
in delicijs implere dissimulat. Tales eñ retributio=
nes carni reddere beatoꝝ est: vt q̃ traxit ad culpam:
adiutorio dñi perducat̃ ad gloriā. [Beatus q̃ tene=
Al'. suos bit: ꝛ allidet paruulos: † tuos ad petrā]. Adhuc ad
ipsam loquit̃ carnem: beatū esse cōmemorās qui fi=
lios ei⁹. i. vicia nocētia tenet: qꝛ iam illa tenere pue=
ctus est. Nam qñ aliquid tenemus: hoc in potestate
nostra redigim⁹: ꝛ desinit fieri liberū: qđ nobis cepe=
rit esse captiuū. Addidit Et allidet ad petrā: vt non
moret̃ tenēs/ ne voluptas blanda surripiat. Allidet
ait ad petrā: in dñm vtiqꝫ Saluatorem. De quo scri
1. Corin. 10. ptū est Petra aūt erat Christus: vt statim cōfracta
dispereāt: q̃ nos teterrimis motib⁹ instigabāt. Bene
aūt discutiendū est qđ dixit Paruulos tuos: carnis
scꝫ errores: qui misera matre nascunt̃. Hi dū paruu=
li fuerint facili⁹ tenent̃: atqꝫ in petrā illā celestē effi=
caciter elidunt̃. Nā si iam ceperint adulti esse ꝛ ro=
bustissima etate iuuenescere: grauior pugna cū eis
nascit̃ nec facile a nr̃a infirmitate superant̃. Quā rē
nos ꝛ cētesim⁹ psalm⁹ monuisse declarat̃: vbi dictū
Psal. 110. est In matutinis interficiebā oēs pctōres terre. Sꝫ
ꝗ̃uis psalm⁹ iste aīos nr̃os pia lamētatione permul
serit: ꝛ in prima parte captiuitatē quoqꝫ nostrā my=
stica expositione narrauerit: in presenti tñ versu se=
uissimi atqꝫ occultissimi vitij secreta vulgauit: vt et
pestē ꝓderet ꝛ remedia nō taceret. Mittit̃ eñ in mē
tem nostrā diabolo instigante qđ nolum⁹: recipimus
qđ nostra estimatione dānamus: et tyrānide quadā
peccati a nostra reddimur execratiōe sine dubitatio
ne captiui. Sed iste cogitationes dum sunt paruule
percutiant̃ in petrā: cōminuant̃ (sicut dictū est) in la=
pidē angularē: vbi omne malū cito dissoluit̃ si in ipso
fortiter allidatur.

Conclusio.

¶ Cōpleta est lamētantiū psalmoꝝ pia nimis et laudanda deuotio. Supra eñ in
septuagesimotertio: ꝛ in septuagesimooctauo psal=
mis futura legit̃ Hierl'm deplorata captiuitas: hic
aūt tertius eiusdē rei psalm⁹ est: vt sacratissimo nu=
mero trinitatis pietas deuotissime cōpūctionis pos
sit offerri. Est quidē magnū charitatis gen⁹: qđ pri=
mis iubet dñs exhibere: si tñ in eo mō mēsuraqꝫ plan
gat̃: vt nec resurrectionis spes adimi possit: nec iniu=
ste fecisse aliquid dñm suspicemur. Nā etsi affectuo=
so dolore succēdimur: modestie tñ terminū excedere
nō debem⁹. Humile quippe ac mansuetū decet esse
qđ studio pietatis offert̃. Nā cuius tēperamenti sint
iuste lachryme: testat̃ dñs Christus: qui considerata
fragilitate humani generis: ꝗ̃uis esset suscitaturus
Lazarū fleuit: vt bonus magister ꝛ pietatē doceret:
et veritatem assumpte humanitatis ostenderet.

Explicit expositio in psalmum. 136.

¶ Psalmus ipsi Dauid. Cxxxvij.

Confitebor tibi dñe in toto cor=
de meo: qm̃ audisti omnia ver=
ba oris mei. In cōspectu ange=
lorū psallā tibi: adorabo ad tē=
plum sanctū tuum ꝛ confitebor
nomini tuo. Super mia tua et
veritate tua: qm̃ magnificasti sup omne no
men sanctū tuum. In quacūqꝫ die inuocaue
ro te exaudi me: multiplicabis ī aīa mea vir
tutem. Cōfiteant̃ tibi dñe oēs reges terre:
qꝛ audierunt oīa verba oris tui. Et cantent
in vijs domini: qm̃ magna est gloria domi=
ni. Quoniam excelsus dñs ꝛ humilia respi=
cit: et alta a longe cognoscit. Si ambulaue=
ro in medio tribulationis viuificabis me: et
super iram inimicoꝝ meoꝝ extendisti manū
tuā: ꝛ saluū me fecit dextera tua. Dominus
retribuet pro me/ dñe misericordia tua in se
culum: opera manuum tuaꝝ ne despicias.

Quamuis superioribus titulis dixerimus Da
uid significare manufortem atqꝫ desiderabi
lem: qđ dño Saluatori ꝓprie cōuenire pro=
batū est: tñ hic Christū euidētius indicauit:
qñ istud pronomen apposuit. Ipsi eñ reuerētius p=
nunciandū est/ quasi altissimo/ quasi oīpotēti/ quasi
celesti regi. Et tunc Dauid iste iungēdus est: qđ vo=
cabulum non ex deitate sumit̃: sed per assumpte car=
nis originē venire monstrat̃. Ipse tñ verbū incarna=
tū/ vnus est dñs, Christus: ad quē psalmi istius refert̃
vniuersa confessio.

Diuisio.

Per totū quidē psalmū ppl's catholic⁹ lo=
quit̃: q̃ est collectus de vniuerso orbe ter
rarū. Prima narratione bñficia sibi dñi
attributa collaudat: postulās in futuris
patientiā: vt aduersa mūdi eius possint
munere sustinere. Scđa deprecatur: vt
reges terre dñm confiteantur excelsum: quoniam in
oībus maiestatis sue miracula dignatur ostendere:
orans ne peccatores cōuersos despiciat: quos crea=
re dignatus est.

Expositio.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: qm̃
† exaudisti oīa verba oris mei. † Et in cō= Al'. audisti
spectu angelorū psallā tibi]. Quā valida Al'. non hꝫ.
atqꝫ plenissima sit ista cōfessio: totius cor=
dis adunatione mōstrat̃. Nā cū dr̃ In to=
to corde: nulla pars occupata in scl'i hui⁹ ambitione
relinquit̃: sed vniuersum ꝛ solidū creatoris tm̃ (vt di=
gnū est) laudib⁹ applicat̃. Cor significat mētis arca=
nū: vñ taciti clamam⁹ ad dñm: ꝛ ꝑces nr̃e multo effi
cacius audiunt̃: ꝗ̃ si magnis clamorib⁹ ꝓsonemus.
Siue eñ vox aerē verberet inde cātādū est: siue lin=
gua taceat inde clamādū est. Illud eñ libēter audit
dñs: qđ ad suā imaginē et siētudinē in nobis cogno=
scit̃ operatus. Sequit̃ Qm̃ exaudisti oīa verba oris
mei. Ad ostendendā dñi pietatē: Psalmiste vsus est
pri⁹ sctōs viros auditos dicere: ꝛ eos postea diuina
ꝑconia ꝓsonare. Qđ etiā nūc fideli ppl'o iudicat ap=
plicādū: sicut ꝛ in. 117. psalmo dictū est. Cōfitebor ti= Psal. 117.
bi dñe: qm̃ exaudisti me. Sed ꝯsidera meritū oronis:
vt oīa ꝟba sua ꝓfiteat̃ audita. Illa eñ fuerunt vota
iustoꝝ: vt xp̃s dñs aduenire: ꝑ quē eos ꝯstat augmē
tis ingētib⁹ excreuisse. Merito ergo ꝟba ppl'i ipsius
oīa ꝓbant̃ audita: per quē mūdi redēptio cognoscit̃
impetrata. Addidit Et in ꝯspectu angeloꝝ psallā ti=
bi. Hic psalmodie ꝟtus ondit̃: vt q̃ puro corde inter
hoies psallit: etiā sursum cū angelis canere videat̃.
Adiecit quoqꝫ In ꝯspectu angeloꝝ: vt eā angeli nō
solū audire: verūtiam ꝓbent̃ intendere. Illud enim

dicimus respici: qd pôtest serenis mentibus intueri.
Siue illud tp̃s significat: qñ ppl's btõꝝ post resurre=
ctionẽ cũ celestibus creaturis laudes dño sub cõmu
Al. miseri= nione cãtabit. [Adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ: ⁊ cõ=
cordia tua fitebor nomini tuo. Sup † misericordiã tuã ⁊ verita
et veritate tem tuã: qm̃ magnificasti sup † nos nomẽ sanctum
tua. tuũ]. Tẽplũ sanctũ: est dñi beate incarnationis ad=
Al. omne uẽtus: quẽ etiã nũc quotidie adorat eccl'ia: dũ corp⁹
et sanguinẽ ipsius inter summi mysterij sacramenta
veneratur. Sed adoratio illa pfecta est: quã confessio
beata comitatur. Dicit em̃ Sup misericordiã ⁊ verita
tem dño cõfitẽdum. Misericordia est: q̃ sine cuiusq̃
meritis ad liberãdũ nos venire dignat⁹ est. Ueritas
q̃ pphetaꝝ suoꝝ pmissa cõpleuit. Ista em̃ qui puro
corde cõfitetur: reuera tẽplũ eius adorasse cognoscit.
Addidit Qm̃ magnificasti sup nos nomẽ sctm̃ tuũ:
vt ondereꝛ hic ppl's: ⁊ de vniuersis mundi ptib⁹ esse
collect⁹: cũ supius singulariter fuerit locut⁹: nũc plu=
raliter posuit Sup nos: q̃ sicut oim sctõꝝ vna vox
est: ita ⁊ fidelis ppl'i sunt vba multoꝝ. Nã ⁊ inferius
iterũ redeũt ad numerũ singularẽ: qd in declarando
mysterio pluralitatis positum debemus aduertere.
Magnificatũ est em̃ sup nos nomẽ dñi: cũ nobis cul=
ture ipsi⁹ virtus innotuit. Oia em̃ scl'a designat: cũ ⁊
in sctis patrib⁹ nr̃is nomẽ ei⁹ magnificatũ est: ⁊ ma=
xime tpibus xp̃ianis: qñ frons nr̃a sacri chrismatis
vnctione signata est. Et intẽde: q̃ duos versus simul
posuim⁹ pro cõtextione verboꝝ: vt vna cõplexio cõti
neret: quos vnus sensus amplectitur. [In quacũq̃ die
inuocauero te exaudi me: multiplicabis in † animã
Al. anima meã virtutẽ † multã]. Dies hic significat lucida sin
mea. ceraq̃ petitio: quã nõ cupiditas nubilat: nõ auaricia
Al. non hz. vlla cõfundit: sed de illo sole radiat q̃ oẽs caligines
mortalitatis emũdat. In talib⁹ ergo petitionib⁹ de=
uotus se ppl's pcatur audiri: quaten⁹ virtute dñi cõple
tus: psecutoꝝ euadere mereatur insidias. Nã si ad lit=
terã velis accipe: nũquid nobis tpe noctis orãdũ nõ
est: maxime cũ tũc diabolicis fraudib⁹ impetamur?
Fideli aũt xp̃iano semp est dies: cũ splẽdidis ac cla=
ris supplicationibus cõtẽdit audiri. Sed cum dicit
Multiplicabis i aiam meã virtutẽ multã: passurũ se
ostẽdit innumera: cõtra q̃ tã multiplicia postulauit
Al. quia auxilia. [Confiteantur tibi dñe oẽs reges terre: † qm̃
audierũt oia verba oris tui]. Uenit ad secũdã partẽ:
in qua deprecatur ppl's btõꝝ: vt reges terraꝝ in hũili=
tate dño ɔfiteantur: qm̃ illi ois supbia pbatur exosa. Re=
ges terre sunt: qui corporib⁹ suis diuinitatis munere
dominantur. Nã ille rex vere nõ dr̃ q̃ vicijs seruire mõ=
stratur. Qd vo addidit Oẽs: specialiter religiosos ac
moderatos viros designat: qñ multos reges gentiũ
videm⁹/ aut vicijs feralib⁹ subdi/ aut praua religio=
ne maculari. Addidit Qm̃ audierũt oia verba oris
tui. Dicit q̃ reges debeãt dño ɔfiteri. s. qui verba ei⁹
audire meruerũt. Audire em̃ ad illos ptinet: q̃ obe=
diẽtes esse noscuntur: qm̃ illos audisse nõ dicim⁹: quos
cõtumaces sacris iussionib⁹ approbam⁹. Et ɔside=
ra: q̃ se nõ videtur sine magno malo a deuotione sub=
ducere qui gloriã potuit ei⁹ pdicationis audire. In=
telligãt ergo iudei: quãto reatu teneantur obnoxij: cu=
ius verba nõ mẽte capere: sed tm̃ aurib⁹ audire ma=
Al. vijs do luerũt. [Et cantent in † canticis dño: qm̃ magna est
mini. gloria dñi]. Cantica dñi sunt q̃ superius dixit: miseri
cordia ⁊ veritas: sicut ⁊ alibi ait Uniuerse vie dñi mi
sericordia et veritas. Ipsa ergo cãtica reges pcipit
cantare corpoꝝ suoꝝ: qui põpas seculi respuẽtes ad
misericordiã dñi toto se desiderio cõtulerũt. Subiũ
git Qm̃ magna est gl'ia dñi. Gloria q̃ppe dñi est: vt
seculũ respuẽtes ei⁹ laudes cãtare nõ desinãt q̃ pri=
mi hois inuia deserẽtes ad salutares se regulas trã
stulerũt. [Qm̃ excelsus dñs ⁊ humilia respicit: ⁊ al=
ta a lõge cognoscit]. Supioris dicti cura secuta est.
Dicit em̃: cũ sit dñs excelsus: humilia respicit: ne q̃s
subiectoꝝ putaret: non se ab excelso dño respici cũ se
cognosceret magna deuotione psterni. Nõ est em̃ si
milis humane ɔditioni diuina potẽtia. Hic despicit
humiliat⁹ pstratus: qm̃ spacio lõgo diuiditur: dño aũt
vicinior efficitur magnis nisib⁹ inclinat⁹. Et vt hãc hu
militatẽ in ɔspectu eius pciosam esse sentires: sequitur
Et alta a lõge cognoscit. Alta supba significat: que
ideo lõge cognoscit: qm̃ ei⁹ gratie minime pximantur.
Et vt terreret supbos: posuit Cognoscit: ne putarẽt
demẽtes incognitũ esse deo qd malignis cogitationi
bus operantur. Qd argumẽtũ dr̃ ex cõtrario: pulcher TOP
rima diuersitate collectũ. Proximantur eni illi humi=
les: ⁊ fiũt superbi oino lõginqui. [Si ambulauero in
medio tribulationis viuificabis me: ⁊ sup irã inimi=
coꝝ meoꝝ extẽdisti manũ tuã: ⁊ saluũ me fecit dexte
ra tua]. Cũ dicit btũs ppl's tribulationes suas dñi
virtute superãdas: ostẽdit in hoc seculo fideles eius
multis cladib⁹ premi: sciẽs aurũ ignib⁹ esse purgan
dũ: premiũ militi post labores maximos dari: ipsam
quoq̃ fidẽ pmisso certamine coronãdã. Nã si ad tp̃s
persecutoꝝ suspẽdatur iniquitas: diabolicis tñ iugiter
tẽtationibus subiacet: eoq̃ fit vt xp̃ianus vir dũ pa=
triã futurã desiderat gaudia dilata suspiret. Uiuifi=
catur ergo ppl's: dũ in talib⁹ fuerit angustijs ɔstitutus.
Uiuificabis eni: letificabis debet intelligi: qd est con
trariũ tribulãti: q̃ reuera ille viuus benedicitur qui est
eterni gaudij hylaritate cõplendus. Sequitur Et sup
irã inimicoꝝ meoꝝ extẽdisti manũ tuã: ⁊ saluũ me fe
cit dextera tua. De psecutorib⁹ dicit: qui q̃uis irati
multa faciãt ppl'o fideli: sed lõge maiora recipiũt di=
uina retribuẽte iusticia. Nã et hi cõuersi grauius q̃
cõtristauerãt affliguntur: ⁊ incipiũt se iuste psequi: qui
prius innocẽtib⁹ parcere noluerũt: qui tñ se pfitentur
esse saluãdos: qñ inter penas psecutoꝝ superari nul
la cõtrarietate potuerũt. Dextera vo virtus signifi
catur: ipse dñs Christus q̃ est dei virt⁹ ⁊ dei sapientia.
[† Dñe retribues pro me: dñe misericordia tua in † Al. Dñs re
eternũ: opa manuũ tuaꝝ ne despicias]. Perfecta ni tribuet.
mis ⁊ qualẽ fundere monemur oro est: causam suam Al. seculũ.
dño cõmẽdare qui nouit vnicuiq̃ digna rependere.
Sed vt hoc nõ iracũde dictũ qd deprecationi videtur
esse cõtrarium potuisses accipere: sequitur Misericor=
dia tua in eternũ: quã facias ⁊ in illis qui nos perse=
quuntur imaniter: vt sicut nos p tuo noie videntur affli=
gere: ita ⁊ illi cõfessionis munere cruciari debeãt ad
salutẽ. Recipiũt eni pficuã penã: qñ ⁊ ipsi ppter vi=
tã torquentur eternã: totũq̃ illis hic misericorditer tri
buitur: quib⁹ hec ɔfessionis medicina pstatur. Sequitur
Opa manuũ tuarũ ne despicias. Expressit volũtatẽ
que supius videbatur eẽ suspẽsa. Rogat prius ppl's p
inimicis suis quos sibi nouerat aggregandos: qui lz
suo vicio praui videantur effecti: tñ eos diuina opa esse
nõ dubiũ est. Nam cũ petit vt in eis suã operã respi= DOG
ciat: exorat vt miserat⁹ indulgeat. Ipsi⁹ em̃ in nobis
opa bona est: sed nr̃a facta oino puersa sunt. Qua=
propter miseretur cũ suã respicit creaturã: dãnat autẽ
cũ nr̃as opas intuetur. Breuiter ergo cauteq̃ oratum
est qd ⁊ pietatẽ depcãtis ostẽderet: ⁊ illos cõuerten

dos esse monstraret.

Conclusio.

¶ Intendamus quali nos p̄dicatione pp̄ls sanctus imbuerit: quãto instinctu pietatis orauerit. Nam vt oẽm nobis contra inimicos zelum cordis excluderet: ipsos rogauit sibi fieri socios: quos habere videbaẗ aduersos. Sequamur sentẽtiam piã: amemus potius affligẽtes. Non debemus inimicos estimare qui p̄sunt. Nam si equo aĩo perferanẗ: frequẽter nobis talia cõferunt: qualia dulcissimi amici prestare nõ possunt. Isti enim sepe nos a virtute blãdiendo deducũt: illi v̄o in eadẽ affligendo constituunt. Quapropter ama patientiã: ⁊ plus inuenis in inimico quod diligas.

Explicit expositio in psalmum.137.

¶ In finem psalmus Dauid. Cxxxviij.

Domine probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionẽ meã. Intellexisti cogitatiões meas de lõge: semitã meã ⁊ funiculũ meũ inuestigasti. Et oẽs vias meas preuidisti: q2 nõ est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti omnia nouissima ⁊ antiqua: tu formasti me et posuisti sup me manũ tuã. Mirabilis facta est scientia tua ex me: cõfortata est ⁊ non potero ad eã. Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiã? Si ascẽdero in celũ tu illic es: si descẽdero in infernum ades. Si sumpsero pẽnas meas diluculo: ⁊ habitauero i extremis maris. Eteni illuc manus tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre cõculcabũt me: ⁊ nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre nõ obscurabuntur a te: ⁊ nox sicut dies illuminabiẗ: sicut tenebre ei⁹ ita ⁊ lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi q2 terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua ⁊ anima mea cognoscet nimis. Nõ est occultatũ os meum a te quod fecisti in occulto: ⁊ substantia mea in inferiorib⁹ terre. Imperfectum meum viderunt oculi tui: ⁊ in libro tuo omnes scribentur: dies formabũtur ⁊ nemo in eis. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos ⁊ super arenam multiplicabunẗ: exurrexi ⁊ adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderam: et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi. Proba me deus ⁊ scito cor meũ: interroga me ⁊ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: ⁊ deduc me in via eterna.

Post tot psalmos istud in finẽ/repetiẗ: vt merito iterum exponi debere videatur. Proxima est em̃ obliuioni p̄tracta longinquitas. In finẽ diximus dupliciter dici. Est vnus iste mortalis occasus ac terminus aliquarũ rerũ: qui humane cõditioni similimus spacio peracto cõcludiẗ. Alter v̄o perfectus atq3 eternus. i. dñs Christus: q̄ finis nõ ad occasum respicit: sed ad totius integritatis culmẽ attẽdit. Nã cũ ad illũ peruẽtũ fuerit: nõ est vltra q̄d querere debeamus: qm̃ ip̄e ad oĩa sufficit: in quo est maiestatis cũcta p̄fectio: ⁊ oĩm plenitudo virtutũ. Quapropter vniuersus hic psalm⁹ (sicut ⁊ patri doctissimo Hylario placuit) ex xp̄i dñi persona dicendus est. Sed ne humilitas eius quẽq3 turbare ac cõfundere videaẗ: ad illam regulã redeat catholice discipline: vt duas naturas vnitas atq3 p̄fectas in dño xp̄o esse meminerit: vna qua deus ⁊ coeternus est patri: altera qua ex Maria virgine natus vnus atq3 idẽ in tp̄e homo fieri pro nostra salute dignatus est: ⁊ ideo q̄d humiliter loquiẗ: non deitati debet applicari: sed pro mysterio sctẽ incarnationis intelligi. Qua rõne tractata: inoffense cognoscim⁹ diuina mysteria.

Diuisio.

Per totũ psalmũ loquiẗ dñs xp̄s. Primo modo de pausatione ⁊ resurrectione p̄pria verba facit ad patrẽ: oẽs cogitationes suas illi dicẽs esse notissimas. Scd̄o modo potentiã paterne diuinitatis exponit: q2 id q̄d homo est: nullo loco: nulla lõgitudine ab ei⁹ noticia se possit abscondere: addens qm̃ ab vtero matris sue ipso p̄tegente seruatus est: qui mundi vicia gloriosa sctitate superauit. Tertio se laudaturũ a parte qua subiect⁹ est patrẽ dñm p̄fiteẗ: cuius op̄a in eũ potẽs ⁊ mirabilia esse mõstrata est: predicationes quoq3 suas: ⁊ sctõrũ oĩm volũtates: dicẽs illi eẽ notissimas. Quarto mõ cõfirmatũ asserit beatorũ oĩm principatũ: iubens a se impios obstinatosq3 discedere: qui tñ nulla erãt penitudinis humilitate saluãdi. Hunc aũt psalmũ multo sollicitius arbitror audiẽdum. Est em̃ mysteriorũ profunditate plenissimus.

Expositio.

Domine probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã et resurrectionem meã]. Dñe: clamat ad patrem Iesus xp̄s ab illa p̄te qua seruus est. Probauit aũt. i. manifestã fecit humilitatẽ ipsi⁹: qñ a Ioãne baptizari voluit qui peccata nõ habuit. Non em̃ pctõr fuit: sed peccata potius curãda suscepit: sicut
propheta dicit Peccata suscepit nr̃a: ⁊ infirmitates Isa.53.
nostras portauit. Cognouit eũ. i. ostdit qñ dixit Hic Matth.17.
est filius me⁹ dilectus in quo michi cõplacui ipsum
audite: scz dicentẽ Ego ⁊ pater vnũ sumus. Est ⁊ alia Joh.10.
verborũ istorũ apta cognitio. Probatus est: qñ eũ tentauit diabolus in deserto. Agnitus est: cum t ẽtauit diabol⁹: ministeriũ habuit angelorũ. Accidit tertia: quã in euãgelio ip̄e testaẗ. Probatus est em̃ tp̄e passionis: qua pietate sit predit⁹: vt in cruce posit⁹ p̄ inimicis oraret. Cognitus: qñ gloriam mirãde resurrectionis ostẽdit. Tũc quippe deitas ei⁹ etiã illis innotuit: qui eã antea credere dubitabãt. Ait em̃ euãge-
lista Hoc tertio manifestauit se Iesus discipulis suis Joan.21.
ad mare Tyberiadis postq3 resurrexit a mortuis: ⁊

crediderunt in eum discipuli eius. Bene aũt appel=
lata est sessio mors dñi Saluatoris: in qua nõ pena:
sed requies fuit. Siue vt alij putãt: sessio pertinet ad
doctrinã quã dñs celesti sanctitate predicauit: sicut
Matth.23. ipse quoqꝫ in euãgelio doctores significãs dicit Suꝑ
cathedrã Moysi sederũt scribe ⁊ pharisei. Cognoui
SCHE sti aũt per figurã Hypallage dictũ est: que latine dꝛ
permutatio. i. cognitũ me fecisti: qꝛ diuinitati oĩa nõ
solum qñ fiunt: sed etiã in predestinatione noscũtur
esse manifesta. [Intellexisti cogitationes meas † a
Al. de longe: semitã meam ⁊ † directionem meam inuesti=
Al. funicu gasti. Et omnes vias meas preuidisti: quia non est
lũ meum. † dolus in lingua mea]. In his duobꝰ versibus pre=
Al. sermo. sciẽtia sancte diuinitatis ostẽdit. A lõge eñ nõ locũ
probat significare: sed tp̃s: qꝛ nõ solum facta nostra
preuidet: verũetiã cogitationes nostras anteqꝫ nos=
ipsi existamus agnoscit. Quod totũ cõuenit: si ad in=
carnationẽ dñi cõpetẽter aptetur. A diuinitate eñ
sua creator: a substãtia corporali creatus est. Nemo
eni calũnias ineptas moueat: sed qđ est certissimũ
studio pietatis intelligat: ne inde miserrimi corrua=
mus: vnde spem salutis accipimꝰ. Sequit Semitã
meã ⁊ directionẽ meã inuestigasti: ⁊ oẽs vias meas
preuidisti. Semite pertinẽt ad cogitationes tacitas
Directio ad iusta iudicia Vie ad actꝰ humanos: que
ille oĩa immaculata puritate cõpleuit: quẽ in vtraqꝫ
natura vnũ eundẽqꝫ veraciter existentẽ fides catho
lica confitet. Nam qđ dicit Inuestigasti: iusticiã sue
actiõis ostẽdit: qm̃ qꝫuis fuerit scrupulosissime per=
quisitũ: nichil in eo culpabile constat inuentũ. Vias
meas preuidisti. Intantũ precuise sunt: vt ⁊ ꝓpheta=
te esse noscant. Scriptũ est eni de mansuetudine ip=
Isa.53. sius Sicut ouis ad occisionẽ ductꝰ est: ⁊ sicut agnus
corã tondẽte se: sic nõ aperuit os suũ. Adiecit Quia
non est dolus in lingua mea. Vtiqꝫ qꝛ veritas non hꝫ
Joh.14. dolũ. Ipse eni ꝓfessus est Ego sum via veritas ⁊ vi=
ta. Nõ eni quicqꝫ sub aliqua falsitate locutus est: sed
sicut a patre accepit: ita ⁊ populis salutariter predi
Ibidem. cauit. Dicit eñ a natura humanitatis Qui me misit
maior me est. Dixit etiã de equalitate maiestatis sue
Ibidẽ.10. Ego ⁊ pater vnũ sumus. Vtrũqꝫ verũ/ vtrũqꝫ sine do
lo ꝓlatum est: ⁊ vt maiestatẽ sue diuinitatis ostẽde=
ret: ⁊ sancte incarnationis humilitatẽ veraciter ape
riret. [Ecce tu dñe cognouisti oĩa nouissima et anti=
qua: tu formasti me ⁊ posuisti suꝑ me manũ tuã]. In
tuere qꝫ veraciter superiꝰ dictũ est Nõ est dolus ĩ lin=
gua mea: vt hic duas naturas euidẽter exprimeret.
Dicit eni patri Ecce tu cognouisti oĩa nouissima: qđ
pertinet ad incarnationẽ ipsius: que facta est nouissi
mis tp̃ibus: sicut legit Agnus occisus ad vesperã.
Exod.12. Et Apłus Filioli nouissima hora est. Subiunxit Et
1.Joan.2. antiqua. Hoc certe ad deitatẽ pertinere nõ dubium
Joan.1. est. Vnde scriptũ est In principio erat verbũ: ⁊ ver=
bum erat apud deũ: ⁊ deus erat verbũ ⁊c̃. Antiqua
eni dicit. i. eterna q̃ nec initio nec fine claudunt: sicut
Daniel.7. in Daniele legit Throni positi sunt ⁊ antiquus dierꝫ
sedit: ⁊ reliqua. Et vt hoc iterũ humanis sensibꝰ eui=
dẽtius intimaret: eadẽ mutata verborꝫ qualitate re
petijt. Tu formasti me: significat genuisti. Hoc eni
Phil.2. verbum dici solet ⁊ de deitate: sicut dicit Apłs Qui
cũ in forma dei esset: nõ rapinã arbitratus est esse se
equalẽ deo. Sequit Et posuisti suꝑ me manũ tuam.
Posuit pater suꝑ eũ manũ suã: qñ in ipso virtutẽ sue
maiestatis ostẽdit: sicut in alio psalmo dictũ est In=
Psal.89. ueni Dauid seruũ meũ: in oleo sancto meo vnxi eum.

manus eñ mea auxiliabit illi: ⁊ brachium meũ con=
firmabit eum. Nichil ꝓficiet inimicus in eo: ⁊ filius
iniquitatis nõ apponet nocere ei. Ecce quomodo su
per eũ manũ suã posuit pater. [Mirabilis facta est
sciẽtia tua ex me: cõfortata est † nec potero ad eã]. Al. et non
Scientiã dicit patris: que ꝑ eum predicata est vbiqꝫ
terrarũ. Hec cõfortata est in pectoribus humanis:
de qua prius incerta credulitate dubitabat. Quem
sensum et in euãgelio dicit Pater manifestaui nomẽ Joan.17.
tuum hoĩbus. Ipsius eni reuelatione gestũ est vt po
tuisset sancte trinitatis vnitas apparere reuerẽda.
Et facta est ꝑ Jesum xp̃m mirabilis scientia patris:
dũ terrigenis sctẽ legis sacramẽta narrata sunt. Et
vt conditionis humane veritas panderetur: adiecit.
Nec potero ad eã: qꝛ natura hoĩs quã est dignatus
assumere: diuine substãtie se non poterat adequare.
Sic eni ⁊ euãgelica voce declarat Pater maior me Joan.14.
est. Et iterum Non potest filius facere quicqꝫ nisi qđ Ibidem.5.
viderit patrẽ facientẽ. Sed hoc intelligat demẽtissi
mus arrianus: qꝛ non debuit aliter a carne dici que
etiam expectabat occidi. [Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ a
facie tua quo fugiam]? Venit ad scđm modũ: in quo
ostẽdit per enumerationes mysticas a nulla creatu
ra diuinã falli posse presentiã. Nam cũ vbiqꝫ totus
plenissime sit: qui eũ putat declinari: quo possit ab=
scõdi? Illic enim aliquis potest esse celatus: vbi pre=
sens nõ fuerit ille qui fugit. Dicẽdo eñ Quo ibo: si=
gnificat natura humanitatis non se habere quo fu=
giat: cũ spũs sanctus vbiqꝫ sit totus: sicut Salomõ
dicit Spũs dñi repleuit orbẽ terrarũ. Sed hoc di= Sap.1.
ctum est per Schema qđ dicit Diaporesis: cũ queri SCHE
mus quid potissimũ facere debeamus. Sed cum ta=
li predicatione vbiqꝫ spiritũ sanctum esse noscamus:
dubiũ nõ est spiritũ sanctũ coeternũ ⁊ coequalẽ pa=
tri ⁊ filio reperiri. Nam vbiqꝫ ⁊ tota esse non põt nisi
sola trinitas. Quapropter cesset irreligiosa presum=
ptio: nichil hic maius minusve fingat. Ad illud re=
mediũ salutare redeamus Pater et filius ⁊ spiritus
sanctus/ oĩpotens creator/ incõprehẽsibilis vnus est
deꝰ. Facies aũt per tropologiã pro presentia ponit:
qm̃ sicut facies nostra tm̃ videt: ita oĩs substãtia dñi
visione perspicabili atqꝫ inenarrabili cũcta cogno=
scit/ oĩa cõplectit/ oĩa penetrat/ oĩa cõtuet. [Si ascẽ
dero in celũ tu illic es: si descendero in infernũ ades.
Si sumpsero pẽnas meas † ante lucẽ: ⁊ habitauero Al. diluculo.
in † postremo maris. Etenim illuc manus tua dedu=
cet me: ⁊ tenebit me dextera tua]. Hic michi videt Al. extremis.
argumentũ illud esse Dilẽma: qđ fit ex duabus pro=
positionibus pluribusve: ex quibus quicquid electũ TOP.
fuerit: cõtrarium esse non dubiũ est: sicut ⁊ in euãge=
lio Christus iudeos calũniantes interrogat: dicens
Baptismũ Joãnis vnde erat: de celo an ex homini=
bus? Quicquid eñ illi eligere voluissent: cõtra illos
nichilominus erat futurũ. Sic etiã de bonis rebus
Apłs facit Desideriũ habẽs dissolui ⁊ esse cũ Chri= Matth.21.
sto: multomagis: melius ꝑmanere aũt ĩ carne neces=
sariũ ꝓpter vos. Et adiecit Et quid eligam ignoro.
Sic ⁊ in isto loco de tribus rebus cõtrarijs humani Phil.1.
tas eius quid eligeret ambigebat. Nunc ad exponẽ
da verba veniamus: qm̃ altitudine nimia sunt ꝓfun
da. Ait eni per id quod homo est Si ascẽdero in ce=
lum/ tu illic es vbi erat: scꝫ ad patris dexterã collocã
dus. Nam vt intelligas dñm vbiqꝫ esse presentẽ: au=
di Hieremiã prophetam Deus appropinquãs ego Hiere.23.
sum dicit dñs: ⁊ non deus a longinquo. Si abscõde=

rit se homo in abscõso: ego nõ videbo illũ dicit dñs? Nunquid non celũ ⁊ terram ego implebo dicit dñs? Sequit̃ Si descẽdero in infernũ ades. Hoc quippe factũ est lege humanitatis vt crucifixo corpore: ad rũpenda infernoꝝ claustra descẽderet: ⁊ laboranti humano generi redẽptor pijssimꝰ subueniret. Subiungit etiã Ades: qm̃ triduana celeritate surrexit Addidit tertiã partẽ Si sumpsero pẽnas meas ante lucẽ: et habitauero in postremo maris: eteni illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua.
SCHE. Que figura dicit̃ etiologia.i. cause redditio. Reddit eni causam queadmodũ dei presentiã non potuisset effugere. Pẽnas suas dicit diuine maiestatis efficacissimã celeritatẽ: que sanctũ corpus ad superna virtute deitatis eleuauit. Sed cũ audis Meas: gloriã proprie potestatis intellige. Has itaq̃ pẽnas suas cũ sumpserit ante lucẽ.i. tpe resurrectionis: et habitauerit ĩ postremo maris: hoc est supra seculi istius amplissimũ finẽ: ibi manus paterna deducit eũ. Et vt ostenderet cooperationẽ: sequitur Et tenebit me dextera tua. Dextera est siquidẽ patris oĩpotẽs verbum: qđ assumptã ⁊ vnitã sibi humanitatẽ in eterna secula cõtinebit. Et si minime conuenire videt̃: vt cũ ipse sit dextera patris eius: se dicat dextera cõtinerĩ: hoc potius dictũ accipiendũ est a parte mẽbrorũ: que forma locutionis frequẽter assumpta est. Illud tñ regulariter est tẽnendum: vt qđ dubitat humanitas/qđ presumit deitas esse videat̃. Sequit̃. [Et dixi forsitan tenebre cõculcabũt me: ⁊ nox illuminatio
SCHE mea in delicijs meis]. Prima pars versus istius sub Ironia ꝓnũcianda est. Frequẽter aliqua quasi sub ambiguitate ꝓferimus: de quibus dubitare nõ pos-
Psal.123. sumꝰ: sicut in alio psalmo iã dictũ est. Forsitã viuos deglutissent nos: et reliqua. Quomodo eñ tenebre cõculcare poterant: que ius in tãta gloria non habe-
Joan.2. bant? Ipse eñ dicit de se Ego sum lux huius mũdi. Sed cõculcauit ille potius tenebras: qui cecitatem primi hoĩs ad eius posteros trãseuntem: misericordie sue luce supauit. Quapropter hoc comate quo ait. Forsitan tenebre conculcabũt me: irridentur illi qui de ipso poterãt timoris alicuius nebulas suspicari. Cuius sensus sequit̃ explanatio cũ dicit Et nox illuminatio ĩ delicijs meis. Quomodo poterat a tenebris cõculcari: cui erat nox illuminatio in delicijs suis? Noctẽ significat ĩferni claustrũ: qđ reuera illuminauit: qñ potestatẽ diaboli contriuit: ⁊ hoĩem sua miseratione liberauit: quẽ ad imaginẽ ⁊ similitudinem suã plasmare dignatus est. In delicijs autem meis paradisum significat: vnde primũ hoĩem peccata pepulerũt: sed cõfessionis beneficio aĩe sanctorũ ad eius amenitatẽ dño prestãte reuerse sunt. Sic
Luc.23. eñ credẽti latroni dictum est Amen dico tibi: hodie mecũ eris ĩ paradiso. Paradisus eñ significat̃ amenissimus locus: ⁊ felicissime iocũditatis eterna securitas. [Quia tenebre nõ obscurabunt̃ a te: et nox sicut dies illuminabit̃: sicut tenebre eius ita et lumen eiꝰ]. Superioris sentẽtie causa reddit̃: quare nox sit illuminatio in delicijs eiꝰ: scꝫ q2 tenebre nõ obscurabunt̃ a te: sed potius illuminabunt̃. Tenebras enim dicit mystica queq̃ ⁊ ꝓfunda scripturarũ diuinarũ:
Prouer.1. iuxta illud quod legimus in prouerbijs. Intelligit quoq̃ parabolã ⁊ tenebrosum sermonem. Sic et in
Psal.17. alio psalmo legimus. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Ergo iste tenebre nõ obscurabunt̃: sed potius illuminantur a dño: qm̃ predicatio prophetarũ ipso

veniente cõpleta est. Solet enim ad patrem referre quod ipse facit: vt possit cooperatio sancte trinitatis intelligi. Sequit̃ Et nox sicut dies illuminabit̃. Illa eñ que fuerãt quasi nox: sub mystica cõplexione tenebrosa tanq̃ dies illuminata sunt: cũ in aduẽtu dñi Saluatoris prophetarum dicta patuerũt. Et bene vtrũq̃ coniunctũ est Sicut tenebre eius: ita et lumẽ eius: q2 in vtroq̃ veritas fuit: siue cum obscura viderentur: siue cũ illuminata patuerunt. [† Quoniã tu Al. Quia
possedisti renes meos † dñe: suscepisti me de vtero Al. non hꝫ.
Al. sustine- nes tropicas consequenter exponit. Que figura dicit
bit. Parabole:quoniam res sibi genere dissimiles compa-
SCHE. rantur. Hec igitur omnia/niuis/nebula/crystallum/fri
gus/mala sunt huius seculi:que peccatorum gelu mor
talia corda constringunt: et in stupore saxeo faciunt ꝑ-
manere: nisi domini calore soluantur. Sed videamus

queādmodum singulis rebus cōpetens medicina pre-
stetur. Dicit enim Qui dat niuem sicut lanā: vt qd fa-
cit significat: sicut vulgo dicimus. Dedit nobis indi-
cium: quando aliquid monstratum atꝗ edoctum esse
declaramus. Quapropter facit niuem sicut lanam: vt
qd ante frigoris acerbitate gelatum est:in laneam mol
liciem ꝑducatur. Qd fit vtiꝗ quando frigidissima pec
catis corda mortalium ad ardorem satisfactionis ad-
duxerit. Niuis est enim homo cum recedit a domino:la
na cum ad eius meruerit venire medicinam. Nebula/
idem significat omne peccatum: qd semper caliginosa
obscuritate peragitur:sed velut cinis dn̄o prestāte dis-
pergitur:dum eius cumulus cōfessionis gratia dissipa
tur. Crystallum vero est: in modum vitri ꝑ numerosas
hyemes glacies condurata: et in duriciā saxiliqueus
ad modum ꝑducta substātia. Cui obstinati peccatores
merito cōparātur: qui algore ꝑfidie cōstricti: per dies
singulos congelescunt. Hos quoꝗ dn̄s velut frusta
panis emittit/quando cōuersos sua facit ꝑ̄dicare ma-
gnalia: vnde populus esuriens celesti pane vescatur.
Frusta enim partes dicimus corporis alicuiꝰ. Signifi-
cant quippe doctrine diuersa dona: que ex peccatori-
bus in sanctis suis dominus sepius monstrare digna-
tus est. Sequit Ante faciem frigoris eius quis subsi-
stit? Ante presentiā frigoris eius dicitur:non qd ab ip-
so veniat: sed quod forte fieri permittat. Quale est il-
lud: Indurauit deus cor pharaonis. Et alibi. Ego do- Exod.10.
minus faciens bonū: ꝛ creans malū. Quapropter ante Isa.45.
illud frigus qd ipse non remouet/nemo valet subsiste-
re: qm̄ potest homines pigra fatuitate damnare. Exag
geratur enim periculū: vt liberationi gloriosissime ma
ior grā debeat. [† Mittit verbū suū et liquefaciet ea: † Al. emittet
et flauit spiritus eius ꝛ fluent aque.] Veniente verbo/ Al. flabit.
nulla obscuritas/nullum frigus: nec ipsa quoꝗ debet
desperare duricia: quoniā resoluta malis suis que vo-
cata fuerint: ꝑducuntur in saluberrimū liquorem Sic
que extiterant peccatorū gelu constricta: pietate domi
ni defluunt in medelā: sicut ꝛ alibi dictū est. Nec est qui Ps.18.
se abscondat a calore eius. Nā spū eius quasi austrino
flatu duricia periculosi frigoris euenescit: dum acerui
scelerum dissoluti in humilitatis gratiam tabida colla
deponūt: et in liquores saluberrimos adducti spūalis
bn̄ficij fluenta ꝓfundunt. Sic factū est de persecutore
Saulo: sic fit hodieꝗ de plurimis: vt q̄ mō sunt obsti-
nata voluntate sicci: fiāt postea fluxu ꝑ̄dicationis irri-
gui. [† Pronūcians verbū suū iacob: iusticias ꝛ iudi- Al. Qui an
cia sua israel]. Per iacob ꝛ isrl̄ significat eccl̄ia. Hec ei nunciat.
duo noīa vnius extitere ꝑsone: sicut duobꝰ populis fa-
ctus est vnꝰ: qui ꝛ israel bn̄ dicit: ꝛ iacob ꝓprie nūcupa
tur. Nā ꝛ modo israelita est: quicunꝗ fidelis est: ꝛ ante
Jacob fuit: qui dn̄o pura deuotiōe cōplacuit. Ipsi em̄
verbū suū: ipsi noscit ꝓnunciasse iusticias. [Nō fecit ta
liter om̄i nationi: ꝛ iudicia sua non manifestauit eis].
Hic versus sic videtur itelligi: qꝛ licet oēs gentes reli-
gio christiana cōplexa sit: nulli tn̄ facie ad faciē est locu
tus: aut mare diuisit/aut manna pluit/aut tabernacula
nube compleuit/aut holocausta ipsorꝫ celesti igne con-
sumpsit: et cetera que illi populo visibiliter supno mu-
nere ꝑ̄stabant. Nobis em̄ spiritualiter fiūt: que illorum
oculis corporaliter apparebant. [Alleluia].
PErmouere solet qd in fine quorūdā psal-
morū Alleluia positū reperimus. Signi-
ficat forsitan eos totos ad ꝑ̄conia domini
pertinere: nec alicuius alterius cause rela-
tione ꝑmixtos: sed sicut a capite incipiūt

ita vsqȝ ad finem in laude dominica terminatur. Sed hoc asseuerare nõ possumus: quia in rebus talibus aliquid definire periculum est. Melius est enim altiora sibi hominem confiteri: ꝙ aliqua presumptione culpari: atqȝ ideo qđ de hac re/vel de aliis nouitatibus (prestāte domino) putauimus offerēdum: in arbitrio sit legentis sequi quod eligit. Conclusio.

¶ Hactenus de istis quatuor psalmis ꝗ de laudibus dñi precesserūt: in cõclusionibus eoꝝ dictum est qua intētione formati sint: vt toti ad preparationem sequentium positi esse videātur. Ordo enim ipse psalmoꝝ dispositionē rerum noscitur indicare mirabilem. Decoꝝ enim fuit: vt prius de preceptis diuini preconij: post de mūdi peruersitate fugiēda: tertio de congregatione ecclesie diceret: quarto ꝗ nunc finitus est collecte hierusalē precepit laudes domini celebrare: que de mundi istius diuersis periculis liberata: in eterna requie noscitur cõstituta. Quapropter choro illi sanctissimo: ⁊ de mundi partibus aggregato/trina subnectit exultatione gaudendū: vt in opere sanctissimo trinitatis gratia vbiqȝ fulgeret.

¶ Explicit expositio in psalmum. cxlvij.

¶ Alleluia. cxlviij.

Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum oẽs angeli eius: laudate eū oẽs virtutes eius. Laudate eum sol ⁊ luna: laudate eum oẽs stelle et lumē. Laudate eū celi celoꝝ: et aque oẽs que sup celos sunt laudēt nomē dñi. Quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mādauit ⁊ creata sunt. Statuit ea in eternum ⁊ in seculū seculi: preceptū posuit et non preteribit. Laudate dñm de terra: dracones et oẽs abyssi. Ignis grādo nix glacies spiritus procellaꝝ: que faciunt verbū eius. Mõtes ⁊ oẽs colles: ligna fructifera ⁊ oẽs cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora: serpentes ⁊ volucres pennate. Reges terre et oẽs populi: pricipes ⁊ omnes iudices terre. Iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudēt nomen domini: quia exaltatū est nomen eius solius. Confessio eius super celum et terrā: ⁊ exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi.

Pars ista orationis paucis quidē syllabis artat: sed cogitata semp extendit. Nouitates enim suauissimas de se eijcit: cum eam acies mentis inspexerit. Nam dum a lectore dicit: pdicatio laudis est: cum a populo respondet/hymnus. Sic vna voce peragit tā diuersum mysterium: cum in ipsa nichil appareat imutatum. Subtiliter autem psalmus iste tractandus est: qm̄ propheta p paucarū cõmemoratione omnes creaturas hortat laudes dñi debere cantare. Rationales ⁊ intellectuales per se: eas vero que sunt itellectu vel sensu carentes: per illas. s. que opera domini sapiētissima cõsideratione collaudant. Diuisio.

Considerans ppheta in celestibus et terrestribus reb⁹ oẽs opas dñi contineri. Prima parte celestia hortat ad laudes. Secunda vero allegoricis allusionibus terrena commonet: vt dñm deuota mente concelebrent: vnā causam pbabilē vtrisqȝ subiungens: qꝛ dignū est creatura suū debeat laudare creatorē. Expositio.

Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis]. Cum omnia celestia hymnos dñi iugiter profundant: pscrutandum est quare propheta illud primum admonet fieri: qđ continue probat impleri. Usus iste humanus est: vt cum videmus in agro laborātes dicamus: laborate/ cum legentes/legite: cum fabricantes/fabricate: vt exhortatio ista ad augendū magis studium: ꝙ ad inchoādum aliquid dici posse videatur. Sed que sunt ista de celis que laudare prouocātur? Scilicet illa que ad cõtemplandum dñm purissimo intellectu ipsius largitate valentia sunt: et ppetua charitate succēsa/auctorem suum suaui exultatione concelebrant. Nam sicut sunt immortalia: ita nec eoꝝ laudes aliquo fine clauduntur. In excelsis significat substātias digniores: quas merito sibi excelsas imbecillitas humana profitet: qꝛ carnis fragilitate deprimit. Dignū est enim vt vnaqueqȝ res sm percepti muneris modum suum laudet artificem. [Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum oẽs virtutes eius]. Quod angelus greca lingua dicit: latine nuncius interpretatur. Sed cū ad aliqđ pficiendū mittitur virtus celoꝝ: ab officio suo hoc nomē assumit. Angelus enim ab officij dicit nomine non nature. Sequitur Laudate eum omes virtutes eius. Hoc generale nomen est. Ibi enim cõcludunt oīa que celestis militie dignitate grandescunt. Sed ideo forsitan hoc loco angeli virtutibus sunt plati: qꝛ honorabilior estimandus est: per quem dñi iussa complentur. Pulcherrime autē in laudibus dñi ab angelis fecit initium: qui inter creaturas estimantur eximij. [Laudate eum sol et luna: laudate eum oẽs stelle ⁊ lumen]. Sol/luna/stelle, vt quidam dicunt: ⁊ si aliquo spiritu pprio regātur: tñ qꝛ carnalibus oculis patescunt: inferiores esse virtutibus que non vidētur: nõ absurda estimatione colligitur: ꝙuis celi speciem decoro lumine ornare videātur. Nā illa ad que peruenit noster aspect⁹ licet sint lucida atqȝ subtilia: tamen corpora esse manifestum est: ⁊ necesse est vt illis cedant/que inuisibili virtute subsistūt. Quapropter solem/lunam et stellas/siue per propriā rationem/siue per alias sensibiles ⁊ indicabiles substātias propheta laudare precepit dñm: qꝛ creatoris bñficio existere meruerūt. Considerata eñi tot lumina ingentes admirationes poterunt cõmouere: quando et mortales oculos videre faciūt: et ipsa in tam splēdida claritate cõsistunt. His rebus lumē generaliter adiunctum est: vt cetera in se lumen habentia que dinumerata nõ sunt: tali complexione ad laudes dominicas incitaret. [Laudate eum celi celorum: ⁊ aque † que super Al. omnes
celos sunt]. Quāuis in Genesi vnum celum fabricatū esse legerimus: tamen eos plurali numero: et Paulus 2. Corin. 12.
apostolus appellauit: ꝗ refert in tertium se celū raptū: ibiqȝ talia cognouisse que homini non licebat effari: ⁊ hic plurali numero nuncupātur: qđ tali forsitan ratione cõcordat. Dicimus vnum esse palatium: qđ multis mēbris: multis spacijs ambiatur: ita forsitan ⁊ celi partes dicimus celos: dū cõplexio atqȝ sinus eius vnus esse mõstret. Aquas vero sup celos eē: Genesis refert. Geñ. 1.

Ait enim Diuisitqꝫ aquas que erant sub firmamento
ab his que erant super firmamentum. Quod vtrunqꝫ
nimie laudis designat arcanum: vt et celorū tenuitas
firma cōsistat: et aque supra ipsum posite cum sint gra
uiores: nisi quādo fuerint iusse non defluant. Celi vero
substātia: q̄uis pura/lucida/atqꝫ egregia esse putanda
sit: dignaqꝫ talibus ac tantis habitatoribus suis: tamē
animal esse non cōperi: ⁊ temerariū est ex opinione ho
minum dicere: qđ celestium litterarū non tradit aucto
ritas. Aque vero que sup celos sunt (vt arbitror) istas
Gen. 7. que depluunt esse non dubium est: testante Genesi. Ca
tharacte celi aperte sunt: ⁊ facta est pluuia super terrā
quadraginta diebus ⁊ quadragita noctibus: ⁊ cetera
qđ non adeo querere necessarinm est: quando aut per
se/aut p substātias rationales laudare dominū omnia
cōmonentur. [Laudēt nomē dn̄i. Quia ipse dixit ⁊ fa-
cta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt]. In hoc versu ex
operibus suis dominū precipit esse laudandum. Quid
enim dignius q̄ꝫ vt creatura creatorē suum: id est con-
ditio rerum proprium laudet auctorē? Et vt sentētias
philosophorum veritatis ipsius voce conuinceret/ait.
Quia ipse dixit et facta sunt. Dicendo Ipse/dominū
significat saluatorem. Ipse est enim verbū caro factū:
cuius iussione cuncta creata sunt: sicut veritas euange
Joan. 1. lij dicit. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipo factum
Col. 1. est nichil. Et Apls ait. Qui est imago dei inuisibilis:
primogenitus ōis creature: q2 in ipso cōdita sunt om-
nia in celis ⁊ in terra/visibilia et inuisibilia/siue sedes/
siue dominationes/siue principatus/ siue potestates:
oīa per ipsum ⁊ in ipso cōdita sunt. Quapropter philo
sophoꝝ falsissima sentētia conquiescat: qui mundū pu
tant coeternū diuinitati per se existere potuisse. Dixit
Gen. 1. ergo quādo ait: Fiat lux: et facta est: Mandauit autem
significat constituit atqꝫ firmauit: sicut ⁊ alius indicat
Ps. 110. psalmus. Mandauit in eternū testamētum suum. Fa-
cta vero ⁊ creata: habēt aliquam distātiam si subtilius
inqramus. Facere enim possumus etiā nos: qui creare
non possumus. Sed q̄m dixerat generale verbum: ad-
didit qđ erat diuinitatis proprium: quatenus sic facta
Al. seculū. itelligeres vt creata esse sentires. [Statuit ea in † eter
num ⁊ in seculū seculi: preceptū posuit ⁊ non p̄teribit].
Hic quoqꝫ locus potētiam dn̄i virtutemqꝫ declarat di
cens. Statuit ea in eternum ⁊ in seculum seculi: prece-
ptum posuit ⁊ nō preteribit: vt dubium non sit oīpotē-
tem esse dn̄m: quādo que ille constituit/nulla mutabili-
tate vertuntur in parte. Siquidem celestiū rerū facta
Isa. 65. conclusio est. Sed cum legat̃ de futuro seculo: Erit ce-
lum nouum/⁊ terra noua: quēadmodum de isto celo di
citur Statuit ea in eternū? Sed oīa a deo statuta esse
non dubium est. Nam et homo ipse q̄uis moriatur: di
uinitate statutus est cum resurgit: sic ⁊ celū ⁊ terra deo
pmanent cum nouātur. Depositio enim vt patres di-
cunt in clementia siue corruptibili qualitate natura ipa
meliorata permanet: cum iussa fuerit in eternitate con
sistere: sicut et de corporis nostri pmutatiōe dicit Apo
1. Corin. 15. stolus. Dum corruptibile hoc induerit incorruptionē:
et mortale hoc induerit imortalitatē. Preceptū legē
dicit siue cōditionē: vt oīa sub ipsius potestate esse no-
scātur. Preterire autē non potest: qđ oīpotens statuit:
et veritas repromisit. [Laudate dn̄m de terra: dracho
nes ⁊ oēs abyssi]. Decursis celestibus substantijs: pro
pheta venit ad secundā partē vbi terrena cōmonet/si-
ue animata/siue inanimata: vt laudes dn̄i per naturas
sapiētissimas debeant explicare. Dracho est sulcatus:
q̄uis in modū serpentis producta nimis corporea ma-
gnitudo: qui naturali feruore succēsus in remedium tē-
peramenti sui: aquosis speluncis inhabitat. Qui non
humo repit: sed cum moueri placuerit volitare narrat̃.
Huic rupt⁹ elephas cibus est: qui virtute mirabili ne-
xibus suis ita ingentium beluarum mēbra constringit:
vt eis spiritum vitalem velut muscis eripiat. Abyssoꝝ
vero/id est marinorum fluctuum considerata profun-
ditas: vniuersos debet rationales ad laudes dn̄i conci
tare. Et respice ordinem dictionis: quia vnam substan
tiam de sensibilibus/alteram de insensibilibus posuit:
vt dominus debeat omniū creaturarum virtute lauda
ri. Sed quoniā auctoritate patrum diximus hunc psal
mum hymnū esse beatoꝝ: qui post huius seculi permu
tationē cantatur: drachones ⁊ abyssos/psonas hic tru
culentas et validas debemus accipere: que hic cōuer-
se nulla patria dominicis laudibus honorant̃. [Ignis
grando nix glacies spiritus procellarum † qui faciunt Al. que.
verbum eius]. Ignis/grando/nix/glacies per allego-
riam (sicut dictum est) homines significant: qui in hoc
seculo ex turbulentis et pessimis ad deuotionis tranq̄l
lissima studia peruenerunt. Denīqꝫ vide quid sequitur:
Spiritus procellarum qui faciunt verbum eius. Qui
faciunt verbum eius: nisi qui ex tempestuosis ⁊ impro-
bis ad confessionis ipsius gratiam venire meruerunt?
[Montes ⁊ omnes colles: ligna fructifera ⁊ oēs cedri.
Bestie et vniuersa pecora: serpentes et volucres pen-
nate]. Montes significant homines pietumida pote-
state sublimes. Colles/mediocres equalitate tractan-
tes. Ligna fructifera/qui ex duricia peccatoꝝ conuersi
fructus morum itulere dulcissimos. Cedri: absolute su-
perbos significant et elatos. Bestie: crudeles atqꝫ in-
domitos. Uniuersa pecora: cōmunem ⁊ infinitam scili-
cet plebem. Serpētes: venenosos dicit ⁊ callidos. Uo
lucres pennatas philosophos significant: qui cogita-
tionum suarum velocitate naturas rerum discurrere
cōsuerūt. De q̄bus omnibus generibus hominū: Chri
stus sibi electos parat: qui in illa resurrectione angelo
rum possint cetibus aggregari. [Reges terre et omes
populi: principes ⁊ oēs iudices terre. Iuuenes et vir-
gines † seniores cum iunioribus]. Reges terrarū: fre- Al. senes.
quenter diximus sanctos viros esse regentes corpora
sua: qui carni proprie imperantes: eam non permittunt
illecebras sue voluntatis implere. Omnes populi tur
bas significat: que ad dominū numerosa simul volun-
tate conueniunt. Principes seculi potestates excelsas:
non indecēter aduertimus. Et vt nobiles intelligeres
ac potentes: vide quid sequitur: Et omnes iudices ter-
re. Quod frequenter euenire cognouimus: vt subito
mundi potestate derelicta: domini delegāt subire ser-
uitia. Iuuenes dicit: qui etatis calore feruētes ad mo-
destie se temperamenta cōuertunt. Seniores cum iu-
nioribus/pmixtam significat etatem: q2 de omni sexu:
de omni etate potēs est dominus euocare quos eligit.
Nam vt hec omnia ad homines potuisses referre: vi-
de quid sequitur. [Laudent nomen domini: q2 exalta-
tum est nomen eius solius. Confessio eius super celum
et terrā]. Et hic quoqꝫ locus ex magnificentia ipsius
et singularitate predicat̃. Nam cum dicitur Quia ex-
altatum est nomē eius solius: cōfessio eius super celū
et terram: sine dubio magnificentia ipsius in toto orbe
declaratur. Sed vsqꝫ ad hāc sententiā superiora suspē
sa sunt: vt laudet dominum populus fidelis: in illa scili
cet patria constitutus: qui iam peccatorum noscitur
nexibus absolutus. Sequitur causa iustissima: quare
dominus debeat predicari: vtiqꝫ Quia exaltatum est

nomen eius solius. Exaltatum est quippe: dum illi (si-
Philip. 2. cut dicit Apostolus) omne genu flectit / celestiū / terre-
strium et infernoꝝ. Adiecit Confessio eius sup celum
et terrā. Hic confessio laudē illā significat que illi post
seculi istius innouationē ab oībus rationabilibus crea
turis exoluit. Super celum ꝛ terram dixit: qꝛ nec cele-
stia nec terrena illis p̄dicationibus possunt equalia re-
periri. [Et exaltauit cornu populi sui. Hymnus oībus
sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi].
Hic ex sanctitate dn̄i hymnus absolute profunditur.
Nam cum dicit Exaltauit cornu populi sui: hymnus
omnibus sanctis ei⁹: filijs israel populo appropinquā-
ti sibi: sine dubio sanctitas domini muneraqꝫ laudant:
qui sanctos suos participatione sui muneris glorifica
re dignabit. Et cornu pro potestate positum sepe iam
diximus: qđ hic humiliatū est propter afflictiones et
dolores quos patitur populus fidelis. Ibi autē exalta
bit: vbi oīs gloria manifesta prestat. Primū: qꝛ dexte-
ram merentur: deinde cum dn̄o iudicabunt. Tertio: in
eternā pacem gaudiūqꝫ transibunt: vt merito exaltati
dicātur: qui vsqꝫ ad ipsius domini contēplationē mira
bili eius pietate perueniunt. Quod tunc fit: sicut dicit
1. Corin. 15. Apostolus. Cū tradiderit regnū deo patri: cū euacua
uerit omnē principatū: ꝛ omnē potestatē et virtutem.
Oportet enim eum regnare: donec ponat oēs inimi-
cos sub pedib⁹ eius. Sequit Hymnus oībus sanctis
eius. Vox ista promissio est: ꝛ totius beatitudinis sum-
ma ꝑfectio. Nam qđ merebunt sancti / hymnus est dn̄i:
quē tunc canūt / quādo ꝛ eterno munere coronabūtur.
Isto enim ꝓcepto vlterius nil egebūt: sed illic erit qc-
quid modo nō valet apprehēdi / māna celestis / satietas
infastidibilis / incōprehensibile donū / assidue hoc age-
re: ꝛ in eo studio semper ardere. Hymnus est ergo san
ctoꝝ cantus in laude dn̄i constitutus: cui aīa corpusqꝫ
perfecta puritate consentit. Quem etsi hic modo vide
mur dicere cupide: tamē nō possumus sine defectione
peragere. Adiecit Filijs israel populo appropinquāti
sibi. Quibus sanctis hymnus ille prestet ostēdit: filijs
vtiqꝫ israel qui non solum genere: sed fide nomē istud
habere declarātur. Illos enim israelitas vere dicim⁹:
qui recte credēdo cordis lumīe dominū respicere me-
ruerunt. Sunt enim israelite: qui mandatoꝝ obedien-
tia christo domino appropinquare monstrantur. Illi
enim ab ipso longe sunt: qui eius iussa non faciūt. Ne-
mo ergo illi proximus: nisi qui et membrum ipsius est.
Membrum enim a capite suo nescit esse separatū. De
[Alleluia] vero vltimo quod in superiore psalmo dixi-
mus: ꝛ hic debet intelligi: qm̄ ipsa de vicino repetere:
tedium magis qꝫ intellectum generat audienti.

Conclusio.

¶ Contueamur psalmum istum quo decore:
qua virtute prefulgeat. Refe
runtur enim superne voces: que adhuc nequeunt pro
ista infirmitate corporalitatis audiri. Dicunt celestes
creature laudem dn̄o: dicunt terrene substantie: ꝛ me-
lodie cātibus agit: vt dn̄s creaturarū suarum cōsona
exultatione laudetur. In ipsis quippe primordijs opi-
nabilem illam astronomie posuit disciplinā: quam se-
culi doctores minutissime perquirentes: ita definien-
DEF. dā esse putauerunt. Astronomia est disciplina: que cur
ASTR. sus celestium siderum: ꝛ figuras cōtemplatur omnes:
et habitudines stellarū circa se: ꝛ circa terram indaga-
bili ratione percurrit. Cuius operatione solēni: annum
dicunt quadrifaria tempoꝝ diuisione compleri. Hinc
imbres fieri: hinc perhibent terrena procreari: hinc fri
gora venire: hinc aeris aiunt esse temperiem: ꝛ quicqđ
terris necessarium probatur: iussione dn̄i earum mini-
sterio posse suppleri. Quam scientiam veteres nostri
non adeo refugiendam esse dixerunt: qꝫdiu tamen esse
cognoscitur disciplina: ꝛ motus astroꝝ naturali solen-
nitate perquirit. At vbi se in astrologie partem labilis
error infuderit: et vitas mortalium de cursu stellarum
putauerit colligendas: tunc abominandi: tunc potius
ceci sunt / cum se estimant preuidere: que creator nobis
vtiliter decreuit abscondere. Planetas etiam dicunt
contra polum currere per certissimos meatus: fabricā
quoqꝫ celi que semper rotabili mobilitate se sustinet:
habere quandam armonie delectationem: que suauis
et iugis est. Sed nos obsequia naturalium rerum ad
auctoris referamus imperium: qui creaturas suas ip-
sa potentia sibi parere iubet / qua fecit existere.

¶ Explicit expositio in psalmum cen-
tesimumquadragesimūoctauum.

¶ Alleluia. cxlix.

CAntate dn̄o canticum nouū:
laus eius in ecclesia sanctorū:
Letetur israel in eo qui fecit
eum: ꝛ filie syon exultēt in re-
ge suo. Laudent nomen eius
in choro: in tympano ꝛ psalte
rio psallant ei. Quia beneplacitum est do-
mino in populo suo: et exaltauit mansuetos
in salutem. Exultabunt sancti in gloria: le-
tabūtur in cubilibus suis. Exultationes dei
in gutture eorum: et gladij ancipites in ma-
nibus eorum. Ad faciendam vindictam in
nationibus: increpationes in populis. Ad
alligandos reges eorum in compedibus: et
nobiles eorū in manicis ferreis. Vt faciant
in eis iudicium conscriptum: gloria hec est
omnibus sanctis eius.

HOc nomē in vsu habere oīmodis commo-
nemur: quando nouo et veteri testamento
cognoscimus decēter aptatū. Veteri pre-
latum est in centesimoquarto psalmo: vbi
egypti miracula: et maris rubri beneficia
describuntur: hic nouo cantico docetur esse prepositū:
vbi est totius religionis absoluta perfectio. Sic vbiqꝫ
positum est: qđ semper constat esse dicendum. O no-
men magna deuotione venerandum: quod ꝛ angeli ca
nunt: et in terris vota fidelium frequenter assumunt.

Diuisio.

SVperioribus psalmis innumeris admoni-
tionibus laudes domini propheta cōmen
dans: nunc etiam prima positione canticū
nouum christo domino diuersis modis di
cit esse cantandum: qui de toto orbe terra-
rum vniuersalem hierusalem sua pietate cōstruxit. Se
cunda: gaudia sanctoꝝ virtutesqꝫ describens: vindictā
peccantium gloriam dicit esse iustorum.

Expositio.

CAntate domino canticum nouum: † lauda- Al. laus.
tio eius in ecclesia sanctorum]. In hoc ꝛ in
alijs tribus versibus qui sequūtur: ex ope-
ribus domini magnitudo laudat. Dicendo

enim Cantate domino cãticum nouum:laudatio eius
in ecclesia sanctorũ ⁊c̃.ex operibus suis dicit esse pre=
dicandum. Nam propheta in hoc mundo tm̃ corpore
constitutus : intellectu et fide in illa patria cum ange=
lica multitudine miscebatur : in qua cõmonet populũ
beatum nouũ canticum debere cantare. Canticũ autẽ
nouum est:sancte incarnationis arcanũ/ natiuitas mi
rabilis/doctrina salutaris/ passio magistra/tolerantie
resurrectio/spei nostre certissimũ documẽtũ/ sessio ad
dexteram patris/ virtutem significans ⁊ potentiã sin=
gularem. Et ne crederes istam laudem vbicũꝙ/aut a
quibuslibet posse celebrari: sequitur Laudatio eius in
ecclesia sanctorum. Siue istam dicas catholicã signi=
ficat que reuera sanctorum est:siue illam hierusalẽ ce=
INTER. lestem:⁊ ipsa sine dubitatione sanctorum est.Ecclesia
enĩ interpretatur collectio : qđ ad vtrũꝙ referri posse
Al.enim. non dubiũ est. [Letetur israel in eo qui fecit † ipsum:
Al.filie. et † filij sion exultẽt † super regẽ suum]. Israel ⁊ sion
Al.in rege diuersa quidem vocabula:sed virtus vna sanctorũ est.
suo. Nam israel interpretatur vir videns deum. Sion spe=
INTER. culatio dicitur. Quod vtrũꝙ ad beatũ populum per=
tinere manifestum est: qui letari ⁊ exultare in rege suo
christo dño cõmonentur : qñ ipsum viderint omnipo=
tentem/ipsum eterni premij largitorem:quem hic cre=
diderunt in sua maiestate venturũ. Quis enim erit il=
lius gaudij modus cõspicere illum dñm rerum qui hic
mori creditus est pro salute cunctorum? Mensuram
quidẽ istius leticie iure nescimus:sed tamen vltra om
nia bona esse confidimus: quod tanta veritas pollice=
tur[Laudent nomen eius in choro:in tympano ⁊ psal
terio psallant ei]. In superiore versu:in domino chri=
sto dicit esse letandum: nunc dicit in choro nomen dñi
esse laudandum. In choro vtiꝙ qui iam nullam pati=
tur dispersionem/nullum tedium/ nullum scandalum:
sed meritorũ probitate collectus : charissima semper
vnitate consistit. Sed qualis quãtusꝙ sit iste chorus:
Psal.106. alius psalmus exponit A solis ortu vsꝙ ad occasum:
laudate nomen domini. Chorus qui a mundi initio de
numerositate gentium cõgregatur: ⁊ nisi in illa patria
totus non potest esse collectus. Sequitur In tympa=
no ⁊ psalterio psallant ei. Tympanum et psalterium:
probabiles hic actus esse dicimus : qui ad diuina mu=
nera referuntur: qui iam in illa patria non vidẽtur:sed
tñ erunt cum de eorum exultatione gaudebitur. Nam
quod hic contristat/ibi letificat:qđ hic cõterit/ibi nos
Matth.5. erigit: sicut legitur Beati qui persecutionem patiunt
propter iusticiam:qm̃ ipsoꝝ est regnum celorum. Hec
ergo omnia siue tympanum/siue psalterium : ibi psal=
lunt domino:quoniam hic pro ipsius nomine exercita
tata vel tolerata noscuntur. [Quia beneplacitũ est do
mino in populo suo:⁊ exaltabit mãsuetos in salutem].
Legitur quidem creatori oĩa opera sua in rerum con=
ditione placuisse: sed pro rerum qualitatibus immuta
Gen.6. tis:⁊ peniteri ⁊ gaudere legitur deus: vt est illud Pe=
Luce.15. nitet me hominem fecisse. Et in alio loco Gaudebo su
per vnum penitentem:ꝙ supra nonagintanouẽ iustos
non indigentes penitentia. Has enim permutationes
diuinitati ex nostra infirmitate tropicis allusionibus
applicamus. Dicit enĩ Quia beneplacitum est domi=
no in populo suo.i.qñ illum fecerit perfecta suauitate
gaudentem/qñ angelis parem / qñ reuera suum quem
tanto iudicauerit munere coronandum. Tunc enĩ erit
beneplacitum:qñ erit (sicut apostolus dicit) omnia in
1.Corin.15. omnibus. Mansuetos autem significat patientes qui
in hoc mundo diuersas tolerauere nequicias : sed pro

dei regno fuerint sanctissima deuotione contẽpti. In
salutem dicit in vitam eternam : quam illis iustus do=
minus in illa iudicatione restituet. [Exultabunt san=
cti in gloria:letabuntur in cubilibus suis]. Hinc vsꝙ
ad finem psalmi : virtus domini potentiaꝙ predica=
tur. Quid enim fortius ꝙ̃ tantam potestatem sanctis
suis tribuere: vt de inimicis sumant ipso largiente vi=
ctorias? Sed cum dicit Exultabunt sancti in gloria:
letabuntur in cubilibus suis:introitur iam secunda po
sitio : que continet gaudia sanctorum : et potestatem
christo credentium. Sed intendamus nunc quomodo
sanctorum exultatio describatur. Gloria est bonorum DEF.
actuum frequentata laudatio. De qua iusti letantur
in cubilibus suis : id est in secreto pectoris : sicut apo=
stolus dicit Nam gloria nostra est hec : testimonium 2.Corin.1.
conscientie nostre. Ibi enim letantur:vbi solus ille co
gnoscit qui donare dignatus est. Letantur vtiꝙ:quã=
do sic bonum dominum se habere perpendunt: vt reis
donet veniam/peccantibus gratiam/non merentibus
gloriam sempiternam. Contra in hoc seculo stultus a
se foras egrediens exultat in hominum fabulis : ⁊ me=
reri se putat : quod eum sermo falsus exaltat. Est ergo
sanctis disciplina gloriandi et modus gaudij: vt ad il=
lum referãtur bona qui tribuit vniuersa. Nam si men=
sura desit leticie : non est gaudium sed ruina. [Exul=
tationes dei in † faucibus eorum : et gladij ancipites Al.guttu=
in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in na= re.
tionibus:increpationes in populis]. Intuendum est/
ꝙ̃ pulchra / ꝙ̃ sit vtilis ista diuersitas. Superius di=
xit sanctos exultationem suam habere in cubilibus
suis : nunc dicit domini exultationes in eorum fauci=
bus constitutas significans : quoniam siue cogitatio=
ne/siue lingua laudare non desinunt: a quo eterna do=
na percipiunt. Transit quoꝙ ad exponendam pote=
statem ipsorum dicendo. Et gladij ancipites in mani=
bus eorum. Anceps gladius est sermo domini salua=
toris : de quo in euangelio ipse dicit Non veni pacem Matth. 10.
mittere in terram:sed gladium. Anceps ideo:quoniã
duo continet testamenta. Primo enim a gentibus se=
parauit iudeos : postea segregauit et diuisit a totius
mundi illecebris vtiꝙ christianos. Unus ensis : sed
duas desecationes habet:quas populis electis distri=
buta temporis oportunitate concedit. In manibus
ergo dicit gladios istos esse : id est in potestate san=
ctorum : sicut legitur Factus est sermo domini in ma=
nu Aggei prophete. Hanc igitur potestatem beati su Aggei.1.
scipientes cum domino iudicabunt:sicut scriptum est
Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duode= Matth.19.
cim tribus israel Nam vide quid sequitur Ad facien=
dam vindictã in nationibus : increpationes in popu=
lis. Ista enim tunc vere fient: quãdo cũ domino iudi=
cabunt . [Ad alligandos reges eorum in compedi=
bus:et nobiles eoꝝ in † vinculis ferreis. Ut faciant in Al.mani=
eis iudicium conscriptum/gloria hec est omnibus san cis.
ctis eius]. Exponit quid ille gladius faciat bis acu=
tus. Alligat reges terre in compedibus:vnde liberum
non sit exire. Uincula quoꝙ ferrea supra mundi no=
biles ponit: vt et cum portantur sint grauia : et nexus
eorum rumpere nulla virtute preualeant. Hoc est re=
uera canticum nouum : vt illi pauperes qui in mundo
fuere derisui : de principibus possint iudicare terra=
rum. Sequitur Ut faciant in eis iudicium conscri=
ptum : vtiꝙ quod dicit apostolus An nescitis quo= 1.Corin.6.
niam angelos iudicabimus? Quis possit estimare ta=
le miraculum: quis tantam gloriam mente complecti:

vt illos superbi et iniqui potentes iudices patiantur:
quos hic tanq̄ vilia pecora trucidandos esse putaue-
runt? Et ne forsitan solos ap̄los iudicaturos putares:
quibus hoc dominus in euangelio compromisit: adie-
cit Gloria hec est omnibus sanctis eius. Omnes eni
cum xp̄o iudicant qui eius regulis non repugnant: q̄m
quicquid illi placitum fuerit: ⁊ ipsi pia voluntate con-
sentiunt. Sed q̄uis sanctorum potestas ⁊ gloria mul-
tiplici relatione narrata sit: nullus tñ eorum plenissi-
Col.2. me habere omnia virtutum premia reperitur. Solus
est eni Jesus christus: de quo apostolus dicit In quo
habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. i. sub-
stantialiter. Nam cum habeat dominus omnia perfe-
cte ac summe bona: dat vnicuiq̄ prout vult: et ipse est
Joan.1. omnium sanctorum (ſm Joannem) manifesta plenitu
do.

Conclusio.

Subtiliter intuēdū est queadmodū p̄cedēs psalm⁹ huic p̄senti: ⁊ in laudis of
ficio cōiūctus: ⁊ quadā distinctiōe diuisus est. In illo
eni ad preconia dn̄i oēs creaturas hortat⁹ est: hic aūt
distincti⁹ p̄priusq̄ significauit israel nouū cāticū de-
bere cātare: ⁊ de p̄prio dn̄o letū fieri: qui eum fecit de
gentiū multitudine cōgregari. Cōmemorat etiā pote
stas que sanctis est in illa iudicatione tribuēda: vt vir-
tus dn̄i in eo⁊ gl̄ia possit agnosci. Sic ⁊ officio laudis
cōmunis: ⁊ rerum ipsarum proprietate diuisus est.

Explicit expositio in psalmum.149.

Alleluia. cl.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamen
to virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eū ſm multitudinem magnitudi-
nis eius. Laudate eum in so-
no tube: laudate eum in psalterio ⁊ cithara.
Laudate eum in tympano et choro: lauda-
te eum in chordis et organo. Laudate eum
in cymbalis benesonantibus: laudate eum
in cymbalis iubilatiōis / omnis spiritus lau
det dominum.

Ecce iterū salutaris ille preco remittitur: nō
de victu carnali: sed de copia sup̄na locutu-
rus. Admonet enim ciuitas dei vt de mūdi
ambitu cōgregata: ⁊ ore cantet ⁊ aīo. Qua-
propter hoc Alleluia plenissima intētione
cantemus: q⁊ vniuersam psalmodiā in excelsum culmē
dn̄i dispēsatione perduxit. Nam sicut ignis iste morta
lis ad superiora festinās: comas rutilas erigit in cacu
men: ita carmen istud paulatim crescēs ad celestia fa-
stigia virtutum gradibus euolauit. Q⁊ si et nos cum
ipso dn̄i dextera subleuāte animi deuotione cōscendi-
mus: vsq̄ ad ipsum salutarē finē venire dabit: qui nul-
lis limitibus terminatur.

Diuisio.

Psalmus iste leuatus ad illam concordem
sancto⁊ oīm vnitatem diuisionem habere
non debuit: q⁊ finē totius operis perduxit
ad virtutem inseparabilis trinitatis. Dein
de vno sensu oīa percurrit: vt nec personā
videretur mutare nec causam. Quod schema dicitur
SCHE. Hyrmos: q̄n series orationis tenorem suū vsq̄ ad vlti
mum seruat. Breuis est: vt fastidiū nō haberet. Musi-
cis organis plenus: vt sp̄ualibus thalamis redderet
aptissimus: ⁊ in cetu superne hierusalem nuptiali dul
cedine cantaretur. Intētio ꝟo eius ipsa est: vt dn̄s de
sancto⁊ congregatione laudet: qui eos imagini sue re
stituens fragilitatē fecit deponere carnis ⁊ sanguinis.
Jam conformes glorie sue in illa beatitudine colloca-
uit: vt bonorum omnium abundantia cōpleantur. De
quibus dicit apostolus Qui benedixit nos in omni Ephe.1.
benedictione spirituali: vt essemus sancti ⁊ immacula
ti coram ipso.

Expositio.

Laudate dn̄m in sanctis eius: laudate eum in
firmamēto virtutis eius]. Diligenter inspi-
ciendū est: liber iste psalmo⁊ qua suauitatis
gratia terminet: ⁊ queadmodū respiciat ad
principium suū. Dicit eni p̄pheta receptis
in illa hierusalem in sanctis suis dn̄m debere laudare:
sc⁊ quibus ipse formā cōuersationis ostendit. De quo
dictū est Beatus vir qui nō abijt in ꝯsilio impio⁊ ⁊c. Psal.1.
Ipsi sunt eni sancti qui eodē largiēte eius imitatores
esse meruerunt. Sed qualis veneratio sanctis debeat
congruēter exponitur: vt nō ipsi sed dn̄s debeat de eo
rum iustificatione predicari. Ille eni primo loco glori
ficari debet: qui predicāda concedit. Justis aūt habē
da reuerentia est: q⁊ diuina munera perceperunt. Se-
quit Laudate eū in firmamento virtutis eius. Firmi-
tas virtutis eius est: quia exitium pro oīm salute susci
piens: mortē ipsam cum auctore nequissimo potentie
sue virtute superauit / īferni claustra dirupit / hesitātes
resurrectione sanauit / ⁊ firmiter credentes vsq̄ ad ce-
lorum regna perduxit. [Laudate eū in † potētatibus Al. virtuti-
eius: laudate eum ſm multitudinē magnitudinis ei⁹]. bus.
Hic iam ex potentia ⁊ magnitudine sua dn̄m precipit
debere laudari. Ait enim Laudate eum in potentati-
bus eius: laudate eum ſm multitudinem magnitudi-
nis eius. Et queadmodum debeat laudari vsq̄ ad finē
psalmi: per mysticas allusiones consequenter exponit
Potentatus ipsius est: sicut in octauo psalmo dictum
est Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues Psal.8.
vniuersas insuper et pecora campi. Et apostolus Cui Phil.2.
omne genu flectitur: celestium terrestrium ⁊ inferno⁊.
Consideremus etiā qualis res populo beato quātaq̄
precipitur. Sequitur eni Laudate eum ſm multitudi
nem magnitudinis eius. Quis rogo possit eum lauda
re ſm multitudinem magnitudinis eius: cū in centesi-
moquadragesimoquarto psalmo dictum est Magnus Psal.144.
dn̄s ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non est fi
nis? Sed vide quibus dicitur: ⁊ dubietas nulla rema
nebit: vtiq̄ spiritualibus: ⁊ de ipsa potius laudis ope
ratione valentibus. Nam cum potentie dn̄i nullus sit
finis: ſm magnitudinem suam predicatur: q̄n sine fine
laudabitur. [Laudate eū in sono tube: laudate eum in
psalterio ⁊ cithara]. Hinc instrumenta musica signifi
cabili modo ad aliquid ponuntur in ordinem: vt tuba
cōcrepet regi: psalteriū canat deo / cithara cū reliquis
spōso. Ista enim ibi non esse manifestū est: sed hec oīa
mysticis allusionibus ad christum dominum constat
esse referenda. Tuba est corneis partibus adunatis: DEF.
aut aliquo metallo productus tubulus a patulo circu-
lo inchoans ⁊ desinens in angusto foramine. Hec spi-
ritu retracto cōpleta: terribili personatione dilatatur:
que aut bellorum tēporibus sumit / aut regijs aduenti
bus apparatur. Psalteriū ꝟo est in modū cithare con- DEF.
uersa positio. Buccas enim quasdā sonoras ligni ge-
stat in capite: vbi ab imo veniētes: chordarū sonos in
altum rapit: ⁊ gratissima quātū dicit modulatione re-
spondet. Cithara enim ligni quodam ventre inferius DEF.

constituto: a summo chordarum filis venientibus so=
nos recipit: atqꝫ in vnam gratiam iocunditatis emit=
tit. Que omnia humanis actibus cōparata: figuraliter
ibi dicuntur laudes dn̄i personare. [Laudate eum in
tympano ꝛ choro: laudate eū ī chordis et organo. Isti
quoqꝫ versus (sicut dictum est) vsqꝫ ad finem ad hym=
DEF. nos pertinēt nuptiales. Tympanū est quasi duobus
modis solis capitibus conuenientibus supra eos ten=
si corij sonora resultatio: qđ musici disciplinabili men
sura percutientes geminata resonatione modulantur.
DEF. Chorus est plurimarum vocū ad suauitatis modum
tēperata collectio. Sequit Laudate eum in chordis
et organo. Quoniā preter psalmū ꝛ citharā (vt quidā
dicūt) alia inueniri poterant: que chordarum tensioni
bus personarēt: generaliter chorda posuit: vt omne ip
sum instrumentum musicum dn̄i laudibus deputaret.
DEF. Organū itaqꝫ est quasi turris quedā diuersis fistulis
fabricata: quibus flatu folliū vox copiosissima destina
tur: ꝛ vt eam modulatio decora cōponat: linguis qui=
busdā ligneis ab interiore parte construit: quas disci=
plinabiliter magistroꝝ digiti reprimentes grādisonā
efficiunt ꝛ suauissimā cantilenā. [Laudate eū in cym=
Al. iubila= balis benesonantibus: laudate eū in cymbalis † bene
tionis. tinnientibus / omnis spiritus laudet dn̄m]. Ut illa su=
periora per allusiones quasdam de sanctis dicta debe
remus accipere: ad ipsum quoqꝫ os hoīs venit. Sed
considerāda est verboꝝ istorum facta discretio: vt cym
bala bene sonātia: labia nostra debeamꝰ accipere: que
non immerito inter musica instrumenta posita sunt: qꝛ
et similitudo quedam est cymbalorum: ꝛ per ea voces
humane armoniam reddere suauissimā cōprobantur.
DEF. Armonia est enī diuersarum rerum in conuenientiā re
dacta copulatio: quod ꝛ in vocē humana constat acci=
dere: qn̄ ꝛ tēpora ipsa ꝛ syllabe ad vnam vocis cōcor=
diam perducunt. Cymbala ergo nostra sunt labia per=
cussa ad sonū vocis distinctissime temperandum: que
tunc salutariter sonant: quando in laudes domini de=
DEF. uotissime cōmouētur. Cymbala quoqꝫ bene tinnien=
tia sunt ex permixtis metallis paruissime phiale cōpo
site vētricula sua in lateribus habētes: que artificiosa
modulatione collise: acutissimū sonum delectabili con
sonatione restituunt. Sed quoniam sanctissimus pro=
pheta vniuersa que dicta sunt spiritualiter volebat in=
telligi: aptissimo librum fine cōclusit Omnis spiritus
laudet dn̄m / non vtiqꝫ caro ꝛ sanguis / non mundi am=
bitus / nō illecebra secularis: sed illud quod est in natu
ra rerum sublimius: hoc laudet dn̄m: qđ celestia vtiqꝫ
sapit / qđ eterna premia concupiscit. Quapropter vni
uerso operi breuem perfectāqꝫ sententiam dedit: vt do
minū saluatorem spiritualiter debeāt cuncta laudare.
MU. His igitur decursis totius musice discipline assigna=
ta perfectio est. Flatus in tuba / pulsus in cithara / tinni
tus in cymbalis / vox in choro / spirituali armonia dul=
cissimus ille concētus: qui non auribus carneis audit:
sed contēplatione purissime mentis aduertitur. Nam
cōmemoratio syllogismoꝝ: sicut in primo psalmo ce=
pta est: parili nobis fine claudatur. A cathegorico si=
quidem qui est purissimus ꝛ princeps oīm syllogismo
rum dedimus prout oportebat initium: nūc etiā opus
nostrum in ipso cōcludimus. Decet enī finem respōde
re principio suo: qn̄ in litteris sacris debent sibi omnia
conuenientia reperiri. Hic aūt cathegoricus syllogis=
mus est nobis taliter colligēdus. Dn̄m laudet oīs spi=
ritus. Quē debet laudare omnis spiritus deus verus
est Dn̄s igitur deus verus est. Mirabile plane dicen=
di genus: vt ad illud reluctantem confitēdo trahat: ad
qđ prius aliquis acquiescere respuebat. Ecce de gram
matica: ꝛ de etymologijs / de schematibus / de arte re=
torica / de topicis / de arte dialectica / de diffinitioni=
bus / de musica / de geometria / de astronomia: ꝛ de pro=
prijs locutionibus legis diuine: seriem refertam esse
monstrauimus: quantum dominus prestare dignatus
est: vt qui talia legerint gratanter agnoscant: ꝛ qui ad=
huc rudes sunt / planissime dicta sine offensione perci=
piant.

Conclusio.

Explicitus est decorꝰ ꝛ mirabilis ordo psal
morum: numero quidem mysti=
co terminatus: sed sacris virtutibus infinitus: solūmo
do illi ad dimensum cognitus qui arenam maris: plu=
uiarum guttas: creaturarū omnium naturas dinume=
rabili quantitate cōplectitur. Sed ꝙuis a nobis ex to
to cōprehendi non possit: tamen vtiliter queritur: quia
perscrutatus semper copiosior inuenitur. Quanta enī
adhuc hinc noua dicenda sunt? quantorum fideliū in=
genia vsqꝫ ad finem seculi curiosa sedulitate labora=
bunt? Sed tamen ista veritas tunc plenissime dinoscē
da est: quando ipse dominus contēplationem suā pre=
stare dignabitur. Hic autem totus ordo psalmorum:
quātum humanum ingenium vestigare preualuit: du=
plici mysterio noscitur esse decursus. Primū sicut au=
ctoritate patrum dictum est: noui ꝛ veteris testamenti
sacramenta cōplectitur. Septem quippe decades re=
feruntur ad sabbatū: quod ad primam illā pertinet si=
ne dubitatione culturam. Octo pro nostro tempori de
putantur: qui resurrectionē domini die octaua pia de=
uotione veneramur. Secundo quoqꝫ domino largien
te prospeximus: qđ centū quinquagita diebus super=
ducto diluuio criminibꝰ suis terra diluta est. Sic psal
morum spiritualis abyssus peccatis inquinata corda
mortalium vsqꝫ ad iudicij tēpus perpetua emūdatio=
ne purificat: ꝛ fit nobis ex ipso salutare diluuiū: qđ no
strum sensum delictis sordidū reddit ablutum. Quid
enī in isto celesti armario scripturarū diuinarū inueni=
re nō possis? Genesim queras hic queadmodū fuerit
mundus fabricatus exponit. Prophetā dicas quis de
incarnatione domini tanta locutus est? Euangeliū cu
pias: passionem ꝛ resurrectionem christi domini innu
meris locis euidēter ostēdit. Apostolū velis / audi do=
ctorem / audi miserentem: qui ꝛ futura iudicia propter
correctiones predicat: et pro peccatoribus frequenter
exorat. Et ne longius differam quicquid in celo / in ter
ra / in mari / vel apud inferos agitur: si cautissime legas
omnia suis locis posita competenter agnoscis. Testis
est Athanasij episcopi sermo magnificus: qui virtutes
psalmorum indagabili veritate discutiens: omnia illic
esse probat quecunqꝫ sancte scripture ambitu cōtinen
tur. Naturam quoqꝫ dei (si fas est) duobus verbis facit
subintelligi Ego hodie: que nullis libris: nullis codici
bus preualet cōprehendisse: sicut ꝛ explicatum est qđ
breuiter dicitur: et ex aliqua parte sensibile quod tacē
tur. In secundo quippe psalmo: pater dicit ad filium
Ego hodie genui te. In istis siquidem duobus verbis Psal. 2.
subtiliter significat: qđ humanum intellectū transcen=
dere posse videat. Nouum ꝛ vetus testamētum tanta
proprietate cōplectit: vt reuera spiritualem bibliothe
cam in hoc libro intelligas esse cōstructā. Nam si pa=
radisus desiderabilis habet ꝙ eū quattuor fluminum
lapsus emanare noscunt: ꝙto beatior est aīa que. 150.
psalmoꝝ fontibus irrigat? Nec solū intra hūc numerū
diuina virtus opata est: multa latius patēt: siue ꝙ pro

parte intellecta sunt: sine que adhuc funditus ignorantur diuersa miracula. Nam ⁊ in illis .153. piscib⁹: quos apostolorum retia de pelagi profunditate traxerunt: sanctorum numerus comprehensus exponitur: ⁊ arca Noe in typum sancte ecclesie trecentis cubitis in longitudine/quinquaginta in latitudine/et triginta in altitudine legitur fabricata: vnde multa Origenes mystica (vt solet) expositione tractauit. Quapropter indubitāter apparet creatorem atq́ opificem rerum: cū celestia cuncta terrenaq́ disponeret: sub mēsura: ⁊ numero: ⁊ pondere fecisse omnia quecūq́ creata sunt: sicut Sapientissimus dicit Omnia in mensura ⁊ numero ⁊ pondere disposuisti. Nunc propter virtutem memorie breuiter intimemus: que supra latius videntur effusa. Primum meminisse nos conuenit: quod de titulorum diuersa varietate narratū est. Recordari etiam debemus personas in textu psalmorum aptissime cōmutatas Conclusionesq́ eorum contra hereticos maxime fuisse formatas. Uel quare alphabeton hebreum ponatur in psalmis. Cur de partibus psalmorū vnus confectus esse videatur. Quare intercalares psalmi sint positi. Quare repetitio versuum reperitur in psalmis. De interpretatiōe nominum hebreorum. De his qui vnifines appellantur. De quindecim psalmis gradalibus. Quare penitentium septem psalmi esse doceantur. Quare lamentantium pro ciuitate Hierusalem cum lachrymis verba fundūtur. Quare ordo psalmorum in laudib⁹ dn̄i fuerit terminatus: vbi quot modis predicitur exponitur: cum tamen preconia ipsius nullis libris/nullis possint humanis viribus explicari Sic varietas ista psalmorum/aut preciosissimo lapidi topazio/aut pulcherrimo pauoni congrue forsitan cōparatur: qui totiens diuersos reddunt colores corporis sui: quotiens in eis defixus fuerit oculus intēdentis. Hec quantum dominus prestare dignatus est pro nostra mediocritate decursa sunt. Uos autem magistri qui celestium litterarum copiosa lectiōe pinguescitis: parcite rudi/dimittite confitenti/estote beniuoli. Difficile opus humanum reperitur: quod non patiatur aliquam questionem: Jacobo apostolo protestante Si quis in verbo non offenderit: hic perfectus est vir. Cū si nōnulli sacris litteris calumnias parant: quid infirmis faciant quos audacter accusant? Prolata semper ad animum dicentis aptanda sunt. Nam si omnia contentiosa altercatione destruere volumus: piam deuotionem incauta potius cōtradictione dānamus. Sed iam tempus est ad dominum corda cōuertere: ad quē magis debet omnis intentio tendere: et laboris terminus peruenire.

Sapiē. 11.

Jaco. 3.

nota

Tu domine verus doctor ⁊ prestitor: aduocatus ⁊ iudex: largitor ⁊ monitor: terribilis ⁊ clemēs/corripiens et consolator: qui cecis mentibus donas aspectum / qui facis infirmis possibile quod precipis: qui sic pius es vt assidue rogari velis / sic munificus vt neminem desperare patiaris: dona quod te prestante bene querimus: ⁊ illa maxime que nostra infirmitate nescimus. Quod ex tuo diximus suscipe: quod ex nobis ignoranter protulimus parce: ⁊ perduc nos ad illā contemplationem vbi iam non possimus errare. Dona facere que te inspirante loqui presumpsi: dona compleri que alios obseruare commonui: vt qui prestitisti pium sermonem: probabilem quoq́ conferas tuis famulis actionem. Libera nos amator hominum ab illo periculo: ne (sicut dicit apostolus) Dum aliis predico: ipse reprobus inueniar. Quā infirmi sumus tu veraciter nosti: quali hoste deprimamur agnoscis. Te querit certamen impar/te expetit mortalis infirmitas: quia maiestatis tue gloria est: si leo rugiens ab infirma oue superetur: si spiritus violentissimus a debilissima carne vincatur: ille qui de celo cecidit: ⁊ hic te pugnante subdetur: vt si potestatem ipsius ad tempus tua permissione patimur: nequaq́ eius insatiabilib⁹ faucibus sorbeamur. Fac illum tristē de humana leticia qui de offensione nostra semper exultat. Amen.

1. Corin. 9.

¶ Hactenus que ad expositionem psalmorum pertinere videbantur/domino largiente discussa sunt: nunc Salomonis dicta videamus: que proprios expositores habere noscuntur.

¶ Expositio Cassiodori in psalmum centesimūquinquagesimum et vltimum tertie quinquagene: nouiter per Magistrum Andream boucard multis mēdis refectis Paris. impressa: Impensis autem Johānis petit vniuersitatis illius bibliopole iurati Feliciter finit. Ex die. viij. septembris Millesimo quingentesimo decimonono.

Registrum

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x
y z ⁊ ꝯ ꝝ A B C D E.

Primus quinternus. Duo vltimi Terni. Alij q̄terni.

[illegible]
[illegible]

ASSIODORU
N PSALTERI

S. K. I.

Cassiodori opera. impr.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm